6
18-b
16
6
16H E
47
6—18 6 16
X
VI
11

IN

# C. SILII ITALICI VIRI CONSVLARIS PVNICA,

SEV DE

# BELLO PVNICO SECVNDO LIBROS XVII.

*CL. DAVSQVEIVS SANCTOMARIVS*
*Canon. Tornac.*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,

Apud DAVIDEM DOVCEVR, Bibliopolam Iuratum, via Iacobæa, ſub interſigno ſtantis & fixi Mercurij.

M. VI.C. XVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Bibliothecæ S. Pantaleonis Schl. Dino.

# PATRI SANCTISSIMO DOMINO

## OPTIMO PONTIFICI MAXIMO

## *PAVLO V.*

*Διαιώνων δημαρχείας.*

*VT Numen æternum magnis imperiis, ac regnis ampliſsimis mentes rerum maximarum capaces affigit: ita Chriſtianæ vniuerſitati, quanta quanta illa eſt, cùm Te* Paule Pont. Maxim. *fatalem moliretur Rectorem imponere, animam magnam quantaſuis curas, & rerum pondera olim ſuſtentare parem deſtinatò tui corporis artubus implicauit. Quare ad diuinam mentem humanæ ſeſe finxere, cum Patres coccinati Apoſtolici gregis animæ vicariæ, ijdémque diuinæ voluntatis interpretes, eminentem in Te virtutis effigiem conſpicati ſancta conſpiratione cunctim ſingulatim orbis Chriſtiani ſummam*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*Tibi non indebitam crediderunt. Jta penetralis animi tui virtus ſeſe foras erumpebat! Horum iudicio feliciſsimos ſe depradicant, & Paulum Tarſenſem in Romano agnoſcunt, ſuſpiciúntq; mortales, qui Catholica religione cenſentur, vniuerſi. Pauli tum virebat ætas, & vigebat maximè, cum ſacroſancta Fidei rudimenta ſpargeret: nec Tu Pontifex Max. effœtis viribus Eccleſiæ gubernaculis es admotus. Ætate iſta tua Pontificum pauci fuere: & paucos inter illos etiam pauciores æquè diu tecum Romanam Eccleſiam*, in qua ſemper Apoſtolicæ cathedrę viguit principatus, *moderati ſunt. Ea ratione canitudini tam anteire virtutem, quàm comitem eſſe tuo potiſsimum exemplo pernotuit. Ac certè vti Deus omnes in ſe rerum procreatarum, & procreabilium numeros complectitur: ſic Paulus Tarſenſis omnes virtutum, ſcientiarúmq; gradus humano modo ſuperuaſerat. Ex quo* multę literę *in Paulo iactabantur. Sic & ſedes* Pauli Pont. *etſi ſapientiæ domicilium eſt; etſi diuini, humaniq; iuris conſultiſsimum oraculum, etſi Spiritus S. ſacrarium: tamen vicaria quadam felicitate, ac perfectione* Paulum San*ctiſſ. omnium rerum cognitione lætari non lenti fama auctore credimus, nullaq; humana impenſius ſcientia, quàm Hiſtoria. Eo partim ſecutus naturæ tā nobilis, felicisq; ſemina partim grati animi thyrſo impulſus* Siliana *mea de Bello Punico Secundo, quæ libris omnino ſeptemdecim explicantur, numini tuo P. S. ſum*

*auſus deſecrare. Quod P. R. bellum cum Annibale longè grauiſsimum fuit, ac euentorum varietate differtum. Bellum ortum, confectumque à duabus æmulis vrbibus, Roma, & Cartagine, quas ſcimus à prima hominum memoria pugnaciſſimas, nobiliſsimáſq. tam rerum geſtarum ſplendore, quàm quòd ambæ* Latinarum literarum artifices *ab Auguſtino commemorantur, Pompeium* M. *Imperatorem reges exteros debellaſſe populo Romano magnificentiſsimum viſum eſt, Aſiam prodomuiſſe feliciſsimum, Cartaginem, Africam, Annibalem detriumphatum virtutis æternæ. Bellum hoc igitur declamatoribus Romæ campus fuit eloquentiæ, vt Salamin, & Marathon campi oratorum Græciæ. Hiſtoria ſanè perquam auguſta vel arbitrante Liuio, tantíſq. variarum narrationum diuitiis à* Silio Italico *locupletata, quoddam vt hiſtoriæ Romanæ breuiarium hoc Poëma videatur. Quorum primo bello Punico facinorum memoria potuiſſet emarceſſere, quoties ea hiſce Libris ſata interuirent? Xanthippum Laconem miſſum auxilio Cartagini liber ſextus aperit, ac per extremam perfidiam mari merſum. Reguli in captiuitate libertatem animi, conſtantiam, itum, reditum, mortem acerbiſsimam cognoſcemus è Silianis tabulis. Ægathes laceras horremus loco non vno. Leges confecti belli, Duillij triumphum publicum, & priuatum hac & hac inducit via: ſpectandus dumtaxat. En tibi priores belli Punici ſumma capita. Cæteros hi-*

*ſtoriæ veterum Romanorum ortus ſpecioſiſſimè nobis effingit, ac delineat. Trecentorum Fabiorum nobilitatam ab Hercule, & animo proſapiam libro ſecundo, & ſeptimo cernere eſt: Scæuolæ, Clœliæ, Camilli decora, belli ſummam cum Philippo Macedonum rege, Romaníſq. geſti libro quintodecimo claudit. Impp. Veſpaſiani, Titi, Domitiani diffundit encomia. Et quia prope immenſus imperij Romani orbis (quod Pompeium volunt cœli regionibus terminaſſe) qua porrigitur, ſequitur, locos explorat, aut exſcribit: Africam, & Cartaginem, Europam, ínque ea Hiſpaniam, Sardiniam, Græciam, Siciliam, Italiam nouus hic terrarum menſor peruagatur. Quas dum regiones, ac prouincias metatur, occaſioni velut inſidiatus, Syracuſanorum de Athenienſibus & Cartaginienſibus exoleſcentes propemodũ victorias dictione feliciſſima reformat. Naturæ, artíſq. ſcientiſſimus eſt: ſcrutatur ignium de cœlo, déq. ſolo prouenientium naturas: meminit fontium admirabilium, fluuiorum, ac fretorum: animalium ingenia, fibri, ceti, quadrupedum, ac volatilium rara, & mira condit hoc promtuario, quod & gemmis inſigniuit, Achate præſertim, & Garamantide. Artis bene cognitæ ſpecimen ſunto bellicæ machinæ omne genus: Balliſtæ, Catapultæ, Aggeres, Turres, Pontes, Arietes, Vineæ, Plutei, Falaricæ, Tragulæ, Styli, & Archimedis reperta. Interea ſibi præſens SILIVS totus vrget propoſitum, totus in hoc eſt, vt P. R. & Annibalis res geſtas cum fide, ac*

*voluptate narret: ut Romam gentium dominam, quam nec deterior ætas decolorauit, viuaciſsimis coloribus ſuis repræſentet: deniq. P. R. ſi non ſemper felicis, ſemper victoris animos, arma, ſtratagemata, ſcita, concordiam, iuſtitiam, prudentiam tollit in immenſum. Hæc ſunt; quæ qualiacunque ſunt,* PAVLVS *V. Pont. Max. paternis adſpiciet oculis, ſimúlq. intelliget, quòd cum nouo exẽplo beneuolentiam in me ſuam annis antè paucis declarauerit, ſi auguſtiſsimo capiti ob promeritorum amplitudinem gratiam minùs referre poſſum, conatum non defuiſſe humanitatis ſuæ cum grati animi ſignificatione mundo deprædicandæ: quæ humanitas vt perennet, vota Deo facimus, & nos extremi hominum Morini vel longiſsime ab Roma ſepoſiti Pronoeam veneramur. Tornaci Neruiorum Anno Domini* CIↃ. IↃCXIV.

Suæ Sanctitatis

ſeruus humillimus
Cl. DAVSQVEIVS.

# *LECTORI HVMANO*

# *S.*

SILIO ITALICO Vrbis, & imperii Romani tertiùm Coſ. multis Impp. æquali, multis ſuperſtiti, veterum rituum ad vnguem ſcriptori, non ex aliena fide, ſed oculato, ſed experto per iniuriam, & licentiorem correctorum temeritatem pene ſub iugum miſſo hiſce Commentariis vindicias damus ſecundum libertatem: cum expendimus, caſtigamus, illuminamus, ac tuemur. Quid enim? non ſancta res olim Poëſis, non glorioſa viſa veri, rectique iudicio? Profectò ſicut Triumphus priſcis quondam temporibus laboris pretium fuit ampliſſimum, & rei feliciter, proſperéq. geſtæ præmium ſingulare, in quo triumphator

*Quatuor in niueis aureus ibat equis:*

ſic Ouationis quoque rarus honor, atque Triumpho proximus; longo ſed proximus interuallo. Ouator quippe pedes eum honorem ſubinde vſurpabat: vnde & Dionyſio πεζὸν θρίαμβον placuit indigetare. Ac mihi ſanè quo Triumphus antiſtat Ouationi, hoc Carmen Orationi, quæ pedeſtris audit. Oratio námq. velut è curru celſiore detracta ſolo humiliùs inſiſtit: Carmen verò ſeſe tollit humo, & depinnati eloquii maieſtatem cœlo infert. Illa velut Luna orbem decurrit inferiorem: Verſus, vt Sol quadriiugo curru, celſiùs euectatur. Mirum vt ſit adeo deprauata quorundam iudicia deprehendi, qui alia cenſeant omnia. Videant illi verum πεπατημένον ἐν πέτραις φυρῶσιν ἐξεφάλει. Nec minus triumphanti Poëticæ laurum inuident, qui ποιητὴν πάντα στοχάζεσθαι ψυχαγωγίας, οὐ διδασκαλίας inuerecundè adſerunt. Adſeruit dudum Eratoſthenes, cuius obiectamenta Geographus quæſitiſſimis rationibus depulit. Primos etenim Scriptores, quibus communi mortalium prodeſſe ſtudium fuit, monita quæ vitæ regendæ facerent, retruſa quæq. & abdita, quæ literatorum inueſtigationi reſponderent; doctrinam omnem, quæ veritati peruidendæ inſeruiret, numeris illigaſſe cognitiſſimum eſt. Eo conſilio veteres Poëticen primam appellauere Philoſophiam, & Sapientes quoſque ad eam aggredi oportere cēſebat Anaximenes. Et verò ad ſtudium Muſicum ſeſe Sapientes applicauere permulti. Empedocles Agrigentinus, cùm Naturæ arcana numeris vinxiſſet, non effecit, Neanthe licet obſtrepente, vt hactenus ignorata cum pluribus communicarentur? Cuius Poëmata niſi iugulaſſet inuidia, hodie nimis emicarent: nunc paucula ſuperant fragmina à Peripateticæ ſectæ conditore emblematum in effigiem aureis eius operibus

é

inſerta. Epimenides Phæſtius καθαρμοὺς dixit Epo: Pittacus in Elegiam flexit animum: Cleobulo placuere Cantus, & Gryphi: Periandro ſedit, ὑποθήκας, ſeu Monita in carmen mittere: de ipſa Poëtice Criton poëtari voluit: Elegiam de pugna ad Salaminem pugnata Solon panxit, ac cæſos pro patria planxit, plauſitq. Iambos item, atq. Epodas de Athenienſium rep. ſcripti- auit. Pythagoras quaſi cœlo præcinente verſu ſcripſit de Vniuerſo, cuius operis ſacri liber, à primo qui ſequitur proximus, ſic orditur:

Ὦ νέοι ἀλλὰ σέβεσθε μεθ' ἡσυχίης ἅμα πάντα.

His gemina eſt Apulei adſertio: *Canit enim Empedocles Carmina, Plato Dialogos, Socrates Hymnos, Epicharmus Modos, Xenophon Hiſtorias, Xenocrates Satyras: Apuleius veſter hæc omnia.* Quid quod apud Germanos præter antiqua Carmina memoriæ, & annalium genus nullum eſt? Quid quod abſtruſiſſima Fidei myſteria non alia, quàm Carminis lege in gentilium cognitionem peruenere beneficio Sibyllarum? Auguſtum, Tiberium, Titum, Domitianum, Adrianum, Numerianum, Germanicum, aliáq. Romani imperii decora Carminis proprii memoria ab obliuione vindicauit. Ita planè eſt: mutuantur ab Auctore vitam Poëmata, quam ipſi deinde vita functo cumulatiùs refundant. Abierat ad plures Silivs Italicvs: nec ad reuocandum Hercules, Theſeus, Pirithoüs ſatis ſint: verùm vna chelys Cerberi vigilantiam ſopiuerit, Proſerpinam placauerit, vnius cantus harmonia animam cum vita in ſtatione repoſuerit: hoc eſt, vno ſuo Poëmate Silivs purpuram conſularem reſumſerit, & vitalem. Viuit, viuétque æternùm, cui hoc olim fatum Parcæ adſcripſere! Vitam tamen hactenus parum vitalem vixit, qui per aliquot annorum centurias tot à barbarie plagas, tot accepit vulnera, ſemel vt ſatius fuerit emori cum honore (ſi modò honorem illi morte paciſci fas fuiſſet) quàm viuendo per immeritam ignominiam toties periclitari. Verùm Silivm immerentem, ac de fato ſuo mœrentem conſpicati treſuiri, licet humani habiti, ſuppetias ferre connixi ſunt Marſus, Modius, & Auctor Crepundiorum: ſed aut nouis ſæuiere plagis, aut hiantia vulnera diduxere. Ignoſcibilis quidē Marſi ignoratio, & ſeculo condonanda: ſimplicitate nocuit, nec valde. Modius vel ignoratione rerum, vel temeritate. Ille ipſe tamen Nouanriquis quædam in Silio retulit in melius, itáq. non ſemel conteſtamur. Heynſius deinde veluti iuratus petiit vitalia. Quod à me dictum Silii defendendi, vt æqui cenſeant arbitri, paucula de malè olida farragine delibabo. Scriptum Silio:

*Indibiliſque diu lætus bellare Latinis.*

Heynſius augurat reponendum: *Miſſilibus.* Contrà Liuius, Appianus, Zonatas, Polybius Valerius Max. reclamant, & *Indibilem* volunt. Aliàs canem. ſagacem *merſa* nare facit Silius: iſto alter *Terſa nare.* quod iſto in loco ni propudioſum eſt, quin Deiphobus fiam, cauſam nullam dico. Nō eius in lectione Silii indiligentia vel ex hoc diſpaleſcit vno, quòd in hoc Poëmate non meſſe humeros Pelopis. aut *equorum pabulum viros* ſit præfatus? Et ecce libro tertio ab decimo legimus:

*Cyclopas, Scyllámq. & paſtos membra virorum*

*Odriſiæ telluris equos* —

Déque iiſdem libro tertio:

*Iuxta Thraces equi, peſtiſq. Erymanthia* —

Tales notat Polybius: Οἱ δὲ πορευόμενοι ζηλωτὰς καὶ βλάβας ἐκθηλείζουσι τὴν ... ἀκυρίας. Mirabuntur fortaſſe viri docti, quos meliore metallo finxit natura, tam crebrò lolium, & vrticam à correctoribus pro roſa cenſeri. Verùm animaduerti nimia corrigendi prurigine longiùs eos à ratione abreptos deuiaſſe, atque adeo exerrauiſſe. Quod ſicubi patefacio: ita ſanctè fidem à me SILIO debitam puta flagitaſſe. Non ego Thraciis notis eos inſigniam: at inerit nominum diſcretio, ne alterum alterius culpam luere quis ſuſpicetur. Qui etſi humanitus peccarunt: tamen ne damnum ferat SILIVS, mihi cautio erit. Eóq. faciliùs ignoſcendum Modio, quòd membranas Colonienſes quibus immane quantum tribuit, plerumque ſemper ſequatur. A libris veteribus M S. ſubſidium peti poteſt: patrocinium, & auctoritas ἀσφαλῶς vix poteſt. Non ignoras ipſe, Lector, Pruſiæ exercitum pranſum paratum pugnæ fuiſſe, armíſq. decorib. inſtructum, quem cùm in aciem cunctaretur inferre metu malæ rei, prohibebant exta: Annibal rapiendum in hoſtem militem cenſet, & prudentiſſimè hominis δεισιδαιμονίαν, liberéq. culpat: *An tu*, inquit, *caruncula vitulina mauis, quàm Imperatori veteri credere*? Eodem verbo te compellabo, quiſquis iure neiure membranas, & Manuſcriptos vel deſerta ratione toties crepas: An tu membranæ vitulinæ mauis, quàm imperanti rationi credere? mauis tu MS. libris fidem tuam alligare, quàm recto, liberóq. iudicii vſu ab eorum te ſeruitute vindicare? Non ſunt, mihi crede, M S. codices Sibyllæ folia; ſed ignorantiæ, plerúmq. notæ, vel oſcitantiæ, in quib. manifeſta videas immaniter in literas ſæuientis barbariei veſtigia. Pennæ, & calamo leuiſſimis rebus cur tantum apud te pondus? Figurarum chalcotyporum momenta cur pro ſtipula ſunt? in vtriſq. luxuriat ſeges errorum: ſed in MS. vberior. Mentem aduerte, & quam rationis facem Deus Opt. Max. accendit, admoue, lumen inuenies & verum. Sin libros vel veteres, vel nouos aram putas, aut ancoram, limatioris iudicii viris ludibrium ſcito te merito debiturum. Ridemus & vobis, ô Critici, corridentib. Pythagoreos ſepoſita accuratiore veri quæſtione in vnius magiſtri verba iuraſſe: & qui chartam ſemeſam aut membranam carioſam ſuauiantur, & amplectuntur, ſuſpiciemus? Non à me Criticorum princeps I. Lipſius? Adita illi vice ſæuiſſima vetera Monumenta, Libri, Signa, Inſcriptiones, Nummi, Marmora, Tabulæ, eáue deueneratus eſt, vt adyta, vt ſacroſancta? Rationũ pũcta collegit, & cum rationib. ipſis diſputauit: nihil non excuſſit. Vidit hoc orbis literatorum libello nupero, quo vulpionis, & veteratoris * præſtigias rationis, atq. ingenii acie diſcuſſit, ac diſſipauit, reiecta chirographorũ fide friuola. Nec iſta in eã à me partẽ diſputantur, quo libros chirographos nõ vtendos cenſeã: melior animi mei mens: eos enim multis è cauſis vtibiles fecit neceſſitas: verũ ne homines qui ſunt, alieno loro circumagi maluit, & delirare, q̃ in gyrũ rationis agi, & ſapere. Ipſe ego ſex, ſeptéve. Silii codices chalcotypos cõparaui, & ad trutinã expendi; atq; ex iis

ſcintilla veritata excuſa eſt cùm in lucem creuit illuſtriorem, eſt & cum futiles ſtricturas repudiaui, quòd ex earum fumo lucem dare noc erat *SILIO*, non Poetæ, non Hiſtorico: ſiquidem vtrúmq; eſt. Libri Punicorum Hiſtoricum volunt? dicendi character Poëtam. Hiſtoricus materiem legit grauiſſimam: Poëta verbis dixit lectiſſimis ex optimo quoque mutuatus. Hiſtoricus aut Polybium, aut Ephorum, Strabonem, Liuium, Diodorum Siceliotam, Ciceronem, aut quem è priſcis priſca fide adhæreſcit, quos, cùm viſum faciundum, loquentes facimus: Poëta æquat alios, vel ſuperat dicendi ſplendore, fide, ſuauitudine, vel efficacitate. In quib. laborandis ſi curam poſuit intentiorem, notari poteſt, culpari non debet: hic enim illi cum Virgilio communis laudis campus; cuius ad imitationem ſiquando ſe compoſuit, ita factum dexterè, lucem vt ei quoq. nonnullam attulerit. Eſtq. etiam in laude carmen comere potiùs, aut cudere, quàm vomere, aut ludere. Scitum illud Euripidis:

*Οὐκ ἀσφαλεῖς γὰρ εἰσὶν οἱ φρονεῖν ταχεῖς.*

Et ſanè SILIVS Euripidi non vſquequaque diſſimilis: nam *Γνωμοτύπον* vocabulum, quod Euripidi datum honori, in hunc noſtrum non parcè conuenit, nec ſine cura impenſiore. Sic apiculam, quæ quadam cum Poëſi cognatione tenetur, inuitatus eſt Poëta: laborem illa efflictim amat, & laboris pabulo veſcitur, ac propagatur: ita Silius nuſquam remittit induſtriam: certat cum rebus ipſis, vt germana, & congruente dictione exprimat: certat cum Poëtis prioribus: certat ipſe ſecum. Materia grandis *et magna* ſonaturum poſtulat: SILII ITALICI nacta eſt os verè magnum, verè aureum, quam Lector in ſententiam veniet, niſi contraria occupatus opinione verum reſpuit. Vitat interim cautè Polybii cenſuram, quam nonnulli incurrerunt olim *ἐν τρισὶ, καὶ τέτταρσι σελίσιν ἡμῖν ἐξηγησάμενοι τὸν Ῥωμαίων, καὶ Καρχηδονίων πόλεμον*, qui res potiſſimas pauculis comprehendentes, alias minùs ſerias obtruſere affatim. Ea verò dum canit vniuerſa vates entheatus:

*Πολλὴ οἱ χάρις ἀμφιπεριστρέφεται ἐπέεσσι.* Homer.
*Ἔχει γὰρ ἐπιτρέχουσαν ἐν ἑαυτῇ χάριν* Marcianus Her.
*Ὅπου ἰδέα λέξεως καὶ ἐμμέτρως πλέκῃ.*

Verùm in tam diuerſæ ſegetis campo multi, vt fit, flores ſub vmbra fruticis alieni delituere; cœlum illis aperiendum fuit: multæ gemmæ in campi viſcerib. abſtruſæ; & iſtæ hodie proruendæ: hoc eſt, multa ab vſu noſtro peregrina, multa propter infrequentiam pleriſq; ignara, conlucanda: multa propria, quæ aliis non viſa talia, vnde vi deiecta fuerant, in veterem reſtituenda poſſeſſionem. Hæc tu præſtas, inquis? Nam ad hoc lectam oporteat & intellectam Hiſtoriam veterem omnem, Græcorum, & Romanorum: opus iudicio acerrimo, lectore, & arbitro minimè oſcitante. Hæc tu? Quæ vt adeſſe debeant, animum nec deterrent, nec in vanam iactationem flectunt me, nec laudo, nec deprętio: operam meam, laborem, induſtriam experietur æquus lector: adiuuet Deus, vt probet, vtque proſim. Vale à me, benigne Lector, &, dum legeris, iudicium ſuſtine. Tornaci Anno CIↃ. IↃCXIIII. Cal. Decemb.

SCRIPTORVM

# VETERVM, AC NOVIORVM DE C. SILIO ITALICO TESTIMONIA.

*C. Plinij Cæc. Secundi lib. 3. Ep. 6. Cauinio ſuo.*

MODO nunciatus eſt SILIVS ITALICVS in Neapolitano ſuo inedia vitã finiſſe*. Cauſa mortis valetudo: erat illi natus inſanabilis clauus, cuius tædio ad mortem irreuocabili conſtantia decurrit. Vſque ad ſupremum diem beatus, & felix, niſi quòd minorem è liberis duobus amiſit: ſed maiorem, melioremq; florentem, atque etiam Conſularem reliquit. Læſerat famam ſuam ſub Nerone, credebatur ſponte accuſaſſe; ſed in Vitellii amicitia ſapienter ſe, & comiter geſſerat *. Ex Proconſulatu Aſiæ gloriam reportauerat: maculam veteris induſtriæ laudabili otio abluerat. Fuit inter principes ciuitatis ſine potentia, ſine inuidia: ſalutabàtur, colebatur, multúmque in lectulo iaciens. Cubiculo ſemper, non ex fortuna frequenti doctiſſimis ſermonib. dies tranſigebat, cùm à ſcribendo vacaret. Scribebat carmina maiore * cura, quàm ingenio: nonnunquam iudicia hominum recitationib. experiebatur. Nouiſſimè ita ſuadentibus annis, ab vrbe ſeceſſit; ſeq; in Campania tenuit, ac ne aduentu quidem noui principis inde commotus eſt. Magna Cæſaris laus, ſub quo hoc liberum fuit: magna illius, qui hac libertate auſus eſt vti. Erat φιλόκαλος vſque ad emacitatis reprehenſionem. Plures iiſdem in locis villas poſſidebat, adamatiſque nouis priores negligebat. Multum vbique librorum,

*Sic Iſocrates ἐξαγαγὼν ἑαυτὸν τοῦ βίου τέτρασιν ἡμέραις ἀσιτήσας, Photius c. 260.

* Tacitus infrà.

*Maronem æmulus.

multum ſtatuarum, multum imaginum, quas non habebat modò; verùm etiam venerabatur: Virgilii ante omnes, cuius natalem religioſiùs, quàm ſuum celebrabat; Neapoli maximè, vbi monumentum eius adire, vt templum, ſolebat. In hac tranquillitate annum quintum, & ſeptuageſimum exceſſit, delicato magis corpore, quàm infirmo. Vtq; nouiſſimus à Nerone factus eſt Conſul, ita poſtremus ex omnibus, quos Nero Conſules fecerat, deceſſit. Illud etiam notabile, vltimus ex Neronianis Conſularib. obiit, quo Conſule Nero periit. Quod me recordantem fragilitatis humanæ miſeratio ſubit: quid enim tam circunciſum, tam breue, quàm hominis vita longiſſima? Annon videtur tibi Nero modò fuiſſe, cùm interim ex iis, qui ſub ipſo geſſerant Conſulatum, nemo iam ſupereſt?

## C. CORNELII TACITI
*Hiſtor. lib. 3.*

Plin. ſuprà. Sæpe domi congreſſi [Flauius Sabinus, ac Vitellius] poſtremo in æde Apollinis, vt fama fuit, pepigere. Verba vocéſque duos teſtes habebant, Cluuium Rufum, & SILIVM ITALICVM.

## M. VAL. MARTIALIS AD
*Silium lib. 4. Ep. 14.*

SILI *Caſtalidum decus ſororum,*
*Qui periuria barbari furoris*
*Ingenti premis ore, perfidóſque*
Alii *Aſtus.* *Faſtus Annibalis, leuéſque Pœnos*
*Magnis cedere cogis Africanis:*
*Paullum ſepoſita ſeueritate,*
*Dum blanda vagus alea December*
*Incertis ſonat hinc, & hinc fritillis,*
*Et ludit rota nequiore talo,*
*Noſtris otia commoda Camœnis*
*Nec torua lege fronte, ſed remiſſa*
*Laſciuis madidos iocis libellos.*
*Sic forſan tener auſus eſt Catullus*

*Magno mittere paſſerem Maroni.*

Lib. 6. Epigr. 64.

*Emendare meos, quos nouit, fama libellos,*
*Et tibi permittas felices carpere nugas:*
*Has, inquam, nugas, quib. aurem aduertere totam*
*Non adſpernantur proceres vrbíſq. foríq.*
*Quas & PERPETVI dignantur ſcrinia SILI*
*Et repetit toties facundo SILIVS ore.*

Lib. 7. Epigr. 62.

PERPETVI *nunquam moritura volumina* SILI
*Qui legis, & Latia carmina digna toga,*
*Pierios tantùm Vati placuiſſe receſſus*
*Credis, & Aoniæ Bacchica ſerta comæ?*
*Sacra cothurnati non attigit antè Maronis,*
*Impleuit magni quàm Ciceronis opus.*
*Hunc miratur adhuc centum grauis haſta virorum,*
*Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.*
*Poſtquam biſſenis ingentem faſcib. annum*
*Rexerat, adſerto qui ſacer orbe fuit:*
*Emeritos Muſis, & Phœbo tradidit annos,*
*Próque ſuo celebrat nunc Helicona foro.*

Refert hæc ad verba Plinii ſuprà.

Lib. 8. Epigr. 66.

*Auguſto pia thura, victimáſq.*
*Pro noſtro date* SILIO *Camœnæ.*
*Biſſenos iubet en redire faſces*
*Nato Conſule, nobilíq. virga*
*Vatis Caſtaliam domum ſonare.*
*Rerum prima ſalus, & vna Cæſar,*
*Gaudenti ſupereſt adhuc, quod optem*
*Felix purpura, tertiúſq. Conſul!*
*Pompeio dederit licet Senatus,*

*Et Cæſar genero ſacros honores,*
*Quorum Pacificus ter ampliauit*
*Ianus nomina: SILIVS frequentes*
*Mauult ſic numerare Conſulatus.*

Lib. 9. Epigr. 28.

*Feſtinata ſui gemeret cùm fata Seueri*
*SILIVS, Auſonio non ſemel ore potens:*
*Cum grege Pierio mœſtus, Phœbóque merebar.*
*Ipſe meum fleui, dixit Apollo, Linon.*
*Reſpexítque ſuam, quæ ſtabat proxima fratri*
*Calliopen, & ait: Tu quoque vulnus habes.*
*Adſpice Tarpeium, Pallatinúmq; Tonantem,*
*Auſa nefas Lacheſis luſit vtrúmq; Ionem.*
*Numina cùm videas duris obnoxia fatis,*
*Inuidia poßis exonerare Deos.*

Lib. 11. Epigr. 49.

*SILIVS hac magni celebrat monumenta Maronis,*
*Iugera facundi qui Ciceronis habet.*
*Hæredem, dominúmque ſui tumulíque laríſque*
*Non alium mallet nec Maro, nec Cicero.*

Epigr. 51.

*Iam propè deſertos cineres, & ſancta Maronis*
*Nomina qui coleret, pauper & vnus erat.*
*SILIVS Arpino tandem ſuccurrit agello:*
*SILIVS & vatem non minus ipſe tulit.*

Argutè Lipſius lib. 1. Epiſtolic. 5.

*— & vatem, non minor ipſe colit.*

C. SOLIS APOLLINARIS
Sidonii Car. 9.

*Non Marſus, Pedo, SILIVS, Tibullus.*

Lucanus Europæ Libyam eſſe partem: eius ratio eſt, tantundem abeſſe ab extremo litore Occidentali ad mare Rubrum, atque ad Tanaim. At SILIVS contrà:

*Aeſtifero Libye torquetur ſubdita Cancro,*
*Aut ingens Aſiæ latus, aut pars tertia * terris.* Lib. 1.

* Aliàs Mundi.

Profectò meliore conſilio: continens eſt enim Aſia, atque Africa: cum Europa nihil habet Africa commune: Quod ſi per ſegmenta, quos meridianos circulos vocant recentiores, partitur terras, earúmque terminos aut coniunctiones deſignat: nequaquam decuit tam inæquales facere portiones. vix enim eſt quinta pars reliquiæ terræ: ne quid exactius dicamus.

## M. VELSERI V. CL. RERVM
*Boicarum lib. 1.*

Quid ſi ad hiſtoriæ fidem ſcripta ſunt, vt pleráque SILII.

## PETRI CRINITI.

SILIVM ITALICVM ſunt, qui fuiſſe Hiſpanum adfirment ex Italica vrbe Hiſpaniæ. Sunt alii, qui per ſuos maiores Romanum fuiſſe dicant; ſed generis initium traxiſſe ab Hiſpanis. In primis annis Ciceronem Romanæ dutem eloquentiæ miratus eſt, & quaſi perfectam abſolutámque eloquentiæ imaginem ſibi elegit imitandum. Cauſas in foro multas, nec ſine proſpero ſucceſſu, egit. Inter Centumuiros iudex ſedit. Ter Conſul fuit. Et in primum eius Conſulatum (quod lætiſſimum fuit fauſtiſſimúmque P. R.) ſæuiſſimi, teterrimíque Neronis mors auſpicatiſſimè incidit, & ex crudeliſſima tyrannide orbis in libertatem vindicatus eſt. Hoc Conſulatu adminiſtrato, & ſublato è vita Nerone cœpit iam Helicona virentem, hoc eſt, amœniſſima Muſarum diuerſoria celebrare, otióq; Poëtico fori colluctationes, ſtrepitúſque mutare. In quo ſicut ante Ciceronem in ſoluto illo dicendi génere quaſi optimum exemplar ſecutus eſt, eminentiſſimum Poëtam Virgilium ſibi æmulandum adſciuit more maiorum, qui (vt Plinii verbis vtar) ſtultiſſimum iudicabant ad imitandum ſibi non optima

quæque ptoponere. Hæc omnia hactenus de vita SILII Poëtæ memorauimus. Quemadmodum vtrúmque Cicetonem videlicet, ac Virgilium, coluit, & imitatus eſt in foro, & otio: ita & Virgilii prædium in Neapolitano habuit. Cuius tumulum etiam teſte Plinio ſanctiſſimè veneratus eſt. Et Ciceronis villam poſſedit, quam ipſe Cicero Academiam, æmulatione Athenienſis Academiæ appellauit, à qua & libros Academicorum, ſicut à villa Tuſculana libros Tuſculanarum Quæſtionum inſcripſit. Duos habuit filios, quorum alterum Seuerum nomine amiſit in adoleſcentia adhuc conſtitutum, eiúsque mortem celebrat idem Martialis. Alterum filium, & natu maiorem reliquit auctum opibus, & ætate florentem. Scripſit bellum Punicum ſecundum his decem & ſeptem libris, qui in manibus nunc verſantur. Cùm aduerſa valetudine inſanabilis claui laboraret, inedia vitam finiuit, annos quinque & ſeptuaginta natus corpore delicato magis, quàm infirmo.

## LILII GREGOR. GYRALDI

*Dial.* 4.

Eo tempore, quo Chriſtianorum procerum conuentus, quod concilium noſtri, Græci σύνοδον vocant, in Germania habebatur, tum ferunt in quapiam ibi turri fuiſſe repertum [Punicum bellum Silii] literis admodum obſoletis, & peruetuſtis, & cum eo vnà carioſos quoſdam aliorum ſcriptorum libros. Primus verò Domitius Calderinus illud & emendauit, & interpretatus eſt. Quod ſi Fr. Petrarchæ ætate in luce fuiſſet, non is certè Africam tantam prouinciam aggreſſus eſſet.

## BAPTISTÆ PII POSTERIORVM

*Annotationum cap.*156. *de* SILII *Poëmate.*

Ego hoc vnum ſentio Poëma eruditiſſimum illud, & artificioſiſſimum eſſe, & in quo multi literarum palæſtritæ deſudarunt.

*Idem cap.* 192.

SILIVM ITALICVM tot mendis pene ſcatere, quot verſibus nouerunt emunctæ naris, ingenuíq; ingenii profeſſores.

## *BERNARDINI SCARDEONII*

*lib.* 1. *de priſcis ciuib. Patauinis.*

SILIVS autem ITALICVS nobilis Poëta. Ac pene continenter: Ob miram Poëtæ elegantiam.

*LVDOVICI CARRIONIS*
*lib. 1. Emend. cap. 3.*

Sed verba Silii ita vbique ſunt corrupta, vt nec veſtigium, nec vola ſententiæ illius, quam dixi, in iis compareat.

*Idem lib. 2. Emend. cap. 11.*

Silivm tamen Italicvm nunquam lego, cuius ego lectione tum propter antiquorum Poëtarum, tum hiſtoricam rerum Pœnicarum narrationem, quam ad Liuii, & Polybii exemplar conformauit, non mediocriter me capi fatear. Nunquam tamen Silivm lego, quem ille [ Ald. Man.] ſe cum ſuis & auctiorem, & meliorem de veteribus libris edidiſſe profitetur, quin & Poëtæ vicem doleam, & de boni illius viri fide dubitare incipiam.

*IOANNIS MARIANAE*
*lib. 4, de Rebus Hiſpaniæ.*

Silium plerique Hiſpanum faciunt. Crinitus Romæ natum ait, ex Hiſpania oriundum. A Gyraldo vtrúmq; repudiatur: & in Pelignis patria Italica (vnde errori occaſio) natum arbitratur. Secundum bellum Punicum Heroico carmine ſcripſit ſenex, in Campaniæ ſeceſſu reipublicæ cura abdicata.

Anton. Mvreti *lib. 2. Var. Lect. c. 1.*

Silivm Italicum Poëtam meo quidem iudicio præſtantem Ciceronis apprimè ſtudioſum fuiſſe, eiúſq. libros diligentiſſimè, atq. aſſiduiſſimè lectitaſſe, non modò Martialis, qui eius coæuus fuit, teſtimonio cognoſcimus: ſed multò magis ex eo intelligimus; quòd eum multa Ciceronis in poëma ſuum tranſtuliſſe, eáq. ſcienter admodum accommodaſſe ad illa, quæ tum tractabat, videmus.

IANI LERNVTII V. C. LITERIS AD
*Cl. Dauſqueium.*

Silivm Notis tuis emendatum, ſi excuſus eſt, aueo videre. Delector enim vate illo Conſulari vnicè ob puritatem Latini ſermonis, quæ miranda mihi, & amanda in eo præ cæteris eius coæuis Lucano, Statio, Martiali, Perſio, & Iunio Aquinate, quib. peregrinitas ſtylum maculauit.

# PERIOCHÆ PVNICORVM C. Silij Italici.

## Libri primi.

Bellorum hic cauſæ, Pœnóque obſeſſa Saguntho
Eſt duce, legatos Latias quæ mittit ad oras.

2.

Romanam prohibet nauem contingere portus
Annibal: huic clypeus datur, & ruit alta Saguntho.

3.

Gades Pœnus adit, ſortes petit æquore Boſtar,
Dux Alpes ſuperat, Taurinis qui ſedet aruis.

4.

Ticini clades canitur, Trebiæq. ruina,
Hic Appenninum tranſit cum milite Pœnus.

5.

Inſidias Tyrius ductor ſtruit, hinc Thraſymenus
Romanam indoluit ſtragem, tremit Itala tellus.

6.

Romam quiſq. petit, prima audit Punica bella
Serranus referente Maro, & mouet agmina Pœnus.

7.

Obuius Annibali Fabius venit, íſq. cadentem
Collegam eripuit, natus cui reddit honores.

8.

Conueniunt Varrone duce ad fera bella cohortes,
Italiæ & cladis ſigna infelicia ſurgunt.

9.

Collega inuito Cannarum prœlia Varro
Stultus init, portenta vetant, fugítq. cruentus.

10.

Cannis occumbit Paulus, quem Pœnus honorat.
Spes Italas Fabius renouat Varrone recepto.

11.

*Ad Tyrios ſocii deſciſcunt. Pectine Teutras*
*Geſta virûm canit, & Mago Cartagine certat.*

12.

*Parthenopen dux Pœnus adit, Nolámque: reſedit*
*Ad Capuam, trepidæ tendítque ad mœnia Romæ.*

13.

*Pœnus ab vrbe redit Capuam, tellure & Ibera*
*Scipiadæ occumbunt, natus deſcendit Auernum.*

14.

*Arte Syracoſiam expugnat terráq. maríque*
*Vrbem Marcellus, fœdat latè omnia peſtis.*

15.

*Scipio ad Hiſpanas iuuenis tunc nauigat oras,*
*Marcellúſque cadit: cadit Haſdrubal enſe Neronis.*

16.

*Hiſpanos vicit dux Scipio: tecta Syphacis*
*Hoſpes adit: patrio celebrátque in funere ludos.*

17.

*Aduehitur Romam Cybele: tum Scipio Pœnum*
*Deiicit Annibalem, proſtratóque hoſte triumphat.*

Breuiarium quoddam ſecundi belli Punici
ex ipſomet Silio lib. 7.

*Sanguineis tumidus ponto miſcebitur vndis*
*Aufidus, & rubros impellet in æquora fluctus:*
*Damnatóque Deûm quondam per cærula campo*
*Aetolæ rurſus Teucris pugnabitis vmbræ.*
*Punica Romuleos quatient mox ſpicula muros.*
*Multa quóque Haſdrubalis fulgebit ſtrage Metaurus.*
*Hic ille è furto gemitus patruíque piabit*
*Idem vltor, patriíſque necem: tum litus Eliſæ*

*Implebit flammis, auellétque Itala Pœnum*
*Viſcera torrentem, & propriis ſuperabit in oris.*
*Huic Cartago armis: huic Africa nomine cedet.*

## *Notæ Exemplarium* SILII ITALICI quibus vſi ſumus.

| | |
|---|---|
| Ald. ſeu Ven. | Aldinum, ſeu Venetianum |
| Par. | Pariſienſe. |
| Aſc. | Aſcenſii. |
| Lug. | Lugdunenſe. |
| Baſ. | Baſileenſe. |
| Gr. | Gryphii. |
| Ph. N. | Philippi Nutii. |
| Col. | Colonienſe. |

DIONYSII VILLERII CANCELLARII
TORNACENSIS TETRASTICHVM.
Ad Lectorem.

*Spera fœdifragi cecinit certamina luſci*
*ITALICVS, tenebris obruta Cimmerijs,*
*D'AVSQVIVS hæc Scholijs lychnum redolentibus ornat:*
*Ætatem Genio, Teque fauente ferant.*

IANI LERNVTII. ELEGIA DE SILIO ITALICO A CL. V. CLAVDIO DAVSQVEO accurate emendato & luculenter illuſtrato.

*Silius, Italica nactus cognomen ab Vrbe*
*Hiſpanâ Italicum, clarus in Vrbe fuit*
*Aeneadum orator, vatéſque & Conſul, honoro*
*Ter titulo inſignis maximus arte ſacra*
*Carminis Heroi, cecinit quo Punica bella,*
*Auſpicijs Tyrij ſollicitata Ducis:*
*Pérque bis octonos agitata ferociter annos,*
*Res Itala in cineres dum prope tota ruit.*
*Tarpeiaque metu quatiuntur culmina rupis:*
*Quum defenſa Ioui vix ſtetit aula Numæ.*
*Augurio donec cæleſti Scipio motus,*
*Intulit Auſtrali ſigna tremenda plagæ:*
*Inque ſolo patrio robur Libyę omne, cecidit*
*Victor, Agenoridum ſub pede colla premens.*
*Namque animo ingenti geſſit quæ plurima Romę,*
*Pleraque in obſcurę nubis opaca ſinu,*

*Ceu pelago, hauſta latent: nec ſpes eſt poſſe reponi,*
*Non ſi ipſa auxilium ferre moneta velit.*
*Día moneta, retro ſolers abſtruſa videre,*
*Indolis ingenita perſpicientis ope.*
*Illa etiam periere, leues diſperſa per auras,*
*Quæ toties centum detinuere viros*
*Auribus arrectos facunda, & mellea verba,*
*Pro trepidis ſemper viſa valere reis,*
*Dum magni Ciceronis opes, è pectore promit*
*Diuite, & eloquio non minor, ore tonat.*
*Interiere, iacentque tenebris obſita ſæcli,*
*Nullus ingenio, vel reuocanda manu.*
*At non Aonio quæſitum pectine nomen*
*Deperit, eternis per freta vaſta volans*
*Ardua fulgentis tranſcendit cærula cęli:*
*Et leti triſtis conditione vacat.*
*Tempora Mæonides ſic poſtera vidit Homerus.*
*Sic Maro deuicta monte ſuperſtes agit.*
*Sic Calaber Fl. ccus; Sextuſ ue Propertius Vmber*
*Florent, & parili ſidera calle petunt.*
*Ecce tot Auſonię poſt orta piacula linguę,*
*Barbarus inuexit quę Geta marte truci:*
*Non veritus labem libris inferre profanam*
*Aeuo ſacrarat quos numeroſa dies,*
*Silius emicuit, velut inter nubila Titan*
*Clarus, & imperio deficientę ſtetit.*
*Non tamen intacto ſic perſtitit vſque nitore,*
*Quin violata graui geſſerit ora lue.*
*Senſerit & plagis lacerum ſe pluribus eſſe,*
*Oſſa quibus pariter ſunt quoque lęſa ſua.*
*DAVSQVIVS has Critico pepulit medicamine noxas:*
*Acri mente ſagax, iudicijque catus.*

DAVSQVEVS Art[illegible] memorab[illegible]

*Artibus excultus quo mage nemo bonis.*
*Reſtituitque decente locans ſic ordine cuncta:*
*Gaudeat vt priſcum ſic reparaſſe decus*
*Sidonij motus ſcriptor, ſenioque repulſo*
*Anguis vti poſita pelle recenter,* ouet. *ouat.*
*Ergo coronetur parta modo laude Machaon*
*Neruius, & dextro tendat in ora virûm*
*Omine; ſitque comes, ſeu dux ſibi redditus ille,*
*Cuius iam virtus culmen honoris adit.*
*Contigit ex merito nam fama perennis vtrique*
*Ætas quam lapſu nullo abolebit anus.*

---

## IN SILIVM ITALICVM, EIVSQVE interpretem D. Cl. Dauſquæium, And. Hoi Brug. Carmen.

*ROmana ætates quinas habuiſſe poëſis,*
*Comperta, & rudis ante fuiſſe,*
*Egregium princeps Latio quàm induceret auſum*
*Æqualis tibi, Liuius, Enni.*
*Indè, per ętatis ceu flexum, adoleſcere: cui vim*
*Paccuuiuſque, & Plautus, & acer*
*Accius addiderint. toto dum florida ſucco,*
*Et plena ſolidum indole robur*
*Indueret: quali candore polita venuſtas,*
*Nil adfectati ſapit; at ſe*
*In ſcriptis genuina tuis, Maro, Flacce, Terenti*
*Sexte, & Veronenſis, & Albi,*
*Arguit. Auguſto deinceps à Cæſare, iterum*
*Ad Neruam, heredéſque remotos,*
*Ceu Genio defecta ſuo, efflorescere cæpit:*

*Dicendique nouum genus orſa,*
*Amiſit venerem, cum ſimplicitate, priorem;*
*Grande licet conata ſonare.*
*Talia Papinij, Iuniique, & carmina Sili,*
*Et vatum, quos Corduba fudit.*
*Hinc emenſa velut ſpatium, per ſæcula, quartum,*
*In veſtigia prima ſenectæ*
*Inſtitit, atque hæſit dudum. Sic Muſa Boëthi,*
*Paulini, Auſonijque, victum*
*Quid redolet. Laudanda equidem, omni ętate, voluntas*
*Celſarum fuit illa Animarum;*
*Quas ſupra ignauum virtus Heliconia volgum*
*Suſtulit, & famę alta cupido:*
*Quamlibet haud cunctis primos decerpere honores*
*Contigerit, vel præmia ferre*
*Altera. Sic tuus hic, Dauſquæi, Silius, æui*
*Fata ſui ſuperaſſe putetur.*

---

IN CLARISSIMI VIRI CL. DAVSQVEII
Silium Italicum.

*SOrtitus olim nomen ab Italis*
*Iugi biformis Silius incola,*
*Iecur Suadæ, cor Mineruæ,*
*Doctus ad arma ciere Martem,*
*Sublimiori ſcripſit acumine*
*Poëma doctum, Pallade nobile?,*
*Quod Nymphæ adornent, & ſacratæ*
*Cui genius faueat Mineruæ.*
*Scripſit latenti conſita cortice*
*Sudore magno Punica proelia*
*Et* ANNIBALIS *tot verendum*

*Vrbibus, ac populis furorem.*
*Hic tu biformis myſta ſacer iugi*
DAVSQVÆE *cuius Belgia ſuſpicit*
*Laborem, aperto pandis omnes*
*Cortice, qui latueræ ſenſus.*
*Tu ſolus omnes diſcutis ingeni*
*Solertioris lumine (numine*
*Apollinus fauſto & ſecundo)*
ITALICI *latebras poetæ.*
*Huius, illius, qui legerit ſtilum,*
*Vter duorum* SILIVS *ambiget*
*Plautique certabit iocoſo*
*Mercurij, Soſiæque riſu.*
*Hinc Roma quantum debuit* ITALO,
*Debere tantum* BELGIA DAVSQVIO
*Lubens fatetur, dum rependit*
*Pulueris emeriti brauium.*

Ioannes Vocardus Neruius.

# AVCTORES LAVDATI,

## INTERPRETATI, CORRECTI

### IN HISCE SILIANIS.


*ACcius* 166.182.335.399
*Aelianus* 38.103.120.191. 330.402.410.419.553.568. 569.589.603.610.612.671
*Aelius Dionyſius* 130
*Aeſchines* 47
*Aeſchylus* 115.160 194
*Afranius* 253
*Agathocles* 151
*Albertus M.* 672
Albinouanus 34
Alexander ab Alexandro 336
Alexander monachus 150
Alphius 3
Ambroſius 730
Ammianus Marcellinus 65.577.613
Anacreon 137
Antigonus 38.158.489.598.604.616. 671
Anthiochus Syracuſanus 608
Antipater 571
Antiphanes 540
Antoninus Imp. 184
Antonini Itinerarium 605.ſæpius.
Antoninus Liberalis 190. anteaque ſæpius. 385.444
Antonius Diogenes 145.130.574
Apollonius Rhodius 10.119.158.173.205. 220.230.305.401.412.414.418.436. 506.550.631.
Sid. Apollinaris 45.89.108.131.147.206. ſæpius.215.309.365.418.526.578.587. 593.635.665.675.687.ſæpius.
Apollodorus 31.64.101.104.127.138. 144.316.365.381.414.481.499.bis. 616.502.551.611.658.
Appianus 3.4.7.13.18.19.21.22.36.47. 56.74.80.87.bis.102.106.137.bis.153. 154.158.166.192.211.238.245.261. 264 bis.267.269.276.284.285.305. 306.316.362.363.406.412.424.431. bis.437.438.441.443.444.460. 499.ſæpius.519.ſæpius 534.535.565. 575.576.577.578.616.623.638.654. 656.663 bis.
Apuleius 12.32.41.54.101.116.211.218. 229.252.312.315.354.360 366.
Archelaus 93
Archimedes 617
Ariſtobulus 247
Ariſtocles 345
Ariſtoteles 41.69.bis.78.133.158.169. 226.bis.301.352.470.601.609.682.
Arnobius 2.102.201.204.251.344.358. bis.435.560.
Arrianus 569.571
Aſinius Pollio 137
S. Athanaſius 102.570
Athenæus 10.126.259.297.299.367. bis.449.460.470.583.613.618
F. Auienus 100.137.181.242.616
S. Auguſtinus 6.7.10.bis.32.71.84. 104.118.127.134.147.149.152.158. 168.184.197.223.264.268.271.278.

307.319.348. 353. 396. 399. 419. 430. 435.441.451.477.529.544.bis. 557. 565.596.637.638.639.ſæpius.
*Aurelius victor* 32.42.52.302.381.bis.
*Auſonius* 84. bis.93.128.141.260 261. 377.399. 435.454 529. 595.597. 613.
*Auctor de viris Illuſtrib.* 274.565
*Auctor de Colorib.* 314
*Auctor ad Herennium* 402

B

B*aptiſta Pius* 35.47.55
*Baronius*
*Baſilius M.* 145
*Baſilius ſeleucenſis.* 18.210.629.
*C. Baſſus* 551
*Briſſonius* 5. 672
*Brodæus* 120
*Budæus* 732
*Bulingerus* 786

C

C*æſar* 31.119. 128. 160. 199. 203. 434.680
*Calcagninus* 276
*Callimachus* 172.687
*Calliſtenes* 138
*Callixenus* Rhodius 462
*Calpurnius* 38.146.297.bis.
*Capitolinus* 217.271 365.380.468.669.
*Carrion* 2.33.38.55.56. 75.68.89.92.93. 268. 486.535. 664. 688
*Caſaubonus* 28. ſæpiusque
*Caſsiodorus* 232. 491
*Cato* 173.268. 44[illegible]
*Catullus* 10. 21. 110. 133. 143.354. 355. 421.456.489.495.511.580.607.6[illegible]8.
*Cedrenus* 61[illegible]
*Celſus* 34[illegible]
*Cenſorinus* 75. 138.566
*Chariſius* 3.17. 206
*Choulius* 101.208
S. *Chryſoſtomus* 72. 560
*Cicero Silij præceptor* 2.3.5.7. 9.12. 18. 20.21.25.bis.29.31.41. 56. 58. 71. 76. 78.87.106.108.110. 113. 116. bis. 119. 129. 152. bis. 157. 160. 166. 175. 178. 186.199. bis. 202.203. 209. 213. 214. 222. 231. 234. 250.259. bis. 264.269. 270.256.272.277.284.294.30 . 312. 346.349.bis. 350.ſæpius.354 356 370. bis. 374 376.bis. 380.399. 402. 414. 415.428. 435. 442. 444. 446. 448. 449. bis. 453. 454. 460. 479. 484.485 494.495.ſæpius. 499.508. 528.531.533.535.540.bis. 555 563. 565. ſæpius. 571.bis. 575.576 580. 581. 583. 586. 593. 5[illegible]4.597 ſæpius. 598. 601. 602.ſæpius.6[illegible]4 605.ſæpius.606.608. ſæpius. 611. ſæpius. 612. 613. 616. 628. 635.ſæpius. 636.637.bis.638. 639.641. 645.648.658.668.671.672.675.
*Cincius* 3. 47
*Claudianus* 21.25. bis. 26. bis. 42. bis. 115.118.119.130.141.158.199.206.208 215. 231. 245. 265. 294. 313. 345. 348. 358. 360. 373. 406. 407. 419. bis. 421. 449. 491. 502. 518. 532 563.565. 573.588.bis. 590. 595. 601.602.604. 674.
*Clemens Alexand.* 130.174.bis.
*Cœlius* 242.365
*Columna* 267
*Columella* 570
*Conon* 102 235.344.348.445.468. 584. 595.596.603.
*Conſtantinus* 121
*Cornelius Nepos* 7.12.13.bis.19.24. 122. 162.199.577. 611.
*Cornelius Seuerus* 98.
*Coruinus Meſſala* 529
*Crinitus* 2.98
*Cteſias* 128.135. 301
*Curtius* 12.13. 25 bis. 35.56.76.78.96. 100.104.118.155.bis.158. 179.199.bis. 213.220.298.340. 347.366.406. 421. 422.434.481.492. 567. bis. 569. 582. 602.613.616.645.656
S. *Cyprianus* 28.118.bis.122.205.214. 235.308.461.479.bis. 540.

D.

DAimachus 250
Damaſcius 104.560
*Demagoras Samius* 610
*Demoſthenes* 25.344.355.458.
*Dicearchus* 101.659
*Dinias* 120
*Dio* 56.86.129.150.152.232.274.*bis*.380. 437.616.
*Diodorus Siculus* 2.3.18. 45.59.65.79. 92.101.104.116.*bis*.127.134 140.156. 157.168.171.193.199.*ſepius*.204.210. 215.220.235.239.312.354.407.412. 425. 446.483.495.500.*ſepius*. 526. *bis*.531.545.551.568.*bis*. 594.595.596. 597.598.601.*bis*.603.*bis*.605.606. 608.*bis*.611.612.616.623.636.*ſepius*. 669.687.
*Diodorus Tarſi* 183
*Diogenes Laertius* 582.646
*Diomedes* 444
*Dionyſius ſeu Afer, ſeu Alexandrinus, ſeu ByZantinus* 9.19.20.25.27.34. 43.78.117.120.122.126.135.143.155. 217.230.323.480.567.606.608.
*Dionyſius Halicarnaſſeus* 3.7.9.12.42. 47.52.55.56.58.59.89.147.151.152. 162.184.191.193.223.271.272.282. *bis*.288.292.289 304.315.327.332.343. 344.352.*ſepius*.354.361.362.363.378. 383.384.*bis*.421.435.439.443.454. 469.474.*ſepiſſima*.513.519.522.*bis*. 523.528.565.*ſepius*.576.620.631.
*Dioſcorides* 119.672
*Duodecim tabulæ* 242.551

E

ECcleſiaſtica Hiſtoria 256
Eccleſiaſticus 105
*Ennius* 3.78.199.251.265 362.381.383. 383.393.513.535.542.631
*Epigrammata Græca* 106.223
*S. Epiphanius* 199.637
*Erythræus* 372
*Etymologus* 355.356.*bis*.
Eudoxus Cuidius 70.423
Euphorion 257
*Euripides* 31.269.294.319.352.398. 457.574
Euſebius 199.250.350.477.670
*Euſtathius* 10.12.50.79.83.86.103.105. 106.110.115.*bis*.126.*ſepius*.128.*ſepius*.135.143.156.158.162.163.171. 176.193.205.211.213.221.230.*bis*.231 238.247.295.354.*bis*.360.371.373. 375.393 398.414 445.*bis*.446.466. 470.492.513.517.521.522.526.541. 554.560.568.569.573.580.582.586. 601.606.610.*bis*.613.622.626.631. 642.646.645.657.658.663
*Eutropius* 58.232.577
*Eutyches* 25

F.

FAbius 3.47.
*Faſti Siculi* 232
*Feſtus* 2.4.7.18.36.55.58.106.*bis*.131. 147.155.183.196.204.206.*bis*.219. 220.251.268.269.276.289.297.*bis*. 299.326.*ſepius*.344.*bis*.345.348.349. 352.*ſepius*.355.357.362.364.371.381. 384.390.*bis*.399.*ſepius*.426.434. 436.443.444.448.*ſepius*.484.486. 487.495.511.522.536.580.634.648. 687.
*Flauius Ptolomeus* 10
*Florus* 3.10.13.53.75.82.116.129.134. 137.186.196.209.211.220.243.246. 261.274.*bis*.344.357.362.393.399. *ſepius*.402.430.441.477.494.500. 594 654.
*Fronto* 306
*Fulgentius* 435
*Fuluius Urſinus* 580

G

GAlenus 332
Gallus 28
*Gallus* 4.5.58.82.121.252.155.162.164.

168. 190. 207. 209. 242 256. 271. *bis.* 276. 302. 303. 312. *bis.* 316 330. 358. 398. 399. *bis.* 404. 426. 443. 453. 477. 489 528. 547. 551. 565. *bis.* 569. 588. 609. 655. 657.

*Geneſis* 319. 449.
*Germanicus Cæſar* 428
*Georgius Piſidas* 470
*Geſta S. Ianuarij* 489
*Giſanius* 56
*Gloſſarium vetus* 2
*Gorlæus* 576
*Gratius* 133
D. *Gregorius M.* 159
*D. Gregorius NaZianZ.* 687
*Griſolius* 276
*Giraldus* 199

*H*

*HAdrianus Iunius* 133. 234
*Harpocration* 110
*Hegeſippus* 149
*Heliodorus* 568
*Heraldus* 449. 545
*Herodianus* 28. 330. 435. 543. 673
*Herodotus* 24. 55. 103. *bis* 117. 120. 126. 127. 128. 137. 155. 158. *bis.* 214. 330. 482. 531. 626. 544. 553. *bis.* 554. 568. 569. 586. 611. 635.
*Hermeſianax* 331
*Hermolaus Barbarus* 132
*Herricus Steph.* 128. 428
*Heſiodus.* 19. 86. 114 144 216. 560. 642
*Heſychius* 14. 87. 199. 214. 228. 232. 298. 328. 444. 511. 582. 583. 613.
*Heynſius* 12. 15. 46. 47. 59. 64. 84. 86. 94. 122. 137. 152. 156. 158. 164 207. 209. 218. *bis.* 268. 289. 295. 308. 328. 335. *bis.* 402. 412. 465. 468. 478. 507. 530. 533. 540. 551. 554. 569. 593. 608. 617. 621. 623. *bis.* 629. 631. 680.
S. Hieronymus 258
*Himerius Sophiſta* 569
*Hippocrates* 130
*Hirtius* 434
*Homerus* 9. *bis.* 12. 13. 41. 42. 43. 44. 67. *bis.* 78. 85 86. 113. 116. 125. 132. 136. 158. 163. 166. *ſæpius.* 171. 176. 178. 183. *bis.* 196 204. 208. 211. 213. 215. 216. 219 225. 228. 229. 230. 238. 242. 245. 259. 266. 291. 292. 294. 395. 298. 304. 305. 312. 315. *bis.* 321. 328. 334. 337. 369 370. 387. 389. 398. *ſæpiſſimè.* 407. 411. 412. 414. 416. 426. 430. 431. 457. 459. 463. 517. 518. 528. *ſæpius.* 541 542. 543. *ſæpius.* 550. 559. 560. *ſæpius.* 570. *bis.* 573. 574. *bis.* 581. 583. *ſæpius.* 586. 605. 607. 622. 626. *bis.* 651. 656. 659 *bis.* 660. 663. *bis.* 668. 681. 682. *bis.*
*Horatius* 3. 15. 24. 27. 57. 59. 72. 76 100. 111. 113. 127. 130. 158. 173. *ſæpius* 186. 191. 199. 209. 238. 265. 271 277. 291. 297. 302. 312. 332. 344. 349. 350. 352 365. 369. 376. 383. 401. 416. 419. 428. 445. 448. *ſæpius.* 469. *bis.* 474. 485. 493. 506. 510. 512. 513. 529. 532 *bis.* 535. *bis.* 581. 613. 623. 626. 639. 641. 645. *bis.* 656. 657. 660. 669.
*Hortenſius* 451
*Horus* 672. *bis.*
*Hotomanus* 351. 596
Hyginus 574

*I*

*IAcobus à Cruce* 12
*Iacobus Bononienſis* 144
Iacobus *Pontanus* 18
S. *Ioannes* 228. 251. 259
Ioſephus 13. 117. 149. 639
Ioſephus Scaliger 412. 544. *bis.* 596. *bis.*
*Iſaias* 193
*Iſidorus* Hiſpalenſis 65. 119. 121. 136. 375. 463. 499. *bis.* 500. 502. 590. 598. 602
*Iſidorus* Iorath. 671
*Iſigonus Nicæenſis* 555
*Iſocrates* 264. 474. *bis.* 565. 573. 611.
*Iuliu. Modeſtus* 551
*Iulius* Scaliger 24. 40. 50. 104. 108. 175. 586. 653.

Iuſtinus 22.56.68.116.132.136.162.254.444.445.500.567.580.581.611.626.675.
Iuuenalis 5.42.45.58.90.110.118.154.199.251.297.347.358.454.457.468.510.526.571.ſæpius.578.bis.581.628.671.

L

LActantius 9.183.199.354.399.bis.419.435.574.641.
Lampridius 49.294.545.607.616
Langius 71
Lazius 120.251
Lipſius 36.100.120.150.187.215.226.251.279.284 334.346.434.545.
Liuius qualibet ferè pagina
Liuius Andronicus 3
Lucanus 24.bis.28..bis.32.35.38.63.76.118.119.122.bis.125.126.138.149.153.155.ſæpius.158.183.186.189.201.215.223.bis.268.279.281.308.316.339.346.348.349.356.359.365.374.375.390.392.421 bis.426.428.437.446.463.468.478.479.489.491.532.bis.569.590.595.620.621.622.bis.623.626.bis.633.646.660.664.668.677.681.
S. Lucas 145 623
Lucianus 78.106.bis.203.622.329
Lucilius 48.166.165.422.484.492.607
Lucretius 12.21.27.28.31.110.128.163.178.192.216.348.398.412.421.428.457.486.494.502.517.520.542.ſæpius.555.582.626.bis.633.662.679.bis
Lycophron 580
Lyſimachus 291

M

MAchabæi 212.385.391.
Macrobius 3.58.63.65.70.71.bis.75.79.84.98.101.102.bis.173 187.218 219.278.297.314.344.346.353.358.399.bis.421.431.442.462.467.477.495.bis.543.546.bis.576.613.931.
Maldonatus 71
Marcianus Heracleota 34.114.137.139.162 204.231.232.385.445.481.482.526.551.580.583.584.609.610.658.ſæpius.659.
Marcilius 510.ſæpicule
Mariana 24.82.83.108.110.131.136.137.199.378.392.477.583.584.611.652.
Marſus 32.264.272.321.393.412.486.508.681.685.
Martialis 3.14.21.22.25.27.28.36.61.83.106.108.127.130.138.150.151.152.153.171.250.297.ſæpius.324.332.bis.347.348.bis 349.360.376.419.445.449.463 470.bis.477.484.bis.486.487.489.491.ſæpius.492.bis.498.500.505 510.511.513.542.566.574.581.649.
Martianus Capella 574 580.
Maximus Tyrius 31.103.138.236.256.366.445.506.551.603.626.641
Megaſthenes 258
Mella 45.102 106.116.119.bis.126.132.134.158.162.231.298.356.bis.489.491.502.bis.505.542.551.555.567.587 590.594.598.601.604.628.652.658.660.674.684
Memnon 368.544.555.608.
Merula 116
Metaphraſtes 544
Methodius 588
Modius 1.24.33.36.50.bis.55.56.74.86.89.92.122.138.143.bis.145.152.155.164.178.bis.179.180.193.ſæpius.196.205.206.216.237.243.252.257.259.260.264.272.306.bis.307.bis.308.330.335.340.353.360 bis.376.381.382.387.bis.395.402.412.bis.419.421.449 451.460.471.483.486.495.498.505.509.510.520.531.532.535.bis.536.538.569.580.bis.581.584.605.bis.619.620.621.626.bis.633.642.648.ſæpius.664.bis.668.669.677.679.bis.680.681.bis.684.686.
Moſchus 295.587
Muretus 232.421.

## N


NÆuius 3.492
Nemeſianus 25.127.297.418.495
Nicolaus Damaſcenus 458
Nonius 55.132.307
Nonnus 12.20.28.113.171.173.183.206. 228.231. ſæpius.232. 235. 255. 256. bis. 261.312. bis. 297. bis. 298. 331. bis. 355. 358. bis. 366. bis. 401. bis. 465. 500. 511. 533. 558. 568. 586. 595. 645. 663. 660.
Numi veteres paßim.


## O


OEcumenius 623. 632
Olaus 256
Olympiodorus 90
Onuphrius 1.351
Oppianus 35.40.134. bis. 181
Origenes 232
Oroſius 46.58.116.128
Ortelius 119.289.602
Orpheus 199. 210.299.354 bis.
Ouidius. 9. bis. 12 20.25.28.32.40. 41. 45.47.58.65.68.84.92.106.135.147. 153.157.158.164.173.181.184,187.190 191.196.201.205. ſæpius.206.209.210. 215.216.238.247.264.267. 272. 282. 285.297 bis. 299.301.308.312.313.314. ſæpius.325. 330. 331. 332. 334. 335.337. 344.346.349.353.357. bis. 358.359.362 364.365.366.367. ſæpius.370 .375.378. 387. bis. 398.402.404.416. 419. 421. 435.446.453.456.463. 468. bis. 483. 484.498. 499.505.508.510. 513. 523. bis. 528. bis. 533.542.547. ſæpius. 552. 559.560.563.565.573. ſæpius. 601.605. 608.609. bis. 610. 613. 620. 622. bis. 624.631.646.656.672.681.682. 684. 687.


## P


PAcatus 27.648
Palaphatus 349
Papinius 21.83.98.115.130.141. 149. bis. 150. ſæpius. 152. ſæpius. 169. bis. 170. bis. 187.213.223.235.293.294.312. bis. 330.334.373.407.419. 466. 560. 663. 684.
Paterculus 6.7.80. 100. 116. 186. 203. 239.349.383.416.446.481. 608.
D. Paulus 399
Paulus vide Feſtum.
Paulinus 136.138.247.
Pauſanias 3.27.117.158.264.366. 499. 576.584.608.622. 639.
Petronius Arbiter 544.644
Perſius 52.299. 362.421. 479. ſæpius 490.660.674
Peſcenius Feſtus 199
Philadelphus 379
Philinus 3.
Philippus Epigrammatarius 367.
Philochorus 610
Philo Iudæus 360.568.633.641.
Philoſtratus 27. 102. bis. 103. 118. 133 181.256. bis. 261. ſæpius. 308. 365. 577 637.641. ſæpißime. 674.
Phlegon Trallianus 169
Phocylides 52. 171
Photius 49.78. 93. 104. 106.125. 129. 168. 193. 199. 231. 247.421.443.456. 465.492.495.
Pierius 373
Pimponius 52.465
Pindarus 573. 580. 588.604
Pithoei Itinerarium 576
Placiades 549
Plutearius 672
Plato 398.449.602. 641.656
Plautus 19.21.31.74.748. 103.108.113. bis. 133. 151. 209. 261. 269. 270. 291. 299.311. 335. 338. 339. 404. 448.462. 493. 498. 528.560.641.
Plinius qualibet fere pagina.
Plinius alter 524.620
Plutarchus 6.19.45.52.76.89.101.103. 116.128.135.147.152.162.181.184.196. 210. bis. 214. bis.
Plutarchus 214.238.243. 245. bis. 265. 261 .279.281.282. 287. 288. 291. 292. 316 319.326. bis. 334.337.339.342.343. 352 355.363.378. 425. 431. 435. 456.

466.477.524.545.551.554.565. 569. 571.574. 575.577. 578. 591. 594.*bis.* 608. 611.*bis.*613.*ſæpius.*616.617.*ſæpius.* 628.639.656.663.670.673.674.
*Polemon* 600
*Politianus* 543
*Pollux* 2. 40.618.623
*Polyænus* 55.271.301.308.662. 670.
*Polybius* 3.6.7.12.13.*bis.*14. 18. 20.21 31. 32.35.36. 53. 56. 61.82.87.90.100 115.118.119.125.126.141.144. *bis.* 163. 168.169.172.173.*ſæpius.*187.194.204. 207.211.*ſæpius*.213.217.264.268.272. 285.*ſæpius.*288.291.305. 316. 326. *bis* 337.342.343.348.359.363.371.378.380. 382.384.387.*bis.*445.446.456. 494. 522.536.563.565.584.*bis.*589. 591. 593. 595.*bis.*597.*bis.*598.599.*bis.*602.604 607.610.616.*ſæpius.*628.*bis.*632.645. *bis.* 653.*ſæpius.*655.*bis.* 656. 658. 659. *bis.* 660.*ſæpius.* 668.684.
*Porphyrio* 376
*Porphyrius* 297
*Poſidonius* 128.158
*Procopius* 168.265.
*Prodicus* 641
*Propertius* 3.5.19. 21.43.47.67.86.102. 147. 155. 201. 217. 242. 264. 294. 311. 323.324. *bis.* 421. 454. 485.493.502. 510.570.575.614.621.628.
Cl. *Ptolemæus* 380.608
*Ptolemæus Flauius* 133. 368
*Ptolemæus Hapheſtio* 236. *bis.* 597
*Prudentius* 22.78. 106. 128. 236. 265. 358.434.479.540.567.593. 616.628. 641.664.672.

Q

*Vintilianus* 2.594.641
*Quintus Claudius* 426
*Quintus Calaber* 36.106.127.178. 443. 426.437.492. 511. 519. 529.551.624. *bis.*625.635.648.656.*ſæpius.*
*Quintus Quadrigarius* 528

S

*Alluſtius* 20.25.93.115.118. 119. 155. 164.181.187.199.232.243.245. 301. 348.423.498.500.580.590.626.314. 462
*Sappho* 314.462
Scholia *Apollonij* 10. 265. 293. 417. 456.465.509.555
Scholia *Ariſtophanis* 355
Scholia *Callimachi* 117
Scholia *Euripidis.* 162.291
Scholia *Homeri* 127.378.462.569.619
Scholia *Pindari* 118. 127
Scholia *Theocriti* 588.609
*Scopa* 350
*Scylax Caryandenus* 15. 63. 122. *bis.* 125. 232.316.499.583.608.*bis.*
*Seneca Philoſophus* 52.68. 98.147. 187. 190.197.232. 276. 621.
*Seneca tragoedus* 21.*bis.* 42. 43. 70. 71. 98. 102. 108. 115. 143 178. 186. 190. 193.196. 199.206.*bis.*268.269.273. 279.299. 365. 381. 418. 421. 470. 494.495.*ſæpius.*505. 526.530. 549. 560.567.590. 594. 628. 629. 633. 634.648.654. 665.
*Seruius* 58.199.312.347.349.364.369. 529.543.563.602.648
*Sextius* 173
*Sextus Pompeius* 2.6.58.174. 181.190. 214.222.255.265.268.269.310. 344. 348.352 *bis.*364. 387. 444. 445. *bis.* 507. 509. 523. *ſæpius.* 547.*bis.* 574. 595.656.664.*ſæpius.*
*Sibylla* 116.380.580.596
*Silius Italicus* *paſſim*
*Simonides* 610
*Siſenna* 679.*bis.*
*Solinus* 9 20.24.28.38.43.47.67. 9. 103.105.106.115.116.*bis.*118.119. *bis.* 123.126.138.149.155.173.181.183.193 247.289.314.330.332.345.352.356.361 365.366.*bis.*369.370.371. 374. 378. 380. 392. 418. 445. 481. 482. 492. 499.*ſæpiſſimè.* 505.*bis.* 522.526.529. 542.*bis.*555.563.574 *bis.*575.576.578. 580.582.588.595.598.601. *bis.* 602. 603.604.*bis.* 605.606.607 609. 610.642.657.661.672.674.675

Sophocles 167.228.299.633.
Soſipater 53
Sozinus 59
Spartianus 28.558
Stephanus 2.104.118.119.136.264.345.
348.362.380.526.566.595.598.608.
bis.658.
Stolaus 552
Strabo qualibet ferè pagina.
Suetonius 9.42.63.116.118.138.150.ſæpius.152.bis.153.220.272.301.348.
bis.352.ſæpius.360.bis.380.385.435.
446.460.492.465.470.477.526.
576.607.613.626.646.673.
Suidas 31.115 116.167.210.291.294.
328.355.551.570.578.581.596.600.
602.604.608.616.bis.
Symmachus 489

T

Tacitus 1.20.21.25.36.41.45.87.
90.104.108.128 145.149.bis.
150.152.191.203.214.232.236.245.
278.279.291.311.345.346.348 349.
369.373.377.379.387.402.425.bis.
431.449.466.477.489.494.499.
536.544.545.590.ſæpius.616.635.
674.
Tarapha 130 136
Terentianus 85.110.144.242.616.674
Terentius 24.31.166.193.335.400.401.
402.642.644.665.
Themiſtius 302
Theocritus 2.45.176.245.294.305.321.
367.414.448.582.bis.619.bis.631.
658.
Theodectes 778
Theoderetus 602
Theodorus Tharſi 309.672
Theognis 619
Theophraſtus 130
Theopompus 299
Thucydides 55.352.506.582 ſæpius.583.
586.ſæpius.596.598.600.601.604
608.609.612.658
Tibullus 15.31 289.330.335.bis.623.
Tiraquellus 382
Torrentius 118
Trebellius Pollio 106.448
Triodium Graecorum 87
Tubero 3
Turnebus 100.166.314.332.364.428.
bis.637.642.
Tzetzes 181.380.431.499

V

Valerius Antias 528
Valerius Flaccus 172.171.252.
254.296.401.bis.414.543.652.665.
Valerius Maximus 5.13.28.51.137.208.
232.261.271.277.283.320.327.328.
339.407.423.435.bis.448.451.bis.
466.477.478.547.bis.565.ſæpius.
571.574.578.590.611.638.639.648.
656.664.ſæpius.
Valerius Max. Meſſala 283
Varius 418
Varro 5.83.133.152.234.354.392.434.
486.519.535.544.566.378.607.631.
Vegetius 36.bis.177.238.294.352.373.
552.677.bis.
Velſerus 168.215
Verrius 359
Veteres Inſcriptiones paſſim.
Vibius Sequeſter. 602
Victorinus 35
Vincentius Bellovacenſis 672
Virgilius Silij præceptor alter, qualibet ferè pagina.
Vitruuius 35
Vlpianus 79
Vopiſcus 457.571.656.bis.
Vualterinus 35.352

X

Xenagoras 36
Xenophon 36.41.164.267.366.
641.642.bis.
Xiphilinus 3.28.36.38.42.63.79.87.
90.122.133.149.186.462.566.
Xylander 604

Z

Zonaras 223.274.277.bis.373.


FINIS

# PRIVILEGE DV ROY.

NOVS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre, A nos amez & feaux Conſeilliers, les gens tenans nos Cours de Parlements, Baillifs, Preuoſts, Seneſchaux, & à tous nos Iuſticiers & officiers qu'il appartiendra Salut: Noſtre bien aymé Dauid Douceur Marchand Libraire iuré de noſtre ville de Paris, nous a faict humblement expoſer qu'auec grand ſoin, fraiz & diligence, il auroit recouuré vn liure intitulé: *In C. Silij Italici viri conſularis Punica ſeu debello Punico ſecundo libros* 18. *Cl. Dauſquaius* Canon.*Tournac.* lequel il deſireroit faire imprimer: mais il craint qu'apres auoir employé pour c'eſt effect grands deniers, autres vouluſſent faire le ſemblable auec noms ſuppoſez, & des lieux où ils auroient eſté imprimez, ſoit en petite lettre ou grandeur de volume pour les reduire à moitié de groſſeur & de prix, aux villes eſtrangeres, & iceux liures debiter ſecrettement en nos Royaumes, & pour mieux deſguiſer les Liures, y faire adiouſter quelque augmentation qui ſeroit ruiner ledict expoſant, ſi par nous ne luy eſtoit ſur ce pourueu de nos lettres, humblement icelles requerant. Nous à ces cauſes, Auons par ces preſentes permis & accordé, permetons & accordons audict Douceur de noſtre plaine puiſſance & auctorité Royale, d'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter ledict liure: Et ce tant de fois, & en telle grandeur & caractere que bon luy ſemblera, durant le terme de ſix ans. A conter du iour & datte de l'impreſſion, auec tres-expreſſes inhibitions & deffences à toutes perſonnes telles qu'elles ſoient, d'imprimer ny faire imprimer, vendre, tenir & achepter, ny eſchāge, ny trafiquer, dedans & dehors noſtredict Royaume, aucuns deſdicts liures, ne les augmenter ny diminuer, ny extraire aucune choſe, ſans le conſentement dudict expoſant, ſur peine de trois mille liures d'amende, appliquable le tiers à nous, le tiers audit expoſant, & lautre tiers au denonciateur, qui donnera le premier aduertiſſement du lieu où ils auront eſté imprimez, pour les vendre, trafiquer & eſchanger, & de confiſcation des exemplaires. Nous voulons, & nous plaiſt, que le premier marchand qui ſera troué ſaiſi d'vn ſeul exemplaire autre que de l'impreſſiō dudit expoſant, qu'il ſoit pourſuiui comme ſi ledict liure auoit eſté par luy imprimé, ſans que l'eſpoſant ſoit tenu, ſi bō ne luy ſemble, s'adreſſer à autre. Voulons en outre, & nous plaiſt, qu'en faiſant mettre par ledict expoſant ces preſentes ou vn extraict d'icelles, ſoient tenues pour ſignifiees, & venues à la cognoiſſance de tous, & que foy ſoit adiouſtee à la copie d'icelle vidimee, par l'vn de nos amez & feaux Conſeilers, Notaire & Secretaire, comme à l'original, & ſur icelle faict toute pourſuite & acte de Iuſtice, meſme perquiſition és maiſons de ceux qui s'en trouueront ſaiſis, & ce par l'expoſant aſſiſté de nos officiers. Mandons en outre au premier noſtre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis, faire tous exploicts requis & neceſſaires, & recherche és magaſins où l'on aura troué ledict liure eſtre caché, meſme ſaiſir les exemplaires, & iceux mettre en no-

ſtre main. De ce faire te donnons pouuoir & mandement, ſans pour ce demander placet viſa ne pareatis, nonobſtant clameur de haro, Chartre Normande priſe à partie, & lettres à ce contraires. Mandons & commandons à tous nos Iuſticiers qu'à luy ce faiſant, ſoit obey: car tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Paris le cinquieſme iour de May l'an de grace mil ſix cens dix-huict, à la charge d'en mettre deux exemplaires dans noſtre Bibliothecque.

*Par le Roy en ſon Conſeil*

PERROCHEL.

# IN
# C. SILII ITALICI
## VIRI CONSVLARIS PVNICA,
## SEV
## DE BELLO PVNICO SECVNDO, LIB. XVII.

## *Cl. Dauſqueij Sanctomarij, Can. Tor.*
### Commentarivs.

ORDIOR *arma, quibus cælo ſe gloria tollit*
*Æneadum, patitúrque ferox Oenotria iura*
*Cartago. da Muſa decus memorare laborum*
*Antiquæ Heſperiæ, quantóſq; ad bella crearit,*
*Et quot Roma viros, ſacri cum perfida pacti*
*Gens Cadmea ſuper regno certamina mouit:*
*Quæſitúmq; diu qua tandem poneret arce*
*Terrarum fortuna caput. ter Marte ſiniſtro*
*Iuratúmq; Ioui fœdus, conuentáq; patrum*
*Sidonij fregere duces, atque impius enſis*
*Ter placidam ſuaſit temerando rumpere pacem.*
*Sed medio finem bello, excidiúmque viciſſim*
*Molitæ gentes: propiúsq; fuere periclo*
*Queis ſuperare datum. reſerauit Dardanus arces*
*Ductor Agenoreas: obſeſſa palatia vallo*
*Pœnorum, ac muris defendit Roma ſalutem.*
*Tantarum cauſas irarum, odiúmque perenni*
*Seruatum ſtudio, & mandata nepotibus arma*
*Fas aperire mihi, ſuperáſq; recludere mentes.*
*Iámque adeo magni repetam primordia motus.*

CAII] *Publij* vocabulum Silio qui præferret, non defuit. Marſus verò Commentario, Onuphrius Faſtis, Modius Nouantiquis, Ill. Cardinalis Baronius *Caij*. Quod vſu denſo eunti per hiſtoriam veterem occurret Silio præpoſitum. Taciti libro primo Annalium, prænomen eſt Silij legati, & exercitus ſuperioris præfecti, cuique ob res cum Germanico præclarè geſtas inſignia triumphalia decernuntur: Libro Annalium altero. *C. Silius*, claſſi fabricandæ præponitur, aliáque gerit. libro in ſequenti Sacrouirum Æduorum rebellionum caput diſiecit. Libro quarto *C. Silius imminentem damnationem voluntario fine præuertit.* Vnde claret illum noſtrum non eſſe *Italicum*, quòd nō nemini viſum, cùm *C. Silio Italico Poeta*. Coſ. ceciderit Nero; ille autem Tiberiū metuens corpore ſe exſoluit. *Caij* quoq; prænomen tulit Silius iuuentutis Romanæ pulcherrimus, cui denupſit adultera Meſſalina Taciti libro vndecimo. *Quincti* prænomen Silio cuidam fuit Liuij libro quarto, quo ex loco diſces Plebeiam Siliorum fuiſſe tribum. Et è Sex. Pompeij Frag. Farneſiano, vbi Silij P. & M. Trib. plebis nominantur. Ego *Silio Italico Poetæ Caij* prænomen hæſiſſe autumo ex coniectura crebrioris vſus, & quòd plures, iique rerum veterum peritiores id tenuiſſe deprehenderim. Vanum, quòd opponatur *Publij* prænomine Silium indui à Plinio, l. 8. c. 40. Natur. Hiſt. *Appio Iunio, & P. Silio Coſſ. cùm animaduerteretur ex cauſa Neronis Germanici filij in T. Sabinum, & ſeruitia eius.* Non enim ille cognomento *Italicus*, verùm *Nerua*, quod ex Annali quarto Cor. Taciti cognoſcere eſt, qui illi collegam addit Iunium Silanum: illum ipſum reor, cui prænomen Appii dedit Plinius: nam Tacitus Sabini mortem refert in Tiberij tempora. Fuit & *P. Silius* proprætor, ad quem exſtant Epiſtolæ Ciceronis l. 13. ad familiares.

SILII.] *Sili, Sily, Silones, Silunculi* pernotuerunt ex naſi figura, aut ſuperciliis. Feſtus, *Silus appellatur naſo ſurſum verſus repādo.* In veteri Gloſſario: *Silus*, σιμός. De *Silis* legendus Plinius l. 11. c. 12. M. Tullius l. 1. de nat. Deorum. Quintilianus lib. 1. Nonius etiam tradit *Silones* dictos è ſuperciliis prominētibus, à *Sileno*, qui hirſutis ſuperciliis pingebatur, idque authoritate Varronis in γνῶθι σεαυτόν. Deminutionis forma vſus eſt Arnobius lib. 3. cùm Deos ridet *Capitones, ſilunculos, frontones, labeones, mentones, nanios, naſicas.* Σιμιχίδας Theocriti *Siluneulus* reddi poteſt. Nonium Sex. Pompeius adiuuat: *Chilo dicitur cognomento à magnitudine labrorum: Cilo ſine adſpiratione, cui frons eſt eminentior, ac dextra, ſiniſtráque, velut reciſa videntur.* Hinc in veteri Onomaſtico rectius ſcripſeris: *Cilo* ἔξοφρυς, quam *Silo*. Adde alterum Gloſſ. *Silo*, σιμός. Itaque credibile eſt à *Silo* quo Siliorum tribum ortam, atque propagatam.

ITALICI.] Ciuitatium, quæ *Italica* dicuntur, vnam habet Hiſpania, alteram Italia: vtraque ex *Italorum* affluentia nomē ſortita, diſpari licet origine. *Italicam* Hiſpaniæ, *Ilipam* quoque dictam ad Bætim locauit Geographus lib. 3. Condidit Scipio vulneratis Italorum in ea depoſitis. Appianus Ibericis: Συνῴκισε τοὺς τραυματίας εἰς πόλιν, ἣν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας Ἰταλικὴν ὠνόμασε. Καὶ πατρίς ἐστι Τραϊανοῦ τε, καὶ Ἀδριανοῦ τῶν ὕστερον Ῥωμαίοις ἀρξάντων τὴν αὐτοκράτορα ἀρχήν: *Eam vrbem ſaucios habere voluit Scipio, quam ab Italia Italicam nominauit Traiano, & Adriano, ſubſecutis poſtea Romanorum Impp. fuit patria.* Crinitus ex hac *Italica* Silium facit, & Lud. Carrion. l. 1. Emend. c. 17. nos non item. Nam qui

ex Hiſpaniæ Italica *Italiceſes* audiebat; aut Italicenſis Gellius lib. 16. cap. 13. *Italicenſes à municipio, ex quo Hadrianus* . Adde veterem inſcriptionem: COL. ITALICENSIVM IN PROV. BÆTICA, Stephanus: Ἔστι καὶ Ἰταλικὴ πόλις Ἰβηρίας, τὸ ἐθνικὸν Ἰταλικήσιος. Adiuuat & *Siliorum* vetus tribus apud Liuiũ, & Feſtum Romæ, de qua mox. Italiæ igitur *Italica* Silio eſto natalis. De cuius conditu, & vocabul. Diodorum legi l.37. apud Photium in Bibliotheca pag.638. Ἐπολέμουν δὲ Ῥωμαίοις Σαυνῖται, Ἀσκολανοί, Λευκανοί, Πικεντῖνοι, Νωλανοί, καὶ ἕτεραι πόλεις, καὶ ἔθνη, ἐν οἷς ἐπισημοτάτη, καὶ μεγίστη, ἡ κοινὴ πόλις ἄρτι συντετελεσμένη; τοῖς Ἰταλιώταις τὸ Κορφίνιον ἦν: *Belligerabant cum Romanis Samnites, Aſculani, Lucani, Picentes, Nolani, aliæque ciuitates, & gentes: in quibus nobiliſsima, & maxima, communiſque ciuitas iam recens abſoluta Corphinium erat.* Quod Corphinium ex Italorum rebellionum colluuione, *Italica* nomẽ induit. pag.639. prauè ſcriptum Ἰταλίαν, pro Ἰταλικήν, aut Ἰταλικάν. Plura Strabo l.5. Florus l. 3. c.18. Oroſius lib.5. c. 18. Camers, & Surita Silium mecum Italum volunt.

VIRI CONSVLARIS,] Adeundus Plinius ſecundus lib.3. epiſt.6. ad Caninium ſuprà, Martialis lib. 8. Epigr. 66. Silij conſulatus, tertiùm præſertim initus verò ſimile facit, ex Italiæ *Italica* potiꝰ fuiſſe Siliũ, quàm ex Hiſpaniæ, & Martiali nõ συμπατριώτην, ſed ſtudiorũ ſimilitudine hæſiſſe in caris.

PVNICA.] Cartaginenſes huic bello primi faces ſubiecere: eò Καρχηδόνια ſua inſcripſit Appianus, & *bellum Cartaginiẽſe* nominat M. Tullius, Orat. cõtra Rullum. Iis dux, & caput *Annibal*: cuius nomine alterum tractatum Appiani legimus Ἀννιβαϊκά, & hoc bellum Polybio de plurimorum ſententia dicitur πόλεμος ὁ προσαγορευθεὶς Ἀννιβαϊκός, li.1.2.3. pluries, & Dionyſio li. 2. Antiq. Rom Diodoro lib.24. Ecloga 25. Cartaginenſibus cæteri ſeſe Poeni addiderunt, inde *Punico* bello nomen, ſeu ἁπλῶς *Punica*. Sic enim amat M. Tullius, & diſtingui malim à *Punico*, quod purpureum eſt indumentum Horatio lib. Epod. Od.9. Sed & Cartaginenſes ipſi propriè *Poeni* quòd generi *Phoeniſes* inſcriberent. Feſto tamen *Punici* videntur appellandi, nõ *Poeni: quamuis à Phoenice ſint orsundi*. Polybius li. 1. τὸ τῶν φοινίκων στρατόπεδον pro *Poenorum* exercitu, & lib.14. τοὺς φοίνικας eoſdem vocitat. Silius lib.13. *bellum Phoenicũ* dixit: eſtq; in fragmentis legũ: *bellũ Phoenicium*. Tãtundẽ apud Dionyſ. Hal. l.7. Antiq. R. aliáſq; μάχεσθαι τοῦ φοινικικοῦ πολέμου. *Phœnix* itẽ audit *Poenus* l 16. Silij.

Porro triplex bellum *Punicum* varius ſcriptoribus materiam benignè dedit. Ennius ſcriptor fuit *Punici* primi, & ſecundi, Appianus, Liuius. Xiphilinus in Auguſto teſtatur huius belli hiſtoriam complexum eſſe Polybium: item Pauſanias in Arcadicis, Marc. Tull. libr. 3. de Off. Liuius, Dionyſius, Strabo, varij. Qui legent, ſubſcribent. Primi belli ſcriptores Philinum (an hic, quem dabo Philenium?) & Fabium laudat Polybius, ſuiſque verbis culpat Philinum Καρχηδονίζοντα, & Fabium Ῥωμαΐζοντα. Huius Q. Fabii, & L. Lincii meminit Dionyſius l.1. eiſq; accuratæ ſcriptionis laudem arrogat. Laudatur & Næuius à Chariſio li. 1. belli *Punici*, & à Macrobio lib. 3. Sat. c. 19. *Hinc & Næuius Poeta in bello Punico ait citroſam veſtem*. Iterumque lib.6. Sat. c.2. locus adducitur è libro primo Næuii. Compoſuit Næuius primum bellum *Punicum* teſte Gellio l.17. c.2. (quem Cnei prænomine inſignit l.5. c. 12.) & Feſto verbo *Quianã*, alíiſque complurimis. Septimi libri à Næuio meminit Nonius in ver-

*Paciſcunt.* Eius verſus Saturnios indigitat Feſtus. Idem Feſtus in voce *Mamertini* producit *Alphium* libro primo belli *Cartaginenſis.* Gellius li. 6. c. 3. 4. *Tuberonem* ait in hiſtoriis bellum *Punicum* primum miſiſſe in literas.

Secundi belli res geſtas velut vberiorem gloriæ ſegetem plures ſibi legerunt. Ex eo præmetium poſteritati libauit Ennius pater, quem Propertius libro tertio, Elegia altera clamat cecinſſe

*Victriceſque moras Fabii, pugnamque ſiniſtram*
*Cannenſem, & verſos ad pia vota Deos.*
*Annibalemque lares Romana ſede fugantes.*

Ac de Liuio Andronico neſcio quis:

*Cum Liuius Andronicus bello Punico ſecundo ſcripſiſſet carmen, quod à virginibus eſt cantatum.* Cicero *Silens* huiuſce belli accurati autoris commeminit lib. 1. de Diuinat. *Hoc idem in Sileni, quem Cælius ſequitur, Græca hiſtoria eſt. Is autem diligentiſſime res Annibalis perſecutus eſt.* Liuius li. 26. *Si autorem Græcum ſequar Silenũ.* Nõ ſemel à Strabone l. 3. *Silanus* nominatur. Cornelius Nepos par autorũ apponit in vita Annibalis: *Annibalis bella geſta multi memoriæ prodiderunt: ſed ex his duo, qui cum eo in caſtris fuerunt, ſimulque vixerũt, quãdiu fortuna paſſa eſt, Philenius & Soſilus Lacedæmonius.* Soſili quoque meminit Diodorus Siceliota lib. 26. Σώσιλος δ᾽ ὁ Ἴλιος τὰ περὶ Ἀννίβαν ἔγραψεν ἐν βιβλίοις ζ. *Soſilus Ilienſis, qui libris ſeptem res Annibalis conſcripſit.* Polybius libr. 3. Soſilo etiam *Chæream* addit. Idem bellum ſcripſit Appianus *Annibalicis.* Idem *Memnon* Photio autore c. 224. Bibliothecæ: Ὅσα τε πρὸς Καρχηδονίους, καὶ Ἀννίβαν Ῥωμαίοις ἐπράχθη, καὶ ὅσα γε πρὸς Ἴβηρας αὐτοῖς τε, καὶ Σκιπίωνι κατωρθώθη, καὶ ὡς παρὰ τῶν Ἰβήρων βασιλεὺς ψηφισθεὶς οὐκ ἐδέξατο, ὅπως τε καταπολεμηθεὶς ἔφυγεν Ἀννίβας. *quidquid aduerſus Cartaginenſes, & Annibalem geſtum à Romanis, quidquid aduerſus Hiſpanos à Scipione, aliiſque fortiter & egregie factum. item oblatum ab Hiſpanis regis titulum recuſaſſe, & Annibalem debellatum fugam arripuiſſe.* Hæc ἐμβολῆς δίκην complexus eſt l. 13. & l. 14. Laudat & *Atilium* Cicero l. 3. off. Græcum huius belli ſcriptorem. Idem bellum *Silius Italicus* integrè pertexuit, & æternauit. Fuit autem ſecundum bellum *Punicum* Romæ declamatoribus in pretio. Vnde Martialis l. 6. Epigr. 19. ridet Poſtumum, cui vel aduocati officio deſerto Romæ ſolemne fuit opus id declamitare:

*Tu Cannas, Mithridaticúmque bellum*
*Et periuria Punici furoris*
*Et Syllas, Marióſque, Mutioſque*
*Magna voce ſonas, manúq; tota.*

Et Iuuenalis ſannæ ſunt iſtæ Satyra ſeptima:

*Nil ſalit Arcadico pecori, cuius mihi ſexta*
*Quaq. die miſerum dirus caput Annibal implet.*

Mantiſſæ loco ſit *M. Cato in Oratione, quam de bello Cartaginenſi compoſuit,* Gell lib. 9. c. 14. quod ad tertium bellum Punicum referri vult hiſtoria.

ORDIOR ARMA, QVIBVS COELO SE GLORIA TOLLIT ÆNEADVM, PATITVRQVE FEROX OENOTRIA IVRA CARTAGO.] Polybius l. 5. Πᾶσι γὰρ ἀρχαῖαί τινες κατ᾽ ὡς οἷόν τε μὴ περιειλαβόντα τῷ νῷ τὴν συντέλειαν τῆς ἐπιβολῆς, μηδὲ γινώσκοντα πῶς καὶ πρὸς τί, καὶ τίνος χάριν ἐπιβάλλεται τοῦτο ποιεῖν.

*Eum, qui non propoſiti operis abſolutionem animo præceperit, neque ad quid, & quamobrem opus aggrediatur, cognorit vnquam, qui fas eſt recte quidpiam ordiri?* Quod ſapienter vereque præceptum ſeruauit examuſſim Silius Italicus, nec in eo *vltima primis cedunt.* Vides illud:

> —— *patiturque ferox Oenotria iura*
> *Cartago.*

Refer iam oculos in exitum libri ſeptimi à decimo:

> *Mox victas tendens Cartago ad ſidera palmas.* Item:
> *Æneadum Arma, quibus cælo ſe gloria tollit*

Operis exitus Scipioni triumphanti:

> *Salue inuicte parens non conceſſure Quirino*
> *Laudibus, ac meritis non conceſſure Camillo.*
> *Nec verò, cùm te memorant de ſtirpe Deorum,*
> *Prolem Tarpeij mentitur Roma Tonantis.*

Hæccine decolor Silii periodos, aut pœnitenda? Orſus à belli Punici incendiis, in glorioſiſſimum Triumphi honorem deſiit: ita *Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem* cogitauit, inſiſtens Horatii monitis, & plenè adſecutus eſt. Errat igitur, & vehementer errat, veſtrum Poëtarum non arbiter aut cenſor, ſed iuratus accuſator, qui hoc exordio nubes, & inania Silium proflare criminatur. ὄγκος eſt, maieſtas eſt, vbi res grandes paribus verbis expendit ſcriptor, & expromit. Quid porro grauius diuûm populorum Romani, & Cartaginienſis rebuſpublicis? quid grandius, quàm eos non de terminandis finibus, ſed de orbis terrarum imperio armis cernere? Neque hæc à me ficta volo Silii excuſandi: eò namque ipſum collineaſſe indicium facit liber vltimus:

> — *non alio grauiores tempore vidit*
> *Aut populos tellus, aut qui paria arma mouerent,*
> *Maiores certare duces. Diſcriminis alta*
> *In medio merces: quidquid tegit vndique cælum.*

Τηλαυγὲς πρόσωπον ſcriptum quodque poſtulat: tale poſuit Silius, & auctores Iliados, Æneïdos, Pharſaliæ, quis culpet, niſi Momus?

SACRI CVM PERFIDA PACTI.] *Sacra pacta*, quæ non ſine Diis, non ſine aris. Prop. l. 3. Eleg. 18.

> — *qui pactas in fœdera ruperit aras.*

Ouid. — *quæ tangendo ſacra profanas.*

Iuuenal. Sat. 14. M. Tullius Orat. pro Flacco: *Qui ſi aram tenens iuraret, crederet nemo.*

Maro lib. 12. *Tango aras.* Item lib. 4. & 6. Hinc *aras* velut *anſas* dictas exiſtimauit Varro lib. 5. Rerum Diuinarum. Annibalem etiam, dum ſe Romanis hoſtem iuraret, altaria tenuiſſe auctor eſt Polyb. lib. 3. Λαβόμενον τῆς δεξιᾶς προσαγαγεῖν αὐτὸν πρὸς τὸν βωμὸν, καὶ κελεύειν ἁψάμενον τῶν ἱερῶν ὀμόσαι μηδέποτε Ῥωμαίοις εὐνοήσειν. *Arreptum dextra eum ad aram adduxiſſe, & tactis ſacris iuſſiſſe iurare nunquam Romanis beneuolum fore.* Liuius lib. 21. Val. Max. lib. 9. c. 3. Martialis lib. 9. Ep. 44. Silii iſtud etiam eſt de Hierone teſtimonium:

> — *pactamque per aras*
> *Haut facilis temerare fidem.*

Verum & *pacta lapide* ſanciendi Romanis ſacer fuit ritus. Polyb. lib. 3. ἐπὶ μὲν τῶν προτέρων συνθηκῶν Καρχηδόνιοι μὲν τοὺς θεοὺς τοὺς πατρῴους, Ῥωμαῖοι δὲ Δία λίθον κατά τι παλαιὸν ἔθος: Vrſinus διὰ λίθον. *Prima ſuper bello compoſitio Cartaginienſibus fuit per Deos patrios, Romanis per lapidem veteri more.* Exactior Sex. Pompeius: *Lapidem ſilicem tenebant iuraturi per Iouem, hac verba dicentes: Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalua vrbe, arceque bonis eijciat, vti ego hunc lapidem.* Concipiendi verò Iuriſiurandi formulam vberius exponit Liuius lib. 1. Polyb. lib. 7. Briſſonius lib. 8. de formulis.

GENS CADMEA.] Cartaginienſes à Tyriis orti, & hi à Phœnicibus, ſeu Cadmeis. Velleius vol. 1. *Hoc tractu temporum ante annos v. & LX. quàm vrbs Roma conderetur ab Eliſa Tyria, quam quidam Dido autumant, Cartago conditur.* Curtius lib. 4.

QVÆSITVMQVE DIV.] Gellius lib. 17. ca. 21. vult Appio Claudio Caudice Appii Cœci fratre, & M. Fuluio Flacco bellum aduerſus Pœnos primum cœptum eſſe anno cccc. fermè, & xc. Cogitarim additum τὸ *fermè*: nam occuparunt cccc. LXXXVIII. anni, inquit Liuius lib. 31. ab V. C. ad App. Claudium Coſ. Verum ibidem ſcribente Liuio à primo Punico ad ſecundum bellum finitum fuere anni tres & ſexaginta. Tantundem ſcripſerat lib. 3. Libro verò 49. tertii Punici belli initium refert in alterum & ſexcenteſimum annum ab V. C. & intra quintum annum, quàm erat cœptum, omnino conſummatum vult. A primo itaque Punico bello ad tertium confectum, anni ſunt nota Liuiana CXIIX. Licet Paterculus l. 1. ponat annos interea prętериiſſe cxv. Quib non hęc ſatis in præſens adeunto Floros, Oroſios, Antoninos, Chronologos. Iam tēpus fortunæ dani⁹ libranti, vtri genti imponat terrarum Diadema, Cartaginienſium, an Romanorum? moxque è Plutarcho dabo longiorem moram, qua fortuna (vt illi voluere) gentium florentiſſimarum regna perluſtrauit.

PONERET ARCE.] Romanorum in Capitolio, an in Byrſa Cartaginienſium. nam & horum arx *Capitolium* nominata.

TERRARVM FORTVNA CAPVT.] Graphicè nobis id ad exemplum vatis expingit Plutarchus libro de fortuna Romanorum: Οὕτως γὰρ ἡ τύχη καταλιποῦσα Πέρσας, καὶ Ἀσσυρίους, Μακεδονίαν μὲν ἐλαφρῶς διέπτη, καὶ ἀποσείσαστα ταχέως Ἀλέξανδρον, καὶ δι' Αἰγύπτου, καὶ Συρίας περιφέρουσα βασιλείας διώδευε, καὶ πρὸς Καρχηδονίους στρεφομένη πολλάκις ἐβάστασε. Τῷ Παλατίῳ προσερχομένη, καὶ διαβαίνουσα τὸν Θύμβριν ἔοικεν, ἔθηκε τὰς πτέρυγας, ἐξέβη τῶν πεδίλων, ἀπέλιπε τὴν ἄπιστον, καὶ παλίμβολον σφαῖραν. *Sic Fortuna Perſis, Aſſirijſq; relictis Macedoniã leuiter tranſuolauit, Alexandrumq; ocyus excuſſit, & regni diadema per Ægyptum, ac Tyriam pertranſiens circum tulit, & ad Cartaginienſes latum ſæpius librauit: Tybri tandem tranſito, Palatioque adito, alas, vt videtur, depoſuit, ac talaria, globoque reuolubili, ac infido dixit vale.* Eadem pene Dion. Halicarnaſſeus lib. 1. Antiq. Rom. vbi cætera imperia cum Romano contenduntur. Eò factum, vt Romani variis cognomentis *Fortunam* appellauerint, pluraque templa ſtatuerint. De *muliebri, ac virili Fortuna* D. Auguſt. lib. 4 c. 19. Marcius Ancus *Fortunæ virili* templum poſuit, vti nepotes victo Coriolano *Fortunæ muliebri*, idem Plutarchus auctor. Dionyſius tamen lib. 4. Tullium regem fundaſſe retur templum *Fortunæ virilis*, qui & lib. 8. *Fortunæ muliebris* meminit, cui templum in Palatio fuiſſe à Seruio po-

ſitum Plutarchus ſcripſit. Liuius lib. 27. *Fortunæ fortis* meminit. Lib. 29. *Fortunæ primigeniæ*. *Bonæ & malæ Fortunæ* nomina ſuggillantur à D. Auguſtino lib. 4. de Ciuit. c. 19. *Bonæ Fortunæ* ſimulacrum fuit in Capitolio, Plin. lib. 36. c. 5. Et, quod cum eo rideas, *Malæ Fortunæ* fanum dicatum eſt Exquiliis, vt auerruncaret mala. Vide Tullium lib. 2. de legib. Liuius lib. 43. *Fortunæ Equeſtris* mentionem iniecit, de qua vberius Annal. 3. Cor. Tacitus. D. Auguſt. ſupra lib. 11. *Fortuna Barbata, quæ adultos barba induit, quos honorare voluerit*. Quid memorem *Fortunam Dubiam*? quid *Obſequentem, Mammoſam, Auertentem, Breuē, Adiutricē, Tutelam, Antuatem, Auguſtam, Conſeruatricem Galbanorum, Felicem, Manentem, Opiferam, Publicam, Reducem, ſanctam, Seiam, Blandam, Viſcatam*? Piaculum ſit omiſiſſe Feſtum Pompeium: *Punicæ Fortunæ ædem vouiſſe dicitur Cornelius Scipio, cùm Cartaginem obſideret, ne aduerſa ea Fortuna vteretur*. Vt anceps verò, variaque fuerit *Fortuna*, bello Punico ſecundo paſſim ex Hiſtoricis cognoſcere eſt, ac pretium fuerit operę legiſſe lib. 26. T. Liuii.

TER MARTE SINISTRO] Ad tria bella Punica referendum. Apud Polybium lib. 3 etiam quinquies iniſſe fœdus Romanos cum pœnis, velante ſecundum Punicum legitur.

TER PLACIDAM SVASIT TEMERANDO RVMPERE PACEM] Colonienſes membranæ: *Placitam*. Adiuuo è lib. Silij 12. *Hæc poſtquam placita*: Sed non optimo iure detriueris *Placidam*: eleganter enim colliduntur *impius enſis*, & *placida pax*. Quod è M. Tullij fontib. delibaſſe, Silium ſuſpicio eſt, qui in quinto Tuſculanatum in animo ſapientis *cenſet ſemper eſſe placidiſſimam pacem*, atque ex Æneid.

—— *Placida compoſtus pace quieſcit.*

Silius autem æquè Tullium, æquè Virgilium coluit, & expreſſit.

CONVENTAQVE PATRVM.] Primi belli Punici finiti, leges dabo è Polybio ibi:

—— *Fœderib. non æqua premit*

Secundi ponit Liuius l. 30. *Vt liberi legib. ſuis viuerent. Quas vrbes, quóſve agros, quibúſque finib. ante bellum tenuiſſent, tenerent: populandique finem eo die Romanus faceret. Perfugas, fugitiuóſque & captiuos omnes, & naues roſtratas, præter decem triremes traderent: Elephantóſque quos haberent domitos, neque domarent alios. Bellum néve in Africa, néve extra Africam iniuſſu populi Rom. gererent. Maſaniſſæ res redderent, fœdúſque cum eo facerent. Frumentum, ſtipendiúmque auxiliis, donec ab Roma legati rediſſent, præſtarent. Decem M. talentum argenti deſcripta penſionib. æquis in annos L. ſoluerent. Obſides centum arbitratum Scipionis darent: ne minores* XIIII. *annis, nec* XXX. *maiores. Inducias ita ſe daturū, ſi per priores inducias naues onerariæ captæ, quæque fuiſſent in nauibus reſtituerentur: aliter nec inducias, nec ſpem pacis vllam eſſe*. Vides & Appianum Libycis.

PROPIVSQVE FVERE PERICLO QVIS SVPERARE DATVM.] Liuius li. 21. *Et adeo varia belli fortuna, ancépſque Mars fuit, vt propius periculo fuerint, qui vicere*. Corn. Nepos: *Sub quo* (Annibale) *anceps, & dubia res Romana cōtremuit, & magnitudo trepidauit*. Idem eſt Paterculi iudicium Vol. 2. Flori l. 2. c. 6. D. Auguſtini de Ciuit. l. 3. c. 19.

RESERAVIT DARDANVS ARCES VICTOR AGENOREAS]

Romanus victor, qui periculo propior recluſit Byrſam Cartaginenſium arcem.

MANDATA NEPOTIB. ARMA ] Videtur Silius diras Eliſæ ſpe-ctaſſe, quę Æneid. 4. tales:

*Exoriare aliquis noſtris ex oſsib. vltor,*
*Qui face Dardanios, ferróq; ſequare colonos.* &
*——— pugnent, ipſiq; nepotes.*

*Pygmaleoneis quondam per cærula terris*
*Pollutum fugiens fraterno crimine regnum*
*Fatali Dido Libyes appellitur oræ:*
*Tum pretio mercata ſolum, noua mœnia ponit*
*Cingere quà ſecto permiſſum littora tauro.*
*Hic Iuno ante Argos (ſic credidit alta vetuſtas)*
*Ante Agamemnoniam gratiſsima tecta Mycenem*
*Optauit profugis æternam condere ſedem.*
*Verum vbi magnanimis Romam caput vrbibus alte*
*Exerere, ac miſſas etiam trans æquora claſses*
*Totum ſigna videt victricia ferre per orbem,*
*Iam propius metuens, bellandi corda furore*
*Phœnicum extimulat: ſed enim conamine primæ*
*Contuſo pugnæ, fractiſq; in gurgite cœptis*
*Sicanio Libycis, iterum inſtaurata capeſſens*
*Arma remolitur: dux agmina ſufficit vnus*
*Turbanti terras, pontúmq; mouere paranti.*
*Iámq; deæ cunctas ſibi belliger induit iras*
*Annibal: hunc audet ſolum componere fatis.*
*Sanguineo cum læta viro, atque in regna Latini*
*Turbine mox ſæuo venientum haud inſcia cladum,*
*Intulerit Latio, ſpreta me Troius, inquit,*
*Exul Dardaniam? & bis numina capta penates?*
*Sceptráque fundarit victor Lauinia Teucris,*
*Dum Romana tuæ Ticine cadauera ripæ*
*Non capiant? ſimiliſq; mihi per Celtica rura*
*Sanguine Pergameo Trebia, & ſtipantibus armis,*
*Corporibúſq; virûm retrò fluat ac ſua largo*
*Stagna reformidet Thraſimenus turbida tabo?*
*Dum Cannas tumulum Heſperiæ, campúmq; cruore*
*Auſonio merſum, ſublimis Iapyga cernam?*
*Téque vadi dubiam coeuntibus Aufide ripis*
*Per clypeos, galeáſque virum, cæſóſque per artus*

*Vix iter Adriaci rumpentem ad littora ponti?*
*Hæc ait: ac iuuenem facta ad Mauortia flammat.*

PIGMALIONEIS QVONDAM ] Maro Æneide prima,& Appianus Punicis.

TVM PRETIO MERCATA SOLVM ] Inde ſolum fortaſſe mercabile: quia

*— portante auari*
*Pygmalionis opes pelago*

De Didonis theſauris adi Tacitum lib. 16. Suetonium in Nerone c. 31. Baſileenſi codici eſt *locos*, pro *ſolum*.

CINGERE QVA SECTO PERMISSVM LITORA TAVRO ] *Taurus pro* taurino corio dictione Græcis familiari Iliad. H.

— σάκος αἰόλον ἑπταβόειον

*Ταύρων ζατρεφέων: Scutum varium ſeptemplex è corio taurorum rectè nutritorum.* Virgilius de clypeo:

*— intextum tauris opus*

Dionyſius περιηγήσει:
*Καρχηδὼν, τὴν μῦθος ἐπαὶ βοὶ μετρηθῆναι. Cartago, quam à boue dimenſam ferunt.* iterúmque Hom. ibid.

— ἠδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν. *In laenam mouere bouem.* -

Fabulam eſt qui ex eo natam putat, quod veterrimis vice pecuniæ fuerint fruſta corii bubuli ſignati. ita donatus in Virgilium. A corio Byrſæ nomenclatio eſt: niſi ſi ſequeris Marianam li. 1. c. 15. rerum Hiſpanicarum.

HIC IVNO ANTE ARGOS ] Argi Iunoni in pretio fuere. Hinc Liuius lib. 34. *Iunóque regina, cuius in tutela Argi ſunt.* Hinc illa dicta *Argiua*: meminit Strabo lib. 6. ab Iaſone in Lucania fanum poſitum *Iunoni Argiuæ*, & ex eo Plin. l. 3. c. 5. Num. Neronis: ΗΡΑ ΑΡΓΕΙΑ. Sed & alias vrbes illi curæ fuiſſe, & cordi plures prodidere; nec omnia ab vno repoſcenda. Ouidius ſexto Faſt. Cartaginem, Sparten, Mycenas, veterē Samum Iunoni caras poſuit. Homerus Iliad. Δ, Argos, Sparten, Mycenas: Maro in primo Samum ſolam cum Cartagine comparauit, penſiculatè: nam Samum Cartagini poſthabuiſſe maius eſt quàm ſi cæteras vrbes, & non Samum poſtpoſuiſſe ſcriberetur Iuno. Id enim erat Iunonem patrium ſolum Punico poſthabere: ſiquidem Iuno Sami nutricata fuit, teſte Apollonij Scholiaſte in libr. 1. Et *Samos* ipſa ex eo dicta *Parthenia*, eodem autore in lib. 4. Vides cur *Veterem Samum* cecinerit Ouidius. Immo & Sami nuptam Ioui Iunonem docent. D. Auguſt. lib. 6. de Ciuit. c. 7. & Varro apud Lactantium lib. 1. de falſa Relig. ca. 17. Idcircio Dionyſio eſt

*Σάμος ἱμερόεσσα Πελασγίδος ἕδρανον Ἥρης,*
*Iunonis Samus Argiuæ cariſſima ſedes.*

Inde ipſa SAMIA cognominata Accuſ. 3. in Verrem. Ab hac Iunonis caritate Cartagini rediuiuæ vocamen fuit *Iunonia*. Solinus c. 40.

ANTE ARGOS... TECTA MYCENEN. ] Iliade quarta, *Ἄργος τε, Σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη.* Ouid. Faſtor. 6. *Sparten, Argóſque meáſque Mycenas.* Sic ferè Larini numero pluratiuo. Silius inhæſit Homero. Dicunt & Græci Θῆβαι, & Θήβη, Ἀθῆναι, Ἀθήνη: Infrà Therapne, Θεράπνη Pauſaniæ: The-

rapnæ, & Θερμῖται paſſim *Therma* (*Litora Thermarum* Silio lib. 14. & aliis) & Θέρμη, Polybio lib. 1. *Sena* paſſim, Polyb. l. 2. Σῆνα, denique Κρήτη, Κρήτου Μαίλεια, Μάζεια.

CONDERE SEDEM.] Editionum nonnullæ: *Gentem.*

MISSAS TRANS ÆQVORA CLASSES.] Siue contra Pœnos in Sicilia, ſiue contra Hieronem *trans æquora* Tyrrhenum, & Siculum. Pręter Hiſtoricos, Plinius lib. 16. c. 39. *Mirum apud antiquos primo Punico bello claſſem Duilij Imperatoris ab arbore exciſa LX. die nauigaſſe. Contra verò Hieronem regem CCXX. naues effectas diebus XLV. tradit L. Piſo.*

VENIENTVM HAVD INSCIA CLADVM] P. N. id eſt, Philippi Nutii exemplaria, & Aſcenſii *Neſcia* præferunt abſque negatione peccant. Gr. & Aſc. *Haut neſcia*, non malè, & lib. 10. habes *Latijque haut neſcia fati.*

BIS NVMIMA CAPTA PENATES] D. Auguſt. li. 1. de Ciuit. c. 3. ludibrioſos iſtos dæmones, vel hoc argumento neruoſè abiicit. De Diis verò Penatib. doctus inibi commentarius ac fuſus volenti legi poteſt.

SCEPTRAQVE FVNDARIT VICTOR LAVINIA TEVCRIS.] Pretium erit viſi Flauij. Ptolom. xi c. 13. Coniectaneorum.

DVN CANNAS TVMVLVN HESPERIÆ.] Catullus grauiſſimè: *Troia, nefas! commune ſepulcrum Aſia, Europæque.*

SVBLIMIS IAPYGA CERNAM.] Sublimis ex colle quopiam, vt ex Ida Iupiter Troas, & Græcos ludibundus, ridibundúſque ſpectabat: ita Iuno quodammodo inſultans Romanis: Vel *Sublimis*: quòd aëris præſes, & ſupra limum.

TEQVE VADI DVBIVM COEVNTIB. AVFIDE RIPIS] Flor. l. 2. c. 6. *Documenta cladis cruentus aliquandiu Aufidus.* Sed de terribilium horumce euentuum narratione dicemus in tempore.

VIX ITER ADRIACI RVMPENTEM AD LITORA PONTI.] Petenda lux ab octauo libro extremo.

*Ingenio motus auidus, fideíq; ſiniſter*
*Is fuit, exuberans aſtu: ſed deuius æqui.*
*Armato nullus diuûm pudor: improba virtus,*
*Et pacis deſpectus honos: penitúſq; medullis*
*Sanguinis humani flagrat ſitis: inſuper æui*
*Flore virens, auet Egates abolere parentum*
*Dedecus, ac Siculo demergere fœdera ponto.*
*Dat mentem Iuno, ac laudum ſpe corda fatigat.*
*Iámq; aut nocturno penetrat Capitolia viſu*
*Aut rapidis fertur per ſummas paſſibus Alpes.*
*Sæpe etiam famuli turbato ad lumina ſomno*
*Expauere trucem per vaſta ſilentia vocem,*
*Ac largo ſudore virum inuenere futuras*
*Miſcentem pugnas, & inania bella gerentem.*

*Hanc rabiem in fines Italûm ; Saturniáque arua*
*Addiderat quondam puero patrius furor , ortus*
*Sarrana priſci Barcæ de gente : vetuſtos*
*A Belo numerabat auos , nanq; orba marito*
*Cùm fugeret Dido famulam Tyron , impia diri*
*Belides iuuenis vitauerat arma tyranni,*
*Et ſe participem caſus ſociarat in omnes.*
*Nobilis hoc ortu , & dextra ſpectatus Amilcar,*
*Vt fari,primámq; datum diſtinguere lingua*
*Annibali vocem , ſolers nutrire furores,*
*Romanum ſæuis puerili in pectore bellum.*
*Vrbe fuit media ſacrum genitricis Elyſæ*
*Manibus, & patria Tyriis formidine cultum,*
*Quod taxi circum , & piceæ ſqualentibus vmbris*
*Abdiderant, cælíq; arcebant lumine templum.*
*Hoc ſeſe (vt perhibent) curis mortalibus olim*
*Exuerat regina loco. ſtant marmore mæſtæ*
*Effigies , Belúſque parens , omníſque nepotum*
*A Belo ſeries : ſtat gloria gentis Agenor,*
*Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix:*
*Ipſa ſedet tandem æternum coniuncta Sichæo:*
*Ante pedes enſis Phrygius iacet : ordine centum*
*Stant aræ cælíque deis , Herebóque potenti.*
*Hîc crine effuſo , atque Ennææ numina diuæ,*
*Atque Acheronta vocat ſtygia cum veſte ſacerdos.*
*Immugit tellus , rumpítque horrenda per vmbras*
*Sibila, in accenſis flagrant altaribus ignes.*
*Tum magico volitant cantu per inania manes*
*Exciti , vultúſque in marmore ſudat Eliſæ.*
*Annibal hæc patrio iuſſu ad penetralia fertur.*
*Ingreſſique habitus, atque ora explorat Amilcar.*
*Non ille euantis Maſſilæ palluit iras,*
*Non diros templi ritus, aſpersáque tabo*
*Limina , & audito ſurgentes cardine flammas.*
*Olli permulcens genitor caput, oſcula libat,*
*Attollitque animos hortando , & talibus implet.*

IS FVIT EXVBERANS ASTV. ] Sic ferè exemplaria, extra vnum Baſ.cui *exſuperans* rectè ſcriptum,atque ex Virgilii imitatione.
INSVPER ÆVI FLORE VIRENS. ] Gr. & Aſc. *Hu ſuper*,quod fuerit [illegible]

τύπις, prætereа: Ital.8. *his ſuper interna labes.* lib. 12. *Ac ſuper his: Nimium iuuenis.* Lib. 14. *His ſuper inſidiis*: præter has inſidias. His tamen locis vitium non ſatis eſt, vt τὸ *inſuper* de poſſeſſione deturbent.

AVET ÆGATES ABOLERE PARENTVM DEDECVS ] Polyb.l.2 Οἱ μὲν γὰρ ἐπιβάλλοντο ἀμύνασθαι ἀποδόντες δι' ἃς περὶ Σικελίας ἐλαττώσεις. *Hi namque vlciſci quærebant victorias per Siciliam amiſſas.*

IAMQVE AVT NOCTVRNO PENETRAT CAPITOLIA VISV. ] Nequidquam ſunt, qui ſupponunt *Niſu.* Idem Annibal, idem ſomnians eiuſdem Poetæ verbis l. 10.

*Iámque videbatur multo ſibi milite Tybrim Cingere.*

Eccui erit audacia reponendi *nitebatur*? Non eiuſmodi ſomnia *viſa* dicuntur, & φάσματα?

SÆPE ETIAM FAMVLI TVRBATO AD LIMINA SOMNO. ] Occupauerat locum hunc τὸ *Lumina* Quo exturbato Iac. à Cruce ex Aen. 4. *fidúſque ad limina cuſtos* repoſuit: *Ad limina* in Silio Heynſius idem adſtruit è Gloſſis: *Ad limina*, θυρωρός. Neuter placet: etſi Virgilium ſecutus videri poſſit Apuleius lib. 2. de Aſino A. iſto genere locutionis vſurpando. Si quærunt, quid *Serui ad lumina*? reſpondeo, ſeruos λυχνοῦχους, ſeu λυχνάπτας intelligi cuiuſmodi munus fungitur Marus l. 6. *Lumina prætendens*, facem nobis prætere ad hanc Silij defenſionem. Sed Poëtarum Odyſſ. l. 7.

*Χρύσειοι δ' ἄρα κοῦροι ἐϋδμήτων ἐπὶ βωμῶν*
*Ἕστασαν, αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες,*
*Φαίνοντες νύκτας κατὰ δώματα δαιτυμόνεσσι.*

Nonni imitamen lib. 3.

*Καὶ πολὺς εὐποίητος ἐρεισάμενος πόδα πέτρῳ*
*Χρύσεος ἵστατο κοῦρος ἐναντία δαιτυμονήων*
*Λαμπάδος ἑσπερίης τανύων ἐπιδόρπιον αἴγλην.* Lucret. lib. 1.
*Si non aurea ſunt iuuenum ſimulacra per ædes*
*Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,*
*Lumina nocturnis epulis vt ſuppeditentur.*

Quo de more Annali tertia intexuit illud Ennius:

*Prodibunt famuli, cùm candida lumina lucent.*

Ouid. Metam. 4. *Et inter Bis ſex leucothoën famulos ad lumina cernit.*

Eiuſmodi igitur ſerui λυχνάπται turbato ſomno Annibalem ſæpe viderunt pugnas, & alia ſomniantem, etiam vociferantem. Deinde vix eſt, vt excubitores principales noctem vigilent abſque lumine. Notat Niſus Æn. 9. *Cernis, quæ Rutulos habeat fiducia rerum? Lumina rara micant.* Siue lumina excitant ſtrunces lignorum, ſiue faces ſiue funalia, aut quid aliud. Curt. li. 8. *Apertis foris, & lumine illato, ſepitum mero, ac ſomno excitant regem excubitores regales*, quib. vtique lumen erat. Certè τὸ *inuenere* ſonat quid tale. Euſtathius in Odyſſ. ζ. *ſeruos ad lumina* ὀφθαλμοὺς ex vſu veterum appellari dicit. Οἱ τοῖς δειπνοῦσι λύχνους, ἢ δαΐδας παρέχοντες, Ὀφθαλμοὶ παρά τισιν ἐκαλοῦντο, *Qui cœnantib. candelas, aut lucernas exhibebant, oculi ſeu lumina dicti nonnullis.* Et profectò *lumina* dicti vel ipſi Tullio lib. 16. ad Atticum epiſt. 13. *Nondum legere poteramus: nam & lumina dimiſeramus*, [λυχνάπτας] *nec ſatis lucebat.*

ADDIDERAT QVONDAM. ] Tandem deterius eſt.

SAR-

SARRANA PRISCI BARCÆ DE GENTE. ] Æmylius Probus: *Amilcar Annibalis filius, cognomine Barcas. Is Amilcar* Annibalem ſecundi belli Punici concitorem procreauit. Polybius lib. 2, Ἡγεμόνα δὲ καὶ γνώμῃ, καὶ τόλμῃ δεύτερον ἄξιον Ἀμίλκαν τὸν τότε γενόμενον, τὸν Βάρκαν ἐπικαλούμενον, πατέρα δὲ κατὰ φύσιν Ἀννίβου τοῦ μετὰ ταῦτα πολεμήσαντος Ῥωμαίοις. Silius tamen non hunc Barcum loquitur; ſed Barcam quem in primis gentis auctoribus.

FAMVLAM TYRON ] P. N. *Famulis* quis probet? Aſc. *Famulum*, nihili eſt. Exemplaria alia *Famulam Tyron*, vti decuit: nam *regna Tyri Germanus habebat Pygmalion* tyrannis: Tyrus igitur *famula*. Vide Ioſephum lib. 3. contra Appionem, Dionyſium lib 1. Antiq. Rom. Appianum Libycis, Maronem l. 1.

BELIDÆ IVVENIS. ] ita editiones nonnullæ. P. N. & Aſc. *Belides iuuenis*, amplexus ſum: aliàs enim labat ſententia.

VT FARI, PRIMAQVE DATVM DISTINGVERE LINGVA ANNIBALI VOCEM. ] Lib. 2 Geſtar his iiſdem laudibus Annibalem exaggerat:

*Cùm primam tenero vocem proferret ab æuo*
*Iam bella, & lituos, & flammis vrere gentem*
*Iurabat Phrygiam, ac patria arma mouebat.*

Silius Annibalis ętatem aut minus infimat, aut Annibal profectò elinguis diu nimis. Polybius lib. 3. & 2. vult eum concipientem, & iurantem externa in Romanos odia annorum fuiſſe nouem: Ἀννίβαν ὄντα τότε κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐτῶν ἐννέα. Cornelius Nepos ſimiliter. Val. Maximus li. 9. c. 3. Florus. Liuius annorum feré nouem, qui ſecum ipſe congruens hæc eum loquentem facit lib. 30. *Nouem annorũ à vobis profectus.* Autor de Viris Illuſtrib. ca. 42. vult annorum fuiſſe vndecim. Nec id ſpatium abhorret Silius lib. 14. *Decimum modò cœperat annum. Exceſſiſſe puer, noſtro cum bella Latinis, Concepit iuſſu*, Verba ſunt Amilcaris patris, cui ſi falſum affingeret Poëta, laberetur grauiùs: par enim fuit id præ cæteris parentem, eúmque iuriſiurandi autorem probè meminiſſe. Iſtud igitur alterum ἰσοδυναμοῦντα. *A prima pueritia, à puero, ab infantia.* Et ſic generatim effatus eſt Iuſtinus lib. 29. *Apud Cartaginenſes quoque ætate immatura dux Annibal conſtituitur.*

ROMANVM SÆVIT PVERILI IN PECTORE BELLVM. ] Scribendum *ſeuit*, quod & alii obſeruatum. Similiter Æneid. 7.

— *ſere crimina belli.*

Liuius lib. 27. *Certamina ſerens.* Plautus Epidico: *Qui per voluptatem tuam ærumnam in me obſeuiſti grauem.* Hinc *ſeries* cuiuſcunque rei eſt, vbi parti pars inſeritur, rerum, verborum, filorum, anulorum, &c. Dicẽdi genus ortum à Græcis. Hom. Odyſſ. α.

— τοῖς δῆσαι φόνον, ἢ κῆρα φυτεῦσαι. *Mortem ſeuiſſe.* Od. δ. πῆμα φυτεῦσαι, ι. — Κακὰ πολλὰ φυτεύει: *Mala multa ſerit.*

VRBE FVIT MEDIA SACRVM. ] *Sacrum*, templum; vt Græcis ἱερόν. In media Cartagine? ibi iurauit Annibal? At Polybius refragatur lib. 2. qui tum Amilcarem, qui cum congreſſus Annibal auctore Æmylio Probo, ſeu Cor. Nepote, ſcribit Herculis columnas adiiſſe: vnde coniicere ſit iuſiurandum conceptum non Cartagine in Eliſæo, ſed apud Garamantas in Iouis templo. Val. quoque Maximus ſcribit, Amilcarem exercitum

in Hiſpaniam ante traiecisse. Martialis lib. 9. Epigr. 44. abſque diſcrimine:

*Hunc* (Herculem) *puer ad Libycas iurauerat Annibal aras.*

Tamen aut de Cartaginienſib. aris accipit, aut de aris *Libyci Iouis*, vt Ammonem *Iouem Garamantum* Propertius nominat.

PATRIA FORMIDINE CVLTVM.] Veneratione ? minimè gentium. Templum intelligit *cultum formidine patrum*, quod plerique omnes metuerent, ne filii ſorte ducerentur immolandi. Similiter lib. 4.

*Vos quoque Dii patrii, quorum delubra coluntur*
*Cædibus, atque coli gaudent formidine matrum.*

Cauſa ea fuit peculiaris, cur modò *patriam*, modò *matrum formidinem* Silius dixerit. Irato Mercurio locum hunc interpretatus eſt Heynſius Crepundiis ad lib. 3. At ſuper ea Pœnorum diritate alibi plura. Huc tamen pertinent illa Heſychii: Λίβυσσα ἀηδών. αἱ γὰρ ἐν Καρχηδόνι τῆς Λιβύης εἰσὶ γυναῖκες, αἳ τὰ ἴδια τέκνα κατὰ τὸ νόμιμον ἐσφαγίαζον Κρόνῳ. Τινὲς δὲ τὴν ἐρημίαν ἀπῄδουσαν οὐ καλῶς. *Libyſſa Luſcinia: nam Cartaginis Africanæ mulieres fœtus ſuos more patria Saturno mactabant, & nonnullæ orbitatem miſerabiliter decantabant.* Supernè detruſi ἐσφαγίαζον, lubenterque infra repoſuerim ἀπῄδουσαν decantabant ſolitudinem ſuam, atque orbitatem miſeræ. idque flexu Bœotico.

BELVSQVE PARENS, OMNISQVE NEPOTVM A BELO SERIES. Nonnus lib. 3. Baſſaricon.

Μαντιπόλῳ τιμῇ δὲ πατὴρ ἰσόμετρον ἀεθλὸν
Βῆλος ἐπαστυπέλην γενέην σπερμήνατο παίδων,
Φινέα, καὶ φοίνικα λιπόπτολιν, οἷς ἅμα θάλλων
Ἀστὸς ἀμοιβαίων πολίων ἐπελείποντες Ἀγήνωρ
Ἀσπτίος βιότοιο πατὴρ ἐμὸς εἶχε πορείην
Ἐς θήβην κατὰ Μέμφιν, ἐς Ἀσσυρίην μετὰ Θήβην.

D. Auguſt. qq. in Iudices *Belos* vocari Punicè *Iones* docti ſumus. Diodorus lib. 2. Διὸς, ὃν καλοῦσιν οἱ Βαβυλώνιοι Βῆλον.

STAT GLORIA GENTIS AGENOR] Apollod. l. 3. de Agenore: τίκτει θυγατέρα μὲν Εὐρώπην παῖδας δὲ Κάδμον, καὶ φοίνικα, καὶ Κίλικα: *Progenerat Agenor Europam Cadmum, Phœnicem, & Cilicem.* Vnde ſequitur:

ET QVI LONGA DEDIT TERRIS COGNOMINA PHOENIX.] Cartagini Thebis, Gadibus, quas vrbes Tyrii à Phœnice oriundi poſuere. Cart. lib. 4. *Nam cum Tyros à Phœnicibus orta fuiſſet. coloniæ Syriorum* (reſcribe *Tyrorum*) *toto pene orbe diffuſæ ſunt: Cartago in Africa, in Boeotia Thebæ, Gades ad Oceanum.* Plures Tyriorum colonias ſuis locis monſtrabimus è veterib.

ENNÆÆ NVMINA DIVÆ.] Sic & Aſc. P. N. verò *Aetneæ*. Eadem variantia infra: *Et Cerere Ennæa*, vbi quidam codices *Aetnaa*. Melius *Ennæa* leges. Enna in excelſo loco, ac prærupto vndique ſita, & inexpugnabilis eſt. Eſt in media Sicilia, claraque vel ob inſignem munimento naturali locum, vel ob ſacrata omnia veſtigiis raptæ quondam Proſerpinæ, quam *Ennæa Diua* nomine hîc accipies, Liuius l. 24. & M. Tull in Verrinis. *Nomina* legi poſſet optime, inquit Heynſius. Quaſi verò non plus pôderis inſit *numini* inuocato, quàm *nomini*. Id quidem legi poſſet, at non ſine ſententię diſpendio. Nec multo poſt huius adſpectu diſcriminis: *Heu priſcu numen populis, ac nomine ſolo In terris iam mota fides.*

IN ACCENSIS FLAGRANT ALTARIB. IGNES.] Aſc. *Inaccenſi.* Pariter Venetianus codex ante annos centum, & vndecim excuſus. Quidam: *Et accenſi.* Etſi *accenſa altaria*, in quibus ignis, dici queant: Nec ignarum mihi Georg.3. *ardere altaria*, & apud Plin.lib.15.c.30. *accendi aras & altaria.* Æn.8.

*— incenſa altaria circum.*

Tamen eſt, vt *Inaccenſi* paullo magis placeat. *Ignes* autem *inaccenſi* erunt *αὐτόματοι*, citra operam humanam. Similiter Tib. lib.4.

*Vritur, vt celeres vrunt altaria flammæ.*

Eam correctionem poſt animaduerti in notis ad Curtium occupatam Modio. Notauit & Scylax Caryandenus, quod vltra portum Sideruntem ἱερὸν Ηφαίϛου ἐν τῷ ὄρει, καὶ πῦρ πολὺ αὐτόματον ἐκ τῆς γῆς καίεται, καὶ οὐδέποτε σβέννυται, *Fanum eſſe Vulcani eo in monte, & ignem multum è terra emerſum ſponte ardere, nec exſtingui vnquam.* Iudicio meo pene continenter hæc ſubſcribuntur:

*— audito ſurgentes carmine flammas.* Vbi φλόγας αὐτομάτους interpretor. Quales bene ominatas retur Maro Ecloga 8.

*Adſpice corripuit tremulis altaria flammis*
*Sponte ſua, dum ferre moror, cinis ipſe: bonum ſit.*

*Carmine*: Sic enim F. Nutius omnium impreſſit optimè. Nec iſta nouicia eſt correctio. Adſeri poteſt ex illo:

*Tum magico volitant cantu per inania manes.*

PALLVIT IRAS.] Horatius lib.3.Od.27.

*— ſcatentem*
*Belluis pontum, mediaſque fraudes*
*Palluit audax.*

Gr. *Expalluit* non placet. *Aras* reponit Heynſius, & aliena obtendit argumenta. Querit *iras* in euante Maſſyla. *Ira furor breuis eſt* inquit Horatius: in bachante verò rabies eſt, & inſania; quare *Inſanam vatem* ſacerdotem Sibyllam dixit Maro, & idem lib.6.ſcripſit.

*— gelidus Teucris per dura cucurrit*
*Oſſa tremor.*

Tremor natus ab adſpectu Sibyllæ euantis, & iracundæ, atque inſanæ adſimilis. Contra virium & animi eſt in Annibale puero, ſi non *palluit iras*, & inſaniam Maſſylæ. Meliori iure reponi potuit τὸ *Ignes*: nam in perfecto ſacrificio præſto ſemper ignis, & in hoc fuit fide Silii. Sed vtrumque eſt præter fidem omnium editionum.

*Gens rediuiua Phrygum Cadmææ ſtirpis alumnos*
*Fœderibus non æqua premit: ſi fata negarint*
*Dedecus id patriæ noſtra depellere dextra,*
*Hæc tua ſit laus nate velis: age concipe bella*
*Latura exitium Laurentibus: horreat ortus*
*Iam pubes Tyrrhena tuos, partuſque recuſent*
*Te ſurgente puer Latiæ producere matres.*
*His acuit ſtimulis, ſubicitque haud mollia dictu:*
*Romanos terra, atque vndis, vbi competet ætas,*

*Ferro, igniqueſequar, Rhœtaaque fata reuoluam.*
*Non Superi mihi, non Martem cohibentia pacta,*
*Non celſæ obſtiterint alpes, Tarpeiaque ſaxa.*
*Hanc mentem iuro noſtri per numina Martis,*
*Per manes regina tuos. tum nigra triformi*
*Hoſtia mactatur diuæ, raptimque recludit*
*Spirantes artus poſcens reſponſa ſacerdos,*
*Ac fugientem animam properatis conſulit extis.*
*Aſt vbi quæſitas artis de more vetuſto*
*Intrauit mentes ſuperûm, ſic deinde profatur:*
*Aetolos late conſterni milite campos,*
*Idæoque lacus flagrantes ſanguine cerno:*
*Quanta procul moles ſcopulus ad ſidera tendit,*
*Cuius in aërio pendent tua vertice caſtra:*
*Iamque iugis agmen rapitur, trepidantia fumant*
*Mœnia, & Heſperio tellus porrecta ſub axe*
*Sidoniis lucet flammis, fluit ecce cruentus*
*Eridanus, iacet ore truci ſuper arma, viroſque,*
*Tertia qui tulerit ſublimis opima tonanti.*
*Heu quænam ſubitis horreſcit turbida nimbis*
*Tempeſtas, ruptoque polo micat igneus æther:*
*Magna parant ſuperi, tonat alti regia cæli,*
*Bellantemque Iouem cerno. venientia fata*
*Scire vltra vetuit Iuno. fibraque repente*
*Conticuere: latent caſus, longique labores.*
*Sic clauſum linquens arcano pectore bellum,*
*Atque hominum finem Gades, Calpemque ſecutus,*
*Dum fert Herculeis Garamantica ſigna columnis*
*Occumbit ſæuo Tyrius certamine ductor.*
*Interea rerum Haſdrubali traduntur habenæ:*
*Occidui qui ſolis opes, & vulgus Iberum,*
*Beticolaſque viros ſpatiis agitabat iniquis.*
*Triſtia corda ducis, ſimul immedicabilis ira,*
*Et fructus regni feritas, erat aſper amore*
*Sanguinis, & metui demens credebat honorem:*
*Nec nota docilis pœna ſatiare furores.*
*Ore excellentem, & ſpectatum fortibus auſis*
*Antiqua de ſtirpe Tagum, ſuperumque, hominumque*
*Immemor, erecto ſuffixum robore mæſtis*

*Oſtentabat*

*Oſtentabat ouans populis ſine funere regem.*
*Auriferi Tagus adſcito cognomine fontis,*
*Pérque antra, & ripas Nymphis vlulatus Iberis.*
*Mæonium non ille vadum, non Lydia mallet*
*Stagna ſibi, nec qui riguo perfunditur auro*
*Campum, atque illatis Hermi flaueſcit arenis.*
*Primus inire manu, poſtremus ponere Martem.*
*Cum rapidum effuſis ageret ſublimis habenis*
*Quadrupedem, non enſe virum, non eminus haſta*
*Siſtere erat: volitabat ouans, aciéſque per ambas*
*Iam Tagus auratis agnoſcebatur in armis.*
*Quem poſtquam diro ſuſpenſum robore vidit*
*Deformem, lateri famulus clàm corripit enſem*
*Dilectum domino, pernix irrumpit in aulam,*
*Atque immite ferit geminato vulnere pectus.*
*At Pœni ſuccenſi ira, turbataque luctu,*
*Et ſæuis gens læta ruunt, tormentáque portant.*
*Non ignes, candénſque chalybs, non verbera paſſim*
*Ictibus innumeris lacerum ſcindentia corpus,*
*Carnificéſve manus, penitúſve infuſa medullis*
*Peſtis, & in medio lucentes vulnere flammæ*
*Ceſſauere: ferum viſu, dictúque per artem*
*Sæuitiæ, extenti quantum tormenta iubebant*
*Creuerunt artus, atque omni ſanguine rupto*
*Oſſa liquefactis fumarunt feruida membris.*
*Mens intacta manet, ſuperat, ridéſque dolores,*
*Spectanti ſimilis, feſſóſque labore miniſtros*
*Increpitat, dominique crucem clamore repoſcit.*

GENS REDIVIVA PHRYGVM.] Sic Aſc. ſic B. *Recidiua* P. N. & Gr: quos Heynſius ſequitur. Volo ego *Rediuiua* Chariſio lib. 1. ita diſcriminâte. *Rediuiua, quæ poſt interitum redeunt: recidiua, quæ à caſu reſtituuntur.* Nec diffiteor vtrum legenr, eandem ortam iri ſententiam. *Gens rediuiua Phrygum,* quæ redit ad vitam ter prope exciſa, non bis duntaxat: eadem *recidiua* interprete Chariſio ab iiſdem caſibus. Deinde lib. 10. Silius:

*Umbræue Auſoniæ rediuiua in bella retractant*
*Poſt obitum dextras?*

Vbi indubitanter *bella rediuiua*, quæ redintegrantur, & reuiuiſcunt. Sic prima in Verrem: *Vtrum exiſtimatis minus operis eſſe, vnam columnam efficere ab integro nouam nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere?* ibid. inq. ſæpius: etſi nonnemo eſt, qui *recidiuo* lectum velit. Verum id contra Feſti autori-

tatem hiſce verbis conſignatam : *Rediuiuum eſt ex vetuſto renouatum.* Cicero libro primo in Verrem : *Utrum exiſtimatis m. o. e. v. c. efficere ab integro nouam nullo lapide rediuiuo.* Addo ex Verrina tertia : REDIVIVA SIBI HABETO. *Quaſi quicquam rediuiui ex opere illo tolleretur, ac non totum opus ex rediuiuis conſtitueretur.* Ita quoque Hotomano legente. Pergama *recidiua* ſeu *rediuiua* cur dicantur, lege Pimpontium in 4. AEneid. & in decimum Iac. Pontanum. Recidiuum autem ex mente Chariſii Auſonius in gratiarum actione vſurpauit : *Quæ bona præſtas, efficis, ne caduca ſint : quæ mala adimis, proſpicis, ne poſſint eſſe recidiua.*

FOEDERIBVS NON ÆQVA PREMIT. ] Quid in fœderibus ſuper bello primo Punico pactis æquum, quid non, diſces è Polybio lib. 1. Ἐπὶ τοῖς φιλίαν εἶναι Καρχηδονίοις, καὶ Ῥωμαίοις, ἐὰν καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων συνδοκῇ, Ἐκχωρεῖν Σικελίας ἁπάσης Καρχηδονίους, καὶ μὴ πολεμεῖν Ἱέρωνι, μηδὲ ἐπιφέρειν ὅπλα Συρακουσίοις, μηδὲ τοῖς Συρακουσίων συμμάχοις. Ἀποδοῦναι Καρχηδονίους Ῥωμαίοις χωρὶς λύτρων ἅπαντας τοὺς αἰχμαλώτους, ἀργύριον κατενεγκεῖν Καρχηδονίους Ῥωμαίοις ἐν ἔτεσιν εἴκοσι δισχίλια καὶ διακόσια τάλαντα Εὐβοϊκά. Τούτων δ' ἐπανενεχθέντων εἰς τὴν Ῥώμην οὐ προσεδέξατο τὰς συνθήκας ὁ δῆμος, ἀλλ' ἐξαπέστειλεν ἄνδρας δέκα τοὺς ἐπισκεψομένους ὑπὲρ τῶν πραγμάτων. οἳ καὶ παραγενόμενοι τῶν μὲν ὅλων οὐδὲν μετέθηκαν, βραχέα δὲ προσεπέθηκαν τοῖς Καρχηδονίοις. τόν τε γὰρ χρόνον τῶν φόρων ἐποίησαν ἡμίσεα, χίλιά τε τάλαντα προσθέντες, τῶν τε νήσων ἐκχωρεῖν Καρχηδονίους προσεπέταξαν, ὅσαι μεταξὺ τῆς Ἰταλίας κεῖνται, καὶ τῆς Σικελίας. Ὁ μὲν οὖν Ῥωμαίοις, καὶ Καρχηδονίοις συστὰς περὶ Σικελίας πόλεμος ἐπὶ τοιούτοις, καὶ τοῦτον ἔσχε τὸ τέλος. *Quo Cartaginienſib. cum* Romanis *ſit amicitia, ſi plebi* Romanorum *viſum erit : Tota Sicilia Cartaginienſes excedant, neque cum Hierone bellentur, aut arma Syracuſanis inferant, eorumue ſociis. Captiuos omnes abſque lytro* Romanis *reddant : per annos viginti argenti talenti Euboica pendant bis mille ducenta. Quibus Romam perlatis hæc conuenta plebi volenti non fuere ; ſed Decemuiros, qui de re tota diſpicerent, delegarunt. Qui profecti nihil immutarunt : pauca tamen Cartaginienſib. impoſuere. Vectigalis nam q; tépus auxere adiectis mille talentis, iuſſique ſunt Cartaginenſes omnib. decedere inſulis, quæ Italiam, ac Siciliam interiacent.* Additamenta iſta neſcio quid iniqui redolent : & vt mero puto iure nitantur ea fœdera, potuit acerbatus, & æger animi Amilcar ea proloqui. Vide Appianum Parabola 18. p. 355.

SI FATA NEGARINT. ] Mortem Amilcaris alludit Silius ; reapſe namque pellere id dedecoris illi morte negatum. Æmilius Probus : *Hic cùm in Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno poſtquam in Italiam venerat, in prœlio pugnans aduerſus Vettones occiſus eſt. Vetones* rectius.

HÆC TVA SIT LAVS, NATE, VELIS. ] Plenè : *Vt ſit.* Iſtiuſmodi dictionis vſus apud Salluſtium denſiſſimus eſt. Heynſius, ordinem, voceſque ita vertit : *Hac tua laus, ſi nate velis.* Quaſi verò nunquam vota deſt tuat euentus.

PARTVSQVE RECVSENT TE SVRGENTE PVER, LATIÆ PR. MATRES. ] Baſilius Seleucenſis Orat. in Moyſen : Μητέρες ἄχρι τῶν ὠδίνων ἐρχόμεναι γενέσθαι μητέρες ἀπηύχοντο, ἀγνοίᾳ τοῦ πεπηγμένου στῆναι τὰς ὠδῖνας δεχόμεναι.

VBI COMPETET ÆTAS. ] Congruunt cum hac ſcriptione editiones aliæ. Vna : *Conſeret.* Prior mihi antiquior.

NON CELSÆ OBSTITERINT ALPES.] Gr. Abſtulerint. Prauè.

RHOETEAQ. FATA REVOLVAM.] *Rhætea*, Romanorum, quib. fata de imperii æternitate procedunt, & voluuntur: ea ego Annibal *reuoluam*, retraham, retexam, atque irrita faciam. Hac mente ſupra:

*Hunc* (Annibalem Iuno) — *audet ſolum componere fatis.*

TERTIA QVI TVLERIT SVBLIMIS OPIMA TONANTI.] Æneid. 6.

*Adſpice, vt inſignis ſpoliis Marcellus opimis*
*Ingreditur, victórque viros ſupereminet omnes.*
*Hic rem Romanam magno turbante tumultu*
*Siſtet eques, ſternet Pœnos, Gallúmque rebellem,*
*Tertiáque arma patri ſuſpendet capta Quirino.*

Plut. in Marcello diſertiſſimè commeminit *Britomartum* Gallorum regem ab eo cæſum, quem Epitoma Liuii *Virdomarum* nominat, & Propert. lib. 4. Alii *Viridomarum*.

TEMPESTAS RVPTOQ. POLO.] Qua Roma deturbatus Annibal. Alibi pluribus.

ATQ. HOMINVM FINEM GADES.] Dionyſius Ἐσχατόωντα γάδειρα. *Gades vltimantes.* Euſtathius alium in locum annotat Gadibus terminari Libycen occidentalem. Horatio *Gades* remotæ ſunt. *Finem.* conſtantia exemplarium ſancit hanc lectionem, extra vnum cui *Fines*: ſed *Fines Gades* ἀφελέστερον dictum ſit. Nimis quàm Latinum eſt numero priore. Liuius p. 228. lecti olim exemplaris: De iure *etiam pauca finium adiecerunt.* *Q. Fabium Labeonem direxiſſe finem Philippo veterem regiam viam.* Sall. Iugurthino: *Quo in loco inter ſe obuij fuiſſent, is communis vtriuſque populi finis haberetur.*

DVM FERT HERCVLEIS GARAMANTICA SIGNA COLVMNIS OCCVBVIT.] Diodor. l. 25. Ecloga 2. Εἰς τὰς Ἡρακλείους στήλας, καὶ εἰς τὰ γάδειρα, καὶ εἰς τὸν Ὠκεανὸν κατέπλευσεν. *Ad Herculeas columnas, & Gades nauigauit, ac Oceanum verſus.*

OCCVBVIT.] Ibidem Diodorus: Καταδιωκόμενος γὰρ ὑπὸ τοῦ βασιλέως εἰς ποταμὸν μέγαν σὺν τῷ ἵππῳ ἐμβὰς, ὑπὸ τοῦ ῥεύματος διεφθάρη ὑπὸ τοῦ ἵππου. *Nam cum à rege vrgeretur, ingentem fluuium eques ingreſſus præ rapiditate cum equo merſus eſt.* Et quia merſus aquis, addit Silius.

OCCVBVIT SÆVO TYRIVS CERTAMINE DVCTOR.] *Sæuo*, in vndis, quod viris deteſtabile. Heſiod. lib. 2. Δεινὸν δ' ἐστὶ θανεῖν μετὰ κύμασι. *Fluctibus immorier graue.* Quare dignãtur apud Valerium Flaccum adulta iam tempeſtate: *Hoc iterant ſegni flentes occũbere letho.* Quod l. 1. Triſt. 1. Eleg.

*Non lethum timeo: genus eſt miſerabile lethi:*
*Demite naufragium, mors mihi munus erit.*

Plautus aquis merſum, dicit *abſtractum in maximam malam crucem.* Alibi addemus aliquid, & cauſas rimabimur.

INTEREA RERVM HASDRVBALI TRADVNTVR HABENÆ.] Appianus Ibericis: Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τοῖς κέρδεσιν ἤδη τοῖς ἐξ Ἰβηρίας ἀρεσκόμενοι στρατιὰν ἄλλην ἔπεμπον ἐς Ἰβηρίαν, καὶ στρατηγὸν ἁπάντων ἀπέφηναν Ἀσδρούβαν τὸν τοῦ Βάρκα κηδεστὴν ὄντα ἐν Ἰβηρίᾳ. *Cartaginienſes factis ex Hiſpania lucris deliniti expeditionem aliam eò adornãt, & omnibus cum imperio præeſſe iubent Haſdrubalem Barcæ affinem, qui tum erat in Hiſpania.* Eadem Polybius lib. 2. Liuius li. 21. Imperauit autem Haſdrubal

annos octo, Polyb. Firmat hæc eadem Diodorus ſupra.

METVI DEMENS CREDEBAT HONOREM. ] Dementia eſt velle metui: ſiue quod, vt Ouid. cecinit: *Quem metuit quiſque, perire cupit:* ſiue quod *infidelis recti magiſter eſt metus*, Plin. in Panegyrico, & M. Tull. loco non vno. Tacitus Agricolæ vita: *Metus, & terror eſt, infirma vincula caritatis, quæ vbi remoueris, qui timere deſierint, odiſſe incipient.* Cæſar dictitabat mori ſe, quàm timeri malle apud Paterculum lib. 2. Quare imbibant illud Ouid. lib. 3. Triſt. Eleg. 5. viri ſummates:

*Quo quiſque eſt maior, magis eſt placabilis ira:*
*Et faciles motus mens generoſa capit.*

OSTENTABAT OVANS POPVLIS. ] Qui *Populus* legit, errat.

MÆONIVM NON ILLE VADVM. ] *Pactolum*, quem priſci χρυσοῤῥόαν indigetabant. Virg. 10.

*Mæonia generoſe domo, vbi pinguia culta*
*Exercentque viri, Pactoluſque irrigat auro.*

Seneca Thæbaide:

*Et qua trahens opulenta Pactolus vada*
*Inundat auro rura.*

Nonnus lib. 10. & 14. Dionyſius περιηγήσει.

NEC, QVI RIGVO PERFVNDITVR AVRO, CAMPVM. ] Iberiæ campi tam auriferi, quàm fluuii auriferi; non vbi χρυσωρυχεῖα, vel χρυσοπλύσια dumtaxat inſtituta: verum paſſim camporum facies arenas offert aureas, quarum lux hebetior admiſtione terrenæ portionis oculos fugit: quo videri, legique poſſint, rigantur aqua, terguntur, ſplendeſcunt. Auctor Strabo lib. 3. Καταφέρουσι δ' οἱ ποταμοὶ, καὶ οἱ χείμαρροι τὴν χρυσῖτιν ἄμμον, πολλαχοῦ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀνύδροις τόποις οὖσαν. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἀφανής ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς ἐπικλύστοις ἀπολάμπει τὸ τοῦ χρυσοῦ ψῆγμα, καὶ τοὺς ἀνύδρους δὲ φορητῷ ἐπικλύζοντες ὕδατι στιλπνὸν ποιοῦσι τὸ ψῆγμα, καὶ φρέατα δ' ὀρύσσοντες, καὶ ἄλλας τέχνας ἐπινοοῦντες πλύσει τῆς ἄμμου τὸν χρυσὸν ἐκλαμβάνουσι, καὶ πλείω τῶν χρυσωρυχείων ἐστὶ νῦν τὰ χρυσοπλύσια προσαγορευόμενα. *Fluuij, & torrentes auream arenam deferunt, quæ cum multis in locis reperitur, etiam inaquoſis. ſed in ijs minime videtur: inundatis autem in locis elucent auri ramenta. In locos vero inaquoſos importata aqua, ramentis ſplendorem conciliant, aliiſque excogitatis artibus ex arena eluta aurum excipiunt, &* chryſoplyſia chryſotychiis *plura ſunt, ſiue, loci complures ſunt, vbi aurum eluitur, præquam vbi effoditur.* Glebas quoque aureas oſtendit Strabo lib. 16. pagina tota 535.

ILLATIS HERMI FLAVESCIT ARENIS. ] Georgicωn altero:

*— atque auro turbidus Hermus.*

Solin. c. 53 *Hunc quoq; Hermum fluctibus aureis æſtuaſſe antiquitas credidit.* Nonnus contra pertendit Beſſaricωn lib. 12.

Ἀργυρέοισι ῥέεθροις Ἕρμος ἐυρρείτης. *Argenteis fluentis Hermus pulcrè fluens.* Negatque aurum ferre: Οὐ γὰρ ἀπὸ χρυσοῖο φέρει ῥόον. *Nec enim auro fluit.* Maro explicatior coibit in fœdus cum Nonno. Pactolus auro Hermum irrigat: Hermus ſuopte ingenio argenti ferax eſt. Cum ergo euoluitur in Hermum Pactolus, *fit auro turbidus Hermus* (quod hactenus in Virgilio non animaduerſum) campúſque ſiue ſinus Phocaicus, in quem Hermus illabitur, *— illatis Hermi flaueſcit arenis:* non in Hermo natis, ſed *illatis*. His

autem omnib. παντοδαποῖς fluminibus Tagum cedere non patitur. Silius, qui Catullo *is aurifer*,& Ouidio: Martiali *aureus*,Papinio *fuluo limo*,Senecę *Ibera turbidus gaza fluens.* Gemina Silianis ſunt illa Claudiani lib. 1.in Rufinum:

> *Non Tarteßiacis illum ſatiaret arenis*
> *Tempeſtas pretioſa Tagi,non ſtagna rubentis*
> *Aurea Pactoli: totúmque exhauſerit Hermum,*
> *Ardebit maiore ſiti.*

PRIMVS INIRE MANV, POSTREMVS PONERE MARTEM.] Bellatoris prope laus virica! Lilius lib.21.Silio expenſum tulit: *Princeps prælium inibat: vltimus conſecto prælio excedebat.*

DEFORMEM LATERI FAMVLVS CLAM CORRIPIT ENSEM DILECTVM DOMINO.] Ita eſt in Baſ.Aſc.M.Nut.Verum Ph.Nuñii exemplar: *Lacerum.* Modius è membranis Colonienſib. reponit: *Deformen lethi*, peruenuſto dicendi genere.Prima lectio: *Lateri corripit*,duriuſcula: altera fortaſſe non vera: *Lacerum*: nam Tagum in crucem actum canit Poëta, nec carnifices manus, nec laminas admouet domino, vti ſeruo. *Enſem dilectum domino:* quo peracta tyranni cædes grata domini manibus.

IRRVMPIT IN AVLAM.] Ita Silius: cæteros inter ſe ſcio diſcordare. Polyb. lib.2. in diuerſorio ſuo vult Haſdrubalem exceptum inſidiis: Ἐτελεύτησε δολοφονηθεὶς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλύμασι νυκτὸς ὑπό τινος Κελτοῦ τὸ γένος. *Deceßit in hoſpitio noctu Celtæ cuiuſdam inſidiis interfectus.* Niſi ſiet in diuerſorio aula. Appianus Ibericis in *Venatione*: Ἀνὴρ δοῦλος, οὗ τὸν δεσπότην ὠμῶς διεφθάρκει, λαθὼν ἐν κυνηγεσίοις ἀναιρεῖ. *Seruus,cuius dominum crudeliter occiderat,per inſidias in venatione interemit.* Iterúmque Annibalicis: Liuius lib. 21. palàm vult interfectum.

NON IGNES.] Ingens fortitudo, ſed viri: ingentior mulieris Epicharis in Neronem coniuratæ,qua ſuper vide Tacitum lib.15.

CANDENSVE CHALYBS.] Cicero in Verrem: Orat.7. *Quid cum ignes, candentéſquè laminæ,cæterique cruciatus admouebantur?* Libri vett. cum Gellio lib.10.c.3.legunt *Ardentes.*Propert.l.4.Eleg.7.

> *Lygdamus vratur,candeſcat lamina vernæ.*

Viuacius, pictiuſque noſter:

> —— *in medio lucentes vulnere flammæ.*

Seneca Troadibus: *Ferrum inditum Viſceribus vſtis.* Id ſupplicii in SS. Martyres exercitum non rarò.Prud.hymno S.Vincentii: *Stridenſque flammis lamina.*In S. Romano.*Nec ſic inuſta laminis ardet cutis.*
Poſtilla: *Dira aut cremaſſet laminarum impreßio.*
Hinc Plauto lux in Aſinaria: *Stimulos, laminas,crucéſque.* Horatio epiſt. 15. lib.1.

> *Scilicet vt ventres lamina candente nepotum*
> *Diceret vrendos.*

Lucretio in tertio:

> *Verbera, carnifices, robur,pix, lamina,tæda.*

Valer.Max.l.3.c.3. *Fidiculas laxauit, ſoluit eculeum,laminas exſtinxit.* Idem lib. 6.c.8.*Eculeóque impoſitus candentibus etiam laminis vſtus.*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

CARNIFICESVE MANVS.] Alii ſimiliter libri. Martialis:

*Sulphureúſque color, carnificéſque pedes.*

Liber vnus audaculè: *Carnificaue manus.*

CRESCEBANT ARTVS.] Prud. de S. Romano:

*— iuſſerat*
*Euiſcerandum corpus equuleo eminus*
*Pendere, & vncis, vinculiſque creſcere.*

Alius codex: *Vnguliſque.* Minus rectè: tenſa namque *vinculis* membra creſcunt: vngulis excarnificata decreſcunt.

QVANTVM TORMENTA IVBEBANT.] *Iubebant* etiam repræſentauit codex Baſilienſis. rectè. Gr. & P. Nut. editiones *Sinebant.* minus rectè. Aſcenſii liber *Videbant.* inepiè.

FERVIDA MEMBRIS.] Similiter Baſ. & Aſc. P. N. *Turbida.* deterius.

MENS INTACTA MANET, SVPERAT, RIDETQ. DOLORES.] Liuius lib. 21. de Haſdrubalis percuſſore: *Comprehenſus à circumſtantib. haud alio, quam ſi euaſiſſet vultu, tormentis quoque cum laceraretur, eo fuit habitu oris, vt ſuperante lætitia dolores ridentis etiam ſpeciem præbuerit.* Valer. Max. lib. 3. c. 3. *Lætitiam tamen, quam ex vindicta ceperat, in ore conſtantiſſime retinuit.*

INCREPITAT, DOMINIQVE CRVCEM CLAMORE REPOSCIT.] Iuſtinus de Bomilcare Cartaginienſi lib. 22. *Sed Bomilcar magno animo ciuium crudelitatem tulit: adeo vt de ſumma cruce, veluti de tribunali in Pœnorum ſcelera concionaretur: obiectans illis nunc Hannonem falſa affectati regni inuidia circumuentum: nunc Giſconis innocentis exilium: nunc in Amilcarem patruum ſuum tacita ſuffragia, quòd Agathoclem ſocium illis facere maluerit.* Quæ cupidius adſcripſi, ſimul vt ex iis lucem capiat illud Silij: *Et ſæuis gens læta ruunt.*

*Hæc inter ſpretæ miſeranda piacula pœnæ,*
*Erepto trepidus ductore exercitus, vna*
*Annibalem voce, atque alacri certamine poſcit.*
*Huic ſtudia accendit patriæ virtutis imago,*
*Huic fama in populos iurati dedita belli,*
*Huic virides anſis animi, feruórque d[illegible]rus,*
*Atque armata dolis mens, & vis inſita fandi.*
*Primi ductorem Libyci clamore ſalutant:*
*Mox & Pyrenes populi, & bellator Iberus.*
*Contennóq; ferox oritur fiducia menti*
*Ceſſiſſe imperio tantum terræque, maríſque*
*Acoliis candens Auſtris, & lampade Phœbi*
*Aeſtifero Libye torquetur ſubdita Cancro,*
*Aut ingens Aſiæ latus, aut pars tertia terris.*
*Terminus huic roſeus amnis Lagens ad ortus*
*Septeno impellens tumefactum gurgite pontum*
*At qua diuerſas clementior aſpicit Arctos*

*Herculeo dirimente freto, diducta propinquis*
*Europes videt arua iugis: vltra obſidet æquor:*
*Nec patitur nomen proferri longius Atlas.*
*Atlas ſubducto tracturus vertice cælum.*
*Sidera nubiferum fulcit caput, ætheriáſque*
*Erigit æternum compages ardua ceruix:*
*Canet barba gelu, frontémq; immanibus vmbris*
*Pynea ſylua premit, vaſtant caua tempora venti,*
*Nimboſóque ruunt ſpumantia flumina rictu.*
*Tum geminæ laterum fauces maria alta fatigant:*
*Atque vbi feſſus equos Titan immerſit anhelos,*
*Flammiferum condunt fumanti gurgite currum.*
*Sed quà ſe campis ſqualentibus Africa tendit*
*Serpentum largo coquitur fœcunda veneno.*
*Felix quà pingues mitis plaga temperat agros,*
*Nec Cerere Ennæa, Phario nec victa colono.*
*Hic paßim exultant Numidæ. gens inſcia freni*
*Queis inter geminas per ludum mobilis aures*
*Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis:*
*Altrix bellorum, bellatorúmque virorum*
*Tellus, nec fidens nudo ſine fraudibus enſi.*

EXERCITVS VNA ANNIBALEM VOCE. ] Non, vt adſolet concita ſeditione miles Annibalem ſibi ducem rapuit: nam militarem lectionem ratam habuit Senatus Cartaginienſis. Appianus de reb. Hiſpanicis circūſpectè: Ἡ στρατιὰ δὲ τὸν Ἀννίβαν καίπερ ὄντα κομιδῇ νέον, ἀρέσκοντα δὲ ἰσχυρῶς, στρατηγὸν ἀπέδειξεν αὐτῶν, καὶ Καρχηδονίων βουλὴ συνέθετο. *Exercitus Annibalem admodum adhuc adoleſcentem, at mirè gratioſum ſtrategum creauit cum Cartaginienſis ſenatus adſenſu.* Iterat eadē Annibalicis. Interpres eſto Æmilius Probus: *Exercitus ſummam Imperij ad eum detulit. Id Cartaginem delatum publicè comprobatum eſt.* De orthographiæ ratione ſic habe. Eutyches: *Omnis vox Græca, vel barbara ſuum ſeruat apud Romanos, tam in vocalibus, quàm in conſonantib. ſpiritum . . . vt Hannibal.* Verùm ego ex Hebræo ortum voci adſcribo, vt valeat, *gratioſus Belum*, apud, & læuo; mecúmque eſt infinitas prope veterum nummorum, atque inſcriptionum. Idem Eutyches *Hammon* ſcribit: nos poſteriùs conſtanter læuabimus originis cauſa, & hiſtoriæ. Ora omnis iſta, in qua, aut ad quam Iupiter Ammon colitur, arenoſiſſima eſt, & arenarum montes volatiles habet: Arena Græcis ἄμμος, aſpero refutato ſpiritu dicitur: inde *Ammon*. Superámque *Annibal* interpretationem alludit in 8. Silius: *Annibal à noſtro nomen memorabile Belo. Bel* enim, *Baal*, Bal vnum idémque Hebræis eſt ſic vbique ſcribo Anna, Anno.

HVIC FAMA IN POPVLOS IVRATI DEDITA BELLI. ] Mo-

dius mauult aduerbio ſcriptum *Hinc.* Ego pronomen *Huic* retinendum pertendo. ἀπὸ κοινοῦ *Huic* Annibali ſtudia exercitus conciliat, ſiue *accendit fama huic patria virtutis imago, huic anni virides. Dedita*, ſic mihi adnı codices. Reſcribo voce priſca, eáque Lucretio, ac Virgilio bene cognita *Dedita*.

HVIC VIRIDES AVSIS ANIMI. ] Probum hoc at prætulerim τὸ *Anni*. Erat enim tum Annibal minor annis quinque & viginti, Cornel. Nepos: Mariana licet lib. 2. c. 9. viginti circiter annos nato Annibali delatum putet Imperium: Mato lib. 6. *Viridis iuuenta*. & Silius lib. 5.

*— properoque virentes*

*Delebat letho bellator barbarus annos.*

Apponit & calculum Modius Epiſt. 57. vti ſeriùs deprehendi. Denique animaduerto iam ita habere codicem à Ph. Nutio.

CONTINVOQVE FEROX ORITVR FIDVCIA. ] Horat. *Nequidquam Veneris præſidio ferox.* Terent. *Eóne es ferox, quia habes imperium in belluas?* ſuperbus.

TORQVETVR SVBDITA CANCRO. ] Non malè. Meliùs Aſc. *Torretur.*

AVT INGENS ASIÆ LATVS, AVT PARS TERTIA TERRIS. ] Lucanus l. 9. Libyam Europæ partem fecit, cùm Salluſtio. Vide c. 6. Hypercritici Iul. Scaligeri. Quidam libri, *— pars tertia mundi.*

ROSEVS AMNIS LAQVEVS ADORTVS. ] Legam *Roſeoi ortus*, dictione Poëtis perfamiliari, qua innuitur Ῥοδοδάκτυλος Ἠώς. Hoc item libro dicet Silius Auroræ *roſeas habenas*. Legit mecum & codex à Ph. Nutio. *Amnis Lagæus*, Nilus à Ptolomæo Lagi filio, Strabo li. 17. Lucan. l. 1.

*Quà mare Lagæi imitatur gurgite Nili.*

Iterum Silius lib. 7. *— Pars flumina Lagi.*

SEPTENO GVRGITE PONTVM. ] Inueterauit opinio de ſeptem Nili oſtiis Strabonis autoritate, l. 17. & aliorum è multis: at Herodoti cautio apud me in pretio eſt. Is in Euterpe quinque propriè docet eſſe oſtia, quòd Bolbitinum, & Bucolicum non ſint natiua oſtia, ſed foſſa: Τὸ δὲ Βολβιτινὸν στόμα καὶ τὸ Βουκολικὸν οὐκ ἰθαγενέα στόματά ἐστι, ἀλλ' ὀρυκτά. *Bolbitinū, & Bucolicum non natiua oſtia ſunt, ſed foſſa.* Eáque ſententia Euſtachio in Dionyſium ſcribenti memoranda viſa.

HERCVLEO DIRIMENTE FRETO. ] Gaditano. M. Tullius:

*Quid feruore illo Oceani,*

*Europam, Libyámque rapax vbi diuidit vnda?*

Horat. lib. 3. Oda. 3.

*— nomen in vltimas*

*Extendat oras, quà medius liquor*

*Secernit Europen ab Afro.*

Solinum c. 36. ne a[illegible] re pigreris.

CAMPIS SQVALENTIB. AFRICA TENDIT. ] Ea cauſa Dionyſio Libye διψηρή τε, καὶ αὐχμήεσσα τέτυκται. *Sitieuloſa, & æſtuoſa eſt.*

NEC CERERE ENNÆA. ] Hiſpaniam cum Siciliæ fœcunditate priùs contendit. Vt Sicilia ſit verè εὔσταχυς ἐρίβωλος (?), notificat M. Tullius li. 2. in Verrem: *Itaque ille M. Cato ſapiens cellam penariam reip. noſtræ, nutricem plebis*

*Romanæ Siciliam nominauit. Nos verò experti ſumus Italico maximo, difficillimóque bello Siciliam nobis non pro penaria cella, ſed pro ærario illo maiorum vetere, ac referto fuiſſe: nam ſine vllo ſumtu noſtro corijs, tunicis, frumentóque ſuppeditato maximos exercitus noſtros veſtiuit, aluit, armauit.* Illud ipſum habes lib. 4. item cur *Ceres Ennæa*, multámque inibi antiquitaté: locus idcirco adſcribetur. *Vetus eſt opinio Iudices, quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorum literis, atque monumetis. inſulam Siciliam totam eſſe Cereri, & Liberæ conſecratam. Hoc cùm ceteræ gentes ſic arbitrãtur, tum ipſis Siculis ita perſuaſum eſt, vt in eorum animis inſitum, atque innatum eſſe videatur. nam & natas eſſe has his in locis Deas, & fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur, & raptam eſſe Liberam, quam eandem Proſerpinam vocant, ex Ennenſium nemore: qui locus, quòd in media inſula ſit, vmbilicus Siciliæ nominatur.* Vide his reſtãtia. Non rarò quoque alibi tradidit ad ſimilia M. Tullius. In idem laudari poſſunt, Athenæus, & Euſtathius. Torquatus apud Liuium lib. 26. clamat Syracuſas horreum, atque ærarium quondam P. R. & vniuerſam Siciliam, Strabo lib. 6.

PHARIO NEC VICTA COLONO. ] Ægyptum fœcundat Nilus, cui non dictum? Tacit. lib. 1. Hiſtor. Ægyptum *Annonæ fœcundam* claudat.

QVADRVPEDEM FLECTIT NON CEDENS VIRGA LVPATIS ] Virga, inquam, equos adgubernant Numidæ. Numidas verò Mauritaniæ capies, ſuper quibus adeundus Strabo lib. 17. & Curtius. Idem lectum de Gætulis, Maſſylis. Maſæſylis, qui omnes audiere Numidæ. Eundem tenuere morem Indi, Silius lib. 3. de Gætulis:

*Et doctus virga ſonipes in caſtra ruebat.*

De Maſſylis Lucanus lib. 4.

*Et gens, quæ nudo reſidens Maſſylia dorſo*
*Ora leuis flectit frænorum neſcia virga.*

Martialis lib. 9. Epigr. 23.

*Et Maſſylaeum virga gubernet equum.*

De Maſæſylis Strabo lib. 17. Μικροῖς ἵπποις χρώμενοι, ὀξέσι δὲ καὶ εὐπειθέσιν, ὥς ἀπὸ ῥαβδίου οἰακίζεσθαι, *paruis equis vſi, celerib. tamen, adróque facilè parentib. vt virgula regantur.* Idem lib. 15. de Indis: Χρῶνται δ᾽ ἀχαλινώτοις. Adde Cobarem apud Curtium lib. 7. iſta loqui: *Nobilis equus vmbra quoque virgæ regitur: ignauus nequidem calcari concitari poteſt.* Claudianum de bello Gildonico

*Cætera nudus eques, ſonipes ignarus habenæ,*
*Virga regit.*

De Mauris ſermo eſt. Ex hoc Silii loco, qui rectionem hanc equorum cæteris γραφικώτερον, expreſſit, pernoteſcit illud Maronis: *Et Numida infrænes.* Nemezianus Cynegetico de Mauris, & Mazacib.

*— quodque infrænes, quod liber vterque. . . .*
*Nam flecti facilis, laſciuáque colla ſecutus*
*Paret in obſequium lenix moderamine virga:*
*Verbera ſunt præcepta fugæ, ſunt verba freni.*

NEC FIDENS NVDO SINE FRAVDIB. ENSI. ] An venena intelligit inficiendis gladiis? Certè de Ponti accolis. Ouid. lib. 1. de Ponto Eleg. 2.

*Qui mortis ſæuo geminent vt vulnere cauſas*
*Omnia vipereo ſpicula felle linunt.*

Sic infrà *fraudem pharetræ* appellat venena. An quia cantamine vtebantur, dum coquereeur enſis? infrà de Annibalis gladio:

*— Quatit enſem,*
*Cantato nuper ſenior quem fecerat igni*
*Littore ab Heſperidum miſſus, qui carmine pollens*
*Fidebat magica ferrum crudeſcere lingua.*

*Altera complebant Hiſpanæ caſtra cohortes*
*Auxilia Europæ genitoris parta trophæis.*
*Martius huic ſonipes campos hinnitibus implet,*
*Huic iuga cornipedes erecti bellica raptant:*
*Non Eleus eat campo feruentior axis.*
*Prodiga gens animæ, & properare facillima mortem.*
*Nanque vbi tranſcendit florentes viribus annos,*
*Impatiens æui ſpernit nouiſſe ſenectam,*
*Et fati modus in dextra eſt. hîc omne metallum:*
*Electri gemino pallent de ſemine venæ,*
*Atq; atros chalybis fœtus humus horrida nutrit.*
*Sed ſcelerum cauſas operit Deus. Aſtur auarus*
*Viſceribus laceræ telluris mergitur imis,*
*Et redit infelix effoſſo concolor auro.*
*Hinc certant Pactole tibi Duriúſq;, Tagúſq;,*
*Quíque ſuper Grauios lucentes voluit arenas*
*Infernæ populis referens obliuia Lethes.*
*Nec Cereri terra indocilis, nec inhoſpita Baccho,*
*Nulláque Palladia ſeſe magis arbore tollit.*
*Hæ poſtquam Tyrio gentes ceſſere tyranno,*
*Vtque dati rerum freni, nunc arte paternæ*
*Conciliare viros, armis conſulta Senatus*
*Vertere nunc donis: primus ſumpſiſſe laborem,*
*Primus iter carpſiſſe pedes, partémq; ſubire*
*Si valli feſtinet opus, nec cætera ſegnis*
*Quæcunque ad laudem ſtimulant, ſomnumque negaba*
*Naturæ, noctemque vigil ducebat in armis:*
*Interdum proiectus humi, turbaque Libyſſæ*
*Inſignis ſagulo duris certare maniplis:*
*Celſus & in magno præcedens agmine ductor*
*Imperium perferre ſuum: tum vertice nudo*
*Excipere inſanos imbres, cœlique ruinas.*
*Spectarunt Pœni, tremuitque exercitus Aſtur,*
*Torquentem cùm tela Iouem, permixtaque nimbis*

*Fulmina, & excuſſos ventorum ex flatibus ignes*
*Turbato tranſiret equo: nec puluere feſſum*
*Agminis ardenti labeſcit Sirius aſtro.*
*Flammiferis tellus radijs cùm exuſta dehiſcit,*
*Candentique globo medius coquit æthera feruor,*
*Fœmineum putat inuenta iacuiſſe ſub vmbra:*
*Exercetque ſitim, & ſpectato fonte recedit.*
*Idem correptis ſternacem ad prælia frenis*
*Frangere equum, & famam lethalis amare lacerti:*
*Ignotique amnis tranare ſonantia ſaxa,*
*Gaudet & aduerſa populos arceſſere ripa.*
*Idem expugnati primus ſtetit aggere muri:*
*Et quoties campo rapidus fera prælia miſcet.*
*Quà ſparſit ferrum, latus rubet æquore limes.*

MARTIVS HVIC SONIPES. ] *Huic, cohortibus Hiſpanis.* Scribe *hinc*, & proximè: *hinc fuga.*

PRODIGA GENS ANIMÆ. ] Horat. l. 1. Od. 12. ad Auguſtum,
*Animæque magnæ prodigum Paulum.*

ELECTRI GEMINO PALLENT DE SEMINE VENÆ. ] De *gemino ſemine* auri, & argẽti. Pauſ. Eliac. 1. Τὸ δ' ἤλεκτρον τοῦτο οὗ τῷ Αὐγούστῳ πεποιήκασι τὴν εἰκόνα ὅσον μὲν αὐτόματον ἐν τοῦ Ηριδανοῦ ταῖς ψάμμοις εὑρίσκεται, σπανίζεται δὲ τὰ μάλιστα, καὶ ἀνθρώπῳ τίμιον πολλῶν ἐστιν ἕνεκα. τὸ δ' ἄλλο ἤλεκτρον, ἀναμεμιγμένος ἐστὶν ἀργύρῳ χρυσός. *Electrum hoc, ex quo Auguſto fecerunt imaginem ſponte in Eridani arenis occurrit, haud vbere prouentu, & hominib. multo in honore eſt. Alterum electri genus eſt auri cum argento miſtura.* Tantundem Strabo li. 1. quem vide etiam lib. 4. de Lyncurio. Propterea columnas in templo Herculis Gaditani poſitas à Philoſtrato lib. 4. *electrinas* interpretor ex eo: Στήλας χρυσοῦ πεποιῆσθαι, καὶ ἀργύρου συντετηκότοιν εἰς ἓν χρῶμα. *Columnas ex auro, & argento in vnum confuſis factas.* Electrum verò quod innaſcitur Aldiſci ripis, & Panticapæ, creſcit pro Lunæ cremento. Dionyſ.

Ηδυφαὴς ἤλεκτρος ἀέξεται, οἷά τις αὐγὴ
Μήνης ἀρχομένης. *Gratum viſu electrum creſcit, vt lux lunæ incipientis.*

Alterius generis *electrum* ponit lib. 3. Strabo: Ἐκ δὲ τοῦ χρυσοῦ ἑψομένου, καὶ καθαιρομένου στυπτηριώδει τινὶ γῇ τὸ κάθαρμα ἤλεκτρον εἶναι, *ex auro cocto, & aluminoſa gleba deterſo purgamentum ipſum electrum eſſe. Electrum* Heliadum peritiores fabulam putant. Plura dabit Plin. l. 37. c. 2.

ATQVE ATROS CHALYBIS FOETVS. ] Georg. 2
*Dant alios alia fœtus.* de terris.

ET REDIT INFELIX EFFOSSO CONCOLOR AVRO ASTVR. ] Strabo lib. 13. de auri venis Aſturum hominum cupidine rareſcentibus quærens meminit: Diodorus verò in earum laudes effunditur l. 5. Claudianus laude Serenæ:

— *effoſſis nec pallidus Aſtur oberrat*
*Montib.*

Quare apud Lucanum lib.4. lego *Aſturij*, vbi vulgo:

> *Non ſe tam penitus, tam longè luce relicta*
> *Merſent Aſſyrij ſcrutator pallidus auri.*

Aſtutum felicitatem deprædicat & Pacatus Panegyrico, & Martialis li.10. Epigr. 6. Quàm iſti ſuffoſſores, ſeu perfoſſores impalleſcant, auróque ſuo concolores redeant, elatebrat Lucretius lib.16.

> *Denique vbi argenti venas, aurique ſequuntur*
> *Terras penitus ſcrutantes abdita ferro,*
> *Quales exſpirat ſcalpteſula ſubter odores?*
> *Quidve mali ſit, vt exhalent aurata metalla?*
> *Quas hominum reddunt facies, qualéſve colores?*
> *Nonne vides, audiſve perire in tempore paruo*
> *Quàm ſoleant? & quàm vitai copia deſit,*
> *Quos opere in tali cohibet vis magna?*

Cauſam Strabo lib.12. πρὸς γὰρ τῷ ἐπιπόνῳ, τὸ ἔργον, καὶ θανάσιμον, ἔχουσιν εἶναι τὸν ἀέρα φασὶ, τὸν ἐν τοῖς μετάλλοις διὰ τὴν βαρύτητα τῆς τῶν βώλων ὀδμῆς, ὥστε ὠκύμορα εἶναι τὰ σώματα, Cauſam aperit cur facinoroſi in id opus damnentur, *Nam præterquam quòd laborioſum eſt opus, lethalem etiam, atque intolerabilem ferunt aërem in fodinis illis ob glebarum graueolentiam, vt præſentiori morti corpora ſint obnoxia.* Additque ſæpe omiſſum opus, quod detrimenta non ſarcirent prouentus. Cauſa, cur toties Martyres ad metalla damnati legantur, Lege ſis epiſtolam D. Cypriani 77. ad Nemeſianum, & alios Coepiſcopos datos in metallum.

HVIC CERTANT PACTOLE. ] Præoptauerim *Hic.*

REFERENS OBLIVIA LETHES. ] Super hoc nomine reconditè ſcripſit Iſacus Caſaubonus, Strabonis Commentator in li.3. Liuius lib.55. *Cùm flumium Obliuionem tranſire nollent.*

NEC INHOSPITA BACCHO ] Sententia non obſcura. Dicendi genus incertum quòd quibus hoſpitio Bacchus exceptus, benignus fuerit, & vini, vitíſve largitor: Quo de lege l.7. Silij, Nonni Bellarica, Ouidium.

NVLLAQVE PALLADIA SESE MAGIS ARBORE TOLLIT. ] Non æqua paſſim talium prouentuum vbertas tota Iberia. Apertè diſcriminat Strabo lib.13. Ἐλαίας δὲ πολλῆς, καὶ ἀμπέλου, καὶ συκῆς, καὶ τῶν παραπλησίων φυτῶν ἡ καθ' ἡμᾶς Ἰβηρικὴ παράλια πάντως εὐπορεῖ. ἡ δὲ παρωκεανῖτις ἡ πρὸς βορρᾶς ἀμοιρεῖ διὰ τὰ ψύχη, *Olea multa, vite, ficu, plantiſque ſimilibus omnibus maritima, quæ nos reſpicit, abundat Iberia: quæ verò Oceano adſidet verſus Septentrionem, horum omnium expers eſt, frigorib. præpedientib.* Ad hæc Solin. ca.36. *Terrarum plaga comparanda optimis, nulli poſthabenda frugum copia, ſiue ſoli vbere, ſiue vinearum prouentus reſpicere, ſiue arborarios velis.*

NVNC ARTE PATERNA CONCILIARE VIROS. ] Amilcar námque animorum, προσάξεις. Diodor. l.25. Ecl.2. Πολλὰς δὲ πόλεις τῇ πειθῷ προσηγάγετο; Vrbes multas ſuadendi illecebris ſibi adiungebat.

ARMIS CONSVLTA SENATVS VERTERE, NVNC DONIS. ] *Conſulta* fortè gloſſema ἀντὶ τοῦ *Scita*, ſic:

> — *nunc arte paterna*
> *Conciliare viros: nunc armis ſcita Senatus*
> *Vertere. nunc donis.*

Aliter nexus huiuſce dictionis infirmior. Neque vox Silio non vſitata: *Scita Patrum, & leges* mox leges.

INTERDVM PROIECTVS HVMI. ] Liuius li. 21. *Multi ſæpe militari ſingulo opertum humi iacentem inter cuſtodias, ſtationéſque militum conſpexerunt.*

TVM VERTICE NVDO EXCIPERE INSANOS IMBRES. ] Mira hæc Annibalis virtus, miræ cæteræ, vel in ſingulis ſingulæ: Aen. 10.

*Dardanius caput ecce puer detectus honeſtum,*

& Iulius Cæſar hoc nomine aliquoties inſignitur: verum in vno conglobatæ neſcio quid magnum ſunt. Gallus Poëta de ſe:

*Vertice nudato ventos, pluuiáſq; ferebam:*
*Non mihi ſolſtitium, non grauis imber erat.*

Spartianus de Peſcennino Nigro: *Nunquam contra Solem, vel contra imbres quæ ſunt tecti ſuffragium.* Cicero lib. de Senectute de Maſaniſſa nonagenario: *Nullo imbre, nullo frigore adduci, vt capite operto ſit.* Quem locum laudat Val. Maximus lib. 8 c. 12. Xiphilinus: ἀσκεπὴς ὑπὸ τῇ κεφαλῇ, ἐν ὑπαίθρῳ, ἐν ἐσθῆτι ἐνεδύετο ἀεὶ, καὶ ἐν ταῖς χιόσι ταῖς Κελτικαῖς, καὶ ἐν τοῖς καύμασι τοῖς Αἰγυπτιακοῖς γυμνῇ αὐτῇ περιῄει. *Adrianus non æſtuante, aut rigente cœlo caput operiebatur. Verùm etiam per niues Celticas, ac per Ægypti æſtus nudo capite ambulabat.* Adi ad Herodianum l. 3. de Seuero Imp. *Inſanos imbres* intelligo validè ruentes, aut valetudinis πρόξενους, qua mente *Inſani* audiunt Sardiniæ montes, poſteriùs dicemus.

SPECTATO FONTE RECEDIT. ] Alexander apud Curtium lib. 7. poculo pleno reddito: *Nec ſolus, inquit, bibere ſuſtineo: nec tam exiguum diuidere omnibus poſſum.* Ibidem plura, ſi lubido. Similiter Cato apud Lucanum lib. 9. peracutè:

*Excuſſit galeam ſuffecitque omnib. vnda,* excuſſu diffuſa.

GAVDET ET ADVERSA POPVLOS ARCESCERE RIPA. ) Baſil. *Atque è diuerſa p. a. r.* Alius: *Socios.*

LATVS RVBET ÆQVORE LIMES.] B Aſc. idem. P. N. *Lato.* Amplioris laudis eſt *latus limes*: latum æquor parcioris, aut nullius.

*Ergo inſtat fatis, & rumpere fœdera certus.*
*Qua datur interea Romam comprendere bello*
*Gaudet, & extremis pulſas Capitolia terris:*
*Prima Saguntinas turbarunt claſſica portas,*
*Bellaque ſumpta viro belli maioris amore.*
*Haud procul Herculei tollunt ſe littore muri*
*Clementer creſcente iugo, queis nobile nomen*
*Conditus excelſo ſacrauit colle Zazynthus.*
*Hic comes Alcidæ remeabat in agmine Thebas*
*Geryone extincto, cæloque ea fata ferebat.*
*Treis animas namque id monſtrum, treis corpore dextras*
*Armarat, ternaq. caput ceruice gerebat.*
*Haud alium vidit tellus, cui ponere finem*

*Non poſſet mors vna viro, duræque ſorores*
*Tertia bis rupto torquerent ſtamina filo.*
*Hic ſpolia oſtentabat ouans, captiuaque victor*
*Armenta ad fontes medio feruore vocabat,*
*Cum tumidas fauces accenſis ſole venenis*
*Calcatus rupit lethali vulnere ſerpens:*
*Inachiumque virum terris proſtrauit Iberis.*
*Mox profugi ducente Notho aduertêre coloni,*
*Inſula quos genuit Graio circumflua ponto.*
*Atque auxit quondam Laërtia regna Zazynthus.*
*Firmauit tenues ortus mox Daunia pubes*
*Sedis inops, miſit largo quam diues alumno*
*Magnanimis regnata viris nunc Ardea nomen.*
*Libertas populis pacto ſeruata decuſque*
*Maiorum, & Pœnis poſtquam imperitare negatum,*
*Admouet abrupto flagrantia fœdere ductor*
*Sidonius caſtra, & lætas quatit agmine cauſas.*
*Ipſe caput quaſſans circumluſtrauit anhelo*
*Muros ſæuus equo, menſuſque pauentia tecta*
*Pandere iamdudum portas, & cedere vallo*
*Imperat, & longè clauſis ſua fœdera, longè*
*Auſoniam fore, nec veniæ ſpem Marte ſubactis:*
*Scita patrum, & leges, & iura, fidemque, Deoſque*
*In dextra nunc eſſe ſua: verba ocyus acer*
*Intorto ſancit iaculo, figitque per arma*
*Stantem pro muro, & motantem membra Vaicum.*
*Concidit iniecto medius per viſcera telo:*
*Effuſiſque ſimul prærupto ex aggere membris*
*Victori moriens tepefactam rettulit haſtam.*
*At multo ducis exemplum clamore ſequuti*
*Inuoluunt atra telorum mœnia nube.*
*Clara nec in numero virtus latet: obuia quiſque*
*Ora duci portans, ceu ſolus bella capeſſat.*
*Hic crebram fundit baleari verbere glandem,*
*Terque leui ducta circum caput altus habena*
*Permiſſum ventis abſcondit in aëre telum.*
*Hic valido librat ſtridentia ſaxa lacerto,*
*Huic impulſa leui torquetur lancea nodo.*

PRIMA SAGVNTHINAS.] Apud Liuium Alteia, Hermandica, Arba-

cala, Turdetani, Carpetani, tum Sagunthini vim Punicam perculere, & Polybii lib.3. Verum è ciuitatibus cum Rom. imperio fœderatis Saguntus prima Annibalici belli procella expugnata eſt: cæteræ illæ ciuitates bello Hiſpanico, vbi ab exercitu Imperator conſalutatus Annibal.

TRES ANIMAS NAMQ. ID MONSTRVM.] Lucretius:

*Atque tripectora ter gemini vis Geryonai.*

Cui Poëtæ nõ cantatus Geryon? & cui tricorporis vocabuli dicta origo? Iuſtin. lib. 4. *Porro Geryonem ipſum non triplicis natura, vt fabulis proditur, fuiſſe ferunt: ſed tres fratres tanta exſtitiſſe concordia, vt vno animo omnes regi viderentur: nec bellum Herculi ſua ſponte intuliſſe: ſed cum armenta ſua rapi vidiſſent, amiſſa bello repetiſſe.* Quem ſequitur Silius lib. 13. comparans tres fratres cum monſtro tricorporis iræ, *Qualis Atlantiaco* &c. Nec alii abſque veri imagine, quod Geryon Hiſpaniæ rex, quæ triplex; Bætica, Tarraconenſis, Luſitania. Geryoni pater fuit Chryſaor, Apollod. lib. 2. Suidas deridiculam commenti rationem effert: Τρικέφαλον, ὅτι τρεῖς λόφους εἶχεν ἐν τῇ περικεφαλαίᾳ. cur enim cuicui triplex criſta, non ſit Geryon? cur non Aiax, τρικόρυθος cum ab Euripide celebretur. Quem trium criſtarum fuiſſe volo, vt & Cretes, quos in Bacchis τρικόρυθας cum legeret Strabonis interpres lib. 10. vertit: *Tribuſque galeis inſtructi.* Cur non Luſitani, quibus τριλοφία teſte Strabone non inuſitata? Si à triplici cono, vel criſta Geryonem diceret τρίφαλον, non deſpuerem: itaque fortè ſcriptum oportuit. lib. 3.

LETHALI VVLNERE SERPENS.] Loci fortè numen erat, vt quem loquitur Maximus Tyrius λόγῳ λη' à Taxile Indorum regnatore inter inuſitata, & miranda monſtratum: Ἐν δὲ τοῖς ἔδειξε καὶ ζῷον ὑπερφυὲς Διονύσου ἄγαλμα, ᾧ Ἰνδοὶ ἔθυον. δράκων ἦν μῆκος πεντάπλεθρον. ἐτρέφετο δὲ ἐν χωρίῳ κοίλῳ ἐν κρημνῷ βαθεῖ, τείχει ὑψηλῷ ὑπὲρ τῶν ἄκρων περιβεβλημένος. καὶ ἀνήλισκε τὰς Ἰνδῶν ἀγέλας χορηγούντων αὐτῷ βοῦς, καὶ οἶς καθάπερ τυράννῳ μᾶλλον, ἢ θεῷ. *In his monſtrauit etiam animantem immanem Dionyſii ornamentum, cui ſacrificabant Indi. Draco erat quinque iugerum longitudine. Alebatur autem in cauo alti præcipitij, cuius ſumma celſus ambiebat murus. Abſumebat is Indorum greges, Indis ipſis boues, atque oues velut tyranno magis, quàm Deo in paſtum benignè tribuentibus.* Vide Plin. lib. 1. c. 8. l. 29. c. 4.

DVCENTE NOTO ADVERTERE COLONI.] Plenior locutio ſit *Aduertere proras*, Æn. 10. *puppim*, 6. *curſum* 7. Vox eſt nauigantibus penè ſollemnis: cui ἀντιτιθῆ,  *Obuertunt pelago proras.*

Rurſum Silius lib. 15.

*—— quantus*

*Verterit in Rutilos domitor telluris Iberæ.*

Sic in illo ex Amphitruone: *Vertentib. Teleboïs telis complebantur corpora.* Expreſſiùs *vertentibus ſe*, vt vſurpauerit Silius *aduertere*, pro *Aduertuntur.* Aen. 5. *Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.*

Quod dicendi genus ſunt illa veterum, Liuii; *Vt odor nihil mutaret*: Plauti, *Ira leniunt*: M. Tullii, Liuiique. *Terra mouet*: Maronis; *Venti poſuere*: &, *Demutare*, pro *Demutari* in Apuleii Apologia, aliaque ſexcenta. Ita Silius li. 10.

*— conuerſis vidi nam flectere habenis.*

*Integra, Se vel Equum.* Γαλατικῶς Ouid. Metam. 5.

*— Scythicaſque aduertitur oras.*

INSVLA QVOS GENVIT GRAIO CIRCVMFLVA PONTO. ] Polyb. lib. 3. de Sagunthо: Ἡ δὲ πόλις αὕτη κεῖται μὲν ἐπὶ τῷ πρὸς θάλατταν καθήκοντι πρόποδι τῆς ὀρεινῆς τῆς συναπτούσης τὰ πέρατα τῆς Ἰβηρίας, καὶ Κελτιβηρίας. ἀπέχει δὲ τῆς θαλάττης ὡς ἑπτὰ στάδια. *Vrbs ipſa ſituata eſt in imo pede, qui ad mare vergit, montanæ regionis Ibericæ ac Celtiberæ fines quingentis. Abeſt autem à mari ſtadia ſeptem.*

MAIORVM ET POENIS POSTQVAM.] Sententia firmiore legeris: *Atp.*

LÆTAS QVATIT AGMINE CAVSAS ]Hiſtoriæ congruenter locum hunc Marius enarrauit de cauſis belli ab Annibale quæſitis: nec eam expoſitionem aliter, quàm calumnia frangere molitur Modius. Admoto namq; Saguntinis agmine, belli mouebat, ſeu *quatiebat* cauſas Annibal. A me D. Aug. l. 3. de Ciuit. c. 20. hac ipſa de re, déque Annibale:

*Cauſas quæſiuit, quibus eos* (Romanos) *irritaret ad bellum.*

Aurel. Victor *Cauſam belli quærens.* Florus: *Quam in libertate communi fœdere exceptam Annibal cauſas nouorum motuum quærens.* Silius ante de Annibale: *Ingenio motus auidus.*

LONGE CLAVSIS SVA FOEDERA, LONGE AVSONIAM.] Maro:

*Longè illi Dea mater erit, quæ nube fugacem*
*Fœminea tegat.*

VERBA OCYVS ACER INTORTO SANCIT IACVLO. ] In modum bellum indicentis fetialis, aut πυρφόρου.

Cuiuſmodi fuiſſe Bogus videtur, qui lib. 4. poſt interpretatum augurium:

*Tum dictis comitem contorquet primus in hoſtes*
*Ceu ſuadente Deo, & fatorum conſcius haſtam,*

is ſcilicet, qui

*— primæ decus affectat decerpere pugnæ.*

& lib. 5. Silius inſtaurandam de Bogo notam putauit. Libróque 9. contra notat, nullam primam haſtam fuiſſe Marte præcipiti:

*Nec verò prima in tantis concurſibus haſta*
*Vlla fuit; ſtridens nimbus certante furore*
*Telorum ſimul effuſus.*

Imprecatur & Craſtino diras Lucanus, lib. 7. qui eo modo pugnam Pharſalicam orſus eſt:

*Dij tibi non mortem, quæ cunctis pœna paratur,*
*Sed ſenſum poſt fata tua dent, Craſtine, morti,*
*Cuius torta manu commiſit lancea bellum,*
*Primáque Theſſaliam Romano ſanguine tinxit.*
*O præceps rabies, cùm Cæſar tela teneret,*
*Inuenta eſt prior vlla manus.*

ibidem:

*Prima velim caput hoc funeſti lancea belli*
*Feriat.*

Aeneid 9.

*— iaculum intorquens emittit in auras*
*Principium pugnæ.*

Quem in locum Seruius conſuli poteſt, & in 10. Aeneid. Libro item 12. ad Aeneæ, & Turni ſingulare certamen diſiiciendum ſatis eſt Tolumnii auguris haſta.

SANCIT IACVLO, FIGITQ. PER ARMA STANTEM PRO MVRIS.] Deliberatè. nam *Sancire* eſt ſanguine firmare, ac teſtari; quòd violato Vaïco fecit Annibal. Inde & *Sancti* appellatio.

MOTANTEM MEMBRA VAICVM.] P. N. *monſtrantem tela Vaicum* B. *Monſt. membra*. Aſc. *mutantem membra*. Ph. Nut. & Gr. *Monſt. m. Naicum.* Cæteræ lectiones præter Aſcenſianam liquent, & ferri poſſunt. Correctorum ſunt, Victorii: *Mutantem verba*: Modii Epiſtola Nouantiq. 46. *Minitantem vana Caicum*, auſpicibus membranis Colonienſib. firmat ex lib. 12.

*— ſonantem, & vana minantem*
*Circumagit.*

Ex Horatio: *Atqui vultus erat magna, & præclara minantis.*
Non refragor. Et accedit porrò Lud. Carrion lib. 2. Emendat. c. 11.

CONCIDIT INIECTO MEDIVS PER VISCERA TELO.] Lud. Carrion, & alii legunt.

*Concidit exacti medius per viſcera teli.*

*Ante omneis ductor patriis inſignis in armis*
*Nunc picea iactat fumantem lampada flamma*
*Nunc ſude, nunc iaculo, nunc ſaxis impiger inſtat.*
*Aut hydro imbutas bis noxia tela ſagittas*
*Contendit neruo, atque inſultat fraude pharetræ.*
*Dacus vt armiferis Geticæ telluris in oris*
*Spicula quæ patrio gaudens acuiſſe veneno*
*Fundit apud ripas inopina binominis Iſtri.*
*Cura ſubit collem turrita cingere fronte,*
*Caſtellóque vrbem circumuallare frequenti.*
*Heu priſcis numen populis, ac nomine ſolo*
*In terris iam nota fides. ſtat dura iuuentus,*
*Ereptámque fugam, & claudi videt aggere muros.*
*Sed dignam Auſonia mortem putat eſſe, Saguntum*
*Seruata cecidiſſe fide. iámque acrius omnes*
*Intendunt vires: adductis ſtridula neruis*
*Phocais effundit vaſtos baliſta molares:*
*Atque eadem ingentis mutato pondere teli*
*Ferratam excutiens ornum media agmina rumpit.*
*Alternus reſonat clangor. certamine tanto*
*Conſeruere acies, veluti circundata vallo*
*Roma foret: clamátque ſuper tot millia, gentes*
*Inter tela ſata, iam capto ſtamus in hoſte.*
*Anne pudet cœpti? pudet omneis. en bona virtus,*
*Primitiæque ducis. talíne implere paramus*

*Italiam fama? tales præmittere pugnas?*
*Accenſæ exultant mentes, hauſtúſque medullis*
*Annibal exagitat, ſtimuláſque ſequentia bella.*
*Inuadunt manibus vallum, cæſáſque relinquunt*
*Deiecti muris dextras: ſubit arduus agger,*
*Imponítque globos pugnantûm deſuper vrbi.*
*Armauit clauſos, ac portus arcuit hoſtem*
*Librari multa conſueta phalarica dextra.*
*Horrendum viſu, robur, celſiſque niuoſæ*
*Pyrenes trabs lecta iugis, cui plurima cuſpis*
*Vix muris toleranda lues, ſed cætera pingui*
*Vncta pice, atque atro circumlita ſulfure fumant.*
*Fulminis hæc ritu ſummis è mœnibus arcis*
*Incita, ſulcatum tremula ſecat aëra flamma.*
*Qualis ſanguineo præſtringit lumina crine*
*Ad terram cælo decurrens ignea lampas.*
*Hæc ictu rapido pugnantûm ſæpe per auras*
*Attonito ductore tulit fumantia membra.*
*Hæc vaſtæ lateri turris cum turbine fixa,*
*Dum penitus pluteis Vulcanum exercet adeſis,*
*Arma, viróſque ſimul preſſit flagrante ruina.*
*Tandem condenſis actæ teſtudinis armis*
*Subducto Pœni vallo, cæcáque latebra,*
*Pandunt prolapſam ſuffoſſis mœnibus vrbem.*
*Terribilem inſonitum procumbens aggere victo*
*Herculeus labor, atque immania ſaxa reuoluens,*
*Mugitum ingentem cælo dedit Alpibus altis.*
*Aeriæ rupes ſcopulorum mole reuulſa*
*Haud aliter ſcindunt reſonanti fragmine montem.*
*Surgebat cumulo certantûm prorutus agger,*
*Obſtabátque iacens vallum, ne protinus inſtent*
*Hinc atque hinc acies media pugnare ruina.*

BINOMINIS ISTRI. ] Alterum illi nomen Danuſius, ſeu Danubius. Euſtath. in Dion. Ὅτι πολλάκις μὲν οἱ Σκύθαι δι' αὐτοῦ περαιούμενοι οὐδὲν ἔπαθον. συμφορᾶς δέ ποτε αὐτοῖς εἰσπεσούσης ἡρμηνεύθη Δανούσιος, ἢ Δανούβιος, ὥσπερ τοῦ ἁμαρτεῖν ἐκείνοις αἴτιον ἔχων. *Cum ſæpe Scythæ fluuium hunc innoxiè tranſiſſent, tandémque malè iis cecidiſſet, interpretatus eſt* Danuſius, *ſiue* Danubius, *quòd iis errandi cauſam attuliſſet.* Duplicis nominis meminit & Marcianus Heracleota lib. 2. in Periplo Germaniæ maioris. Ποταμῶν δὲ δοκεῖ μέγιστος, ὁπόσοι δι' Εὐρώπης ῥέουσι, *Maximus fluuiorum Europæ.* Philoſtratus.

SED DIGNAM AVSONIA MORTEM PVTAT ESSE SAGVNTHVM.] *Mortem dignam Auſonia* θάνατον ἀντάξιον Αὐσονίης interpretor: Italiam ſiquidem violata fide prodituri ſibi Saguntini videbantur, ſi fœdera refringerent. Non ſolùm *dura iuuentus ſtat*, ſed *Saguntbum* vniuerſum putat *mortem* ſuam *dignã Auſonia*. Qui neſcierant *Sagunthum* primore caſu dici, Liuium adiiſſent li. 21. *Ad Iberum Sagunthum eſt*. Qui repoſitum ibat *Auſonia Sagunthe*, tentabat id ſocietatis adſpectu, quam nec firmat, nec elucidat Cartaginienſium Orator apud Liuium: *Nobis vobiſcum fœdus eſt à Luctatio conſule ictum, in quo cauetur de vtrorumque ſociis: nihil de Sagunthinis (nec dum enim erant ſocij veſtri) cautum eſt. At enim eo fœdere, quod cum Haſdrubale ictum eſt, Sagunthini excipiuntur.* Nec dubitabilis eſt Liuii ſententia eodem libro alibi quóque profuſè quodammodo explicata. Polybius Sagunthum Romanis ſociam ſcribit vel ante fœdus primi belli Punici.

PHOCAIS EFFVNDIT VASTOS BALLISTA MOLARES.] Nihil hodie cognitiùs, quàm ſaxa balliſtis mitti. Quod iis ita proprium, ſagittas vt Vitruuius demſerit. Haut rectè. Erumpant à nobis *faces*. Lucanus lib. 2.

*Tortáque per tenebras validis balliſta lacertis*
*Multifidas iaculata faces.*

Eodem mihi pertinere videtur illud, vbi de Annibale obuia quæque perrumpente:

*Fumanteſque ante ora faces, non ſaxa per artem*
*Tormentis excuſſa.*

Niſi quis trahit ad faces incendiarias, aut manuarias, ſuper quibus alibi plura. Sed & *haſta* balliſta euibratæ. Silius hîc:

*Atque eadem ingentis mutato pondere teli*
*Ferratam excutiens ornum media agmina rumpit:*

Haſtam ex orno Marſus interpretatur. Curt. lib. 8. *Excuſſas tormentis prægraues haſtas negabant conuenire mortalib.* barbari. Quid porrò *balliſta Phocais*? Plinius lib. 7. c. 56. balliſtas & fundas inuentas Phœnicibus tradit: quare quod nonnullis viſum, *Phocaida* dici, quòd iis reperta, parum placet. Baptiſta Pius Annot. Poſter. c. 156. *Sagunthinam* interpretatur. Scimus enim, inquit, vel Silio docente Sagunthum ab Herculis comite dictum, qui fuit Thebanus, vt ipſe ait:

*Hic comes Alcidæ properabat in agmine Thebas*
*Gerione extincto.*

Phocenſes igitur Sagunthini dici poſſunt, velut & Thebani, ſicut Phocis ab his, qui largiùs dimetiuntur climata, in Bœotia ponitur: & à Thebanis Saguntini denominati poſſunt Phocẽſes, præſertim cùm Phocidem Thebanus ager complectatur. Hæc ille Silij obſeruato more, cui ſuetum longiuſculè petitas appellationes vſurpare, cùm Romanos Sigeos Rhœteos, Æneadas, Dardanios, Laurentes, Idæos, Hectoreos; Cartaginienſes, Cadmeos, Phœnicas, Tyrios, Agenoreos vocat. Pari genio lib. 3. *Phocas cedant Emporiæ* quas à Maſſilienſib. conditas conſtat: at hi retrò Phocenſes fuere. Paugenio Stephanus Emporias Κελτικὴν πόλιν, quòd Celtis tunc annumerati Maſſilienſes. Fruſtra ſunt, qui Stephani, Strabonis, aliorúmque probiſſimorum ſcriptorum fidem, iniuria labefacere conantur, ſéque vt deprædicent, alios depretiant.

ANNE PVDET COEPTI? PVDET OMNES. ] Sic non malè librorum conſenſu. Modii tamen correctio iuuat orationis ſeriem: *Pudet hominis?*

LIBRARI MVLTA CONSVETA PHALARICA DEXTRA. ] Et neruis tortilibus præiata. Lucan. li. 6.

*Hunc aut tortilibus vibrata phalarica neruis*
*Obruat.*

Sic & *multiplici chorda neruorum textilium* balliſtam illigat Ammianus lib. 23. Vix alium Silio exactiorem deſcriptionis Phalaricæ inuenias.

PVTEIS VVLCANVM EXERCET ADESIS. ] Feſtus in Farneſiano fragmine: *Plutei dicuntur crates corio crudo intentæ, quæ ſolebant opponi militibus opus facientibus, & appellabantur militares. Nunc etiam tabulæ, quibus quid præſepitur, eodem nomine dicuntur.*

CONDENTIS ACTÆ TESTVDINIS ARMIS. ] Teſtudinem apto ſimili nobis Calaber l. 11. repræſentauit:

Ἀσπίδας ἐν παλάμαις, βαλόντες ἐφύπερθε καρήνων
Θέντες ἐπ' ἀλλήλοισι. μιῇ δ' ἅμα πάντες ὁρμῇ.
Φαίης κεν μεγάροιο κατηρεφὲς ἔμμεναι ἕρκος
Πυκνὸν, ὃ οὔτ' ἀνέμοιο διέρχεται ὑγρὸν ἀέντος
Ῥιπὴ ἀπειρεσίη, οὔτ' ἐκ Διὸς ἄσπετος ὄμβρος.
*Aptabant clypeos, capite & per mutua nexos*
*Vt ſubiere orbes, vno ſtetit impete tota*
*Teſtudo compoſta. Putes denſere domorum*
*Tecta, quibus furiæ ventorum, atque humida cauè*
*Flamina franguntur, Iouis atque ingentior imber.*

Ὥσπερ ἐν πλινθίῳ τινι, inquit in Auguſto Xiphilinus.
Apollon. l. 2. Argon. conſimili recti, & teſtudinis contentione luſit, & Oppianus. Maro lib. 9. *tectam aciem* vocauit, & lib. 2.

— *Obſeßúmque acta teſtudine limen.*

Ideo non audio ſcripturientes *arcta* in Silio: eſt enim in Maronis magiſtri veſtigio. Græcis paſſim συνασπισμὸς teſtudo dicitur. Plurib. meminere Liuius lib. 41. 42. Tacit. lib. 18. Xiphilinus in Auguſto. Vitruuius lib. 10. c. 19. Vege. l. 4. c. 14. Diodor. Siculus l. 9. Xenophon Hellen. l. 3. Polyb. l. 10. Sic hi, ſic alii hiſtorici meminere, Poëtis vt deſcribendi palmam non præripuerint. Cōſuli poteſt Lipſius Poliorc. li. 1. c. 5. VValtrinus lib. 5. c. 6. quorum ego ſcrinia non compilo.

COECAQVE LATEBRA PANDVNT PROLAPSAM SVFFOSSIS MOENIBVS VRBEM. ] *Cuniculi* videntur intelligi ab animalculis præmonſtratorib. nominati teſte Martiale, Feſto, & Vegetio l. 4. de re milit. ca. 24. quem vide. Aut certè *Muſculus*, ſub quo miles ima muri quaſſabat. Huc faciunt illa Liuii: *Cùm muros defenſorib. nudaſſet, tum Annibal occaſionem ratus, quingentos fermè Afros cum dolabris ad ſubruendum ab imo murum mittit.* Ideo antecedebat in Silio:

— *ſubducto Pœni vallo.* Vtrumque potuit eſſe.

MVGITVM INGENTEM COELO DEDIT. ] Ita plures libri. Alius: *Caſu d.*

SVRGEBAT CVMVLO CERTANTVM PRORVTVS AGGER. ] Ita Colonienſes membranæ, Aſcenſij liber, & Griphii. Quod prius fuerat *Protinus,*

è ſubeunte verſu per imprudentiam reprehenſum reor.

*Emicat ante omneis primæuo flore iuuentæ*
*Inſignis Rutulo Murrius de ſanguine: at idem*
*Matre Saguntbina Graius, geminóque parente*
*Dulichios Italus miſcebat prole nepotes.*
*Hic magno ſocios Vaidum clamore vocantem*
*Quà corpus loricam inter, galeámque pateſcit*
*Conantis motus ſpeculatus cuſpide ſiſtit,*
*Proſtratúmque premens telo, voce inſuper vrget:*
*Fallax Pœne iaces: certe Capitolia primus*
*Scandebas victor: quæ tanta licentia voti?*
*Nunc Stygio fer bella Ioui. tum feruidus haſtam*
*Aduerſi torquens defigit in inguine Iberi,*
*Oráque dum calcat iam ſingultantia letho,*
*Hac iter eſt, inquit vobis ad mœnia Romæ.*
*O metuenda manus, ſic quo properatis eundum.*
*Mox inſtaurantis pugnam circunſilit arma,*
*Et rapto nudum clypeo latus haurit Iberi.*
*Diues agri, diues pecoris, famæque negatus*
*Bella feris arcu, iaculóque agitabat Iberus.*
*Felix heu nemorum, & vitæ laudandus opacæ,*
*Si ſua per patrios tenuiſſet ſpicula ſaltus.*
*Hunc miſeratus adeſt infeſto vulnere Ladmus.*
*Cui ſæuum arridens, narrabis Amilcaris vmbris*
*Hanc, inquit, dextram, quæ iam poſt vulnera vulgi*
*Annibalem vobis comitem dabit: & ferit alte*
*Inſurgens gladio criſtatæ caſſidis æra,*
*Pérque ipſum tegmen crepitantia diſſipat oſſa.*
*Tum frontem Chremes intonſam vibrante capillo*
*Septus, & horrentes effingens crine galeros:*
*Tum Maſulus, crudáq; virens ad bella ſenecta*
*Harcalo, non pauidus fœtas mulcere leenas,*
*Flumineáque vrna cælatus Bragada parmam,*
*Et vaſtæ Naſomon ſyrtis populator Hyempſal*
*Audax in fluctu laceras raptare carinas,*
*Vna omnes dextráque cadunt, iráque perempti.*
*Necnon ſerpentes diro exarmare veneno*
*Doctus Atyr, tactúque graues ſopire chelydros,*
*Ac dubiam admoto ſobolem explorare ceraſte.*

*Tu quoq; fatidicis Garamanticus accola lucis*
*Inſignis flexo galeam per tempora cornu,*
*Heu fruſtra reditum ſortes tibi ſæpe loquutas.*
*Mentitúmque Iouem increpitans occumbis Hyarba.*

HIC MAGNO SOCIOS VAIDVM ] Alius liber: *Naidum.*

CVI SÆVVM ARRIDENS. ] Æneid. 12.

*Ad quem ſubridens miſta Mezentius ira.*

Homerus: Μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι

POST VVLNERA VVLGI. ] Pariſienſis editio: *Funera.* Gratiùs.

TVM FRONTEM CHREMES INTONSAM. ] Hic verſus, & ſequens deſiderantur in exemplari Aldi, & P.N.

VIBRANTE CAPILLO ] Carrion laudat hîc membranas Colonienſes quibus eſt: *Vmbrante*: allauder, quiſquis verſum periiſſe volet.

HORRENTES EFFINGENS CRINE GALEROS. ] Errant, qui *galerum*, aut *galericulum* ſolam πίλησιν putant, ſeu comam adſutam: vides hîc è natiuo crine.

TVM MASVLVS. ] Alij codices: *Maſulis.*

HARCALO NON PAVIDVS. ] Col. membranæ: Carralo.

SERPENTES DIRO EXARMARE VENENO. ] Calpurnius Ecloga 5.

*— non ſtringere dentes.*
*Ipſe vidclis ſerpentum cecidiſſe minas,*
*Vlla poteſt vncos: ſed inani debilis ore*
*Marcet, & obtuſo iacet exarmata veneno.*

AC DVBIAM ADMOTO PROLEM EXPLORARE CERASTE. ] Lucan. li. 9.

*Nequa ſit externæ Veneris miſtura timentes,*
*Lethifica dubios explorant aſpide partus.* item:
*— ſic pignora gentis.*
*Pſyllus habet, ſiquis tactos non horruit angues,*
*Siquis donatis luſit ſerpentib. infans.*

Plin. l. 7. c. 2. *Mos verò liberos genitos protinus obijciendi ſæuiſſimæ earum* [ ſerpentium] *eóque genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus adulterino ſanguine natos ſerpentibus,* Antigonus in Synag. Hiſt. Parad. Τῶν δὲ Λιβύων καλουμένους ψυλλούς ... ὑπὸ γὰρ τῶν ἀσπίδων ὅτι μηδὲν πάσχουσι πληττόμενοι, τῶν δὲ λοιπῶν ὐκ ἔστιν ὅστις διαφεύγει δηχθείς. *Lybium nonnulli: Pſylli namq; aſpidibus percuſsi noxæ nihil ſentiunt: cæterorum nullus eſt qui ab iis morſus mortem euitet.* Vide Xiphil. in Auguſto. i Ælianum l. 1. de Hiſt. Ami. c. 57. Solin. c. 40.

TV QVOQVE FATIDICIS. ] De his lucis dicemus ad lib. 3.

*Et iam corporibus cumulatus creuerat agger,*
*Perfuſæque atra fumabant cæde ruinæ.*
*Tum ductorem auido clamore in prælia poſcit.*
*Fulmineus ceu ſpartanis latratibus actus,*
*Cùm ſyluam occurſu venantum perdidit, hirto*
*Horreſcit ſæuus dorſo, & poſtrema capeſſit*

*Prælia, candentem mandens aper ore cruorem:*
*Iámq; gemens geminum contra venabula torquet.*
*At parte ex alia, quæ ſe inſperata iuuentus*
*Extulerat portis, ceu ſpicula nulla, manúſq;*
*Vim ferre, exitúmve queant, permixtus vtrúque*
*Annibal agminibus paſſim furit, & quatit enſem,*
*Cantato nuper ſenior quem fecerat igni*
*Littore ab Heſperidum miſſus: qui carmine pollens*
*Fidebat magica ferrum crudeſcere lingua:*
*Quantus Biſtoniis late Gradiuus in oris*
*Belligero rapitur curru, telúmque coruſcans*
*Titanum quo pulſa cohors, flagrantia bella*
*Cornipedum, afflatu domat, & ſtridoribus axis.*
*Iámque Hoſcum, Rutilúmque Pholum, ingentémq; Metiſcum,*
*Iam Lygdum, Dyriúmque ſimul, flauúmque Galeſum,*
*Et geminos Chronum atque Gyam demiſerat vmbris.*
*Daunum etiam, grata quo non ſpectatior alter*
*Voce mouere fora, atque orando fingere mentes.*
*Nec legum cuſtos ſolertior, aſpera telis*
*Dicta admiſcentem: quo nam te, Pœne, paterna*
*Huc adigunt furiæ? non hæc Sidonia tecta*
*Fœminea fabricata manu, pretióve parata,*
*Exulibúſve datum dimenſis litus arenis.*
*Fundamenta deûm, Romanáque fœdera cernis.*
*Aſt illum toto iactantem talia campo*
*Ingenti raptum niſu, medióque virorum*
*Auulſum inter tela globo, & poſt terga reuinctum*
*Annibal ad pœnam lentæ mandauerat iræ,*
*Increpitánſque ſuos inferri ſigna iubebat:*
*Pérque ipſos cadis cumulos, ſtragémque iacentum*
*Monſtrabat furibundus iter, cunctóſque ciebat*
*Nomine, & in prædas ſtantem dabat improbus vrbem.*
*Sed poſtquam à trepidis allatum, feruere partem*
*Diuerſam Marte infauſto, Murróque ſecundos*
*Hunc ſuperos tribuiſſe diem, ruit ocyus amens*
*Lymphato curſu, atque ingentes deſerit actus:*
*Letiferúmq; micant fulgentes vertice criſtæ.*
*Crine, vt flammifero terret fera regna cometes*
*Sanguineum ſpargens ignem, vomit atra rubentes*

*Fax cælo radios, & ſæua luce coruſcum*
*Scintillat ſidus, terríſque extrema minatur.*
*Præcipiti dant tela viam, dant ſigna, viríq;,*
*Atque ambæ trepidant acies: iacit igneus haſtæ*
*Dirum lumen apex, ac latè fulgurat vmbo.*
*Qualis vbi Egeo ſurgente ad ſidera ponto.*
*Per longum vaſto Cori cum murmure fluctus*
*Suſpenſum in terras portat mare, frigida nautis*
*Corda tremunt: ſonat ille procul, flatúque tumeſcens*
*Curuatis pauidas tranſmittit Cycladas vndis.*
*Non cuncta è muris vnum inceſſentia tela,*
*Fumantéſque ante ora faces, non ſaxa per artem*
*Tormentis excuſſa tenent: vt tegmina primum*
*Fulgentis galeæ conſpexit, & arma cruento*
*Inter ſolem auro rutilantia, turbidus infit:*

AGGER, PERFVSÆQVE ATRA FVMABAT CÆDE RVINÆ. ] Sic B. & Aſc. Paulùm aptiùs P. N. *Confuſæ*. Quod verò P. N. prætendit *feruebat* pro *fumabat*, non æquè acceptum: quia vel fumum intelligit Poëta ſurgentem excito multo puluere aggeris, vel fumum qui proflet ur è vapore ſanguinantium cadauerum.

FVLMINEVS CEV... APER. ] Ouid. l. 1. Metam. addit

*— vires fulminis apro.* & l. 10.

*Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.*

Apud eundem apri Calydonii

*Fulmen ab ore venit, frondes afflatib. ardent*

Quare apud Oppianum l. 3. Cyneg. *ἀϋτμὴν cum Brodæo volo, non ἀυτλήν:*

Ἐστι δέ τις κἀ τεῖο φάτις ..., λευκὸν ὀδόντα
Δάπτειν ἐντὸς ἐμῶν μαλερὴν πυρόεσσαν ἀϋτμήν. Latinè facio:

*Abdita vis ignita latet, niueóque ſub apri*
*Dente vapor (ſic fama tulit) perflabilis hæret.*

Reconditiora ſunt illa Iul. Pollucis l. 5. c. 12. de apro: Πῦρ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφίησι, *ignem ex oculis iacit*, & ſequitur: Εἰ δὲ πλαγίως τοῖς ὀδοῦσι θίγοι τῶν κυνῶν, τὸ τρίχωμα ἐπιφλέξει, εἰ δὲ ἀποθανόντι τῷ χαυλιόδοντι προσενέγκας τρίχας, ὡς ἀπὸ πυρὸς αἱ τρίχες συμβέχουσι; *Si obliquè canes dentibus tetigerit, pilos adurit: ſi verò denti mortui exſerto crines inieceris, velut ab igni crines in ſe recurrunt.* Et ſuprà Oppianus

Ἂψ αὐχένος εἴ τις ἀειρόμενος τρίχα λευκήν
Θηρὸς ἔτ' ἀσθμαίνοντος ἐνιχρίμψειεν ὀδόντι
Αἶψα μάλα σφαιρηδὸν ἀείρεται αἰθομένη θρίξ.
Καὶ δὴ αὐτοῖσι κύνεσσιν ἐπὶ πλευρῆς ἑκάτερθεν
Ἔνθα συὸς γενύεσσι πέλασσαν αἴθωνες ὀδόντες,
Ἴχνεα πυρσωθέντα διὰ ῥινοῖο πέπανται.

Tam

Tam vinulos, venuſtulóſque verſus Latio concilientus:

*Sublatum ceruice pilum, dum bellua cæſa*
*Spirat adhuc, tenuem ſique ſuperinijciet ſors*
*Denti, confeſtim ipſe pilus fluet omnis in orbem,*
*Et per vtraſque canum coſtas, qua fulmineus dens*
*Admôrit ſeſe, veſtigia longa trahuntur*
*Per mediam flammata cutem.*

Apuleius de apro: *Impetu ſæuo frementis oris totus fulmineus.* Xenophon Cynegetico.

CANDENTEM MANDENS APER ORE CRVOREM.] Codex alius: *Feruentem.* Alius coniectura eſt: *Canentem.* non mea.

GEMINVM CONTRA VENABVLA TORQVET.] *Torquet* quid plus, quàm *exſerit*: priùs enim apro dens *exſertus*, quàm *tortus*, licet inter χαυλιόδοντα ζῶ-νηλα collocetur ab Oppiano li. 3. Ariſtoteles autem lib. 9. de Part. Animal. χαυλιόδοντα vocari dicit, ὅσα ἐγκόδοντας ἐξεστηκότας τοῦ στόματος. χαυλιόδοντα *ſunt quæcumque exſtantes ore dentes habent.*

EXTVLERAT PORTIS.] Aſc. & P. N. *Expulerat.*

LITORE AB HESPERIDVM MISSVS.] Modius ducibus M. S. libris legit: *Temiſus.* Quidam codex à Gryphio: *Rhemiſus.*

CORNIPEDVM AFFLATV, DOMAT.] Scaliger in Critico: Imò accendit bella, non domat. Mars accendebat ſuos in pugna Titanum: aduerſos verò domabat. Hoc Poëtæ ſcribere nefas tu ducis?

FLAVVMQ. GALESVM.] Illius è Georgicis adſpectu:

— *numerat flauentia culta Galeſus.*

ET STRIDORIB. AXIS.] Scaliger: In ſtridore axis plus ſtrepitus, quàm rei. Poteſt alibi ſic eſſe, non hîc: nam hoſtium oculos *ſtridorib. axis* in ſe conuerſos Mars territabat, audaciámque frangebat, quæ victoriæ pars non vltima.

FVNDAMENTA DEVM.] Sagunthi ab Hercule Deo, ſociiſque poſitæ.

AD POENAM LENTÆ MANDAVERAT IRÆ.] Efferi, & immanis animi character.

Aen. 8. Mezentius:

— *longa miſeros ſic morte necabat.*

Quod Etruſcorum genti adſcribit Val. Max. lib. 9. Tit. de Crudelitate 2.

Apud Ouidium in Aeneam diras iacit Dido:

*Viue precor; ſic te meliùs, quàm funere perdam.*

Seneca Troade:

*Mortem miſericors ſæpè pro vita dedit.*

Et Agamemnone ῥητορευόντα: El. *Concede mortem.* Clyt. *Si recuſares, darē:*

*Rudis eſt tyrannus, morte qui pœnam exigit.*

El. *Mortem aliquid vltra eſt?* Clyt. *Vita, ſi cupias, mori.*

CVNCTOSQVE CIEBAT NOMINE.] Non exiguum ineſt momentum nominis commemorationi præſertim ciendis affectibus: ita veterum fuit diſciplina. Ita fratri mandat Agamemnon Iliad. K.

— Ἐγρήγορθαι ἄνωχθι
Πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον,

*Πάντας κυδαίνων. μηδὲ μεγαλίζεο θυμῷ.* — *Vigilare iubebis*
*Gentili, patrióque vocamine quémq; vocando.*
*Tunc efferre animo: cunctos sed honorib. effer.*

Nam qui parentis appellatur nomine, quòd vel parentem memoria, vel ſe parente dignum putet, palpum ſentit. De Othone militum animos prolectante, Tacitus lib. 1. Hiſt. *Vetuſtiſſimum quémque militum nomine vocans.* Notæ artes Vulpioni Rufino lib. 2. apud Claudianum:

— *deuotáque brachia iactat*
*Nomine quémque vocans.*

Sollemne id Stiliconi lib. 2. de eius laudibus:

— *menſaque adhibes, & nomine quémque*
*Compellas.*

Tarchon Aen. 11. cùm pugnam reſtituit:

— *variiſque inſtigat vocib. alas*
*Nomine quémq. vocans, reficitque in prælia pulſos.*

Aquilius apud Dionyſium lib. 8. Ant. Rom. *Παραθαρρύνων τε, καὶ ἐξ ὀνόματος ἀνακαλῶν τοὺς εἰωθότας ἐν ταῖς πρὶν ἀριστεύειν μάχαις. Audaciam afferens, & ſolitos in pugnis pugnatis fortiter ſe gerere, nominatim compellans.* Et lib. 9. Fabius ſeruans artis militaris: *Λοχαγόν τε, καὶ ταξίαρχον, καὶ τῶν ἄλλων στρατιωτῶν ἕκαστον, ᾧ συνῄδει τι λαμπρὸν ἔργον ἐν μάχαις ἀποδειξαμένῳ κατ' ὄνομα ἀνακαλοῦντος. Centurionem, tribunum, ac militem quémq. quem præclarum aliquod in prælijs facinus publicè feciſſe norat, ex nomine compellans.*

LETHIFERVMQ. MICANT FVLGENTES VERTICE CRISTÆ.] Fulgentium criſtarum eſt *Micare*; longorum, aut granium, aut quaqua cauſa propendularum *Nutare*: quare τὸ *Micant* mihi præſtabilius Modiano *Nutant*. Deinde *micantes criſtas* Annibalis componit Silius cum fulgore cometę, non cum eius curſu, propenſione, aut prolapſione.

TERRET FERA REGNA COMETES.] Alludit cometen, qui Veſpaſiani imperio oſtendebatur (vixit enim Silius Veſpaſiano æqualis) de quo cùm ſcinderentur vulgi ſententiæ apud Xiphilinum, rumor Imperatoris aures attigit, non vulnerauit; ſic enim ille: *Οὐκ ἐμοίγε εἶπεν, ἀλλὰ τῷ τῶν Περσῶν βασιλεῖ προσημαίνει. ἐκεῖνος γὰρ κομᾷ, ἐγὼ δὲ φαλακρός εἰμι. Non mihi, ſed Perſarum regi portendit (cometes) ille námq. bene capillatus eſt: ego contra caluus.* Meminere & Aurel. Victor, & Suet. li. 23. Eõdem reſpexiſſe Iuuenalem ariolor:

*Inſtantem regi Armenio, Parthóq. cometen.*

QVALIS VBI ÆGÆO SVRGENTE AD SIDERA PONTO.] Ægæum namq. torrentiſſimum, iuxtáque periculoſiſſimum mare eſt. Dionyſius:

*Οὐ γάρ τις κείνῳ ἐναλίγκια κύματ' ὀφέλλει.*

Et quæ in eo mari Cyclades, peræque. Catullus loca naufragiis infeſta his vitari iubet:

*Interfuſa nitentes*
*Vites æquora Cycladas.*

CVRVATIS PAVIDAS TRANSMITTIT CYCLADAS VNDIS.] Georg. 4.

*Curuata in montis faciem circumſtetit vnda.*

Non capio Heynſium ſcribentem *Turbatis*, & retinentem *Curuatis*: nec admittentem *Pauidas Cycladas*, ſed *Grauidas*. Quod ad primum, quid ſi Poëta

præterquam quòd magiſtri Maronis terat veſtigia, *Cycladum* nomen reſpexerit τοῦ *Curuatis*? Ideo námque *Cyclades*, quòd

—— ἀμφὶς ἔασι

Δῆλον ἐκυκλώσαντο, καὶ οὔνομα Κυκλάδες εἰσι, Dionyſius.

Reddat Solinus c. 17. *Cycladas autumant inde dictas, quia licet ſpatiis longiorib. à Delo proiectæ, in orbem tamen circa Delum ſita ſunt, & orbem κύκλον Graij loquuntur.* Mella lib. 2. c. 7. Deinde reponi *Grauidas* non poteſt: non enim ipſæ vrbes Cyclades *grauidæ* ſunt *vndis*, ſed vicina vrbibus ſpatia. Et vt ſint, non dicit Silius: dicit verò Cycladum habitatores *pauidos*. Offenditur immeritò, qui *pauidas Cycladas* Poëtico charactèri non adſcribit. En tibi Tacitum libro extremo ineunte audaciùs, at rectè, & decorè locutum: *Balſamum modica arbor; vt quiſque ramus intumuit, ſi ferri vim adhibeas, pauent venæ.* Nec *pauidas Cycladas* reformidauit Seneca in Thyeſte:

*Hîc vbi ingenti modò ſub procella*
*Cyclades pontum timuere motæ.*

*En, qui res Libycas, inceptáque tanta retardet*
*Romani Murrus belli mora: fœdera faxo*
*Iam noſcas quid vana queant, & veſter Iberus.*
*Ferto æquum, caſtámq. fidem, ſeruatáque iura.*
*Deceptos mihi linque Deos. cui talia Murrus:*
*Exoptatus ades. mens olim prælia poſcit,*
*Spéque tui flagrat capitis: fer debita fraudum*
*Præmia, & Italiam tellure inquire ſub ima:*
*Longum in Dardanios fines iter, atque niualem*
*Pyrenen, Alpéſque tibi mea dextera donat.*
*Hæc inter cernens ſubeuntem comminus hoſtem,*
*Præruptúmque loci, fidum ſibi corripit ingens*
*Aggere conuulſo ſaxum, & nitentis in ora*
*Deuoluit, pronóque ſilex ruit incitus ictu.*
*Subſedit duro concuſſus fragmine muri.*
*Tum pudor accendit mentem, nec conſcia fallit*
*Virtus preſſo loco, frendens luctatur, & ægro*
*Scandit in aduerſum per ſaxa minantia nixu.*
*Sed poſtquam propius vicino lumine fulſit,*
*Et tota ſe mole tulit, velut incita clauſum*
*Agmina Pœnorum cingant, & cuncta pauentem*
*Caſtra premant, læto Murrus caligat in hoſte.*
*Mille ſimul dextræ, denſúſque micare videtur*
*Enſis, & innumeræ nutare in caſſide criſtæ.*
*Conclamant vtrinque acies, ceu tota Sagunthos*
*Igne micet: trahit inſtanti languentia letho*

*Membra pauens Murrus, ſupremáque vota capeſſit.*
*Conditor Alcide, cuius veſtigia ſacra*
*Incolimus, terræ minitantem auerte procellam*
*Si tua non ſegni defenſo mœnia dextra.*
*Dumque orat, cœlóque attollit lumina ſupplex,*
*Cerne, ait, an noſtris longe Tirynthius auſis*
*Iuſtius affuerit, ni diſplicet æmula virtus,*
*Haud me diſſimilem Alcide primoribus annis*
*Agnoſces inuicte tuis: fer numen amicum,*
*Et Troiæ quondam primis memorate ruinis.*
*Dexter ades Phrygiæ delenti ſtirpis alumnos.*
*Sic Penus, preſſúmque ira ſimul exigit enſem*
*Quà capuli ſtatuere moræ: telóque relato*
*Horrida labenti perfunditur arma cruore.*
*Ilicet ingenti caſu turbata iuuentus*
*Procurrit: nota arma viri, corpúſque ſuperbo*
*Victori ſpoliare negant, coit aucta viciſſim*
*Hortando manus, & glomerata feruntur.*
*Hinc ſaxis galea: hinc clypeus ſonat æreus haſtis,*
*Inceſſunt ſudibus, libratáque pondera plumbi*
*Certatim iaciunt: deciſæ in vertice criſtæ,*
*Direptúmque decus nutantum in cæde iubarum.*
*Iámque agitur largus per membra fluentia ſudor,*
*Et ſtant loricæ ſquamis, horrentia tela:*
*Nec requies, tegménue datur mutare ſub ictu:*
*Genua labant, feſſique humeri geſtamina laxant.*
*Tum creber, penituſque trahens ſuſpiria, ſicco,*
*Fumat ab ore vapor, niſúque eliſus anhelo*
*Auditur gemitus, fractúmque in caſſide murmur*
*Mente aduerſa domat, ſuadétque niteſcere duris*
*Virtutem, & decoris pretio diſcrimina penſat.*

FERTO ÆQVVM, CASTAMQ. FIDEM, SERVATAQ. IVRA.] Amplector vtróq. pollice docti viri coniecturam: *Fer tecum, caſtámque f. ſ. i.*

LONGVM IN DARDANIOS FINES ITER.] Homerus nonnullibi: Αἰγυπτόνδ' ἰέναι δολιχὴν ὁδόν.

LATO MVRRVS CALIGAT IN HOSTE.] Quid ſi *læto* ſcribas? huius vt facies turbatior ſit, illius ſerena. *Lato.* Nihilominus iuranda lectio. *Latus hoſtis*, plurimus opinione Murri, cui vnus Annibal.

— *Velut incita clauſum*
*Agmina Pauorum cingant, & cuncta pauentem*

*Caſtra premant.*

SED POSTQVAM PROPIVS.] Librialii: *Propior.*

MILLE SIMVL DEXTRÆ.] Videri res geminantes, & multiplices videre, tum ex variis cauſis prouenit, tum eſt quandoq; animi turbationis argumentum, quod & annuentibus, & ebriis accidit. Aen. 4.

*Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,*
*Et Solem geminum, & geminas ſe oſtendere Thebas.*

De ebrio Iuuenalis Satyr. 6.

*Cum perfuſa mero ſpumant unguenta Falerno,*
*Cum bibitur concha, cum iam vertigine cælum*
*Ambulat, & geminis exſurgit menſa lucernis.*

Ita Silius cùm *mille dextras*, *innumeras criſtas*, *denſos enſes* multiplicat, mirè turbatum animi Murrum, & parum virum oſtendit. Decem præterea Auctores dare poſſum, ſi lubido.

PRIMORIB. ANNIS AGNOSCES INVICTE TVIS.] Hercules námque iunior Troiam euerterat rege Laomedonte. Vnde Ouidius:

*Troia bis Oetæi numine capta Dei.*

Eum vide Metam. 11. Hom. Il. ε. Virg. lib. 8. 9. Ideóque.

*Bis captis Phryges, &c. Bis numina capta Penates.*

Sed & Τζετζῆς τρίπορθον *Troiam ter euerſam*. Theocritus dixit, quòd etiam euerſa fuerit.

— ὅτε ἦλθον Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι,
— *cùm venerunt Amazones viris pares.* Iliad. γ.

HORRIDA LABENTI.] Coniectura neſcio cuius: *Labentis.*

LIBRATAQ. PONDERA PLVMBI CERTATIM IACIVNT.] Non pondera plumbi manualia immanium ſaxorum mole, aut more: ſed è funda. Propert. lib. 4. Eleg. 3.

*Plumbea cùm tortæ ſparguntur pondera fundæ.*

HORRENTIA TELA.] Creberrima, vt Græcis aper dicitur φρίσσειν λοφιήν, & ἀσταχύεσσιν ἀρούρα. *horrere ſetis & ſpicis ſolùm.*

SVADETQ. NITESCERE DVRIS.] Annibal ſpecimine ſui facit, duris vt eniteſcere amet miles. *Gaudet.* auſpicibus membranis Col. reponit Modius: quid neceſſe? ſuadent verba, non efficaciùs res geſtæ? Immo illud aduerſum gaudio: — *niſúq. eliſus anhelo*
*Auditur gemitus, fractúmq. in caſſide murmur.*

Pulcrè Sidonius Carm. 7.

*Sidera ſunt iſti, quæ ſicut merſa niteſcunt:*
*Aduerſis ſic Roma micat.*

*Hic ſubitus ſciſſo denſa inter nubila cælo*
*Erupit quatiens terram fragor: & ſuper ipſas*
*Bis pater intonuit geminato fulmine pugnas.*
*Inde inter nubes ventorum turbine cæco*
*Vltrix iniuſti vibrauit lancea belli*
*Ac femore aduerſo librata cuſpide ſedit*
*Tarpeiæ rupes, ſuperiſque habitabile ſaxum,*

*Et vos virginea lucentes ſemper in ara*
*Laomedontea Troiana altaria flammæ,*
*Heu quantum vobis fallacis imagine teli*
*Promiſere Dei:propius ſi preſſa furenti*
*Haſta foret,clauſæ ſtarent mortalibus Alpes.*
*Nec Thraſimene tuis nunc Allia cederet vndis.*
*Sed Iuno aſpectans Pyrenes vertice celſa*
*Vana rudimenta:& primos in Marte calores,*
*Inualidam duris euellit ab oſſibus haſtam.*
*Ille tegit clypeo fuſum per membra cruorem,*
*Tardáque paullatim,& dubio veſtigia niſu*
*Alternata trahens;auerſus ab aggere cedit.*
*Nox tandem optatu terras,pontúmque tenebris*
*Condidit,& pugnas erepta luce diremit.*
*At duræ inuigilant mentes,molémque reponunt*
*Noctis opus. clauſos acuunt extrema pericli,*
*Et fractis rebus violentior vltima virtus.*
*Hinc pueri, inualidiq. ſenes, hinc fœmina ferre*
*Certat opem,in dubiis miſerando vana labori,*
*Saxáque mananti ſubuectat vulnere miles.*
*Iam patribus,clariſque ſenum ſua munia curæ.*
*Concurrunt,lectóſque viros hortantur,& orant.*
*Defeſſis ſubeant rebus,reuocéntq. Sagunthe*
*Sidonias flammas:nunc ite,impellite puppim,*
*Saucia dum caſtris clauſa eſt fera:tempore,Martis*
*Vtendum eſt rapto,& graſſandum ad clara periclis.*
*Ite citi,deflete fidem,muróſque ruenteis,*
*Antiquáque domo meliora accerſite fata.*
*Mandati ſumma eſt : dum ſtat,remeate,Sagunthos.*

VIBRAVIT LANCEA BELLI.]Mox *Haſtam* iteratò nominat Liuius lib.21. *Tragulam.Eſt enim & Tragula manuaria* Silio li.3. *Cui tragula ſemper Fulmineam armabat celebratum miſsile dextram.* Liuius: *Annibal ipſe dum murum incautius ſubit,aduerſum femur tragula grauiter ictus cecidit. Lanceam* verò latiore ferro armatam intellige,quam Græci λόγχην dicunt. Præter Plutarchum in Marcello,qui ipſum λόγχῃ πλατείᾳ transfoſſum narrat, Diodorus lib. 5 Biblioth. de Gallis: Προβάλλονται δὲ λόγχας, ἃς ἐκεῖνοι λαγκίας καλοῦσι πηχυαίας τῷ μήκει τοῦ σιδήρου καὶ ἔτι μείζω τὰ ἐπιτήματα ἐχούσας. πλάτει δὲ βραχὺ λειπούσας τῶν διπαλαιστῶν: *Lonchas proijciunt, quas Galli lanceas vocant, ferri modo cubitales, & quibus præterea longiora ſunt additamenta* (hæc longitudo) *latitudo paullùm infra bipalmarem.* Vides è Diodoro *lanceæ* nomenclationem Galliæ tribui? M. Varro li.

14. Rerum Diuinarum eam Hiſpaniæ adſerit, Gellius lib.15.c.31. Ad rem modò propiùs. Annibalem vulneratum pinxit hîc Poëta, ſecúmque libro ſecundo congruit:

— *inſignis nudato vulnere ductor.*

Libro verò 11. — *vnum ducibus tot cæde peremtis,*
*Tot fuſis acie ſtare inter prælia nullis*
*Attactum telis.*

Plutarchus in Marcello ſcribit inter tot rerum aduerſa, pugnáſque toties pugnatas Annibalem ſemper inuulneratum reſtitiſſe. Verba ſunt: Θαυμάζω μὲν ἐν μάχαις τοσαύταις, ὅσας ἀπεκάμοι τις καταριθμῶν, μηδὲ τρωθέντα τὸν Ἀννίβαν. *Miror ego tot in prælijs, quæ non abſq; fatigatione dinumeres, Annibaleq. læſum quidē.* Videtur Plutarchus nimiis quorundam αὐξήσεσι plus æquo tribuiſſe. Ego certè parum credibile id puto. Silius autem libro vndecimo virum inducit vera falſis permiſcentem iſta loqui. Sepiculè tibi, Lector, Annibalem ſaucium repræſento. Liuius l.21. *Quia Annibal ſaucius pugna exceßit, pauore hoſtib. iniecto defenſum egregiè opidum eſt.* lib.29. *Scorpione ictus, qui proximus eum ſteterat: territus inde tam periculoſo caſu receptui canere dum iußiſſet, caſtra procul ab ictu teli communiit.* Item in pugna ad Cremonam pugnata. Appianus *Annibalicis*: Ἀννίβας ἀπώλεσε τετρακοσίους, καὶ αὐτὸς ἐτρώθη. Silius certè ſauciatum agnoſcit cœleſti ſpiculo, ne ipſi ſibi ἀντίρρησιν ſtatuiſſe videatur. Oroſ.l. 4.c.14. *In eo tamen bello* (cum Sempronio Coſ.) *etiam Annibal ſauciatus eſt.*

TARPEIÆ RVPES ] *Heynſii* verba ſunt: *Ex hoc loco emendatus nobis optimè Propertius: Tarpeium nemus, & Tarpeiæ rupe ſepulcrum. Sic reſcripſimus, cùm Tarpeiæ turpè ſepulcrum malè legatur.* Longè aliter, Hœynſi, ſeſe res habet. Propertius *Tarpeiæ turpe ſepulcrum* canit: quia Tarpeia Romanis infida Capitolium prodidit, & quidquid in arce ſacrum. Prop.l.4.Eleg.4.

*Et ſatis vna malæ potuit mors eſſe puellæ,*
*Quæ voluit flammas fallere Veſta tuas?*

Ibidem dicit Tarpeia:

*Quantum ego ſum Auſoniis crimen factura puellis*
*Improba virgineo lecta miniſtra foco?* &c.
*Prodiderat portaque fidem, patriámq; iacentem.*

*Turpe* igitur *Tarpeiæ ſepulcrum*, hoc eſt perfidiæ, improbitatíſque monumentum, non honoris. Qua in hiſtoria Fabium, & Cincium autores habuit Propertius, quorum meminit Dionyſius Hal. li.2. Ant.Rom. etſi minimè ſequitur. Deinde *turpe ſepulcrum* propter illud: *Neque enim ſceleri dedit hoſtis honorem.*

SED IVNO ADSPECTANS PYRENES VERTICE.. EVELLIT .. HASTAM. ] Quî potuit Pyrene, in qua Iuno, ac Saguntho, ad quam Annibal, tam diſſitis? Ipſe ille Silius ſcribit à Saguntho

*Longum in Dardanios fines iter, atque niualem* *Pyrenen*

Intelligenda eſt loci facta mutatio, quam non expreſſerit Poëta, quo auxiliatricis Iunonis ſtudium præſentiſſimum cognoſcetur. Nec fultura Modii, & Carrionis nulla è membranis Col. iniicientium:

*Vt videt impreſſum coniecta cuſpide vulnus,*
*Aduolat obſcura circumdata nube per auras.*

VANA RVDIMENTA ] Retineo,& explico primos Annibalis conatus in expugnanda Sagunthο irritos: neque enim *ἁπλῶς prima rudimenta* fuerint,& *primi calores* tot prius debellatis Hiſpaniæ ciuitatibus. Irritos dixi, quòd tunc ex diffidentia nonnullis ita videri potuit. Aliter alij.

INVALIDAM DVRIS ... HASTAM ] Fruſtra ἑαυτοῖς μωρευόμενοι agunt poſita quæſtione,quomodo *inualida*,quæ duris oſſibus impacta? *Inualidam* adſero,quæ non valuerit Annibalem pernecare. Mens mea,mens Silij:

*Heu quantum vobis fallacis imagine teli*
*Promiſere Dei! propiùs ſi preſſa fuiſſet*
*Haſta viro,clauſæ ſtarent mortalibus Alpes.*

*Inualida haſta*,& *fallax telum* vnius rei imago. In meam ſententiam concedit Baptiſta Pius alio verbo:legit is *Eualidam*,exponítque *modicè validam*.

TARDAQVE PAVLATIM, ET DVBIO VESTIGIA GRESSV ALTERNATA TRAHENS. ] Conuenienter ducis prouidentiæ,& curæ honeſti. De Aiace à prœlio abſcedente,ingruente iam confertiſſima Troianorum turba Iliad. Λ. — Θηρὶ ἐοικὼς

Ἐντροπαλιζόμενος, ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων. *Fera ſicut*
*Huc illuc voluens oculos,veſtigia greſſu*
*Alternata trahens* Poſtilla:
Αὖθις ὑποστρεφθεὶς καὶ ἐρητύσασκε φάλαγγας.
Τρώων ἱπποδάμων, ὁτὲ δὲ τρωπάσκετο φεύγειν.

Cuiuſmodi fuga ὑποπαμβῶ dicta,ipſúmque fugere ἀναποδίζειν. De Socrate in Amphipolitana expeditione omnibus fugiẽtib. Athenienſibus αὐτὸς ἠρέμα αἰχώρει περιστρεφόμενος ἡσυχῇ, καὶ τηρῶν ἀμυνάσθαι, εἴ τις οἱ ἐπέλθοι, *Ipſe quietè modeſtéq; recedebat in omnem verſus partem & inſidians vindictæ occaſioni,ſiquis inuaderet.* inquit Diogenes Laërtius.

AVERSVS AB AGGERE CEDIT. ] Eſt qui velit *Aduerſus*, hoc eſt, ceſſim hoſtib. oppoſitus,non *Auerſus*,ne viri,ne ducis maieſtas attaminetur. Verùm ſi dicam *Auertitur ab aggere ſiue* receſſim imitando nexam,ſiue aduerſo tergo, nemo culpet: ergo ſimiliter *Auerſus* retineri poterit inuariata ſententia. Eſtque ea vox vſui Solino cap. 45 vbi de Hippopotamo: *Noctib. ſegetes depaſcitur, ad quas pergit auerſus aſtu doloſo, vt fallente veſtigio, reuertenti nullæ ei inſidiæ præparentur.*

DEFESSIS SVBEANT REBVS. ] Intentiore cura faciem præſentis periculi delineat Poëta quam paucillimis, nec facit in concilium coire ſeniores, iſto contentus indicaſſe: *Concurrunt, lectóſque viros hortantur*. Ac ne nimis anxiè in tanta rerum perturbatione legat onem adornet, paucis onerat mandatis legatos,& oratione pene ad ſingula interrupta verba. Denique.

*Mandati ſumma eſt, Dum ſtat, remeate, Sagunthos.*

Quapropter tot Silii verſus tam licenter à neotericis truncari, tot hîc interpolari,tot inſeri abſque cauſa,facinus eſt muſica patientia maius. Sic illi:

*Defeſſis ſubeant rebus, reuocéntque ſalutem,*
*Ac lætia extremis implorent caſib. arma*
*He eitis, remis, veliſque impellite puppim.*

SAVCIA DVM CASTRIS CLAVSA EST FERA. ] Lucilius, *Sic, inquam, veteratorem, vetulum lupum illum Annibalem acceptum.* Silius li.7. de Annibale:

*Iam*

*Iam cernes Libycum huic vallo aſſultare leonem.*

Signaculè,ſi Valer. Max.creditur li.9. c.3. *Amilcar quatuor puerilis ætatis filios intuens,eiuſdem numeri catulos leoninos in perniciem imperij noſtri alere ſe prædicabat.* Lampridius: *Quæ ſub impura illa beſtia nuper facta ſunt*. M.Tullius de variis: *Immanis bellua.* Æſchines de Demoſthene: Εἰ ἠκούσατε θηρίου ἐκείνου, Phot.ca. 61.Plut. Libanius. D. Hieronymus ad Paulinum interpretem egit: *Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam,ſua verba reſonantem?* Plautus: *Mala beſtia es.*

TEMPORE MARTIS VTENDVM EST RAPTO. ] Gemini libri: *Rupto*, quod ſententiæ vicinius eſt:tempus enim Martis, ſeu prœlii ruptum erat ſeu Annibale ſeceſſionem faciente, ſeu tenebris prœlium intercipientibus.

MANDATI SVMMA EST. ] Æn.4.

*Nauiget. Hac ſumma eſt, ac noſtri nuncius eſto.*

*Aſt illi celerant qua proxima littora greſſum,*
*Et fugiunt tumido per ſpumea cærula velo.*
*Pellebat ſomnos Titoni roſcida coniux,*
*Ac rutilus primis ſonipes hinnitibus altos*
*Afflarat monteis,roſeáſq; mouebat habenas.*
*Iam celſa è muris extructa mole iuuentus*
*Clauſam nocturnis oſtentat turribus vrbem.*
*Rerum omnes pendent actus, & milite mæſto*
*Laxata obſidio, ac pugnandi ſubſtitit ardor,*
*Inq; ducem verſæ tanto in diſcrimine curæ.*
*Interea Rutilis longinqua per æquora vectis*
*Herculei ponto cepere exiſtere colles,*
*Et nebuloſa iugis attollere ſaxa Menœci.*
*Thracius hos Boreas ſcopulos immitia regna*
*Solus habet, ſempérq. rigens nunc littora pulſat,*
*Nunc ipſas alis frangit ſtridentibus Alpes:*
*Atque vbi ſe terris glaciali fundit ab Arcto,*
*Haud vlli contra fiducia ſurgere vento.*
*Vorticibus torquet rapidis mare, fractáque anhelant*
*Aequora, & iniecto conduntur gurgite montes:*
*Iámque volans Rhenum, Rhodanumq; in nubila tollit.*
*Hunc poſtquam Boreæ dirum euaſere furorem,*
*Alternos mæſti caſus belliq;, maríſq;*
*Et dubium rerum euentum ſermone volutant.*
*O patria, ô fidei domus inclyta: quo tua nunc ſunt*
*Fata loco: ſacræne manent in collibus arces?*
*An cinis, heu Superi, tanto de nomine reſtat?*
*Ferte leues auras, flatúſq; ciete ſecundos,*

G

*Si nondum inſultat templorum protinus ignis*
*Culminibus, Latiaque valent ſuccurrere claſſes.*
*Talibus illacrymant noctémq;, diémq; querelis,*
*Donec Laurentes puppis defertur ad oras.*
*Quà pater acceptis Antenis ditior vndis.*
*In pontum flatuo deſcendit gurgite Tybris.*

ET NEBVLOSA IVGIS ATTOLLERE SAXA MONOECI. ] Strabo li.4. Ὁ δὲ Μονοίκου λιμὴν ὅρμος ἐστὶν οὐ μεγάλαις, οὐδὲ πολλαῖς ναυσὶν ἔχων ἱερὸν Ἡρακλέος Μονοίκου καλουμένου. *Monœci portus eſt non magnarum, aut multarum nauium, in quo templum eſt Herculis Monœci dicti.* Quòd iis oris præſideret Hercules, *colles* dixit *Herculeos. Monœci* autem vocabulum inde eſt, quòd communem cellam cum alio Deo repudiauerit Hercules, eſſétque ex augurali diſciplina ſuá Deorum cuique ædem dicare. Conſtat è Val.Max.li.1.ca.1. vbi Pontifices ſtatuunt, ſiquid prodigii accidiſſet in cella duobus Diis conſecrata, non poſſe dignoſci, vtri rem diuinam fieri oporteat. Quare Marcellus ſeparatis ædibus virtutis, ac honoris ſimulacra locauit.

THRACIVS HOS BOREAS SCOPVLOS IMMITIA REGNA SOLVS HABET. ] Non ſolus Boreas afflat hunc tractum, ſed ſolus regnat: & ſi alii venti cooriantur, ſine viribus ſunt. Vnde ſequitur:

*Haud vlli contrà fiducia ſurgere vento.*

Fruſtrà Scaliger Hypercritici c.6. oblatrauit huic loco.

NVNC IPSAS ALIS FRANGIT. ] Baſ. ſimiliter, certiſſimè: τῷ *Frangit* enim vis ineſt, & Venus. Duo codices *Tangit.* ὑδαρινὸν τοῦτο. Modius ſupponit *Plangit.* Agnoſco Virgilianam vocem, ſed amplector alteram valentiorem. Siquidem in Alpibus moles labefieri perquam vſitatum eſt, nec Silio incognitum, cui dictum priùs: — *Alpib. altis*

*Aëria rupes ſcopulorum parte reuulſa.*

Id priuſquam fiat, *frangitur* rupes. Poſteáque iterum dicet.

INIECTO CONDVNTVR GVRGITE MONTES. ] Boreæ flatu abducitur fluctus, & montis, vadorúmque ima nudantur. Vnde vehementer miratur Scaliger, quo id fiat modo. Fit, vt enudato fundo fluctus ipſi gurgitis in montes ſublatiſſimi eos operiant, condántque.

— *Sic iniecto conduntur gurgite montes.*

Nam *gurgite* aquas intellexit Silius, quę in eo. Temere profectò in Poëtam ſibi parum intellectum paſſim inuectus eſt latrator.

SI NONDVM INSVLTAT TEMPLORVM PROTINVS IGNIS CVLMINIBVS. ] Modius è membranis: *Pœnicus.* Vis mutationem? dic *percitus* 19. dic *inſultans* 4 *perfurit ig.* Verùm intercedo cuiuis mutationi. Non quod *Pœnicus* diſconueniat: ſed quòd apta quoque ex *Protinus* ſurgat ſententia, Protinus enim hîc valet *continuè, iugiter,* vt Aen.3.

— *cùm protinus vtráque tellus*
*Vna foret.*

Vide Seruium. Ac ſi dicant legati: *Si nondum continuè ignis templa paſcitur.* En cauſa, cur pleno modio conuicia Modius admetiatur recipienti *Protinus.*

NONDVM .. TEMPLORVM ... CVLMINIBVS. ] Operta hæc non obuiam continent hiſtoriam: vt Annibal Dianeo pepercerit, videtur adumbrare Silius. Plin. lib. 26. c. 4. *Et in Hiſpania Sagunthi aiunt templum Dianæ à Zacyntho aduecta cum conditorib. anno ducenteſimo ante excidium Troiæ, vt auctor eſt Bochus, infráque opidum ipſum id haberi. Qui pepercit religione inductus Annibal, iuniperi trabibus etiamnunc durantibus.*

FLAVO DESCENDIT GVRGITE TYBRIS.] Olim *Albula*. Ouid. 2. Faſt.

*Albula, quem Tiberim merſus Tyberinus in vndis*
*Reddidit.*

Euſtathius in Dionyſium. Aen. 8.

— *aſperq. immani corpore* Tybris,
*A quo poſt Itali fluuium cognomine* Tybrim
*Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen.*

Cur *flauo gurgite*? quia tales in eo arenæ. Ouid. Eleg. 1. lib. 5. Triſt.

— *quot flauas* Tybris *arenas.*

*Hinc conſanguineæ ſubeunt iam mœnia Romæ.*
*Concilium vocat auguſtum, caſtáque beatos*
*Paupertate patres, ac nomina parta triumphis*
*Conſul: & æquantem ſuperos virtute Senatum:*
*Facta animoſa viros, & recti ſacra cupido*
*Attollunt, hirtæque comæ, neglectáque menſa,*
*Dexteráque à curuis capulo non ſegnis aratris,*
*Exiguo faciles, & opum non indiga corda,*
*Ad paruos curru remeabant ſæpe penates.*
*In foribus ſacris, primóque in limine templi*
*Captiui currus, belli decus, armáque rapta*
*Pugnantum ducibus, ſæuæque in Marte ſecures,*
*Perfoßi clypei, & ſeruantia tela cruorem,*
*Clauſtráque portarum pendent, hic Punica bella*
*Egatbis cernas, fuſáque per æquora claſſe*
*Exactam ponto Libyen teſtantia roſtra:*
*Hic galeæ Senonum, penſatique improbus auri*
*Arbiter enſis ineſt, gallíſque ex arce fugatis*
*Arma reuertentis pompa geſtata Camilli:*
*Hic ſpolia Aeacidæ, hic Epirotica ſigna,*
*Et Ligurum horrenteſque comæ, parmæque relatæ*
*Hiſpana de gente rudes, Alpináque geſa.*

NOMINA PARTA TRIVMPHIS.] Ecquæ illa? Nondum tunc Aſiatici, nondum Numantini, aut Africani Per *triumphos* capio victorias, à quibus Capitolini, Torquati, Coruini cognomenta. Item victoriam, qua Camil-

lius Gallos triumphauit, auguſtúmq. Σωτῆρος nomen indeptus eſt, auctore Plutarcho.

ATTOLLVNT HIRTÆQ. COMÆ.] Tales ex ſeniori veterum diſciplina. Scitum illud Naſonis:

*Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos:*
*Forma viros neglecta decet.* Phocylidis:

Μὴ μὲν ἐπ' ἄρσενι παιδὶ τρέφειν χαίτην πλοκαμῖδας,
Μὴ κορυφὴν πλέξῃς, μηδ' ἄμματα λοξὰ κορύμβων.
Ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμη, χλιδαὶ δὲ γυναιξί.

*Inconcinna mari cinnorum digeries eſt,*
*Cæſariem non impedies in vertice ſummo,*
*Non obliquabis nodos. Coma dedecoroſa*
*Eſt maribus: molles ſectetur fœmina mores.*

Paſſimque cultior capillus mollitiei argumentum eſt. *Hirta* igitur *coma* in mares animos conueniunt, præquàm *hirta toga*, quod Modius amplexus eſt. Iterúmque Silius lib. 5. de Marmaride:

— *Hirtâque torua*
*Frontis cæſaries, & crinibus æmula barba*
*Vmbrabat rictus, ſqualore huic hiſpida diro,*
*Et villoſa feris horrebant pectora ſetis.*

Lib. 6. de Regulo Serranus:

*Cæſaries, frontique coma ſqualente ſedebat*
*Terribilis decor.*

Lucanus lib. 8. de Pompeio:

— *illá verenda*
*Regibus hirta coma, & generoſa fronte decora*
*Cæſaries.*

Tonſus autem comtioris cupientiores ſtrictim, non per pectinem tondet Seneca lib. de Breuitate vitæ c. 12.

NEGLECTAQ. MENSA.] Neglıgentiæ huius M. Curius Dentatus Aurelio Victori laudatus eſt, quòd legatis Samnitium aurum offerentibus, cùm ipſe in foco rapa torreret: *Malo*, dixerit, *hæc in fictilibus meis eſſe, & aurum habentibus imperare.*

DEXTERAQ. A CVRVIS CAPVLO NON SEGNIS ARATRIS.] Aliorum, & Q. Cincinnati laus, de quo Liuius lib. 3. Dionyſius lib. 10. Perſius Sat. 1. & L. Attilii Serrani, de quo Plin. lib. 18. c. 3. Vide & Pimpontium in illud è 6. Æneid.

— *vel te ſulco Serrane ſerentem.*

PENSATIQVE IMPROBVS AVRI ARBITER ENSIS.] Liuius lib. 5. *Pondera à Gallis allata iniqua: & tribuno recuſante, additus ab inſolente Gallo ponderi gladius.* Flor. lib. 1. c. 13.

ARMA REVERTENTIS ... CAMILLI.] Pulcrè obſidium Capitolii, & aduentorem Camillum reddidit Plut. lib. de Fortuna Romanorum, & in Camillo, Liuius in 5. D Aug. lib. 4. de Ciuit. c. 7.

HIC SPOLIA ÆACIDÆ.] Pyrrhi. Prima cum eo collata pugna *tam atrox fuit, vt Ferentanea turma præfectus inuectus in regem turbauerit, coëgeritque pro-*

*iectis inſignibus prælio excedere.* Florus lib. 1. c. 18. Hæc potuere eſſe ſpolia: ſed & illa, quæ Pyrrho caſtris bis exuto capta. Vide extremum caput.

ET LIGVRVM HORRENTESQ. COMÆ.] Redolet alicuius doctorculi gloſſema, *Quæ.* i. *Et.* Modius hoc in diuerſum: *Lego, vt manifeſtè legendum eſſe, inquit, libri, & res ipſa clamant: Et Ligurum horrentes comæ.* Ain' verò Modi? cur iſta lectio culpabilis præſertim adiuta diſtinctione.

*— hic Epirotica ſigna,*
*Et Ligurum,* (ſigna) *horrenteſque comæ?*

PARMÆQ. RELATÆ HISPANA DE GENTE RVDES.] De Luſitanis Hiſpaniæ gente Strabo lib. 3. Ἀσπίδιον δ' αὐτοὺς δίπουν ἔχειν τὴν διάμετρον, κοῖλον εἰς τὸ πρόσθεν τελαμῶσιν ἐξηρτημένον. οὔτε γὰρ πόρπακας, οὔτ' ἀντιλαβὰς ἔχει, *Aſpide vtuntur parua, cuius diameter duûm pedum anteriùs, caua loris ſuſpenſa: non enim fibulas, aut anſas habet.* Verùm vbi Romani hactenus Hiſpanos debellarunt? Suſpicio eſt Hiſpanos fuiſſe in auxiliis Pœnorum primo Punico, deuictóſque in Sicilia. Inde potuere referri *parua rudes.* Vide ſis & illud de Romano:

*— quidquid diti deuexit Ibero.*

Quomodo *rudes,* ſi cauæ antrorſum, ſi neque fibulis, neque anſis adiutæ? Suſpicio eſt fuiſſe tectas corio ἀδεψήτῳ: niſi iis carere ſubſidiis eſt, *parmam* eſſe *rudem,* & erudito expertóue bellatori ſat commodam, quò inclino.

ALPINAQ. GESA] *Geſum* Gallici teli genus Liuio, Feſto, Nonio, Soſipatro. Videtur ſatis gracile fuiſſe: quia ferè geſtantibus in manu plura. Varro: *Qui gladiis cincti ſine ſcuto cum binis gèſis eſſent.* Porro *geſa* illa aut Senonibus erepta in obſidione Capitolii, aut Celtis primo bello Punico, quos in Pœnorum caſtris ſtipendia feciſſe auctor eſt Appianus Libycis. Sed & Pœnis *geſa* tribuit Silius lib. 2. vbi Pœnum paſtorem:

*— patrio de more ſequuntur*
*Geſáque, latratórque Cydon.*

Maronis imitamen in 8.

*— duo quiſque Alpina coruſcant*
*Geſa manu.*

*Sed poſtquam clades patefecit, & horrida bella*
*Orantum ſqualor, præſénſque aſtare Sagunthi*
*Ante oculos viſa eſt extrema precantis imago:*
*Tum ſenior mæſto Sycoris ſic incipit ore:*
*Sacrata gens clara fide, quam rite fatentur*
*Marte ſatam populi ferro parere coacti:*
*Ne crede emenſos leuia ob diſcrimina pontum.*
*Vidimus obſeſſam patriam, muróſque trementes:*
*Et quem inſana freta, aut cœtus genuere ferarum*
*Vidimus Hannibalem: procul his à mœnibus oro*
*Arcete ô Superi, noſtroque in Marte tenete*
*Fatiferæ iuuenem dextræ: qua mole ſonantes*
*Conicis ille trabes? & quantus creſcit in armis*

*Trans iuga Pyrenes medium indignatus Iberum*
*Exciuit Calpen,& merſos Syrtis arenis*
*Molitur populos,maioráque mœnia quarit.*
*Spumeus hic medio qui ſurgit ab æquore fluctus*
*Si prohibere piget,veſtras effringet in vrbes.*
*An tanti pretium motus,ruptique per enſes*
*Fœderis,hoc iuueni iurata in bella ruenti*
*Creditis,vt ſtatuat ſuperata iura Sagunthoꝰ?*
*Ocyus ite viri,& naſcentem extinguite flammam:*
*Ne feræ redeant poſt aucta pericula curæ.*
*Quanquam ô ſi nullus terror,non obruta iam nunc*
*Semina fumarent belli:veſtræ ne Sagunthꝰ*
*Spernendum conſanguineam protendere dextram?*
*Omnis Iber rapidis,omnis fera Gallia turmis*
*Omnis ab æſtifero ſitiens Libys imminet axe.*
*Vos per culta diu Rutulæ primordia gentis;*
*Laurentémque larem,& genitricis pignora Troiæ*
*Conſeruate pios,qui permutare coacti*
*Acryſioneis Tyrinthia culmina muris,*
*Vos etiam tandem Siculi contra arma tyranni*
*Iuuiſſe egregium: vos & Campana tueri*
*Mœnia,depulſo Samnitum robore,dignum*
*Sigeis duxiſtis auis: vetus incola Dauni*
*Teſtor vos fontes,& ſtagna arcana Numici.*
*Cùm felix nimium dimitteret Ardea pubem*
*Sacra,domúmque ferens & aui penetralia Turni,*
*Vltra Pyrenen Laurentia numina vexit.*
*Cur vt deciſa,atque auulſa è corpore membra*
*Deſpiciar,veſtérque luat cur fœdera ſanguis?*

SACRATA GENS CLARA FIDE.] Vide nobis enotata lib.3. ad illud:
—. *quis priſca fides ſtat regia nobis.*

VOS PER CVLTA DIV RVTVLÆ PRIMORDIA GENTIS.] Pariſienſis editio: *Per vos.* Neque ſanè diſplicet. Apuleius: *Per ego te frugiferam tuam dexteram deprecor.* Curtius lib.4. *Per ego vos Deos patrios, æternúmque ignem,qui præfertur altaribus.* Ellipſis eſt τοῦ *Rogamus*, aut ſimilis. *Culta diu R. p. g.* ab Ardeatibus ſcilicet Saguntinorum patribus, qui templo Veneris, quod erat Latio commune,præfuerunt. Auctor Strabo lib.5. Ἔστι δὲ τὸ Λαουίνιον ἔχον κοινὸν τῶν Λατίνων ἱερὸν Ἀφροδίτης. ἐπιμελοῦνται δ' αὐτοῦ διὰ προπόλων Ἀρδεᾶται. *Lauinij Veneris templum eſt, Latinorum commune: id curant qui ſe à maiorib. Ardeates adjerunt.* *Rutulæ gentis.* Liuii ſunt illa lib.1. *Ardeam Rutuli habebant.*

QVI PERMVTARE COACTI ACRISIONÆIS TIRYNTHIA CVLMINA TECTIS.] *Acriſionea culmina* pro *Ardea, à Danaë Perſei matre condita*, Plin. lib.3. c.5. quæ Acriſii filia, & Acriſione ab eo. *Tirynthia tecta* pro *Sagunthο*. Liuius: *Oriundi ab Zacyntho inſula dicuntur: mistique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis*. Aen.7.

*— quam dicitur vrbem*
*Acriſioneis Danaë fundaſſe colonis,*

Ardeam. Solin c.8. Vnde ergo vocamen vrbi? ab Ardea etiam conditore, ita ponit de mente Xenagoræ Dionyſius lib.1. Antiq. Rom.

VOS ETIAM TANDEM SICVLI CONTRA ARMA TYRANNI.] Hieronis, de quo Florus lib.2.c.2. *qui ſe prius victum, quàm hoſtem vidiſſet, faſſus eſt*. Meminit Polyenus lib 6. Epitoma lib.16. Liuii. Polybius lib.1. Baptiſta Pius c. 31. Poſt. Annot. repoſuerat olim: *Vos & Mamertem*. Hiſtoriæ ſanè congruenter: nam *Meſſana*, & *Mamertina* ciuitas lib.4. in Verrem Ciceroni vna eadémque eſt: & Florus *Meſſanam* fœderatam Siciliæ ciuitatem queſtam eſſe, & Romanorum imploraſſe auxilia teſtis eſt. Sed ea coniectura alienior eſt à literarum veſtigiis. Modius auſpicibus membranis Colonienſibus reſcribi iubet: *Vos etiam Zanclen*. Diuinationis tam rectæ firmamenta peti poſſunt ex eius epiſtola 41. At quid agas? eandem correctionem ſuam facit Carrion lib.2. Emend. c.11. Addo *Meſſanam* dictam quoque *Zanclen*. Herodotus Polyhymnia de Cadmo: Κατοίκησε πόλιν Ζάγκλην τὴν εἰς Μεσσήνην μεταβαλοῦσαν τ' οὔνομα. *Zanclen ciuitatem, quæ poſt Meſſanæ nomen tenuit, Cadmus coluit*. Idem Straboni traditum lib.6. Thucyd. lib. 6. Plin. lib.3.c.8. De Mamertinis non parcè Sex. Pompeius. Vide in lib.14. de Meſſana

*—— Oſco memorabilis ortu.*

•VOS ET CAMPANA TVERI MOENIA DEPVLSO SAMNITVM ROBORE.] Mitto ambages. Adito ad Liuium lib.7.8.9. 23. Dionyſium Halyc. Eclog. 1. Legationum.

DESPICIAT?] Nos Sagunthinos. Niſi ſi appoſitius eſt, *Deſpiciar*, quod eſt nonnullis codicibus. *Deſpiciar* ego Saguntħus, aut ego Sycoris Sagunthi orator.

VESTERQ. LVAT CVR FOEDERA SANGVIS.] Vt Romanis conſanguinei, non fœderati tantum ſint Sagunthini, per Ardeates fiet, qui ipſi Romanis iuncti ſanguine referente Xenagora Vlyſſis, & Circes tres fuiſſe natos Remum, Antiam, Ardeam, eoſque cognomines poſuiſſe ciuitates. Vide & ſuprà: *Vos per culta diu*

*Tandem vt finitæ voces (miſerabile viſu)*
*Affigunt proni ſqualentia corpora terræ.*
*Inde agitant conſulta patres: curáſque fatigant.*
*Lentulus vt cernens accenſa tecta Sagunthi,*
*Poſcendum pœnæ iuuenem, celeríque negantis*
*Exuri bello Carthaginis arua iubebat.*
*Aſt Fabius cauta ſpeculator mente futuri,*
*Nec lætus dubius, paruiſque laceſſere Martem,*

*Et melior clauſo bellum producere ferro,*
*Prima ſuper tantis rebus penſanda:ducisſne*
*Cœperit arma furor,patres an ſigna moueri*
*Cenſuerint:mittique viros qui exacta reportent.*
*Prouidus hæc,ritu vatis,fundebat ab alto*
*Pectore præmeditans Fabius ſurgentia bella.*
*Vt ſæpè è celſa grandæuus puppe magiſter*
*Proſpiciens ſignis venturum in carbaſa Corum,*
*Summo iamdudum ſubſtringit lintea malo.*
*Sed lacrymæ,atque ira mixtus dolor impulit omnis*
*Præcipitare latens fatum:lectique ſenatu,*
*Qui ductorem adeant:ſi perſtet ſurdus in armis*
*Pactorum,vertant inde ad Cartaginis arces.*
*Nec diuûm oblitis indicere bella morentur.*

APPIGVNT PRONI SQALLENTIA CORPORA TERRÆ.] Giſanius in Lucretium faciliùs admiſerit *Adfligunt*, cui caſus grauioris ineſt ſignificatio. Verùm expenſum oportuit τὸ *Affigunt* iunctioris eſſe oſculationis,& morulæ longiuſculæ,quæ commiſerationi ciendæ accommodatiora: prolapſionem autem pene ſtupentum,aut exanimatorum. In rêbus autem arctis vſurpatum id non ſemel à legatis variarum gentium:Cartaginienſium apud Appianum Libycis: Ἔς τε γῆν σφᾶς ἐρρίπτουν, καὶ χερσὶ, καὶ κεφαλαῖς αὐτὴν ἔτυπτον. *Humi ſe abiiciebant, quam manib. & capitibus quatiebant.* Locrenſium Liuii lib. 29. *Decem legati Locrenſium obſiti ſqualore, & ſordibus in comitio ſedentibus Coſſ. velamenta ſupplicum ramos oleæ (vt Græcis mos eſt) porrigentes ante tribunal cum flebili vociferatione humi procubuerunt.* Catanenſium Iuſtini lib. 4. alibi eos producemus. Vide & Polyb. lib. 15. vt Cartaginis legati, Romani quoque Concilii pedes ſunt exoſculati. Decebali legati Dionis Fragm. 52. Ἐκεῖνοι τά τε ὅπλα ῥίψαντες, καὶ ἑαυτοὺς εἰς τὴν γῆν καταβαλόντες ἐδεήθησαν τοῦ Τραϊανοῦ. Quinctius apud Ciceronem: *Quorum ſæpè, & diu ad pedes iacuit ſtratus.* Ante vèrſum hunc Carrion iſtum inicit lib. 2. Emendat.

*Summiſſis palmas lacerato tegmine veſtes*
*Affigunt.*

INDE AGITANT CONSVLTA PATRES.] Curtius lib. 7. *Singula animi conſulta penſando noctem extraxit.*

NEC LÆTVS DVBIIS, PARVISQ. LACESSERE MARTEM.] Modius è M. C. *Parcuſque.* Sed cur comiciorum omnes effudit habenas in Marſum? cur præmium inſcientię, ignorantiæ, ineptiarum illi ſtatutum it, quia *Paruiſq.* legit conſenſu codicum? An Modius tam dexter næuos, vt omnes è Silio abſterſerit? Certè aliter τὸ *Paruiſque* exponi non potuit, quàm à Marſo factum. Mart. Nutii editio, quod vinoſè nobis obtulerit, *peruiſque* nobis quoque coniectandi anſam dedit. Lentus erat Fabius, & *Cunctator*: quare non ineptè legatur:

*Nec lætus dubiis, pernixque laceſſere Martem.*

Diuina-

Diuinationem adiuuat Horat.

— *& amata relinquere pernix.*

Haud ex edicto tamen id acceptum volo: nam ſi dicas: *Nec erat latus dubiis, nec paruis* ex cauſis *laceſſere Martem*, Silii mentem ſis adſecutus.

## IN LIB. II.

# C. SILII ITALICI VIRI CONSVLARIS DE BELLO PVNICO SECVNDO

*Claud. Dauſqueij Can. Tor.*

COMMENTARIVS.

*Coeruleis prouecta vadis iam Dardana puppis*
*Triſtia magnanimi portabat iuſſa Senatus,*
*Primoréſq; patrum. Fabius Tirynthia proles*
*Tercentum memorabat auos, quos Turbine Martis*
*Abſtulit vna dies, cùm ſors non æqua labori*
*Patritio Cremeræ maculauit ſanguine ripas.*
*Huic comes æquato ſociauit munere curas*
*Publicola, ingentis Voleſi Spartana propago.*
*Is cultam referens inſigni nomine plebem,*
*Auſonios atauo ducebat conſule faſces.*
*Hos vt depoſitis portum contingere velis*
*Allatum Annibali, conſultáque ferre Senatus,*
*Iam medio ſeram bello poſcentia pacem,*
*Ductoríſque ſimul conceptas fœdere pœnas,*
*Ocyus armatas paſſim per littora turmas*
*Oſtentare iubet minitantia ſigna, recénsque*
*Perfuſos clypeos, & tela rubentia cæde.*
*Haud dictis nunc eſſe locum, ſtrepere omnia clamat*
*Tyrrhenæ clangore tubæ, gemitúq; cadentum.*
*Dum detur, relegant pontum, neu ſe addere clauſis*
*Feſtinet: notum quid cæde calentibus armis,*
*Quantum iræ liceat, motúſve quid audeat enſis.*
*Sic ducis affatu per inhoſpita littora pulſi,*
*Conuerſo Tyrios petierunt remige patres.*

FABIVS TIRYNTHIA PROLES. ] Faſtorum 2.

*Vt tamen Herculeæ ſupereſſent ſemina gentis,*
*Credibile eſt ipſos conſuluiſſe Deos.*

Iuuenalis Sat. 8.

— *Natus in Herculeo Fabius lare*

Lege ſis Plut. in Fabio, Feſtúmque voce *Fouij*. Hanc legationem Liuius li. 21. vult obitam à P. Valerio Flacco, & Q. Bebio Pamphilo: Prætiuerat Liuio eadem nomina, M. Tullius Philippica quinta, niſi quod Tampilum nominat. Silius à Fabio, & Valerio Poplicola: Liuius porrò in ſecunda Romanorum legatione Fabium reponit. Sed eſto Fabius ſeu in primis, ſeu in ſecundis legatis, bene profectò ominata legatio pro muris Herculeis Saguntbi.

TER CENTVM MEMORABAT AVOS. ] Ouidius:

*Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes:*
*Ad bellum miſſos perdidit vna dies.*

Silius Ouidio ſcripſit longè conſultiùs. Nec enim credibile omnes prorſus Fabios cæſos vno duntaxat eximio, quod Ouidius accinit:

*Nam puer impubes, & adhuc non vtilis armis*
*Vnus de Fabia gente relictus erat.*

Et contentioſum finem cum Ouidio traxerunt Gell. l. 17. c. 21. Oroſ. l. 2. c. 5. Sex. Pompeius verbo *Numerius*, Seruius in illud, *Quo feſſum capitis Fabij*: Eutrop l. 1. Plin. de Vir. Ill. Sed his, omnibuſque ſcriptoribus idem ſcribentibus vnum auſim Dionyſium opponere, qui hoc equidem loco Οἷος πέμπεται, τίς ὁ καὶ διασώζεται. Nam indubitanter ex trecentis plures impuberes reliquerant domi filios, plures graues ætate parentes & bello immunes, plurib. erant fratres bello immaturi. Vnde verò emerſa ſit opinio de vnico ſuperſtite Fabio ad rationes ſuperas Dionyſius Halicarnaſſeus li. 9. Antiq. Rom. dexterè aperit. Τοῦ δὲ μηκέτι τῶν ἄλλων ἐπιφανῆ τινα, καὶ λαμπρὸν ἔξω τοῦ ἑνὸς τοῦδε ἀνδρὸς ἐκ τῆς φυλῆς γενέσθαι, ταύτην παρέσχηκε τοῖς πολλοῖς τὴν δόξαν, ὅτι μόνος ἐκεῖνος ἐκ τῶν Φαβίων γένους λοιπὸς ἦν, οὐχ ὡς μηδενὸς ἄλλου ὄντος, ἀλλ᾽ ὡς μηδενὸς ἐκείνοις ὁμοίου ἀρετῇ τεκμαιρόμενοι τὸ συγγενὲς τῇ φύσει. *Quòd extra hunc vnum nullus illuſtris & clarus adoleuerit, apud multos inualuit opinio, quòd vnus ille ex Fabiorum genere reliquus fuerit, non quòd ſuperfuerit alius nullus, ſed quòd nullus illis par, cognationem virtute non ortu æſtimantes.* Ne verò putes improuidè Fabios in Martem ruiſſe, non ſoli trecenti fuere, ſed ampla clientela ſecuta eſt. Sex. Pompeius addit illis clientium millia quinque.

CREMERE MACVLAVIT SANGVINE RIPAS. ] Fuit & illud ſuperſtitioſæ Romanorum obſeruationis malè cedere conflictum poſt ſacrificium die poſterio celebratum, ſiue poſtridie Calendas, Nonas, Idus, eóque nomine ad Cremeram infeliciter à Romanis pugnatum. Legendus Macrobius l. 1. Saturn. c. 16.

POPLICOLA INGENTIS VOLESI SPARTANA PROPAGO. ] Ex eadem gente Valerium Voleſi filium ſcribit Liuius lib. 2. Membranæ Col. *Folſci* deterrimè præferunt. Zozimus, nequid diſſimulem lib. 2. Hiſt. *Voluſum* nominat, & ara Terentina.

P. VALESIVS VOLVSI. F. POPLICOLA. IGNIFERVM. CAM-

PVM DITI PATRI. ÆTERNAI. Q. PROSERPINAI CONSECRAVEI. LVDOS Q. EISDEM DIEIS POPVLI ROMANI SALVTIS. ERGO. FECEI Itē in marmorib. Capitolinis *Voluſus*, nō *Voleſus* ſcribitur. At cū Silio ac Liuio eſt è marmore fragmentū Romæ apud Maſſerios. P. VALESIVS. VOLESI. F. POPLICOLA.

IS CVLTAM REFERENS INSIGNI NOMINE PLEBEM. ] Dionyſ. Antiq. Rom. l. 5. refert faſcibus ademiſſe ſecures, & exinde extra vrbem duntaxat prælatas eſſe Coſſ. ſecures, atque leges tuliſſe, quarum altera magiſtratum quenquam capere vetuit iniuſſu populi, violant morte propoſita, & impunitate vindicanti: altera, vt ſiquis magiſtratus in ciuem capite, flagris, aut pecuniis paret animaduertere, prouocatio ſit ad populum: tùm addit ob hæc in pretio plebi fuiſſe Valerium, καὶ τίθενται αὐτῷ ἐπώνυμον Ποπλικόλαν. τοῦτο κατὰ τὴν ἑλληνικὴν διάλεκτον βούλεται δηλοῦν δημοκηδῆ. *Cognomentum illi imponunt* Poplicolæ *quod Græcorum dialecto ſignificare amat plebis curatorem.*

RECENSQVE PERFVSOS CLYPEOS. ] Rem gerit ipſe Silius hac facie verborū, non repræſentat tantùm. Eſto ſexcētis locis *clypeos perfoſſos* ponant Autores: an huc ideò infulciendū? Quid enim? nullibi cruentārur clypei? Illuſtrioris eſt in Pœno milite virtutis, ſi hoſtili ſanguine madens clypeus, quàm ſi perfoſſus oſtenretur. *Cruentatus* eſt index pugnæ cominus, & ferè victoriæ: *perfoſſus* plerumque pugnæ eminus, & propè victi. Et pretium fuerit addidiſſe τὸ *recens perfuſos*, præquàm *recens perfoſſos*. Et ſi diu ſeruentur cruentata arma.

Horatius: — *& arma.*

— *Nondum expiatis vncta cruoribus.* Lib. 2. Oda. 1.

Quid quòd Silius lib. 5. in laude Flamminij eſt his:

*Tum clypeum quatit, adſperſum quem cædibus olim*
*Celticus ornarat cruor*

Quo loco firmantur antegreſſa. Lib. 7.

— *intérque iacebat.*
*Capta manu ſpolia, & rorantia cæde Maraxes.*

Nec illud diſſimile:

*Aptat rorantes ſanguine criſtas*

Placuit tamen Heynſio *Perfoſſos*. Perfoſſum clypeum Λαισῆδα ἠμύλυγδον dicit Sophocles in Captiuis.

TYRRHENÆ CLANGORE TVBÆ. ] Satis plauſibilis coniectura eſt, fuiſſe Annibalis in auxiliis Etruſcos, in quibus æneatores. Nam apud Diodorum li. 19. Amilcari olim Cartaginiēſes in ſubſidiis dederunt ἐκ δὲ τῆς Τυρρηνίας μισθοφόρους χιλίους. *Ex Etruria mille cōductitios.* Verùm id quæſitius fortaſſe: Scito Tyrrhenos tubæ repertores, & eo tubā omnem Tyrrhenam dici. Idem Diodorus li. 5. Τήν τε σάλπιγγα ἐξεῦρον, εὐχρηστοτάτην μὲν εἰς τοὺς πολέμους, ἀπ' ἐκείνων δὲ ὀνομασθεῖσαν Τυρρηνήν. Sed cùm Tubarum non vnum ſit genus nec repertor vnus: ſcrutemur cuiuſmodi Tyrrhena. Euſtathius in Iliad. 6. Ἕκτη Τυρρηνική, ἧς εὑρεταὶ Τυρσηνοί, ὁμοία Φρυγίῳ αὐλῷ, τὸν κώδωνα κεκλασμένον ἔχουσα. λίαν ὀξύφωνος. ἧς καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Μαστιγοφόρῳ μέμνηται: *Sexta eſt Tyrrhena, cuius repertores Tyrrheni, Phrygiæ ſimilis tibiæ fractiore crepitu (... ræ Paphlagonica) perquā acuta* (cùm illa altera ſit Βαρύ...) *cuius & Sophocles in Maſtigophoro meminit.* Amplius, & adſtrictius, Tyrrhenus Atyos filius tubæ Tyrrhenæ repertor.

*Si nondum inſultat templorum protinus ignis*
*Culminibus, Latiæque valent ſuccurrere claſſes.*
*Talibus illacrymant noctémq;, diémq; querelis,*
*Donec Laurentes puppis defertur ad oras.*
*Quà pater acceptus Antenis ditior vndis,*
*In pontum flatuo deſcendit gurgite Tybris.*

Et nebvlosa ivgis attollere saxa Monoeci. ] Strabo li.4. Ὁ δὲ Μονοίκου λιμένος ὅρμος ἐστὶν οὐ μεγάλαις, οὐδὲ πολλαῖς ναυσὶν ἔχων ἱερὸν Ἡρακλέος Μονοίκου καλουμένου. *Monœci portus eſt non magnarum, aut multarum nauium, in quo templum eſt Herculis Monœci dicti.* Quòd his oris præſideret Hercules, *colles* dixit *Herculeos. Monœci* autem vocabulum inde eſt, quòd communem cellam cum alio Deo repudiauerit Hercules, eſſétque ex augurali diſciplina ſuã Deorum cuique ædem dicare. Conſtat è Val.Max.li.1.ca.1. vbi Pontifices ſtatuunt, ſiquid prodigii accidiſſet in cella duobus Diis conſecrata, non poſſe dignoſci, vtri rem diuinam fieri oporteat. Quare Marcellus ſeparatis ædibus virtutis, ac honoris ſimulacra locauit.

Thracivs hos Boreas scopvlos immitia regna Solvs habet. ] Non ſolus Boreas afflat hunc tractum, ſed ſolus regnat: & ſi alii venti cooriantur, ſine viribus ſunt. Vnde ſequitur:

*Haud vlli contrà fiducia ſurgere vento.*

Fruſtrà Scaliger Hypercritici c.6. oblatrauit huic loco.

Nvnc ipsas alis frangit. ] Baſ. ſimiliter, certiſſimè: τῷ *Frangit* enim vis ineſt, & Venus. Duo codices *Tangit*. οὐδαμινὸν πάνυ. Modius ſupponit *Plangit*. Agnoſco Virgilianam vocem, ſed amplector alteram valentiorem. Siquidem in Alpibus moles labefieri perquam vſitatum eſt, nec Silio incognitum, cui dictum priùs: — *Alpib. altis*

*Aëriæ rupes ſcopulorum parte reuulſa.*

Id priuſquam fiat, *frangitur* rupes. Poſteáque iterum dicet.

Iniecto condvntvr gvrgite montes. ] Boreæ flatu abducitur fluctus, & montis, vadorúmque ima nudantur. Vnde vehementer miratur Scaliger, quo id fiat modo. Fit, vt enudato fundo fluctus ipſi gurgitis in montes ſublatiſſimi eos operiant, condántque.

— *Sic iniecto conduntur gurgite montes.*

Nam *gurgite* aquas intellexit Silius, quę in eo. Temere profectò in Poëtam ſibi parum intellectum paſſim inuectus eſt latrator.

Si nondvm insvltat templorvm protinvs ignis Cvlminibvs. ] Modius è membranis: *Pœnicus*. Vis mutationem? dic *percitus* 19. dic *inſultans* 4 *perſurit* 19. Verùm intercedo cuiuis mutationi. Non quod *Pœnicus* diſconueniat: ſed quòd apta quoque ex *Protinus* ſurgat ſententia, Protinus enim hîc valet *continuè, iugiter*, vt Aen.3.

— *cùm protinus vtráque tellus*

*Vna foret.*

Vide Seruium. Ac ſi dicant legati: *Si nondum continuè ignis templa paſcitur.* En cauſa, cur pleno modio conuicia Modius admetiatur recipienti *Protinus*.

NONDVM .. TEMPLORVM ... CVLMINIBVS. ] Operta hæc non obuiam continent hiſtoriam: vt Annibal Dianeo pepercerit, videtur adumbrare Silius. Plin. lib. 26. c.4 *Et in Hiſpania Sagunthi aiunt templum Dianæ à Zacyntho aducta cum conditorib. anno ducenteſimo ante excidium Troiæ, vt auctor eſt Bochus, infráque opidum ipſum id haberi. Qui pepercit religione inductus Annibal, iuniperi trabibus etiamnunc durantibus.*

FLAVO DESCENDIT GVRGITE TYBRIS.] Olim *Albula*. Ouid.2.Faſt.

> *Albula, quem Tiberim merſus Tyberinus in vndis*
> *Reddidit.*

Euſtathius in Dionyſium. Aen.8.

> — *aſperq. immani corpore Tybris,*
> *A quo poſt Itali fluuium cognomine Tybrim*
> *Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen.*

Cur *flauo gurgite*? quia tales in eo arenæ. Ouid. Eleg.1.lib.5.Triſt.

> — *quot flauas Tybris arenas.*

*Hinc conſanguineæ ſubeunt iam mœnia Romæ.*
*Concilium vocat auguſtum, caſtáque beatos*
*Paupertate patres, ac nomina parta triumphis*
*Conſul: & æquantem ſuperos virtute Senatum:*
*Facta animoſa viros, & recti ſacra cupido*
*Attollunt, hirtæque comæ, neglectáque menſa,*
*Dexteráque à curuis capulo non ſegnis aratris,*
*Exiguo faciles, & opum non indiga corda,*
*Ad paruos curru remeabant ſæpè penates.*
*In foribus ſacris, primóque in limine templi*
*Captiui currus, belli decus, armáque rapta*
*Pugnantum ducibus, ſauæque in Marte ſecures,*
*Perfoſſi clypei, & ſeruantia tela cruorem,*
*Clauſtráque portarum pendent, hic Punica bella*
*Egatbis cernas. fuſáque per æquora claſſe*
*Exactam ponto Libyen teſtantia roſtra:*
*Hic galeæ Senonum. penſatique improbus auri*
*Arbiter enſis ineſt, gallisque ex arce fugatis*
*Arma reuertentis pompa geſtata Camilli:*
*Hic ſpolia Aeacidæ, hic Epirotica ſigna,*
*Et Ligurum horrenteſque comæ parmæque relata*
*Hiſpana de gente rudes, Alpináque geſa.*

NOMINA PARTA TRIVMPHIS.] Ecquæ illa? Nondum tunc Aſiatici, nondum Numantini, aut Africani. Per *triumphos* capio victorias, à quibus Capitolini, Torquati, Coruini cognomenta. Item victoriam, qua Camil-

*iectis inſignibus prælio excedere.* Florus lib.1.c.18. Hæc potuere eſſe ſpolia: ſed & illa, quæ Pyrrho caſtrís bis exutò capta. Vide extremum caput.

ET LIGVRVM HORRENTESQ. COMÆ.] Redolet alicuius doctoreculi gloſſema, *Que.*i. *Et.* Modius hoc in diuerſum: *Lego, vt manifeſtè legendum eſſe, inquir, libri, & res ipſa clamant: Et Ligurum horrentes comi.* Ain' verò Modi? cur iſta lectio culpabilis præſertim adiuta diſtinctione.

*— hic Epirotica ſigna,*
*Et Ligurum,*(ſigna) *horrenteſque comæ?*

PARMÆQ. RELATÆ HISPANA DE GENTE RVDES.] De Luſitanis Hiſpaniæ gente Strabo lib.3. Α'σπίδιον δ' αὐτοὺς δίπουν ἔχειν τὴν διάμετρον, κοῖλον εἰς τὸ πρόσθεν τελαμῶσιν ἐξηρτημένον. οὔτε γὰρ πόρπακας, οὔτ' ἀντιλαβὰς ἔχει, *Aſpide vtuntur parua, cuius diameter duûm pedum anterius, caua loris ſuſpenſa: non enim fibulas, aut anſas habet.* Verùm vbi Romani hactenus Hiſpanos debellarunt? Suſpicio eſt Hiſpanos fuiſſe in auxiliis Pœnorum primo Punico, deuictóſque in Sicilia. Inde potuere referri *parua rudes.* Vide ſis & illud de Romano:

*— quidquid diti deuexit Ibero.*

Quomodo *rudes*, ſi cauæ antrorſum, ſi neque fibulis, neque anſis adiutæ? Suſpicio eſt fuiſſe tectas corio ἀδεψήτῳ: niſi iis carere ſubſidiis eſt, *parmam* eſſe *rudem*, & erudito expertóue bellatori ſat commodam, quò inclino.

ALPINAQ. GESA] *Geſum* Gallici teli genus Liuio, Feſto, Nonio, Soſipatro. Videtur ſatis gracile fuiſſe: quia ferè geſtantibus in manu pluta. Varro: *Qui gladiis cincti ſine ſcuto cum binis gèſis eſſent.* Porro *geſa* illa aut Senonibus erepta in obſidione Capitolii, aut Celtis primo bello Punico, quos in Pœnorum caſtris ſtipendia feciſſe auctor eſt Appianus Libycis. Sed & Pœnis *geſa* tribuit Silius lib.2. vbi Pœnum paſtorem:

*— patrio de more ſequuntur*
*Geſáque, latratórque Gydon.*

Maronis imitamen in 8.

*— quo quiſque Alpina coruſcant*
*Geſa manu.*

*Sed poſtquam clades patefecit, & horrida bella*
*Orantum ſqualor, præſénſque aſtare Sagunthi*
*Ante oculos viſa eſt extrema precantis imago:*
*Tum ſenior mæſto Sycoris ſic incipit ore:*
*Sacrata gens clara fide, quam rite fatentur*
*Marte ſatam populi ferro parere coacti:*
*Ne crede emenſos leuia ob diſcrimina pontum.*
*Vidimus obſeſſam patriam, muróſque trementes:*
*Et quem inſana freta, aut cœtus genuere ferarum*
*Vidimus Hannibalem: procul his à mœnibus oro*
*Arcete ô Superi, noſtroque in Marte tenete*
*Fatiferæ iuuenem dextræ: qua mole ſonantes*
*Conicit ille trabes? & quantus creſcit in armis*

*Trans iuga Pyreneſ medium indignatus Iberum*
*Exciuit Calpen,& merſos Syrtis arenis*
*Molitur populos,maioráque mœnia quærit.*
*Spumeus hic medio qui ſurgit ab æquore fluctus*
*Si prohibere piget,veſtras effringet in vrbes.*
*An tanti pretium motus,ruptique per enſes*
*Fœderis,hoc iuueni iurata in bella ruenti*
*Creditis,vt ſtatuat ſuperata iura Saguntho?*
*Ocyus ite viri,& naſcentem extinguite flammam:*
*Ne ſeræ redeant poſt aucta pericula curæ.*
*Quanquam ô ſi nullus terror,non obruta iam nunc*
*Semina fumarent belli:veſtra ne Sagunthο*
*Spernendum conſanguineam protendere dextram?*
*Omnis Iber rapidis, omnis fera Gallia turmis*
*Omnis ab æſtifero ſitiens Libys imminet axe.*
*Vos per culta diu Rutulæ primordia gentis;*
*Laurentémque larem,& genitricis pignora Troiæ*
*Conſeruate pios,qui permutare coacti*
*Acryſioneis Tyrinthia culmina muris,*
*Vos etiam tandem Siculi contra arma tyranni*
*Iuuiſſe egregium: vos & Campana tueri*
*Mœnia,depulſo Samnitum robore,dignum*
*Sigeis duxiſtis auis: vetus incola Dauni*
*Teſtor vos fontes,& ſtagna arcana Numici.*
*Cùm felix nimium dimitteret Ardea pubem*
*Sacra,domúmque ferens & aui penetralia Turni,*
*Vltra Pyrenen Laurentia numina vexit.*
*Cur vt deciſa,atque auulſa è corpore membra*
*Deſpiciar,veſtérque luat cur fœdera ſanguis?*

SACRATA GENS CLARA FIDE.] Vide nobis enotata lib.3. ad illud:

—. *quæ priſca fides ſtat regia nobis.*

VOS PER CVLTA DIV RVTVLÆ PRIMORDIA GENTIS.] Pariſienſis editio: *Per vos.* Neque ſanè diſplicet. Apuleius: *Per ego te frugiferam tuam dexteram deprecor.* Curtius lib.4. *Per ego vos Deos patrios, æternúmque ignem, qui præfertur altaribus.* Ellipſis eſt τοῦ *Rogamus*, aut ſimilis. *Culta diu R. p. g.* ab Ardeatibus ſcilicet Saguntinorum patribus, qui templo Veneris, quod erat Latio commune, præfuerunt. Auctor Strabo lib.5. Ἔστι δὲ τὸ Λαουΐνιον ἔχον κοινὸν τῶν Λατίνων ἱερὸν Ἀφροδίτης· ἐπιμελοῦνται δ' αὐτοῦ διὰ προπόλων Ἀρδεᾶται. *Lauinij Veneris templum eſt, Latinorum commune: id curant qui ſe à maiorib. Ardeates adſerunt. Rutulæ gentis.* Liuii ſunt illa lib.1. *Ardeam Rutuli habebant.*

QVI PERMVTARE COACTI ACRISIONÆIS TIRYNTHIA CVLMINA TECTIS.] *Acriſionea culmina* pro *Ardea, à Danaë Perſei matre condita*, Plin. lib. 3. c. 5. quæ Acriſii filia, & Acriſione ab eo. *Tirynthia tecta* pro *Sagunthe*. Liuius: *Oriundi ab Zacyntho inſula dicuntur: mistique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis*. Aen. 7.

*— quam dicitur vrbem*
*Acriſionæis Danaë fundaſſe colonis,*

Ardeam. Solin c.8. Vnde ergo vocamen vrbi? ab Ardea etiam conditore, ita ponit de mente Xenagoræ Dionyſius lib. 1. Antiq. Rom.

VOS ETIAM TANDEM SICVLI CONTRA ARMA TYRANNI.] Hieronis, de quo Florus lib. 2. c. 2. *qui ſe prius victum, quàm hoſtem vidiſſet, faſſus eſt*. Meminit Polyenus lib 6. Epitoma lib. 16. Liuii. Polybius lib. 1. Baptiſta Pius c. 31. Poſt. Annot. repoſuerat olim: *Vos & Mamertem*. Hiſtoriæ ſanè congruenter: nam *Meſſana*, & *Mamertina* ciuitas lib. 4. in Verrem Ciceroni vna eadémque eſt: & Florus *Meſſanam* fœderatam Siciliæ ciuitatem queſtam eſſe, & Romanorum imploraſſe auxilia teſtis eſt. Sed ea coniectura alienior eſt à literarum veſtigiis. Modius auſpicibus membranis Colonienſibus reſcribi iubet: *Vos etiam Zanclen*. Diuinationis tam rectæ firmamenta peti poſſunt ex eius epiſtola 41. At quid agas? eandem correctionem ſuam facit Carrion lib. 2. Emend. c. 11. Addo *Meſſanam* dictam quoque *Zanclen*. Herodotus Polyhymnia de Cadmo: Κατίκοντο πόλιν Ζάγκλην τὴν εἰς Μεσσήνην μεταβαλοῦσαν τ' ὄνομα. *Zanclen ciuitatem, quæ poſt Meſſanæ nomen tenuit, Cadmus coluit*. Idem Straboni traditum lib. 6. Thucyd. lib. 6. Plin. lib. 3. c. 8. De Mamertinis non parcè Sex. Pompeius. Vide in lib. 14. de Meſſana

*—— Oſco memorabilis ortu.*

• VOS ET CAMPANA TVERI MOENIA DEPVLSO SAMNITVM ROBORE.] Mitto ambages. Adito ad Liuium lib. 7. 8. 9. 23. Dionyſium Halyc. Eclog. 1. Legationum.

DESPICIAT?] Nos Saguntinos. Niſi ſi appoſitius eſt, *Deſpiciar*, quod eſt nonnullis codicibus. *Deſpiciar* ego Saguntus, aut ego Sycoris Sagunthi orator.

VESTERQ. LVAT CVR FOEDERA SANGVIS.] Vt Romanis conſanguinei, non fœderati tantum ſint Sagunthini. per Ardeates fiet, qui ipſi Romanis iuncti ſanguine referente Xenagora Vlyſſis, & Circes tres fuiſſe natos Remum, Antiam, Ardeam, eoſque cognomines poſuiſſe ciuitates. Vide & ſuprà: *Vos per culta diu*

*Tandem vt finitæ voces (miſerabile viſu)*
*Affigunt proni ſqualentia corpora terræ.*
*Inde agitant conſulta patres: curáſque fatigant.*
*Lentulus vt cernens accenſa tecta Sagunthi,*
*Poſcendum pœna iuuenem, celeríque negantis*
*Exuri bello Carthaginis arua iubebat.*
*Aſt Fabius cauta ſpeculator mente futuri,*
*Nec lætus dubiis, paruiſque laceſſere Martem,*

*Et melior clauſo bellum producere ferro,*
*Prima ſuper tantis rebus penſanda: ducíſne*
*Cœperit arma furor, patres an ſigna moueri*
*Cenſuerint: mittíque viros qui exacta reportent.*
*Prouidus hæc, ritu vatis, fundebat ab alto*
*Pectore præmeditans Fabius ſurgentia bella.*
*Vt ſæpè è celſa grandæuus puppe magiſter*
*Proſpiciens ſignis venturum in carbaſa Corum,*
*Summo iamdudum ſubſtringit lintea malo.*
*Sed lacrymæ, atque ira mixtus dolor impulit omnis*
*Præcipitare latens fatum: lectíque ſenatu,*
*Qui ductorem adeant: ſi perſtet ſurdus in armis*
*Pactorum, vertant inde ad Cartaginis arces.*
*Nec diuûm oblitis indicere bella morentur.*

APPIGVNT PRONI SQALLENTIA CORPORA TERRÆ.] Gifanius in Lucretium faciliùs admiſerit *Adfligunt*, cui caſus grauioris ineſt ſignificatio. Verùm expenſum oportuit τὸ *Affigunt* iunctioris eſſe oſculationis, & morulæ longiuſculæ, quæ commiſerationi ciendæ accommodatiora: prolapſionem autem pene ſtupentum, aut exanimatorum. In rêbus autem arctis vſurpatum id non ſemel à legatis variarum gentium: Cartaginienſium apud Appianum Libycis: Ἔς τε γῆν σφᾶς ἐρρίπτουν, καὶ χερσί, καὶ κεφαλαῖς αὐτὴν ἔτυπτον. *Humi ſe abyciebant, quam manib. & capitibus quatiebant.* Locrenſium Liuii lib. 29. *Decem legati Locrenſium obſiti ſqualore, & ſordibus in comitio ſedentibus Coſſ. velamenta ſupplicum ramos oleæ (vt Græcis mos eſt) porrigentes ante tribunal cum flebili vociferatione humi procubuerunt.* Catanenſium Iuſtini lib. 4. alibi eos producemus. Vide & Polyb. lib. 15. vt Cartaginis legati, Romani quoque Concilii pedes ſunt exoſculati. Decebali legati Dionis Fragm. 52. Ἐκεῖνοί τε τὰ ὅπλα ῥίψαντες, καὶ ἑαυτοὺς εἰς τὴν γῆν καταβαλόντες ἐδεήθησαν τοῦ Τραϊανοῦ. Quinctius apud Ciceronem: *Quorum ſæpè, & diu ad pedes iacuit ſtratus.* Ante verſum hunc Carrion iſtum inicit lib. 2. Emendat.

*Summiſsi palmas lacerato tegmine veſtes*
*Affigunt.*

INDE AGITANT CONSVLTA PATRES.] Curtius lib. 7. *Singula animi conſulta penſando noctem extraxit.*

NEC LÆTVS DVBIIS, PARVISQ. LACESSERE MARTEM.] Modius è M. C. *Parcuſque.* Sed cur comiciorum omnes effudit habenas in Marſum? cur præmium inſcientię, ignorantiæ, ineptiarum illi ſtatutum it, quia *Paruiſq.* legit conſenſu codicum? An Modius tam dexter næuos, vt omnes è Silio abſterſerit? Certè aliter τὸ *Paruiſque* exponi non potuit, quàm à Marſo factum. Mart. Nutii editio, quod vitioſè nobis obtulerit, *perniſque* nobis quoque coniectandi anſam dedit. Lentus erat Fabius, & *Cunctator*: quare non ineptè legatur:

*Nec lætus dubiis, pernixque laceſſere Martem.*

Diuina-

Diuinationem adiuuat Horat.

*— & amata relinquere pernix.*

Haud ex edicto tamen id acceptum volo:nam ſi dicas: *Nec erat lætus dubiis, nec paruis* ex cauſis *laceſſere Martem,* Silii mentem ſis adſecutus.

---

## IN LIB. II.

# C. SILII ITALICI
## VIRI CONSVLARIS DE BELLO PVNICO SECVNDO
### *Claud. Dauſqueij Can. Tor.*
### COMMENTARIVS.

*Coeruleis prouecta vadis iam Dardana puppis*
*Triſtia magnanimi portabat iuſſa Senatus,*
*Primoréſq; patrum. Fabius Tirynthia proles*
*Tercentum memorabat auos, quos Turbine Martis*
*Abſtulit vna dies, cùm fors non æqua labori*
*Patritio Cremeræ maculauit ſanguine ripas.*
*Huic comes æquato ſociauit munere curas*
*Publicola, ingentis Voleſi Spartana propago.*
*Is cultam referens inſigni nomine plebem,*
*Auſonios atauo ducebat conſule faſces.*
*Hos vt depoſitis portum contingere velis*
*Allatum Annibali, conſultáque ferre Senatus,*
*Iam medio ſeram bello poſcentia pacem,*
*Ductoríſque ſimul conceptas fœdere pœnas,*
*Ocyus armatas paßim per littora turmas*
*Oſtentare iubet minitantia ſigna, recénsque*
*Perfuſos clypeos, & tela rubentia cæde.*
*Haud dictis nunc eſſe locum, ſtrepere omnia clamat*
*Tyrrhenæ clangore tubæ, gemitúq; cadentum.*
*Dum detur, relegant pontum, neu ſe addere clauſis*
*Feſtinet: notum quid cæde calentibus armis,*
*Quantum iræ liceat, motúſve quid audeat enſis.*
*Sic ducis affatu per inhoſpita littora pulſi,*
*Conuerſo Tyrios petierunt remige patres.*

FABIVS TIRYNTHIA PROLES. ] Faſtorum 2.

*Vt tamen Herculeæ ſupereſſent ſemina gentis,*
*Credibile eſt ipſos conſuluiſſe Deos.*

Iuuenalis Sat. 8.

— *Natus in Herculeo Fabius lare*

Lege ſis Plut.in Fabio, Feſtúmque voce *Fouij*.Hanc legationem Liuius li. 21.vult obitam à P. Valerio Flacco, & Q. Bebio Pamphilo: Præiuerat Liuio eadem nomina, M. Tullius Philippica quinta, niſi quod Tampilum nominat. Silius à Fabio, & Valerio Poplicola: Liuius porrò in ſecunda Romanorum legatione Fabium reponit.Sed eſto Fabius ſeu in primis,ſeu in ſecundis legatis, bene profectò ominata legatio pro muris Herculeis Sagunthi.

TER CENTVM MEMORABAT AVOS. ] Ouidius:

*Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes:*
*Ad bellum miſſos perdidit vna dies.*

Silius Ouidio ſcripſit longè conſultiùs. Nec enim credibile omnes prorſus Fabios cæſos vno duntaxat eximio,quod Ouidius accinit:

*Nam puer impubes, & adhuc non vtilis armis*
*Vnus de Fabia gente relictus erat.*

Et contentioſum finem cum Ouidio traxerunt Gell.l.17.c.21.Oroſ.l.2.c.5. Sex.Pompeius verbo *Numerius*, Seruius in illud, *Quo feſſum capitis Fabij*: Eutrop l.1.Plin.de Vir.Ill.Sed his,omnibuſque ſcriptoribus idem ſcribentibus vnum auſim Dionyſium opponere, qui hoc equidem loco Οἷος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.Nam indubitanter ex trecentis plures impuberes reliquerant domi filios, plures graues ætate parentes & bello immunes, plurib. erant fratres bello immaturi. Vnde verò emerſa ſit opinio de vnico ſuperſtite Fabio ad tationes ſuperas Dionyſius Halicarnaſſeus li.9. Antiq. Rom.dexterè aperit. Τὸ δὲ μηκέτι τῶν ἄλλων ἐπιφανῆ τινα, καὶ λαμπρὸν ἔξω τοῦ ἑνὸς τοῦδε ἀνδρὸς γενέσθαι, ταύτην παρέστησε τοῖς πολλοῖς τὴν δόξαν, ὅτι μόνος ἐκεῖνος ἐκ τῶν Φαβίων γένους λοιπὸς ἦν, οὐχ ὡς μηδενὸς ὄντος, ἀλλ' ὡς μηδενὸς ἐκείνοις ὁμοίου ἀρετῇ τεκμαιρόμενοι τὸ συγγενὲς, οὐ τῇ φύσει. *Quòd extra hunc vnum nullus illuſtris & clarus adoleuerit, apud multos inualuit opinio, quòd vnus ille ex Fabiorum genere reliquus fuerit, non quòd ſuperfuerit alius nullus, ſed quòd nullus illi par, cognationem virtute non ortu æſtimantes.* Ne verò putes improuidè Fabios in Martem ruiſſe, non ſoli trecenti fuere,ſed ampla clientela ſecuta eſt. Sex. Pompeius addit illis clientium millia quinque.

CREMERE MACVLAVIT SANGVINE RIPAS. ] Fuit & illud ſuperſtitioſæ Romanorum obſeruationis malè cedere conflictum poſt ſacrificium die poſtero celebratum, ſiue poſtridie Calendas, Nonas, Idus, cóque nomine ad Cremeram infeliciter à Romanis pugnatum. Legendus Macrobius l.1.Saturn.c.16.

POPLICOLA INGENTIS VOLESI SPARTANA PROPAGO. ] Ex eadem gente Valerium Voleſi filium ſcribit Liuius lib.2. Membranæ Col. *Folſci* deterrimè præferunt.Zozimus,nequid diſſimulem lib.2.Hiſt.*Voluſum* nominat,& ara Terentina.

P. VALESIVS VOLVSI. F. POPLICOLA. IGNIFERVM. CAM-

PVM DITI PATRI. ÆTERNAI. Q. PROSERPINAI CONSECRAVEI. LVDOS Q. EISDEM DIEIS POPVLI ROMANI SALVTIS. ERGO. FECEI Itē in marmorib. Capitolinis *Voluſus*, nō *Voleſus* ſcribitur. At cū Silio ac Liuio eſt è marmore fragmentū Romæ apud Maſſerios. P. VALESIVS. VOLESI. F. POPLICOLA.

IS CVLTAM REFERENS INSIGNI NOMINE PLEBEM. ] Dionyſ. Antiq. Rom. l. 5. refert faſcibus ademiſſe ſecures, & exinde extra vrbem duntaxat prælatas eſſe Coſſ. ſecures, atque leges tuliſſe, quarum altera magiſtratum quenquam capere vetuit iniuſſu populi, violant morte propoſita, & impunitate vindicanti: altera, vt ſiquis magiſtratus in ciuem capite, flagris, aut pecuniis paret animaduertere, prouocatio ſit ad populum: tùm addit ob hæc in pretio plebi fuiſſe Valerium, καὶ τίθενται αὐτῷ ἐπώνυμον Ποπλικόλαν. τοῦτο κατὰ τὴν ἑλληνικὴν διάλεκτον βούλεται δηλοῦν δημοκηδῆ. *Cognomentum illi imponunt* Poplicolæ *quod Græcorum dialecto ſignificare amat plebis curatorem.*

RECENSQVE PERFVSOS CLYPEOS. ] Rem gerit ipſe Silius hac facie verborū, non repræſentat tantùm. Eſto ſexcētis locis *clypeos perfoſſos* ponant Autores: an huc ideò infulciendū? Quid enim? nullibi cruentātur clypei? Illuſtrioris eſt in Pœno milite virtutis, ſi hoſtili ſanguine madens clypeus, quàm ſi perfoſſus oſtentetur. *Cruentatus* eſt index pugnæ cominus, & ferè victoriæ: *perfoſſus* plerumque pugnæ eminus, & propè victi. Et pretium fuerit addidiſſe τὸ *recens perfuſos*, præquàm *recens perfoſſos*. Et ſi diu ſeruentur cruentata arma.

Horatius: — *& arma,*

— *Nondum expiatis vncta cruoribus.* Lib. 2. Oda. 1.

Quid quòd Silius lib. 5. in laude Flamminij eſt his:

*Tum clypeum quatit, adſperſum quem cædibus olim*
*Celſisus ornarat cruor*

Quo loco firmantur antegreſſa. Lib. 7.

— *interque iacebat.*
*Capta manu ſpolia, & rorantia cæde Maraxes.*

Nec illud diſſimile:

*Aptat rorantes ſanguine criſtas*

Placuit tamen Heynſio *Perfoſſos*. Perfoſſum clypeum ἀσπίδα ἠμαγμένην dicit Sophocles in Captiuis.

TYRRHENÆ CLANGORE TVBÆ. ] Satis plauſibilis coniectura eſt, fuiſſe Annibalis in auxiliis Etruſcos, in quibus æneatores. Nam apud Diodorum li. 19. Amilcari olim Cartaginiēſes in ſubſidiis dederunt ἐκ τῆς Τυρρηνίας μισθοφόρους χιλίους. *Ex Etruria mille cōductitios.* Verùm id quæſitius fortaſſe. Scito Tyrrhenos tubæ repertores, & eo tubā omnem Tyrrhenam dici. Idem Diodorus li. 5. Τήν τε σάλπιγγα ἐξεῦρον, εὐχρηστοτάτην μὲν εἰς τοὺς πολέμους, ἀπ᾽ ἐκείνων δὲ ὀνομασθεῖσαν Τυρρηνήν. Sed cùm Tubarum non vnum ſit genus nec repertor vnus: ſcrutemur cuiuſmodi Tyrrhena. Euſtathius in Iliad. 6. Ἑκτη Τυρρηνική ἣς εὑρεταὶ Τυρσηνοὶ ὁμοία φρυγίῳ αὐλῷ, τὸ κώδωνα κεκλασμένον ἔχουσα. λίαν ὀξύφωνος, ἧς καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Μαστιγοφόρῳ μέμνηται: *Sexta eſt Tyrrhena, cuius repertores Tyrrheni, Phrygiæ ſimilis tibiæ, fractum recrepitu* (præ Paphlagonica) *perquā acuta* (cùm illa altera ſit βαρύφωνος) *cuius & Sophocles in Maſtigoph. ro meminit.* Amplius, & adſtrictius, Tyrrhenus Atyos filius tubæ Tyrrhenæ repertor.

Silius lib. 5.

*Iſque inſueta tuba monſtrauit murmura primus*

Adi Strabonem libi. 5.

*Hic alto Pœnus fundentem vela carinam*
*Inſequitur, verbis acuens trepidantia caſtra.*
*Noſtrum ferre caput parat illa per æquora puppis?*
*Heu cæcæ mentes, tumefactáque corda ſecundis.*
*Armatum Annibalem pœnæ petit impia tellus.*
*Ne depoſce, adero: dabitur tibi copia noſtri*
*Ante expectatum: portiſq;, ſociſq; timebis*
*Quæ nunc externos defendis Roma penates.*
*Tarpeios iterum ſcopulos, prœruptáq; ſaxa*
*Scandatis licet, & celſam migretis in arcem,*
*Nullo tam capti vitam penſabitis auro.*
*Incenſi dictis animi, & furor additus, armis.*
*Conditur extemplo telorum nubibus æther,*
*Et denſa reſonant ſaxorum grandine turres.*
*Ardor agit prouecta queat dum cernere muros,*
*Inque oculis profugæ Martem exercere carinæ.*
*Ipſe autem incenſas promiſſa piacula turmas*
*Flagitat inſignis nudato vulnere ductor:*
*Ac repetens quæſtus furibundo perſonat ore,*
*Poſcimur ô ſocij, Fabiúſq; è puppe catenas*
*Oſtentat, dominiq; vocat nos ira Senatus.*
*Si tædet cœpti. culpandáue mouimus arma,*
*Auſoniam ponto propere reuocate carinam.*
*Nil moror: en vincla lacerandum tradite dextra.*
*Nam cur Eoi deductus origine Beli.*
*Tot Libyæ populis, tot circunfuſus Iberis*
*Seruitium perferre negem? Rhœteius imò*
*Imperet æternum, & populis, ſediſq; propaget*
*Signa ferox nos iuſſa virûm, nutúſque tremamus.*
*Effundunt gemitus, atque omnia triſtia vertunt*
*In ſtirpem Aeneadum, ac ſtimulant clamoribus iras.*

INSEQVITVR VERBIS ACVENS TREPIDANTIA CASTRA ] Carrion, & Modius è membranis Coloniensibus verſu hoc exturbato reponunt:

*Inceſſens dextra, Noſtrum, prô Iupiter! inquit.*

Appoſitè profectò nec ideo tamen verſus alter ille eliminandus. Cur *trepident* caſtra, dicam. Miles Annibalis iuſſus arma minaretur, an etiam irru-

eret, dubitauit: *trepidādi* voce id expreſſum. Nec diſſimiliter Horatius vſus eſt non ſemel.

TARPEIOS ITERVM SCOPVLOS.] Vt olim bello Gallico. Pernotuit.

PROVECTA QVEAT DVM CERNERE MVROS.] Locus defectior ſimilem ſententiam poſtulat:

*— prouectis queat dum cernere muros*
*Nauis: feſtinántque ruúntque ante ora ſuorum,*
*Inque oculis profugæ Martem exercere carinæ.*

NVDATO VVLNERE DVCTOR.] Vide illud lib. 1.

*— vibrantis lancea belli.*

DOMINIQ. VOCAT NOS IRA SENATVS.] Polyb. lib. 4. & 3. Μετὰ τὴν τῆς Ζακανθαίων (Sagunthi) πόλεως ἅλωσιν παραγίγνεσθαι τοὺς Ῥωμαίους οἰομένους δεῖν ἢ τὸν Ἀννίβαν ἐκδιδόναι σφίσι τοὺς Καρχηδονίους ἢ τὸν πόλεμον ἀναλαμβάνειν. *A Sagunthο capta Romani aduenêre, rati oportere & aut Annibalē ſibi dedi à Cartaginienſib. aut bellū reſumere.*

SEDISQ. PROPAGET SIGNA FEROX.] Colonienſes membranæ rectiꝰ: *Seclíſque*: Eædem: *tegna* pro *ſigna*.

OMNIA TRISTIA VERTVNT.] Scribo *Omnia*, de Annibalis ore excepta.

*Diſcinctos inter Libycos, populóſque bilingues*
*Marmaricus audax in bella Oenotria ſignis*
*Venerat Haſbitæ proles Garamantis Hyarbæ.*
*Ammone hic genitus Phorcynidos antra Meduſæ*
*Cinyphiúmq; Macen, & iniquo è ſole calentes*
*Battiadas, late imperio, ſceptríſque regebat:*
*Cui patrius Naſamon æternúmq; arida Barce,*
*Cui nemora Autololûm, atq; infidæ littora ſyrtis*
*Parebant, nulláq; leuis Getulus habena.*
*Atq; is fundarat thalamos Tritonide nympha:*
*Vnde genus, proauúmq; Iouem regina ferebat,*
*Et ſua fatidico repetebat nomina luco.*
*Hæc ignara viri, vacuóque aſſueta cubili,*
*Venatu, & ſyluis primos aſſueuerat annos:*
*Non calathis mollita manus, operatáve fuſo,*
*Dictynnam, & ſaltus, & anhelum impellere planta*
*Cornipedem, ac ſtrauiſſe feras immitis amabat.*
*Quales Threiciæ Rhodopen, Pangæaque luſtrant*
*Saxoſis nemora alta iugis, curſúque fatigant*
*Hebrum, innuptæ manus ſpreti Ciconéſque, Getæque,*
*Et Rhæſi domus, & lunatis Biſtones armis.*
*Ergo habitu inſignis patrio, religata fluentem*
*Heſperidum crinem dono, dextrumque feroci*
*Nuda latus Marti, ac fulgenti tegmine lunam*

*Thermodoontiaca munita in prælia pelta,*
*Fumantem rapidus quatiebat curſibus axem.*
*Pars comitum biiugo curru, pars cætera dorſo*
*Fertur equi, nec non Veneris iam fœdera paſſæ*
*Reginam cingunt: ſed virgine denſior ala eſt.*
*Ipſa autem gregibus per longa mapalia lectos*
*Ante aciem oſtentabat equos: tumulóque propinquo*
*Dum ſequitur gyris campum, vibrata per auras*
*Spicula contorquens ſumma ponebat in arce.*
*Hanc haſta toties intrantem mœnia, Mopſus*
*Non tulit, & celſis ſenior Gortynia muris*
*Tela ſonante fugat neruo, liquidáſque per auras*
*Dirigit aligero lethalia vulnera ferro.*
*Creſcerat ariſonis Curetum aduectus ab antris*
*Dictæos agitare puer leuioribus annis*
*Pennata ſaltus aſſuetus arundine Mopſus:*
*Ille vagam cælo demiſit ſæpe volucrem,*
*Ille procul campo linquentem retia ceruum*
*Vulnere ſiſtebat, ruerétque inopina ſub ictu*
*Ante fera incauto, quàm ſibila poneret arcus,*
*Nec ſe tum pharetra iactauit iuſtius vlla,*
*Eous quanquam certet Gortyna ſagittis.*
*Verum vt opum leuior, venatu extendere vitam*
*Abnuit, atque arctæ res exegere per æquor,*
*Coniuge cum Meroë, natiſque inglorius hoſpes*
*Intrarat miſeram fato ducente Saguntum.*
*Corythi fratrum ex humeris, calamique paterni*
*Pendebant, volucérque chalybs Minoia tela*
*Hic medius iuuenum Maſſylæ gentis in agmen*
*Crebra Cydonæo fundebat ſpicula cornu.*
*Iam Grauium, audacemq; Tyrum, paritérq. ruenteis*
*Giſconem, leuémque Bagam, indignúmque ſagittæ*
*Impubem malas tam certæ occurrere Lixum*
*Fuderat, & plena tractabat bella pharetra.*
*Tum vultum intendens, telúmque in virginis ora*
*Deſertum non grata Iouem per vota vocabat.*
*Nanque vt ſtriferos conuerti proſpicit arcus,*
*Oppoſito procul inſidiis Naſomonia Sarpe*
*Corpore, præripuit lethum, calamúmque volantem*

*Dum clamat, patulo excipiens tranſmiſit hiatu,*
*Et primæ ferrum à tergo videre ſorores.*
*At comitis caſum frendens labentia virgo*
*Membra leuat, paruáque oculos iam luce natantes*
*Irrorat lachrymis, totiſque adnixa doloris*
*Viribus, intorquet lethalem in mœnia cornum.*
*Illa volans humerum rapido tranſuerberat ictu*
*Conantis Dorilæ: iunctis iam cornibus arcus*
*Et ducti ſpatium nerui complente ſagitta,*
*Excutere in ventos reſoluto pollice ferrum.*
*Tum ſubitum in vulnus præceps deuoluitur altis*
*Aggeribus muri: iuxtáque cadentia membra*
*Effuſi verſa calami fulſere pharetra.*

DISCINCTOS INTER LIBYCOS.] Aen. 8.

—— *diſcinctos Mulciber Afros.*

Et Silius lib. 3. d. Cartaginienſibus:

—— *ſinúſque*

*Cingere inaſſuetum.*

Notat Silius, quòd alienum à Romanis, & nefas diſcingi. Xiphilinus in Nerone: Παρηνόμει ὁ Νέρων ἀζώστους χιτῶνας ἐν τῷ δημοσίῳ ἐνδυόμενος: *Indutu veſtis incinctæ per publicum Nero legem præuaricabatur.* Et vulgo Cæſar, dum puer malè præcingeretur, fuit irriſui, Suet. Macrob. alii.

PHORCYNIDOS ANTRA MEDVSÆ.] Vbi antra hæc? Lucanus aperiet lib. 9.

*Finibus extremis Libyes, vbi feruida tellus*
*Accipit Oceanum demiſſo Sole calentem,*
*Squallebant latè Phorcynidos antra Meduſæ.*

PHORCYNIDOS: quia Meduſæ pater Phorcus, ſeu Phorcys. Apollodotus libro ſecundo, Emro, Pemphredo, & Dino (quibus tribus Dens vnicus communis, oculúſq. vnicus) Meduſæ ſorores, Phorci filias nominat.

MARMARICIS ... MACÆN ... NASAMON.] Diodorus Siculus lib. 3. Τὰ περὶ τὴν Κυρήνην, καὶ τὰς Σύρτεις, ἔτι δὲ τὴν μεσόγειον τῆς κατὰ τοὺς τόπους τούτους χώρας κατοικεῖ τέτταρα γένη Λιβύων. ὧν οἱ μὲν ὀνομαζόμενοι Νασαμῶνες νέμονται τὰ νεύοντα μέρη πρὸς Νότον, οἱ δ' Αὐχῖσαι τὰ πρὸς τὴν δύσιν. οἱ δὲ Μαρμαρίδαι κατοικοῦσι τὴν μεταξὺ ταινίαν Αἰγύπτου, καὶ Κυρήνης μετέχοντες καὶ τῆς παραλίου. Οἱ δὲ Μάκαι πολυανθρωπίᾳ τῶν ὁμοεθνῶν περιέχοντες νέμονται τοὺς τόπους τοὺς περὶ τὴν Σύρτιν. *Cyrenen, & Syrtes, & ſpatia illic mediterranea habent, quatuor Afrorum genera. Naſamones qui vocantur partes ad Auſtrum colunt: Anchiſæ verſus Occidentem: Marmaridæ longos inter Cyrenen, & Aegyptium tractus ad maris vſque litora frequentant: Macæ cognatorum gentium populoſiſſimi vicina Syrtib. accolunt.*

CINYPHIVMQ. MACEN.] Hercule Oeteo Seneca *fontem Cinyphium* reponit ſub axe Libyco. Strabo lib. 17. citra Garamantas locat *Cynuphum* flu-

uium. Scylax Caryandenus in Periplo: Ἔξω τῆς Σύρτιδός ἐστι χωρίον καλὸν, καὶ πόλις, ᾗ ὄνομα Κίνυψ, ἔστι δὲ ἔρημος. Ἀπὸ δὲ νέας πόλεως ἀπέχει στάδια π πάντη. ἐπ' αὐτὸν δὲ ἐστι ποταμὸς Κίνυψ, καὶ νῆσος ὑπάγει πρὸς τὸν ποταμόν. *Vltra Syrtim locus est inſignis, & ciuitas, cui nomen Cynips. Eſt autem deſerta, abéſtque ab Vrbe noua ſtadia omnino octoginta. Ibidem eſt flumen Cynips, & inſula.* &c. Præceſſerat: παρὰ δὲ τὴν Σύρτιν μέχρι τοῦ στόματος τῆς Σύρτιδος Μάκαι χειμάζουσιν ἐπὶ θαλάττῃ. *Ad Syrtim ad os vſque Syrtidos Macæ iactantur in mari.* Hoc in loco laudati hirci, quorum pilus conficiendis vdonibus adhibitus, quo de docta eſt Turnebi nota aduerſus li. 1. c. 13. Ex eodem pilo cilicia caſtrenſia texebantur antiquitus. Georg. 3.

*— barbas, incanáque menta*

*Cinyphii tondent hirci, ſetáſque comantes*

*Vſum in caſtrorum, & miſeris velamina nautis.*

Similiter & Silio lib. 3.

*— humeróſque tegunt velamina capri*

*Setigeri.*

Videri poſſit & Martialis lib. 7. Ep. 94.

INIQVO E SOLE CALENTES.] Quidam codices præpoſitura deſtituuntur. vtrumuis ἀμφότερον.

ÆTERNVMQ. ARIDA BARCE.] In poſitu Barces Scylacem Caryandenum ſecutus videtur Silius, dum ſtatim Heſperidum meminit. Sic ille in Periplo: Ἐκ δὲ λιμένος τοῦ κατὰ Βάρκην ἐφ' Ἑσπερίδας στάδια χκ. *A Barcino litore aduſque Heſperidas mille ac viginti ſtadia.* Arida li. 3.

*— Barce ſitientibus arida venis.*

Fuit & alia Barce Alexandri M. monumentum, Iuſtin. lib. 12.

INFIDÆ LITORA SYRTIS.] *Infida*, quà naufragiis infamata eſt, quà latrociniis.

NVLLAQ. LEVIS GÆTVLVS HABENA.] Vt equos regant, ad librum primum prænotatum eſt.

HEBRVM INNVPTA MANVS, CICONESQ. GERÆQ.] Exemplaria altera: *Getaq.* cui lectioni fauet vox prima carminis: nec interim mihi *Geræ* neſcii.

RELIGATA FLVENTEM HESPERIDVM CRINEM DONO.] *Religata* rediminiculo aureo à nymphis Heſperidib. accepto. Heynſius ſupponit *Nodo.* Quaſi verò aut Haſbitæ crinem nodarint Heſperides, aut Heſperidum crinem ſibi illam impoſuiſſe dicat Poëta. Heſperides autem fuere Aegle, Erythia, Heſtia, Arethuſa: Apollodorus lib. 2.

THERMODONTIACA.] Omnes Silii codices, quos equidem viderim, omnibus ſcriptorib. Græcis aduerſantur: illi geminant o in prolata voce, hi ſimplum volunt; itaque ſcribi neceſſarium.

VERVM VT OPVM LEVIOR.] Aen. 2. Sinon:

*pauper in arma pater primis huc miſit ab annis.*

OCCVRRERE LIXVM.] Codex vnus *Liſſum.* Solemne Silio patria nomina gentilibus, & familiaribus ſubſtituere. Idcóque hoc poſterius non abhorreo: eſt enim Liſſus Illyrii vrbs teſte Liuio: *Rex Liſſi Gentius erat.* Arctiùs tamen amplector: *Lixum*, quia & *Lixus* Africæ vrbs (vide l. 3.) hîc autem Afri cæduntur. Eadem ex cauſa verſu paullùm priore ἀκριβῶς retineo, *Iam Granium, audacémque Tyrum* ſpreto *Garanium.*

VOLV-

VOLVCERQ. CHALYBS MINOIA TELA.] *Cretenſes ſagittæ. Sagittariam* docuiſſe *Cretenſes* docet Diodorus. Iſidorus: *Sagittis primùm Cretenſes vſi.* Soli. c.16. *Prima* (Crete) *mari potuit, nauib. & ſagittis.* Plinius tamen lib.7.c.56. de Scythe Iouis F. qui *primus arcus, ſagittarumq. vſum reperiſſe dicitur.*

DESERTVM NON GRATA IOVEM.] *Deſertum*, cùm *eriſonis Curetum* diſcederet *oris*: illæ enim Iouis altrices. Ouidius:

*Cretes nutrito terra ſuperba Ioue.*

Alioquin quem Deum deſeruerit, aut minus officioſè coluerit, non prudenter quis in vota vocet.

NASAMONIA SARPE.] Ad oram neſcio qua exaratum manu: *Naſamonias Harpe.* Coniectura non horrenda.

EFFVSI VERSA CALAMI FVLSERE PHARETRA.] Graphicè. Radiorum, & acuminis laeuor fulgorem dedit, *calamis iam effuſis.* Quorſum *Fluxere* nituntur reponere? Primore verbo *Effuſi* hoc non ſufficienter deſignatur?

*Exclamat paribus frater vicinus in armis*
*Icarus, vlciſciq; parat lachrymabile fatum:*
*Atque illum raptim promentem in prælia telum*
*Annibal excuſſi præuertit turbine ſaxi.*
*Labuntur gelido torpentia frigore membra,*
*Deficiénſque manus pharetra ſua tela remiſit.*
*At pater è gemino natorum funere Mopſus*
*Correptos arcus ter mæſta mouit ab ira:*
*Ter cecidit dextra: & notas dolor abſtulit artes.*
*Pœnitet heu ſero dulceis liquiſſe penates,*
*Arreptóque auide quo concidis Icare ſaxo,*
*Poſtquam æuum ſenior, percuſſáque pectora fruſtra*
*Sentit, & vt tantos compeſcat morte dolores*
*Nil opis in dextra, vaſtæ ſe culmine turris*
*Præcipitem iacit, & delapſus pondere prono*
*Membra ſuper nati moribundos explicat artus.*
*Dum cadit externo Gortynius aduena bello,*
*Iam noua molitus ſtimulato milite Teron*
*Alcidæ templi cuſtos, aræque ſacerdos,*
*Non expectatum Tyriis effuderat agmen,*
*Et fera miſcebat reſerata prælia porta.*
*Atque illi non haſta manu, non vertice caſsis,*
*Sed fiſus latis humeris, & mole iuuentæ*
*Agmina vaſtabat claua: nil indigus enſis.*
*Exuuiæ capiti impoſitæ, tegménque leonis,*
*Terribilem attollunt excelſo vertice rictum.*
*Centum angues idem cælatum inſigne gerebat*

*In clypeo,& ſectu geminam ſerpentibus hydram.*
*Ille Iubam,Tapſúmque patrem, clarúmque Micipſam.*
*Nomine aui,Maurúmque Sacen,à mœnibus actos,*
*Palantéſque fuga præceps ad littora curſu*
*Egerat,atque vna ſpumabant æquora dextra.*
*Nec contentus Idi letho,lethóque Cothonis*
*Marmaridæ,nec cæde Rothi,nec cæde Iugurthæ,*
*Haſbites currum,& radiantis tegmina læuæ*
*Poſcebat votis,gemmatáque lumina peltæ,*
*Atque in belligera verſabat virgine mentem.*
*Quem ruere vt telo vidit regina cruento,*
*Obliquos detorquet equos,læuúmque per orbem*
*Fallaci gyro campum ſecat,ac velut ales*
*Auerſo rapitur ſinuata per æquora curru.*
*Dumq; ea ſe ex oculis aufert,atque ocyus Euro*
*Incita pulueream campo trahit vngula nubem,*
*Aduerſum late ſtridens rota proterit agmen,*
*Ingerit & crebras virgo trepidantibus haſtas.*
*Hic cecidere Lycus,Thamyriſque,& nobile nomen*
*Eurydamas,clari deductum ſtirpe parentis:*
*Qui thalamos auſus quondam ſperare ſuperbos,*
*(Heu demens) Ithacique thorum:ſed enim arte pudica*
*Fallacis toties reuoluto ſtamine telæ*
*Deceptus,merſum pelago iactarat Vlyſſem.*
*Aſt Ithacus verò ficta pro morte loquacem*
*Affecit letho,tædæque ad funera verſæ.*

IVNCTIS IAM CORNIB. ARCVS, ET DVCTI SPATIVM NERVI COMPLENTE SAGITTA.] *Educti*, Modius. At vulgatam lectionem ſibi non patitur eripi ſanè intellecta ſententia. Arcu circumflexo (Poëta

*—— iunctis iam cornibus arcus*)

& neruo intento(*Et ducti ſpatium nerui complente ſagitta*)parat excutere ferrum,ſeu ferratam ſagittam Dorylas. Vocat autem Silius (*ſpatium arcus*,& *ducti nerui*,ſpatium,quod ſagitta compleuerat: vnde & ſagittæ longitudo, & vis inſinuatur aliqua. Deſcriptionem hanc ſagittam mittentis Dorylæ hauſit Silius ex Æneide 11. vbi Aruntem traiicit Camilla. Iuuerit protuliſſe:

*— aurata volucrem Threiſſa ſagittam .*
*Depromſit pharetra,cornúque infenſa tetendit,*
*Et duxit longè*(non *Eduxit*)*donec curuata coirent*
*Inter ſe capita,& manib.iam tangeret æquis:*
*Læua aciem ferri,dextra, neruóque pupillam.*

Deinde neceſſarium huic orationi vinculum?

*—— iunctis iam cornibus arcus*

*Et ductis ſpatium nerui complente ſagitta.*

Neceſſarium? *νὴ μὰ τὰς Μούσας πᾶσαν ἀνάγκην.* Arte ſic arcum intendi, & ad mammam applicandi docet Ammianus Marcellinus lib. 25. *Juxtáque ſagittarij tendebant diuaricatis tibiis flexiles arcus, vt nerui mammas perſtringerent dextra* Ni copula foret neceſſaria, placere potuiſſet *Adductis* ex Ouidio:

*Viderat adducto tendentem cornua neruo.* Quorſum?

EFFVSI VERSA CALAMI FVLSERE PHARETRA. ] Diſertiſſimè! Laenor radiorum, & acuminis fulgorem dedit, *calamis iam effuſis.* Quorſum *Flexere* reſcriptum volunt?

STIMVLATO MILITE TERON. ] Apud Maronem lib. 12. Apertiùs ſcribitur T*heron.* Apud Macrobium ſimiliter lib. 1. Sat. c. 20. iſq; vbi citerioris Hiſpaniæ rex eſt. Circumſpectè Silius nomina ſueuit affingere; & ferè ex hiſtoria quæſita. Sic paullò ante *Icarum* Gortynium facit: quòd, vti opinor, in Creta Icarus exilium tulerit cum parente Dædalo, auctor Diodorus lib. 4. Bibl. Item mox Iugurtha cæditur.

MAVRVMQ. SACEN. ] Hiſtoriæ veteres Sacas Scythis propinquant, & Aſiæ donant. Quare lubentiùs legerim *Maurumq. Macen*; de Macis ſupra ex Diodoro, & Scylace Caryandeno.

GEMMATAQVE LVMINA PELTÆ. ] Aut gemmas intelligit in peltæ margine compoſitas, aut ipſius peltæ, ex auro vmbilicum, argentóve, cui deinde inſecta gemma. Vmbilici ſiquidem ex ea materia tibi cudit Euſtathius in Il. Z. *Ἀμφαλόεσσα δὲ καὶ νῦν ἀσπὶς ἡ ἔχουσα μέσον αὐτῆς ὀμφαλὸν, ὅς ἐστι κάλλος. ὑπερανεστηκὸς ἐπίπεδον συγκεκροτημένον ἐκ τινος ὕλης στερεᾶς. ἐν ἀσπίσι μὲν χαλκαῖς ἢ ἀργυρέαις ἢ καὶ χρυσαῖς. Clypeum vmbilicatum hoc etiam loco illud eſt, cuius in medio vmbilicus, qui eſt ornamentum ſupereminens, adſcilicium, è ſolida quapiam materia compoſitum. In clypeis ex ære, argento, auro.* Sic hoc ipſo libro:

*At ſimul æratis radiauit luminis vmbo.*

quia enim facies clypeorum terſa, inde læuor, inde lux. Eo factum Argolico vt clypeo Polyphemi lumen adſimularit Maro, nec ſoli vaſtitati oculi data comparatio. De gemma Ouid. li. 3. de Ponto Eleg. 4

*Scuta ſed & galeæ gemmis radientur, & auro.*

Propert. lib. 4. Eleg. 11.

*Picta nec inducto fulgebat parma pyropo.*

Capitolinus autor eſt Maximinum *clypeo gemmato* vſum.

EVRYDAMAS... SPERARE... ITHACI TORVM. ] Fuit hic, opinor, è ſtirpe Eurymachi, qui Penelopes procis ab Homero non ſemel annumeratur, luculentius autem Od. lib. 15. vbi Penelope nuptiis audentiùs inhiabat cæteris procis:

*Ἤδη γὰρ ῥα πατήρ τε, κασίγνητοί τε κέλονται*
*Εὐρυμάχῳ γήμασθαι. ὁ γὰρ περιβάλλει ἅπαντας*
*Μνηστῆρας δώροισι, καὶ ἐξώφελλεν ἔεδνα.*
*Cognatique iubent, & qui genuere parentes.*
*Nubat vt Eurymacho: reliquos namque anteit vnus*
*Ille procos donis dotaliáque auget abunde.*

Et ab Ouidio epiſtola Penelopes:

*Quid ſibi Piſandrum, Polybúmque Medontáque durum,*
*Eurymachíque auidas, Antinoíq; manus?*

TÆDÆQVE AD FVNERA VERSÆ. ] Nuptiales faces ſepulcralibus mutatæ. Sic Propertius Corneliæ tribuit. Eleg. vltima:

*Viximus inſignes inter vtramque facem.*

Seneca lib. 6. Decl. 6. *Verſæ ſunt in exſequias nuptiæ, genialíſque lectus mutatus eſt in funebrem. Subiecta ſunt ergo infelices faces.* Infortunatū igitur, ſi fax nuptialis verteretur in vſum funeris. nec fas. Iuſtinus lib. 2. *Nonnulli facem nuptiis filiæ accenſam, rogo patris ſubditam dolebant.* Ouid. 2. Faſtor.

*Conde tuas Hymenæe faces, & ab ignibus atris.*
*Aufer, habent alias mœſta ſepulcra faces.*

Item Hipſipyle ad Iaſonem.

*Gens extrema viri campis deletur Iberis,*
*Eurydamas Nomados dextra: ſuper inſtrepit acer*
*Et ſeruat curſum perfractis oſſibus axis.*
*Iámq; aderat remeans virgo, inter prælia, poſtquam*
*Diſtringi Terona videt, ſæuámque bipennem*
*Perlibrans mediæ frontis, ſpolium inde ſuperbum,*
*Herculeáſque ſibi exuuias Dictynna vouebat.*
*Nec ſegnis Teron tantæ ſpe laudis, in ipſos*
*Aduerſus conſurgit equos, villoſáque fului*
*Ingerit obiectans trepidantibus ora leonis.*
*Attoniti terrore nouo, rictúq; minaci*
*Quadrupedes, iactant reſupino pondere currum.*
*Tum læuu Hasbyten conantem linquere pugnas,*
*Occupat, incuſſa gemina inter tempora claua,*
*Feruenteiſque rotas, turbatáq; frena pauore*
*Diſiecto ſparſit colliſa per oſſa cerebro.*
*At rapta properans cædem oſtentare bipenni,*
*Amputat è curru reuoluta virginis ora.*
*Nec dum iræ poſitæ. celſa nam figitur haſta*
*Spectandum caput. id geſtent ante agmina Pœnûm*
*Imperat, & properè currus ad mœnia vertant.*
*Hæc cæcus fati, diuúmque abeunte fauore*
*Vicino Teron edebat prælia letho.*
*Nanque ad rat toto ore ferens iráſque, mináſque*
*Annibal, & cæſam Hasbyten, fixíque trophæum*
*Infandum capitis, furtata mente dolebat.*
*At ſimul æratis radiauit luminis vmbo,*
*Et concuſſa procul membris velocibus arma*

*Lethiferum intonuere, fugam percuſſa repente*
*Ad muros trepido conuertunt agmina curſu.*
*Sicut agit leuibus per ſera crepuſcula pennis*
*E paſtu volucres ad nota cubilia Veſper.*
*Aut vbi Cecropius formidine nubis aquoſæ*
*Sparſa ſuper flores examina tollit Hymettos,*
*Ad dulceis ceras, & odori corticis antra*
*Mellis apes grauidæ properant, denſoque volatu*
*Raucum connexæ glomerant ad limina murmur.*
*Præcipitat metus attonitos, cæciq; feruntur.*
*Heu blandum cæli lumen, tantóne cauetur*
*Mors reditura metu? naſcentiq; addita fata?*
*Auxilium clamant, portis, atque aggere tuto*
*Erupiſſe gemunt: retinet vix agmina Teron:*
*Interdúmque manu, interdum clamore, minisque*
*State viri: meus ille hoſtis. mihi gloria magna,*
*State, venit pugnæ muro, tectiſq; Sagunthi*
*Hac abigam Pœnos dextra ſpectacula tantùm*
*Eſte viri: vel ſi cunctos metus acer in vrbem*
*(Heu deforme) rapit, ſoli mihi claudite portas.*
*At Pœnus rapido præceps ad mœnia curſu,*
*Dum pauitant trepidi rerum, feſſiq; ſalutis,*
*Tendebat: ſtat primum vrbem, muróſq; patenteis*
*Poſtpoſita cæde, & dilata inuadere pugna.*
*Id poſtquam* Herculeæ *cuſtos videt impiger aræ,*
*Emicat, & velox formidine præuenit hoſtem.*

MELLIS APES GRAVIDÆ. ] Non autem grauidus mellis eſt apibus vterculus: ſed oſculum, ſeu potius lingula. Ariſtoteles de Hiſt. Animalium lib. 5. *Τούτων τὸ ὅμοιον τῇ γλώττῃ ἀναλαμβάνουσαι κομίζει.* Vbi primùm reſcribo τὸ ὅμοιον: tum reddo, *Ex his* (floribus varijs, quos inſederint, quos delibauerint) *quod ſimile* dulcedine) *lingua receptum eorum deſert.* Sed an apicula collectum mel defert duntaxat, nec etiam conficit virtute ſibi congenita? Negat Ariſtoteles, & ſententiam duobus fulcit. Audiamus: *Ἓν δὲ τῶν αἰτίων τὸ μέλι ὅτι οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ φέρει πλεῖστον μόνον, σημεῖον. ἐν μιᾷ γὰρ, ἢ ἐν δυσὶν ἡμέραις πλήρη ἀνευρίσκουσι τὰ σμήνη οἱ μελιττουργοὶ μέλιτος,* *Vno enim, alteróve die aluearia melle ſcatentia comperiunt apiarij.* Alterum Philoſopho argumētum eſt: *Ἔτι δὲ τοῦ μετοπώρου ἄνθη γίνεται μὲν, μέλι δ' οὔ, ὅταν ἀφαιρεθῇ. ἀφαιρεθέντος οὖν ἤδη γινομένου τοῦ μέλιτος, καὶ τροφῆς οὐκ ἐνούσης ἢ σπανίας, ἐνῆν ἂν αὐταῖς εἴπερ ἐποίουν ἐκ τῶν ἀνθῶν,* hoc eſt: *Item cùm per auctumnum flores ſuppetant, non autem mel, quòd abſtulerunt collectores: cum iam cibum aut nullum habeant, aut præparcè, reficeretur mel, ſi ex floribus ipſæmet facerent.* Explebo: Cur igitur, inquam, è floribus mel non pergunt exſugere? cur in cellas non re-

digunt: quia etiã flores tunc ſuppetunt, marceſcunt tamen, illáque florum medulla, quæ melli componendo facit autumni malignitate detrita, & vitiata, minimè ab apibus cum fructu legi poteſt. Quam Ariſtotelis ſententiam vnius Macrobii viribus diſiicerem, ni eam alia, quam mox dabo, adſereret experientia. Macrobius lib. 1. Satur. hæc de apibus: *Quæ vagantur, & flores carpunt* (φιλοσοφικώτερον Ariſtoteles, qui non flores ab iis lædi, ſed humorem legi vult: medullam ſaporatam queas dicere) *deinde quidquid attulere diſponunt, ac per fauos diuidunt, & ſuccum varium* (ſubſtantia varium, ſeu de variis collectum floſculis, herbuliſue: non qualitate; nam quod dulciſſimum legunt: immo ea quæ dulcitudine ſimilia ſunt; ſiquidem nec vniuſmodi dulcitudo eſt. Vnde ſequitur) *in vnum ſaporem miſtura quadam, & proprietate ſpiritus ſui mutant.* E lectione Senecæ mutuatus iſta videtur Macrobius epiſt. 84. ſiue 85. *De illis non ſatis conſtat vtrum ſuccum ex florib. ducant, qui protinus mel ſit: an quæ collegerunt, in hunc ſaporem mixtura quadam, & proprietate ſpiritus ſui mutent. Quibuſdam enim placet non faciendi mellis ſcientiam eſſe illis, ſed colligendi. Aiunt inueniri apud Indos mel in arundinum foliis, quod aut ros illius cœli, aut ipſius arundinis humor dulcis & pinguior gignat. In noſtris quoque herbis vim eandem, ſed minus manifeſtam & notabilem poni, quam perſequatur, & contrahat animal huic rei genitum. Quidam enim exiſtimant conditura, & diſpoſitione in hanc qualitatem vis quæ ex tenerrimis virentium florentiúmque decerpſerint non ſine quodam* (vt ita dicam) *fermento, quo in vnum diuerſa coaleſcunt.* Expende poſtrema, & cernes apium ſiue adſpirationem, ſiue animulam contectricem operis Macrobii teſtimonio. Item Maronis Georg. l. 4.

*Verùm ipſæ foliis natos, & ſuauibus herbis*
*Ore legunt*

Progredior. Quòd ſi in ventriculo humorem collectum ab apibus alterari, modificari, mel denique fieri vi quadam ſecretiore ventriculo indita, eſt eas reapſe mellificare: & erit quoque mel ab iis generari, ſi in ore alterent, & modificarent proprietate quadam linguæ inſita, aut cum ſpiritu earum communicata ſimiliter. Quemadmodum beſtiæ, quæ ſemen ore recipiunt, & quæ alia parte, æquè dicuntur maris opera ad ſobolem procreandam vti, æquè generare. Verùm retinenda erit Ariſtotelis opinio, nec recipiendus habitus iſte mellificus, ſi experimentum admittimus Gyzantum Libyes populorum, qui & mellificii rationem æquè callent cum ipſis apiculis. Eudoxus Cnidius ſcribit in ſeptimo τῆς περιόδου vltra cæteram Libyam ἔθνος εἶναι, ὑπὲρ Σύρτεων, καὶ Καρχηδόνος πρὸς ἀνατολὰς κείμενον, οἳ καλοῦνται Γύζαντες, οἵτινες τέχνην ἐπὶ δεύτερον τὰ ἄνθη συλλέγοντες τὰ ἐν τοῖς τόποις μέλι ποιεῖν τοσοῦτον, καὶ τοιοῦτον, ὥστε λείπεσθαι τὸ ὑπὸ τῶν μελισσῶν γιγνόμενον, *Gentem eſſe ſupra Cyrtes, & Cartaginem ad Orientem, qui Gyzantes appellantur. & talem mellis faciendi exercent artem, támque copioſè, vt ab apibus fieri conſueuit, & in id flores indigenas colligunt.* Scio non longè abire ab hoc tractu terrarum Aryzantiam, vbi & læté mel prouenit rore matutino foliis arborum madidantibus, ex quibus excutitur, aut detergitur mel congenere cum noſtrate, & laudatum Nonno Beſſaricωn 26. li. Sed in eo præter colligendi laborem, nihil opis humanæ, nihil interuenit induſtriæ. Eudoxum in eo narratu laudat Apollonius ἐν Ἱστορίαις θαυμασταῖς. Quocirca ſanius illi ſtatuunt, qui ab apibus aggeſtu ma-

teriæ conuenientis mel fieri voluit, quàm qui ab iiſdem alterari,& modificari:portiunculas enim natura & dulcedine congruentes in vnum componunt,ac natura deinde arcanis viribus laborante, ſurgit opus, & complentur aluearia. Quibus ardentius eſt huius nectaris deſiderium, adeant officinam Langii,promant ex loculamento 55. epiſtolæ Medicæ; transferãt ſe in Conimbricæ campos, & reperient in nona regione Meteorωn, & more apium,ſi tanta libido,Maldonati ſcrutentur apothecas. Perſidis,& Mauritaniæ mella mala non moramur, nec Indiæ quod Sachar cùm ſit, à multis veterum mendicato nomine Mel audiit.

RAVCVM CONNEXÆ. ] Georg. 4.

*Pedibus connexæ ad limina pendent.*

Homerus Il. β.

— Βοτρυδὸν δὲ πέτονται

Ex quo *vuam apum* dixit Plinius,& Romanus Homerus Æneid. 4.

— *idémque arbore ſumma*

*Confluere, & lentis vuam demittere ramis.*

TANTONE CAVETVR MORS REDITVRA METV. ] Heynſius: *Reditura* συνθέτον ἀντὶ ἁπλοῦ pro *Ventura*. *Aliter caue ſumas*, inquit. Minacias ædilicias! Mors fugacium iſtarum oculis obuerſabatur,aduenerat iam fugitant: verùm, inquit Poëta, *Reditura* eſt,hoc eſt,me interprete, *Reuentura*, cùm ipſis ad plures fato abeundum erit. Non diſſimilia ſunt illa D. Auguſtini tom. 2. epiſtola 45. *Nam inter tot caſus fragilitatis humanæ, quàm multæ mortes timentur, quàm certè vna cùm venerit, reſtat cæteras non timeri: & tamen fugitur vna, cùm omnes timeantur.* Hauſerat Silius è manalib. Tullii fontib. Tuſcul. li. 1. *Portum potius paratum nobis, & perfugium putemus, quò vtinam velis paßis peruehi liceat: ſin reſtantib. ventis reiÿciemur, tamen eodem paulò tardius referamur, neceſſe eſt. Referamur*, non *Feramur*: & in Silio *Reditura*, non *Ventura*.

NASCENTIQ. ADDITA FATA. ] Lib. 3.

*Et pace, & bello cunctis ſtat terminus æui,*

*Extremúmque diem primus tulit*

Eadem Senecæ lib. de Prouidentia,& Stoicorum fuit opinio.

AVXILIVM CLAMANT. ] Velim doceri, cur hæc à Modio damnata ſit lectio, ſi quòd ita collubitum, non ille mihi Pytagoras, ſi quòd membranæ ita præferant, non ſunt Sibyllæ folia: præſertim tot exemplaribus in aliam lectionem conſenſu præeuntibus.

HERCVLEÆ CVSTOS ... ARÆ. ] Miniſter. ita Macrob. 3. Sat. c. 6. exponit illud Virgilii Æneid: 11.

*At Triuiæ cuſtos iamdudum in montibus Opis,*

id eſt, *miniſtra*.

*Gliſcit Eliſæo violentior ira tyranno.*
*Tu ſolue interea nobis bone ianitor vrbis*
*Supplicium, vt pandas, inquit, tua mœnia leſbo.*
*Nec plura effari ſinit ira: rotátque coruſcum*
*Mucronem: ſed contortum prior impete vaſto.*

*Daunius huic robur iuuenis iacit : arma fragore*
*Icta graui raucum gemuere, altéque reſultant*
*Aere illiſa cauo nodoſæ pondere clauæ.*
*At viduus teli, fruſtrato proditus ictu,*
*Pernici velox curſu rapit incita membra,*
*Et celeri fugiens perluſtrat mœnia planta.*
*Inſtat atrox terga increpitans fugientia victor*
*Conclamant matres, celſóque è culmine muri*
*Lamentis vox mixta ſonat : nunc nomine noto*
*Appellant feras feſſo nunc pandere portas*
*Poſſe volunt, quatit hortantum præcordia terror*
*Ne ſimul accipiant ingentem mœnibus hoſtem.*
*Incutit vmbonem feſſo, aſſultáque ruenti*
*Pœnus, & obteſtans ſpectantem è mœnibus vrbem*
*I miſeram Hasbyten letho ſolare propinquo.*
*Hæc dicens, iugulo optantis dimittere vitam*
*Infeſtum condit mucronem, ac regia lætus*
*Quadrupedes ſpolia abreptos à mœnibus ipſis,*
*Queis aditum portæ trepidantum ſepſerat agmen,*
*Victor agit, currúque volat per ouantia caſtra.*
*At Nomadum furibunda cohors miſerabile humandi*
*Deproperat munus, tumulíque adiungit honorem,*
*Et rapto cineres ter circum corpore luſtrat.*
*Hinc lèthale viri robur, tegménque tremendum*
*In flammas iaciunt : ambuſtòque ore, geníſque*
*Deforme alitibus liquere cadauer Iberis.*

GLISCIT ELISÆO VIOLENTIOR IRA TYRANNO. ] Æn.12.
*Haut ſecus accenſo gliſcit violentia Turno:*

AT VIDVVS TELI. ] Græcanicum loquendi genus. D. Chryſoſt. laudatione S. Stephani, Iudæorum concilium dixit *χηρεῦον δικαίου* iuris viduum. *Μαρτυρίας χηρεύειν.* Antonius Diogenes c. 166. apud Photium. *Viduum teli* à telo valde diuiſum exponeret Macrobius, vti cenſuit, ſenſitque li. 1. Sat. c. 15. *Iduare enim Etruſca lingua diuidere eſt: vnde vidua, quaſi valde idua, id eſt, valde diuiſa: aut vidua, id eſt, a viro diuiſa.* Fors τὸ *Viduare* ductum eſt ex *ἰδιοῦν*, præſcripto digamma Æolico: nam quod quis proprium ducit, facítve, ab omni alieno ſeparat.

I MISERAM HASBITEN LETHO SOLARE PROPINQVO. DEPROPERAT MVNVS. ] Hor. l. 2. Od. 7. — *quis vdo*
*Deproperare apio coronam,*
*Curátve myrtho?*

*Pœnorum interea, queis rerum ſumma poteſtas,*

*Conſul-*

*Conſultant bello ſuper, & quæ dicta ferantur*
*Auſoniæ populis, oratorúmq; minaci*
*Aduentu trepidant. monet hinc fœdúſq;, fidéſque,*
*Et teſtes Superi, iuratáque pacta parentum:*
*Hinc popularis amor captantis magna iuuentæ:*
*Et ſperare iuuat belli meliora. ſed olim*
*Ductorem infeſtans odiis gentibus Anno,*
*Sic adeo increpitat ſtudia, incautúmq; fauorem.*
*Cuncta quidem patres (neque enim cohibere minantum*
*Iræ ſe valuere) premunt formidine vocem.*
*Haud tamen abſtiterim, mortem licet arma propinquent*
*Teſtabor Superos, & cælo vota relinquam,*
*Quæ poſtrema ſalus rerum, patriæque repoſcit.*
*Nec nunc obſeſſa demum, & fumante Sagunthe*
*Hæc ſerus vates Hanno canit, anxia rupi*
*Pectora, ne caſtris innutriretur, & armis*
*Exitiale caput monui, & dum vita monebo,*
*Ingenitum noſcens virus, flatúſque paternos.*
*Vt qui ſtelligero ſpeculantur ſidera cælo*
*Venturam pelagi rabiem, Cauríq; futura*
*Prædicit miſeris haud vanus flamina nautis.*
*Concedit ſolio, rerúmque inuaſit habenas.*
*Ergo armis fœdus, fáſque omne abrumpitur armis:*
*Oppida quaſſantur, longéque in mœnia noſtra*
*Aeneadum arrectæ mentes, diſiectáque pax eſt.*
*Exagitant manes iuuenem, furiæq; paternæ,*
*Ac funeſta ſacra, & conuerſi fœdere rupto*
*In caput infidum ſuperi, Maſsiliáq; vates*
*Annuit. ille noui cæcus caligine regni*
*Externas arces quatit vt Tirynthia tecta,*
*Sic propria luat hac pœna, nec miſceat vrbis*
*Fata ſuis: inquam, hoc inquam nunc tempore muros*
*Oppugnat Cartago tuos, téque obſidet armis.*
*Lauinus Aetnæas animoſo ſanguine valles,*
*Et vix conducto produximus arma Lacone.*
*Nos ratibus laceris Scyllæa repleuimus antra,*
*Claſsibus & reſluo ſpectauimus æquore raptis*
*Contorta è fundo reuomentem tranſtra Charybdim.*
*Reſpice proh demens! proh pectus inane deorum!*

*Egathes, Libyæque procul fluitantia membra.*
*Quò ruis? & patriæ exitio tibi nomina quæris?*
*Subſident Alpes: ſubſidet mole niuali*
*Alpibus æquatum attollens caput Apenninus.*
*Sed campos fac vane dari: num gentibus iſtis*
*Mortales animi? aut ferro, flammáque fatiſcunt?*
*Haud tibi Neritia cernes cum prole laborem.*
*Pubeſcit caſtris miles, galeáque teruntur*
*Nondum ſignatæ flaua lanugine malæ.*
*Nec requies æui nota, exanguéſque merendo*
*Stant prima inter ſigna ſenes, lethúmque laceſſunt.*
*Ipſe ego Romanas, perfoſſo corpore, turmas*
*Tela intorquenteis correpta è vulnere vidi,*
*Vidi animos, morteſque virûm, decoriſque furorem.*
*Si bello abſiſtis, nec te victoribus offers*
*Quantum heu Cartago donat tibi ſanguinis Anno?*

ODIIS GENTILIB. ANNO. [ Membranæ Col. *Hannon.* parum probè. Alterum conſenſus librorum ratum facit, & Plauti Pœnulus.

CVNCTA EQVIDEM PATRES. ] Nihil muto: etſi coniectura mihi non vana: *Cunctis eq. P.*

COELO VOTA RELINQVAM. ] Libri alii: *Nota.*

NE CASTRIS INNVTRIRETVR, ET ARMIS. ] Liuius l.21. *Ego iſtum iuuenem domi tenendum ſub legibus, ſub magiſtratib. docendum viuere æquo iure cùm cæteris cenſeo, ne quandoque paruus hic ignis incendium ingens exſuſcitet.*

ANNVIT. ILLE NOVI COECVS CALIGINE REGNI. ] Alter, *Annuite,* Alter, *An nunc ille.* Neuter placet. *Annuit,* Anno, motione capitis indicat ſe vera loqui. Geſtu fidem facit, quod *ſolent.*

EXTERNAS ARCES QVATIT VT TIRYNTHIA TECTA. ] Baſ. ſimiliter. Libri alii: *Aut, Externæ arces* ergo erunt Hiſpaniæ ciuitates, quarum arces Annibal occupauit: *Tirynthia tecta,* Saguntum. Fortè legi poſſit *Et,* vel *Ac,* vt geminante voce totam, Silius Saguntum complectatur.

MVROS OPPVGNAT CARTAGO TVOS. ] Dum cauſas ſerit illius oppugnandæ fracto per iniuriam fœdere.

LAVIMVS ÆNEAS ANIMOSO SANGVINE VALLES. ] Appianus Parecbolis 18 Ὅτι οἱ Καρχηδόνιοι δὶς ἐν τῇ γῇ τῷ αὐτῷ χρόνῳ, καὶ δὶς ἐν τῇ θαλάσσῃ παθόντες: *Cartaginienſes bis eodem tempore terra, marique deuicti.*

ET VIX CONDVCTO PRODVXIMVS ARMA LACONE. ] Xanthippo. Silius paſſim aliiq.

CLASSIBVS ET REFLVO SPECTAVIMVS ÆQVORE RAPTIS. ] *Spectauimus* tantum, *non malum* etiam depulimus. Par illud Turni:

— *Sedeant, ſpecténtque Latini.*

*claſsibus raptis*. Florus lib.2.c.2. *Iniectæ enim ferreæ manus, machinæque aliæ ante certamen multum ab hoſte deriſæ.* Iis igitur manibus claſſis Punica partim dilata, partim dilacerata. Adeundus Polybius libro primo.

TIBI NOMINA QVÆRIS. ] Modius & Lud. Carrion l.2. Emend. ca.4. è membranis ſubdit:

*Scilicet immenſæ viſis iuuenilibus armis*
*. Subſident.*

Sic adſtrictior erit oratio.

HAVT TIBI NERITIA CERNES CVM PROLE LABOREM. ] Cum Sagunthinis, qui Zacynthi incolis cognomines. Zacynthus autem, & Neritus Vlyſſi quondam paruere. Æneid.3.

*— nemoroſa Zacynthos,*
*Dulichiúmque, Saméque, & Neritos ardua ſaxis.*

Homerus in Odyſſ.

PVBESCIT CASTRIS MILES ] Non quòd impuberes more, ac lege cóſcribantur in militiam, quam Silii mentem eſſe opinabatur ſcriptor Militiæ Romanæ: ſed quibus pubes incipit, ſiue qui *pubeſcentes* ſunt. nondũ plenè *pubentes*. Viri autẽ pubeſcunt teſte Cenſorino decimoquarto anno, & quod excurrit, quinto, ſexto, ſeptimo. Nam vt veſtis ſuperior, ita nec inferior vno cuiuis anno pertexitur. Anno verò decimoſeptimo militiæ allegebantur Romani. Liuii li.25. vbi nihilominus minores qui roboris ſatis ad ferenda arma habere viderentur, legi præter morem iubentur. Præterea facit Poëta iſta loqui Annonem factionis aduerſæ, & plus æquo Romanos extollere, quo vires Annibalis infimet grauiùs: cuiuſmodi hyperbolis ſcatent Scriptores omne genus. An verò etiam minoris huius ætatis ornamentum non habemus hoc ipſo bello Punico Scipionem parentis protectorem? adeóque illius cauſa Silius lib.4. cecinit:

*Præterea cernis. tenera qui prælia dextra*
*Iam credit puer, atque annos tranſcendere factis*
*Molitur, longúmque putat pubeſcere bello.*

Lib.6. Marus tunc ſe Regulum bellantem ſecutum profitetur, cùm

*Vix puerile mihi*, vt inquit, *tempus confecerat ætas.*

Sed enim bello cum Sabinis Tarquinii Priſci filius natus annos quatuordecim hoſtem manu percuſſit, tulítque pręmium à patre. Macrob. lib.1. Sat.c.6. An cum his Tarquinii, Mari, & Scipionis exemplis non ſtabit illud: *Pubeſcit caſtris miles* vel abſque αὐξήσει? Eſſe etiam ex vſu veterum, at latinè loquentium. vt qui agunt annum ſextum & decimum, dicantur pubeſcentes, ita colligo. Liuius lib.24. Hieronymum tyrannum *puerum ac vix dum pubeſcentem* nominat, de quo ipſe anteriùs: *Erat autem* X V. *tunc fermè annorum. Fermè*: paullò enim ſuperabat teſte Silio lib.14.

*Námque bis octonis nondum rex præditus annis.*

ita vt propior fuiſſe videntur anno decimoſexto, quàm decimoquinto. Non ergo Romanis militiæ lex Silio vel ignorata, vel violata, qui ſui memor cecinit lib.10.

*— paruulus caſſide vultus*
*Clauditur, atque hoſtis pubeſcere cæde iubetur.*

GALEAQ. TERVNTVR NONDVM SIGNATÆ FLAVA LANVGINE MALÆ. ] Virgilii παρῳδημα lib. 10.

*Nondum flauentem tenera lanugine malas.* & lib. 9.

*Ora puer prima ſignans intonſa iuuenta.*

STANT PRIMA INTER SIGNA SENES ] Ad Euocatos refero, quorum honorata militia, & æquo prope gradu cum Centurionibus. Senectam inquietem, cùm oportunum enotauit Curtius. lib. 6. Beſſum memorat ſeptuagenarium non impigrè belli munia obiiſſe. item Actabazum quinq; & nonaginta cum eſſet annorum cum filiis nouem meritaſſe ſub Dario, poſt id æui etiam ſub Alexandro.

TVRMAS TELA INTORQVENTES CORREPTA E VVLNERE VIDI. ] Par gloria Romanis à Lucano adſcribitur lib. 3.

*Multi inopes teli iaculum lethale reuulſum*
*Vulneribus traxere ſuis, & viſcera læua*
*Oppreſſere manu, validos dum præbeat ictus*
*Sanguis, & hoſtilem, cum torſent, exeat haſtam.*

Braſidas exemto de corpore ſuo inimici iaculo eum interemit, Plut. de Sena N. V.

DECORISQ. FVROREM. ] *Furor* hîc ardens deſiderium. Item lib. 16.

*Quos regni furor exagitat.*

Sic & τὸ Furere Horatio lib. 1. Od. 15.

*— ecce furit te reperire atrox*
*Tydides.*

Vbi interpres piſces, quàm picas eſſe præſtabilius fuiſſet. Silius lib. 3.

*Ne tamen incautos laudum exhorreſce furores.*

Noto ne manus temeraria ſubiiciat olim *laudum fauores*. Vide Muretum lib. 5. c. 17. Var. Ita M. Tull. lib. 13. ad Attic. epiſt. 29. *Nec tamẽ inſaniturum illum puto*, hoc eſt, Haut puto futurum, tantopere vt enutriat, vt ab inſania proximè abeſſe videatur. Expreſſiùs Verrina 6. *Vt furorem iam, non cupiditatem eius perſpicere poſſitis.* Ibidem: *Omnium amariſſimorum inſanias* explico cupiditates inſanas.

*Geſtat ad hæc: namq; impatiens, aſpérq; coquebat*
*Iamdudum immites iras, mediámque loquentis*
*Bis conatus erat turbando abrumpere vocem:*
*Concilióne, inquit, Libyæ, Tyrióque ſenatu*
*Próh Superi Auſonius miles ſedet? armáq. tantum*
*Haud dum ſumpta viro: nam cætera (non latet) hoſtis*
*Nunc geminas Alpes, Apenninúmq; minatur:*
*Nunc freta Sicaniæ, & Scyllæi littoris vndas:*
*Nec procul eſt quin iam manes, vmbráſque paueſcat*
*Dardanius: tanta accumulat præconia leſho,*
*Vulneribuſq. virûm, tollitque ad ſidera gentem*
*Mortalem: mihi crede, licet formidine turpi*

*Frigida corda tremant, mortalem ſumimus hoſtem.*
*Vidi ego cùm geminas, arctis poſt terga catenis*
*Succinctus palmas, vulgo traheretur ouante*
*Carceris in tenebras, ſpes, & fiducia gentis*
*Regulus Hectoreæ: vidi cùm robore pendens*
*Heſperiam cruce ſublimis ſpectaret ab alta.*
*Nec verò terrent puerilia protinus ora*
*Sub galea & preſſæ properata caſſide malæ.*
*Indole non adeo ſegni ſumus: aſpice turmæ*
*Quot Libycæ certant annos anteire labore.*
*Et nudis bellantur equis. ipſe aſpice, ductor*
*Cùm primam tenero vocem proferret ab ore,*
*Iam bella, & lituos, ac flammis vrere gentem*
*Iurabat Phrygiam, atque animo patria arma mouebat.*
*Vltor erit cædis, iam te ſpectante, propinquæ.*
*Proinde paulo creſcant Alpes, altúſque coruſcos*
*Apenninus agat ſcopulos, per ſaxa, niuéſque,*
*(Dicam etenim, vt ſtimulent atram vel inania mentem)*
*Per cœlum eſt qui pandat iter, pudet Hercule tritas*
*Deſperare vias, laudémque timere ſecundam.*
*Sed Libyæ clades, & primi incendia belli*
*Aggerat, atque iterum pro libertate labores*
*Anno ferre vetat, ponat formidinis æſtus,*
*Parietibúſque domus imbellis fœmina ſeruet*
*Singultantem animam. nos nos contra ibimus hoſtem,*
*Queis procul à Tyria dominos depellere Byrſa*
*Vel Ioue non æquo fixum eſt: ſin fata repugnent,*
*Et iam damnata ceſſit Cartagine Mauors,*
*Occumbam potius, nec te patria inclyta dudum*
*Aeternùm famulam, libérque Acheronta videbo.*
*Nam quæ (prôh Superi) Fabius iubet, ocyus arma*
*Exuite, & capta deſcendite ab arce Sagunthi.*
*Tum delecta manus ſcutorum incendat aceruos:*
*Vranturque rates, ac toto adſiſtite ponto.*
*Dij procul ô (merita eſt ſi nunquam talia plecti*
*Cartago) prohibete nefas, noſtríque ſolutas*
*Ductoris ſeruate manus. tum deinde reſedit:*
*Factáque conſcendi patrum de more poteſtas:*
*Hic Hanno, reddi propere, certamine rapta*

*Inſtat, & autorem violati fœderis addit.*

NVNC GEMINAS ALPES, APPENNINVMQ. MINATVR.] Suſpicor ego Alpes *fiſſas* ab Annibale vocari *geminas* à Poëta, quaſi duas ex vnis factas. Vel diuerſos Alpium poſitus, vt lib. 21. Liuius: *Arar, Rhodanuſque diuerſis ex Alpibus decurrentes.* Prudentius in S. Laurentio.

*Nos Vaſco Iberus diuidit, Binis remotos Alpib.*
*Trans Cottianorum iuga, Trans & Pyrenas ninguidos.*

ET NVDIS BELLANTVR EQVIS.] Æneid. 11.

*— picti bellantur Amazones armis.*

ALTVSQ. CORVSCOS APPENNINVS.] Conſultè, & ordine Alpibus Appenninum ſubiicit. Dionyſius:

—— Τὴν μέν τε μέσσην (Auſoniam) ὄρος ἀνδίχα τέμνει
Ὀρθὸν, ἅτ' ἐκ σάθμης ἰθυμμένον. οὐκ ἂν ἐκεῖνο
Ἴδρις μεμφήσαιτο ἀνὴρ ὑποεργὸς Ἀθήνης
Οὔρεά τε κικλήσκουσιν Ἀπίννιον. ἐκ δὲ Βορείης
Ἄλπιος ἀρχόμενος Σικελὴν ἐπὶ πορθμίδα λήγει.

*— mediámque interſecat Italia mons*
*Rectus, vti perpendiculo dimenſus, eúmque*
*Non opifex culpet, docuit quem caſta Minerua.*
*Monti Appennino nomen: Borealia qua ſe*
*Flamina protrudunt, Alpes emergere cernas,*
*Et Siculum oſtentare fretum.*

ATRAM STIMVLENT VEL INANIA MENTEM.] Vt μελαγχολῶσι, & atra bile percitis euenit. Sic lib. 11.

*— atra veneno*
*Inuidia nigróque vndantia pectora felle.*

De ipſo hoc Hammone. Cicero 3. Tuſcul. *Quem nos furorem, melancholiam ipſi vocant, quaſi verò atra bili ſolum mens, ac non ſæpè vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Oreſtem furere dicimus.* Apprimè huc conferantur quæ diſputata ſunt ab Ariſtotele in Problematis ſectione triceſima.

VLTOR ERIT CÆDIS IAM TE SPECTANTE PROPINQVÆ.] Nebuloni, & fallario verſum hunc addicit Modius. non pugno. Expungit etiam Lud. Carrion lib. 2. Emendat. c. 4. quod non ornandæ orationi, ſed eneruandæ faciat.

IMBELLIS FOEMINA SERVET.] Graue in virum conuicium, & animo maſculo intolerabile. Apud Ennium de Fabio Cunctatore:

*Triſtem, corruptum, ſcabie, ac porrigine plenum,*
*Inſanúmque vocant, quin malta, ac fœmina dici* *Velt.*

Reponebã ego *Malthaca fœmina*, vel etiã ἀρχαϊκῶς *Maltaca*. Sic Bacchidibus *Malacum pallium* Plautus vſurpauit, & ab eadem origine alibi *Malaciſſandus es probè*. Iliad. . probrum Menelai: Μαλθακὸς αἰχμητής. *Mollis bellator.* Ipſiq; Fabi μαλακία obiecta eſt apud Plutarc um. Interim me moratur Feſti *Maltha*, & expoſitio Nonii, qui verſum iſtum Lucilio tribuit. M. Tullius Clodiam vocat *Apuleiam* graue probrũ, cùm ad Apuleii Saturnini mores

reſpiceret. Epiſt. 10. l. 4. ad Att. *Quid Appius? quid illa populi Apuleia.* De Verre lib. 4. *Impura inter viros muliercula.* Charondas apud Diodorum lib. 12. qui vel ordinem deſeruiſſent, quiue arma pro patria non cepiſſent προσέταξε τοὺς τοιούτους ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐφ' ἡμέρας τρεῖς καθῆσθαι ἐν ἐσθῆτι γυναικείαις: *Tales iuſsit in foro triduum conſidere in muliebri habitu.* alii ſanctores legum mori iubent. Cicero Off. 1. *Itaque in probris maximè in promptu eſt, ſi quid tale dici poteſt: Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem.* Tullius ad Sulpitium Dictatorem Liuii lib. 7. *Si nos hoſtes haut ſecus, quàm fœminas abditos intra vallum omnibus contumeliis eludunt.* Annibal luxum Campanum, ſuorúmque mollitiem pertæſus queritatur γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν τοὺς στρατιώτας. Strabo lib. 5. Brunduica Britannorum regina auctore Xiphilino; Νέρων, inquit ὄνομα μὲν ἀνδρὸς ἔχει, ἔργον δὲ γυνή ἐστι. *Nero viri nomen habet, reapſe mulier eſt.* Tantundem Aurelio Sotico Sardanapalus abditus de ſe: Μή με λέγε κύριον, ἐγὼ γὰρ κυρία εἰμί. Dionyſ. Hal. lib. 9. ſcribit Veientes cunctabundis obequitaſſe Romanis, & eandem oggeſſiſſe contumeliam: γυναῖκάς τε ἀπεκάλουν ἅπαντας, καὶ τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν τοῖς δειλοτάτοις τῶν ζώων ἐοικέναι λέγοντες ἐκάκιζον. *Cunctáſque mulieres appellitabant, eorúmque duces cum timidiſsimis animalium componendo conuiciabantur.* Apud Photium c. 65. Ὁρμίσδας τῷ Βαράμ ἐπονειδίζων γυναικείαν ἔστειλεν ἐσθῆτα. ὁ δὲ ἀνθύβριζε θυγατέρα Κοσρόου, ἀλλ' οὐχ υἱὸν Ὁρμίσδαν τοῖς γράμμασιν ἐπιγραφόμενος. *Hormiſdas Baramo per contumeliam muliebrem veſtem miſit. Hic, vt reponeret Coſroæ filiæ, Hormiſdæ, non filio literas inſcripſit.* Euſtathius notat ad Iliad. X Ὅτι οἱ μεθ' Ὅμηρον γυναικείας, καὶ γυναικιζομένους τοὺς ἐν πολέμῳ ἀτόλμους φασί. Adde quod in Cinolaa regione effœminati arcus, & pharetræ iure priuantur ætatem, ac muliebri habitu muliebribus officiis alligantur. Peccat, fallitúrque iudicii Lucianus, cum animaduertit in Demoſthenem ea vſum reprehenſione eam iuſta grauiorem ratus: vides nihil prope tritius. Huc etiam facit obſeruatio C. V. Marcilii ad illud Perſianum:

*Troiades Labeonem prætulerint.*

ET IAM DAMNATA CESSIT CARTAGINE MAVORS.] Videtur Mars Cartaginienſium Tutela. lib. 1.

*— noſtri per numina Martis*

inquit Annibal iurans. Porro Deos vrbe cedere imminentis vaſtationis eſt argumentum. Apud Curtium lib. 4. habes de Apolline Tyrios deſerere parante, quàm deſertionem Tyrii præpediunt ſimulacrum eius aurea catena vincientes. Idem Diodoro Siceliotæ lib. 17. proditum. Domitianus Mineruam, quam ſuperſtitiosè colebat, ſomniauit excedere ſacrario, quod illi mortis impendentis oſtentum fuit. Super hac ſuperſtitione videre eſt Macrobium lib. 3. Saturn. c. 7. 9. vbi & carmen euocationis habet Romanis vſitatum, aliáque multa ex antiquitatis ſacrario petita. Adito, cui mens & Pimpontium in illud Aeneid. 2.

*Exceſſere omnes adytis.*

Vide & Plin. lib. 28. c. 2. & Solin. c. 1. Liuium lib. 5. Vlpianum in l. *Sacra loca* lib. 9. de rebus diuinis in π.

PATRIA INCLYTA DVDVM.] Quamdiu? Liuii Epitoma lib. 51. vrbem habet expugnatam ſeptingenteſimo anno, quàm erat condita, & Appianus Libycis. Solin. c. 40. *Poſt annos ſeptingentos triginta ſeptem exciditur, quam*

*fuerat exſtructa.* Ante de Liuii mente poſuimus, Cartaginis excidium incurrere in annum ſexcenteſimum ſextum ab V. C. Qua ex re conſectarium eſt, vt Cartago Romam quatuor & nonaginta anteiuerit. Progredior. Si anno ſeptingenteſimo deleta Cartago, exime cum Liuio annos quinque tertii belli Punici, ſecundi octodecim cum Floro lib. 2. c. 6. & ſpatii interea dum confecti annos quatuor eodem auctore, denique tres hos numeros, ſiue annos ſeptem ac viginti exime de ſeptingentis, & reliqui erunt anni, quibus ſtetit Cartago in annum, quo hæc Geſtar proloquitur, tres & ſeptuaginta ſupra ſexcentos. Verùm ecce tibi obſtrepit in limine Libycorum Appianus, & Cartaginem conditam prodit annis quinquaginta ante Ilii excidium: Καρχηδόνα τὴν ἐν Λιβύῃ Φοίνικες ᾤκισαν ἔτεσι πεντήκοντα πρὸ ἁλώσεως Ἰλίου. *Cartaginem, quæ in Libya Phœnices condidere annis quinquaginta ante Ilium captum.* Euſebius ante Troiam captam annis quadraginta fundat Cartaginem. Minùs à ſuperiore calculo abeſt Iuſtinus, qui li. 17. hæc: *Condita eſt vrbs hæc* LXXII. *annis ante, quàm Roma.* Paterculus vol. 1. *Hoc tractu temporum ante annos quinque & ſexaginta, quàm vrbs Roma conderetur, ab Eliſa Tyria Cartago conditur.* Hanc opinionem variantiam, etſi nemo ſequi poteſt, ne minùs Liuii fidem excuſſiſſe iudicarer, poſitam volui: præſertim quòd quamuis ex his ſententiis ſecutus fueris, Æneam ad Didonem Cartaginis arcem fundatam appuliſſe ſe negandum putabis, quo de mox vberiùs tractabitur. Nota in Siliana dictione memorabilem [illegible]: *Patria inclyta dudum*, & eandem *Aeternùm famulam.* Quare Modii ſuffultura non placet: *Dedam* pro *Dudum* ille: ſciunt pueri balbi [illegible] dicendum: *Nec te patria incl. dudum Aeternùm famulam videbo.*

FACTAQ. CENSENDI ET.] Verſus hic cum duobus ſequentibus Silio prorſus addicendi ſunt, nec barbariem vllam redolent, è puro puto Latio ſunt, & abſque iis fœdè hiabit ſententia. Cur enim

*Tum verò attoniti ceu templo irrumperet hoſtis*
*Exſiluere patres?* quia Hanno
*— reddi properè certamine rapta*
*Inſtat, & autorem violati fœderis addit.*

Eóque magis attoniti, quòd ante contra factionem Barcinam eadem prolocutus, nunc ſententiæ ſuæ loco eadem pauciſſimis validè inculcat. Et inculcat pene ſollemnibus fetialium verbis Liuii libro primo relatis: SI EGO INIVSTE IMPIEQVE ILLOS HOMINES, ILLASQVE RES DEDIER NVNCIO POPVLI ROMANI MIHI EXPOSCO, &c.

*Tum verò attoniti, ceu templo irrumperet hoſtis,*
*Exiluere patres, Latióque id verteret omen*
*Orauere Deum. At poſtquam diſcordia ſentit*
*Pectora, & infidas ad Martem vergere mentes,*
*Non vltra patiens Fabius texiſſe dolorem,*
*Concilium expoſcit propere, patribuſque vocatis*
*Bellum ſe geſtare ſinu, pacémque profatus,*

*Quid*

*Quid ſedeat legere, ambiguus neu fallere dictis*
*Imperat, ac ſæuo neutrum renuente ſenatu,*
*Ceu clauſas acies, gremióque effunderet arma,*
*Accipite infauſtum Libyæ, euentúque priori*
*Par, inquit, bellum: & laxos effudit amictus.*
*Tum patrias repetit pugnandi nuntius arces.*
*Atque ea dum profugæ regnis agitantur Eliſæ,*
*Accitis velox populis, queis ægra labbabat*
*Ambiguo ſub Marte fides, prædáque grauatus.*
*Ad muros Pœnus reuocauerat arma Sagunthi.*
*Ecce autem clypeum ſæuo fulgore micantem*
*Oceani gentes ductori dona ferebant,*
*Callaicæ telluris opus, galeámque coruſcis*
*Subnixam criſtis, vibrant cui vertice coni*
*Albentes niueæ tremulo nutamine pennæ.*
*Enſem vnum, ac multis fatalem millibus haſtam.*
*Præterea textam nodis, auróque trilicem*
*Loricam, & nulli tegmen penetrabile telo.*
*Hæc ære, & duri chalybis perfecta metallo,*
*Atque opibus perfuſa Tagi, per ſingula lætis*
*Luſtrat ouans oculis, gaudétque in origine regni.*
*Condebat primæ Dido Cartaginis arces,*
*Inſtabátque operi ſubducta claſſe iuuentus:*
*Molibus hi claudunt portus: his tecta, domúſque*
*Partitur iuſte Bitia venerande ſenecta.*
*Oſtentant caput effoſſa tellure repertum*
*Bellatoris equi, atque omen clamore ſalutant.*
*Has inter ſpecies orbatum claſſe, ſuíſque*
*Aeneam pulſum pelago, dextráque precantem*
*Cernere erat. fronte hunc auide Regina ſerena*
*Infelix, ac iam vultu ſpectabat amico.*
*Hinc & ſpeluncam, furtináque fœdera amantum*
*Callaicæ fecere manus: it clamor ad auras,*
*Latratúſque canum, ſubitóque exterrita nimbo*
*Occultant alæ venantum corpora ſyluis.*
*Nec procul Aeneadum vacuo iam littore claſſis*
*Aequora nequicquam reuocante petebat Eliſa.*
*Ipſa pyram ſuper ingentem ſtans ſaucia Dido,*
*Mandabat Tyriis vltricia bella futuris:*

*Ardentemque rogum media ſpectabat ab vnda*
*Dardanus, & magnis pandebat carbaſa fatis.*
*Parte alia ſupplex infernis Annibal aris*
*Arcanum ſtygia libat cum vate cruorem,*
*Et primo bella Aeneadum iurabat ab æuo.*
*At ſenior Siculis exultat Amilcar in aruis.*
*Spirantem credas certamina anhela mouere.*
*Ardor ineſt oculis, toruúmque minatur imago.*
*Nec non & læuum clypei latus aſpera ſignis*
*Implebat Spartana cohors: hanc ducit ouantem*
*Ledæis veniens victor Xanthippus Amyclis.*
*Iuxta triſte decus pendet ſub imagine pœnæ*
*Regulus, & fidei dat magna exempla Sagunthо.*
*Lætior at circa facies, agitata ferarum*
*Agmina venatu, & cælata mapalia fulgent.*
*Nec procul, vſta cutem nigri ſoror horrida Mauri*
*Aſſuetas patrio mulcet ſermone leænas.*
*It liber campis paſtor, cui fine ſine vllo*
*Inuetitum ſaltus penetrat pecus: omnia Pœnum*
*Armenti vigilem patrio de more ſequuntur.*
*Geſáque, latratórque Cydon, tectúmq;, focíque*
*In ſilicis venis, & fiſtula nota iumentis.*
*Eminet excelſo conſurgens colle Saganthos,*
*Quam circum immenſi populi, condenſáque cingunt*
*Agmina certantum, pulſántque trementibus haſtis:*
*Extrema clypei ſtagnabat Iberus in ora,*
*Curuatis claudens ingentem flexibus orbem.*
*Annibal abrupto tranſgreſſus fœdere ripas,*
*Pœnorum populos Romana in bella vocabat.*
*Tali ſublimis dono, noua tegmina latis*
*Aptat concutiens humeris, celſúſque profatur.*

NON VLTRA PATIENS FABIVS TEXISSE DOLOREM.] Quem indictione belli ſatis expromit. Deteriùs Col. M. Membranæ *rexiſſe*: nam Fabius animi ſemper compos, & affectuum habenas norat premere, norat laxas dare in tempore pro ſua ſapientia qui iam maturus, & multo edoctus vſu.

BELLVM SE GESTARE SINV. ] Ex hiſtoriæ fide adeundus Liuius lib. 21. Florus lib. 2. c. 6. Polyb. lib. 3. Mariana lib. 2. c. 10. Addam ex Gellio Mantiſſam lib. 10. c. 27. Commeminit is Q. Fabium Imp. Rom. dediſſe ad Cartaginienſes epiſtolam, vbi ſcriptum fuit P. R. miſiſſe ad eos haſtam, & caduceum ſigna duo belli, aut pacis: exque iis vtrum vellent eligerent: quod.

elegiſſent,id vnum vt eſſe miſſum exiſtimarent. Cartaginenſes reſponderunt neutrum ſeſe eligere ;ſed poſſe,qui attuliſſent, vtrum mallent relinquere:quod reliquiſſent ,id ſibi pro electo futurum. Marcus Varro autem non haſtam ipſam, neque ipſum caduceum miſſa dicit:ſed duas teſſerulas,in quarum altera caduceum,in altera ſimulacra haſtæ fuerint inciſa. Sex. Pompeius verbo *Haſtæ* idem refert in Cartaginienſes: *Cartaginienſes cùm bellum vellent,Romam haſtam miſerunt.*

ACCITIS VELOX POPVLIS , QVIS ÆGRA LABABAT AMBIGVO SVB MARTE FIDES.] Carpetanos,& Oretanos notat Liuius. Quomodo acciuit, ad quos ipſe ille Annibal adiit ? adiit , atque adeo ſubitò aditos oppreſſit , & acciri tum iuſſit capita cœptæ rebellionis. Fors & à Liuio diuerſus abit Silius. Nec nulla eſt coniectura diuinantis : *Adſcitis*. Mariana lib. 2. c.9. Hiſpanicarum rerum: *Datum tantiſper reſpirandi ſpatium Annibalis diſceſſu in Carpetanos,& Oretanos delectus acerbitate ad arma conſternatos. Relictus obſidione vrgenda Maharbal Himilconis filius.*

CALLAICÆ TELLVRIS OPVS.] Dexterè ferrum , & metalla tractare norant Calleci. Clypeum verò *Callaicæ telluris*,inauratum accipio: nam & ſuũ auro Callaico pretium olim fuit,nec vilis gratia. Martialis commendat:

*Nec quæ Callaico linuntur auro.*

Codices,in quibus *Gallaico*, peccant. Iterum Epigram.95.lib.14. Silius hoc ipſo libro:

*Callaico veſtes diſtinctas matribus auro.*

PRÆTEREA TEXTAM NODIS, AVROQ. TRILICEM.] Malè hinc non nemo *trilicem loricam* lineam fuiſſe auguratur;mox enim ſequitur de ea:

*Hæc ære,& duri chalybis perfecta metallo.*

*Nodos* itaque accipiens hamorum è metallo , vel ſquamarum nodata vincula.

VENERANDE SENECTÆ.] Sic Aſcenſ. & P.N. ſanè comtiùs : Sic 36. & li. 16. *O ſceptri venerande Syphax* B. & M.N. *Senecta*, conſonantiùs.

ATQVE OMEN CLAMORE SALVTANT.] Priùs effoſſum bouis caput omen volebant eſſe laboris,& ſeruitii , quæ in bouem conueniunt ; inde fodere deſitum:poſt rurſus aggreſſi εὗρον κεφαλὴν ἵππου, καὶ συμβαλόντες σημαίνεσθαι χαλὴν αὐτοῖς, καὶ παρ' ἄλλων δόσιν τροφῆς, καθ' ἃ καὶ τοῖς ἵπποις, ἔκτισαν ἐν τῷ τοιούτῳ τόπῳ τὴν Καρχηδόνα, *Reperto equi capite,otium ſibi ſignificari coniecerunt , & paſtus dationem ab aliis ſicut equis accidit:tali itaque in loco Cartaginem poſuerunt*, Euſtathius.

ÆNEAM PVLSVM PELAGO , DEXTRAQ. PRECANTEM. ] Duplex dextræ vſus in precando : (nec diuina tango) Aut enim qui ſupplicium alicui dabant,dextera ramum oleæ prætendebant. Exemplum in Ænea:

*Paciferaque manu ramum prætendit oliuæ.* pòſt:

*Et vitta comtos voluit prætendere ramos.*

Aut dextram ſupplicabundi protendebant. Papinius Achilleidos libro:

—— *Vltro etiam veneratur ſupplice dextra.* Aeneid. 12.

*Ille humilis,ſupplèxque oculos, dextrámque precantem*

*Protendens.*

Aeneas Cartaginem appulſus vtro ſupplicii genere vſus ? dextera porrecta. Ita vber eſt Maro,& varius in repræſentandis talibus. Apud Pallan-

tem ramum adhibuit: apud Didonem tacuit: quia tum nudus, & egens Aeneas. Nec verò illa ſine dexteræ geſticulatione pronunciata reor:

*O ſola infandos Troia miſerata labores.*

Ex quo manu iam habilior Æneas:

*—— ſic fatus amicum*

*Ilionea petit dextra.*

Narratus vero Maronis de Aeneæ appulſu Silio hæc ſcribenti obuerſatur. Hæc Auctori meo à vulnere tegendo: ſauciat enim Heynſius, qui *dextra* reſcindit, & in vulnus *limum* indit, cum *terra* veram lectionem autumat. Legantur etiam quæ notamus ad lib. 6. ibi: *Africa tendebat palmas.*

IVRTIVAQVE FOEDERA AMANTVM. ] Eadem fabella placita Maroni lib. 4. Ouidio 6. Faſtorum ibi:

*Arſerat Æneæ Dido*

aliis. Dabo Autores veriùs opinatos. D. Auguſtinus li. 1. Confeſſ. ca. 13. *Non clament aduerſum me venditores Grammatica, vel emtores: quo ſi proponam eis interrogans, vtrum verum ſit, quòd Æneam aliquando Cartaginem veniſſe Poëta dicit, indoctiores ſe neſcire reſpondebunt, doctiores autem negabunt verum eſſe.* Tertullianus vocat Didonem *fœminam integram*, & lib. de Monogamia luculentiùs: *Regina Cartaginis profuga, & in alieno ſolo, & tantæ ciuitatis tum maxime formatrix, cùm regis nuptias vltro optare debuiſſet, ne tamen ſecundas eas experiretur, maluit econtrariò vri, quàm nubere*, iterúmque Apologia aduerſus gentes non diſſimilia. Anthologiæ Epigr. li. 5. hæc de ſe Dido:

Οὐδὲ γὰρ Αἰνείαν ποτ᾽ ἐσέδρακον, οὐδὲ χρόνοισι
Τροίης πορθομένης ἤλυθον ἐς Λιβύην.

*Non oras Libya tetigi, dum Troia ruebat;*
*Sed neque in Æneam ſum iaculata oculos.*

Macrobius 5. Sat. c. 18. *Fabula Didonis, quam falſam nouit vniuerſitas.* Auſonius Epigr. 121.

*Namque nec Æneas vidit me Troïus vnquam,*
*Nec Libyam aduenit claßib. Iliacis.*

Et in Epitaphio 30. Notat Epigrammatographus Hiſtoricorum diſcidium de conditione Cartaginis, qui cùm partim dicant Cartaginem anteceſſiſſe Troiæ excidium, partim aliquot annorum centuriis conſecutam, nobiſcum pariter negant in eas oras Didone regnante Æneam deueniſſe.

IT LIBER CAMPIS PASTOR: ] *Liber campi*, Modius. Nec phraſim aſpernor, nec correctionem amplector. Sat multis indiciis eam vagandi licentiam Silius aperuit. verbo *Liber*, deinde τῷ *Inuetitum*, denique *fine ſine vllo*. Cui ſuperior placita correctio, firmet illo Georg. 3. de iiſdem populis,

*— tantum campi iacet:*

nam in arcto non æque licenter eas. Terentianus ad eum quoque modum elocutus eſt:

*— vltima fiat libera legis.*

OMNIA POENVM ARMENTI VIGILEM PATRIO DE MORE SEQVVNTVR. ] Georg. 3.

*— Omnia ſecum*
*Armentarius Afer agit, tectúmque laréмque,*

*Armáque Amyclæúmque canem, Creſsámque pharetram.*

In silicis venis. ] *Æneid.6.*

*— quærit pars ſemina flammæ,*
*Abſtruſa in venis ſilicis*

Fistvla nota ivmentis. ] Perperam codices mei: corrigo *Juuencis.*

Extrema clypei stagnabat Ibervs in ora. ] Imitamen Homeri Iliados Σ.

Ἐν δ' ἐτίθει [in Achyllis clypeo] ποταμοῖο μέγα σθένος ὠκεανοῖο
Ἄντυγα πὰρ πυμάτην σάκεος πύκα ποιητοῖο.
*Fluminis Oceani ſuper his violentia magna*
*Auguſti extrema clypei ſtagnabat in ora.*

Annibal abrvpto transgressvs foedere ripas. ] Nam in conuentis, quibus pueris bello finis poſitus, cautum erat, ne Iberum flumen tranſgrederentur Pœni. Appianus Libycis: Καρχηδονίοις ὅρος ἐν Ἰβηρίᾳ γίνεται, μὴ διαβαίνειν τὸν Ἴβηρα ποταμόν, καὶ τάσδε αὐτὰς σπονδὰς ἔλυσαν Καρχηδόνιοι περάσαντες Ἀννίβα σφῶν ἡγουμένου. Reſcribit & in Annibalicis in eandem legem fœdus ictum Autor de viris illuſtribus in Luctatio Catulo.

*Heu quantum Auſonio ſudabitis arma cruore.*
*Quas belli vindex pœnas mihi curia pendes.*
*Iámq; ſeneſcebat vallatis mœnibus hoſtis,*
*Carpebátq; dies vrbem, dum ſigna, manúſq;*
*Expectant feſſi ſocias, tandem æquore vano*
*Auertunt oculos, fruſtratáque littora ponunt,*
*Et propius ſuprema vident, ſedet acta medullis*
*Iamdudum, atq; inopes penitus coquit intima peſtis.*
*Eſt furtim lento miſeris durantia tabo*
*Viſcera, & exurit ſiccatas ſanguine venas*
*Per longum celata fames, iam lumina retro*
*Exeſis fugêre genis, iam lurida ſola*
*Tecta cute, & venis malè iuncta trementibus oſſa*
*Extant, conſumptis viſu deformia neruis.*
*Humentis rores noctis, terrámque madentem,*
*Solamen fecere mali, caſſóque labore*
*E ſicco fruſtra preſſerunt robore ſuccos.*
*Nil temerare piget. rabidi ieiunia ventris*
*Inſolitis adigunt veſci: reſolutáque nudos*
*Linquentes clypeos, armorum tegmina mandunt.*
*Deſuper hæc cælo ſpectans Tyrinthius alto*
*Illacrimat fractæ nequicquam caſibus vrbis.*
*Nanque metus, magníque tenent præcepta parentis,*

*Ne ſæua tendat contra decreta nouercæ.*

IAMQVE SENESCEBAT VALLATIS MOENIBVS HOSTIS. ] Ad Saguntinos id pertinet, quorum mœnia hoſtico vallo vallata fuerant: eáque cauſa ſeneſcendi *vallatis mœnibus*, non ſuis mœnibus *vallato* Sagunthino. Modius non ſatis intellexit dum reponit *Vallatus*; repugnante præſertim fide codicum. Senſu non diſpari Æneide vndecima:

*Conſidunt caſtris ante vrbem, & mœnia vallant.*

Dio l. 45. Οὕτω δὴ Ῥωμαῖοι χώματι περὶ τὸ τεῖχος ἐχάρωσαν. *Romani igitur vallo mœnia vallauerunt.* Solemne obſidenti vallare mœnia hoſtica: æquè obſeſſo vallari, aut teneri, aut ſeneſcere *vallatis mœnibus*, quod hic adſero.

Ea obſeſſio *Corona* dicitur Silio

*Mœnia flexa ſinu ſpiſſa vallata corona*

*Alligat, & telis in morem indaginis ambit.*

Eadem ſententia dictum anteriore libro de Sagunthio hac:

*— Claudi videt aggere muros.*

CARPEBATQVE DIES VRBEM. ] Præfatus Sagunthinos ſeneſcere (non tam mora temporis; nam quātillum eorum annis addidit obſidium octimeſtre? quam calamitate, & miſeria: quod vt inquiunt Poëtæ ſummi Homerus, atque Heſiodus:

(Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.)

nunc eoſdem *carpsi die*, ſiue mora longæ eſuritionis atteri, macerari, diſtabeſcere. Quo non intellecto Heynſius obtruſit lectori:

*— carpebátque quies vrbem.*

in qua orationis ſtructura inſigne cacophaton eſt. Ecquæ verò requies eſurientibus, ſperantibus, mœſtis, vigilantibus, pro muro ſtantibus, & quouis animo fluctuantis? Inſignis vis eſt τοῦ *Carpendi* ea notione. Ortum debet *Carpo* τῷ Κάρφω, quod Euſtathius ſic explicat: Κάρφω κάρφω, τὸ ξηραίνω. ἐξ οὗ τὸ κάρφω ἢ οἱ χρόα καλόν. ἐξηραίνεται γὰρ ἐπιλιπόντος τοῦ ἀναβαίνοντος ὑγροῦ ἐν τῇ χλωρότητι. *Κάρφω, Carpo, ſicco, ex quo Formoſos carpit artus: ſiccantur enim, vbi humor, qui in vigore adſcendebat, defecerit.* Eadem verbi vis in illo Æneid. 4.

*Solâne perpetuò mærens carpere iuuenta?*

Ideo flores, fructus, frondes, ſimilia carpi dicuntur: ſiquidem à vitali ſtirpe auulſa aut obteruntur, aut marceſcunt ocyus. Propertius quoque propriè vſus eſt lib. 3. Eleg. 15.

*Ipſe ſeram vites, pangámque ex ordine colles,*

*Quos carpant nullæ me vigilante feræ*

Hinc & κάρφος ſicca ſtipula.

VISV DEFORMIA NERVIS. ] Membranæ: *Membris.*

HVMENTIS RORES NOCTIS, TERRAMQVE MADENTEM.

SOLAMEN FECERE MALI, CASSOQVE LABORE

E SICCO FRVSTRA PRESSERVNT ROBORE SVCCOS. ] Grande malum, & inſana pelli[illegible] e[illegible]itionis! non nu[illegible] la hæc loquendi genera: proxima hiſtoriam ſunt. De Petelia, quæ Silio eſt

*Infelix fidei, miſeráque ſecunda Sagunthо,*

apud Liuium li. 23. legimus: *Sutrina poſtremo coriis, herbiſque & radicibus, &c.*

*radicibus, & corticibus teneris, ſtrictiſque rubis vixere.* Polyb. li. 7. de iiſdem Petelinis πάντα μὲν τὰ κατὰ τὴν πόλιν δέρματα καταφαγεῖν, ἀναλωθέντων δὲ κατὰ τὴν πόλιν δενδρέων τοὺς φλοιοὺς, καὶ τοὺς ἁπαλοὺς πτόρθους ἀνακλῶσαι. *Omne ciuitatis corium abſumere, omnium ciuitatis arborum cortices, teneróſque ramos defringere.* M. Tullius Verrina ſeptima: *Nautæ fame coacti, radices palmarum agreſtium colligebant, & his miſeri perditique alebantur.* Iobus c. 30. *Egeſtate & fame ſteriles, qui rodebant in ſolitudine, ſquallentes calamitate, & miſeria. Et mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum.* Interpretor igitur Saguntinos ſtrinxiſſe cortices de robore aliquo ſeneſcente (quod ideo Siccum Silio) & molliuiſſe, guſtúque & eſuritionis rabie ad imum ventrem adhærente tentaſſe quoque è ſicco robore ſuccos exprimere. Non fas id fieri per eiuſmodi inſaniam? Similiter non *terram madentem* nudè accipies: ſed radices terra madenti obſitas, & raptim, dum mali vis moram recuſat, in os coniectas. Atque hæc ambedi tentata, non ambeſa: id enim ferè dicimur agere, quod agere conamur. Sic Liuius li. 23. pro miſerabili habet conatos mandere coria mollita ſcutorum, etſi nedum manderint, vbi de obſeſſis Caſilini ab Annibale: *Poſtremò ad id ventum, vt lora, detractáſque ſcutis pelles, vbi feruida molliſſent aqua, mandere conarentur.* Denique rabies edendi, quæ fieri fas, quæ non, minimè perpendit; tentat etiam inconceſſa. Eſto Druſus exemplo, quem ſubductis alimentis tomentum è culcita tentaſſe mandere Suetonius, & Tacitus memoriæ prodiderunt. Immo Græci inopioſos rogatores, quòd cibos ſquallentes, & horridos veſcantur, γηράγους, *Terriuori, Siliueſci,* dictitant teſte Heſychio: de fame inſanientibus ſi Silius idem inſinuat, capiendus eſt, minimè culpandus.

INSOLITIS ADIGVNT VESCI. ] Quibus coniectes ex aliorum non diſſimili infortunio. Ad radices, & herbas parum veſcas itum eſt apud Dionyſium Halicarnaſſeum lib. Antiq. Rom. 7. Immo ad noxias, lethaléſque herbas, quæque furorem conciliarent, & amentiam Antonij miles iit in Appiani Parthicis. Cæſarianos milites autor eſt Plutarchus in Bruto vela, & funes eſitaſſe, & eoſdem teſtatur Appianus rudentes, vela, picem manducaſſe per dies quinque. Simulatus panis è ſtercore ab Agarenis. Triodium Græcorum: Οἱ δὲ περιλειφθέντες λιμῷ σφοδρῷ περιέπεσον, ὡς καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν ἅψασθαι, κόπρεά τε φυρᾶν, καὶ ἐσθίειν. *Superſtites in tam ardentem inciderе famem, vt humanas carnes tetigerint, ſtercoráque miſcerent, atque ederent.*

ARMORVM TEGMINA MANDVNT. ] In Libycis Appiani verſo fato Cartaginienſes ipſi loris coctis veſcuntur: Syllanus exercitus eiuſdem Mithridatico coriis, & pellibus: Byzantini quoque à Seuero obſeſſi pellibus dentem infigunt apud Xiphilinum.

*Sic igitur cœpta occultans, ad limina ſanctæ*
*Contendit Fidei: ſecretáque pectora tentat.*
*Arcanis dea læta, polo tum forte remoto,*
*Cælicolûm magnas voluebat conſcia curas.*
*Quam tamen alloquitur veniæ pacator honoræ.*
*Ante Iouem generata, decus diuûmq; hominumque.*

*Quæ ſine non tellus pacem, non æquora norunt,*
*Iuſtitiæ conſors, tacitúmque in pectore numen.*
*Exitiumne tuæ dirum ſpectare Sagunthi,*
*Et tot pendentem pro te dea cernere pœnas*
*Vrbem lenta potes? moritur tibi vulgus, & vnà*
*Te matres, vincente fame, te mæſta virorum*
*Ora vocant: primáq; ſonant te voce minores.*
*Fer cælo auxilium, & feßis da ſurgere rebus.*
*Hæc fatus Alcmena. contra cui talia virgo.*
*Cerno equidem, nec pro nihilo eſt mihi fœdera rumpi.*
*Státq; dies auſis olim tam triſtibus vltor.*
*Sed me pollutas properantem linquere terras,*
*Sedibus his, tectíſq; Iouis ſuccedere adegit*
*Fœcundum in fraudes hominum genus: impia liqui*
*Et quantum terrent, tantum metuentia regna;*
*Et furias auri, nec vilia præmia fraudum,*
*Et ſuper hæc, ritu horrificos, ac more ferarum*
*Viuenteis rapto populos, luxóq; ſolutum*
*Omne decus, multáque oppreſſum nocte pudorem.*
*Vis colitur, iuríſque locum ſibi vendicat enſis:*
*Et probris ceßit virtus. en aſpice gentes:*
*Nemo inſons: pacem ſeruant commercia culpæ.*
*Sed ſecura tua fundata vt mœnia dextra,*
*Dignum te ſeruent, memorando fine, vigorem:*
*Dedita nec feßi tranſmittant corpora Pœno:*
*(Quod ſolum nunc fata ſinunt) ſeriéſq; futuri,*
*Extendam lethi decus, atque in ſecula mittam:*
*Ipſáque laudatas ad manes proſequar vmbras.*
*Inde ſeuera Ioui decurrens æthere virgo*
*Luctantem fatis petit inflammata Saguntbum:*
*Inuadit mentes, & pectora nota percrrat,*
*Immittítque animis numen: tum fuſa medullis,*
*Implicat, atque ſui flagrantem inſpirat amorem.*
*Arma volunt, tentántque ægros ad prælia niſus.*
*Inſperatus adeſt vigor, interiúſque recurſat*
*Dulcis honos diuæ, & ſacrum pro virgine lethum*
*Et tacitus feßis per ouantia pectora ſenſus*
*Vel letho grauiora pati, ſæuáſq; ferarum*
*Attentare dapes, & menſis addere crimen.*

*Sed prohibet culpa pollutam extendere lucem*
*Caſta fides, paribúſque famem compeſcere membris.*

AD LIMINA SANCTÆ CONTENDIT FIDEI. ] *Tirynthius*, ſeu Hercules vrbis Sagũthinæ vti olim fundator, ita hodie propugnator ſolicitus. Bellè conueniunt Fides, & Hercules: nam antiquo in Lexico *Dius Fidius* explicatur Διὸς υἱὸς, ἡρακλῆς.

POLO TVM FORTE REMOTO. ] Parodema huius
*— cælo tum fortè ſereno.*
*Polus remotus*
ſeu *Remotior*, vt *extrema platea, primoribus labris, & extremis digitis.* Cuiuſdam coniectura eſt
*— ſolo tum fortè remota.*
Verùm pridem ante perfidiam hominum exoſa fides ſolum liquerat, nec fuit cauſa cur id *tum* factum, non ante.

VENIÆ PACATOR HONORE. ] Modius: *Nemeæ pacator.* Rectè. Nec tamen alterum deliramentum, quod clamat Modius: ſenſum enim habet commodum. Vide Lud. Carr. l. 2. Emend. c. 4.

MORITVR TIBI VVLGVS, ET VNA. ] *Unam* legas non abſque emphaſi.

INDE SEVERA IOVI DECVRRENS ÆTHERE VIRGO. ] Marſus cùm explicuiſſet *fidem Ioui ſeueram*, quòd vel Iouem ad fidem tuẽdam cogat, quaſi de noua, déque inaudita interpretatione riſum tulit à Modio. Cedo meliorem, ô bone. Non de Styge dixit Poëta Latij:
*Per quam dij iurare timent, ac fallere numen!*
Non paſſim à Poëtis Dii finguntur ἀνθρωποπαθεῖς? Quod reponit Modius *leui æthere*, non abhorret à literarum veſtigiis: ſed & alterum inculpatum eſt. Haut leue, quod conièctat Ph. Goſſuinus:
*— Iouis decurrens æthere virgo?*
eſt enim, inquit, Iupiter iſtius regionis præſes.

SÆVASQVE FERARVM ATTENTARE DAPES. ] Non eſt carnem ferinam inuadere: addit enim:
*— & menſis addere crimen:*
ſed quas feræ ipſæ inuadant, humanas, diſertè mox explicat:
*Paribúſq; famem compeſcere membris.*
D. Aug. l. 3. de Ciuit. c. 20. de Saguntho: *Primò fame contabuit: nam etiam ſuorum cadauerib. à nonnullis paſta perhibetur.* Idem malum paſſi Romani. Appollinaris. Carm. 2.
*Nec Lucullanis ſic hæc freta cincta carinis,*
*Segnis ad inſignem ſedis cum Cyzicon hoſtis,*
*Qui cogente fame cognata cadauera mandens*
*Vixit morte ſua*
Appianus Mithridatico ſcribit Athenas obſeſſas à Sylla conuerſas ad cadauera, quódq; iis captis ἕτοιμοι σάρκες ἀνθρώπων ἐς βορὰν ἐν πολλοῖς οἰκήμασιν εὑρέθησαν. *Eſui Paratæ carnes humanæ multorum en ædib. repertæ*, At quid in ipſius Mithridatis exercitu? Εἰσὶ δ' οἳ καὶ σπλάγχνων ἐγεύοντο βαρβαρικῶς ἐν τῷ Μιθριδάτου στρατῷ. *Sunt & qui inteſtina barbaricum in modum guſtauerint in Mithridatis exer-*

*citu.* Xiphilinus de Byzantiis à Seuero arctè inſeſſis: Εἶτ' ἢ ἐν τῷ ἀσθενεστάτῳ ἐγένοντο ἐπ' ἀλλήλους ἐτράποντο, καὶ ἀλλήλων ἐγεύοντο. *Deploratiſsimis reb. tandem in ſe mutuo verſi, ſe mutuo guſtauerunt.* Apud Polybium l. 1. Afri rebelliones eundem impacti in ſcopulum: Κατεχρήσαντο μὲν ἀσεβῶς τοῖς αἰχμαλώτοις, τροφῇ ταύτῃ χρώμενοι, κατεχρήσαντο δὲ τὰ δουλικὰ τῶν σωμάτων. *Captiuos impiè interfecerunt, ac pro cibo vſi ſunt, interfecerunt & ſeruorum corpora.* Olympiodori: Ὅτι ἐν τῇ πολιορκίᾳ τῆς Ῥώμης ἀλληλοφαγία τῶν ἐνοικούντων ἐγένετο. *In obſidione Romæ, habitatores inuicem eſitabant.* Idem in Hiſpania factum narrat εἰς ἀλληλοφαγίαν ἐκβιασθῆναι, καὶ γυνὴ τέσσαρα τέκνα ἔχουσα πάντα κατέφαγε. *Vt malorum inuicem epulatos, & mulier quatuor proles comedit.* Petron. Arbiter in Satyrico: *Inuentas eſſe matres capta vrbe, quæ liberorum ſuorum ſemeſa corpora in ſinu tenerent.* Numantiæ. Valer. Max. l. 7. ca. 6. de Calaguri *Vxores ſuas natóſque ad vſum nefariæ dapis verterunt, quoque diutius armata iuuentus viſcera ſua viſcerib. ſuis aleret, infelices cadauerum reliquias ſalire nõ dubitauit.* Porro Calaguritani Vaſcones, de quib. Iuuenalis Sat. 15.

*Vaſcones, vt fama eſt, alimentis talibus vſi*
*Produxere animas: ſed res diuerſa, ſed illic*
*Fortunæ inuidia eſt, bellorúmque vltima, caſus*
*Extremi, longè dira obſidionis egeſtas.*

Tacitus de vita Agricolæ de Vſipiis prædatoribus: *Eò ad extremum inopiæ venere, vt infirmiſsimos ſuorum, mox ſorte ductos veſcerentur.* Vt hîc ſorte ducti primi in cibum veniunt: ſic Taurominitanos inter primi pueri mulieres. Diodorus lib. 44. Ὅτι ἀρξάμενοι ἐκ παίδων βορᾶς, καὶ διελθόντες διὰ γυναικῶν, μηδὲ τῆς αὐτῶν ἀλληλοφαγίας μηδ' ὅλως φείσασθαι. *Capta à pueris epulatio non in mulieres deſiit, ſed promiſcua tandem fuit omnium ordinum.* Strabo li. 4. ἀνθρωποφαγίαν *Eſum humanæ carnis* in obſidione impingit Scythis, Celtis, Iberis. Procopius li. 2. de bello Gothico refert duas fœminas viros ſeptẽdecim contrucidaſſe, & eſitaſſe: decimum octauum præpropere excitum è ſomno eas ſuſtuliſſe.

*Heu quantum ſcelus eſt in viſcere viſcera condi;* Metam. 1.
*Congeſtóque auidum pingueſcere corpore corpus,*
*Alteriúſque animantem animantis viuere letho!*

*Quam ſimul inuiſæ gentis proſpexit in arce,*
*Forte ferens ſeſe Libycis Saturnia caſtris,*
*Virgineum increpitat miſcentem bella furorem,*
*Atque ita turbata gradum, ciet ocyus atram*
*Tiſiphonem, imos agitantem verbere manes:*
*Et palmas tendens, hos, inquit, noctis alumna,*
*Hos muros impelle manu, populumq; ferocem*
*Dextris ſterne tuis, Iuno iubet, ipſa propinqua*
*Effectus: ſtudiúmq; tuum quo comprimit ora*
*Cerberus, ac miſto quæ ſpumant felle venena,*
*Et quicquid ſcelerum, pœnarum quicquid & iræ*
*Pectore fœcundo coquitur tibi, congere præceps*
*In Rutulos, totámque Erebo demitte Saguntum:*

Hac mercede Fides conſtet delapſa per auras.
Sic voce inſtimulans, dextra dea concita ſæuam
Eumenida incuſſit muris, tremuitque repente
Mons circùm, & grauior ſonuit per littora fluctus.
Sibilat inſurgens capiti, & turgentia circum
Multus colla micat ſqualenti pectore ſerpens.
Mors graditur vaſto pandens caua guttura rictu.
Pectora circundant planctus, mærórq;, dolórq;.
Atque omnes adſunt pœnæ, formáq. trifauci
Perſonat inſomnis lacrymoſæ tanitor aulæ.
Protinus aſſimulat faciem mutabile monſtrum
Tyburnæ, greſſúmque ſimul, ſonitúmque loquentis.
Hæc bello vacuos, & ſæui turbine Martis
Lugebat thalamos Murro ſpoliata marito.
Clara genus, clarumq. trahens à ſanguine nomen.
Cui vultus induta pares, diſiectáq crinem
Eumenis, in medios irrumpit turbida cœtus.
Et mallas lacerata genas quis terminus, inquit,
Stat fidei, proauíſque datus? vidi ipſa cruentum,
Ipſa meum vidi lacerato vulnere noſtras
Terrentem Murrum noctes, & dira ſonantem.
Eripe te coniux miſerandæ caſibus vrbis,
Et fuge, ſi terras adimit victoria Pœni,
Ad manes Tyburna meos: cecidere penates,
Occidimus Rutuli, tenet omnia Punicus enſis.
Mens horret, nec adhuc oculis abſiſtit imago.
Nulláne iam poſthac tua tecta Sagunthe videbo?
Felix Murre necis, patriáque ſuperſtite felix.
At nos Sidoniis famulatum matribus actas,
Poſt belli caſus, vaſtíque pericula ponti,
Cartago aſpiciet victrix: tandémque ſupremum
Morte obita, Libyæ gremio captiua iacebo.
Sed vos ô iuuenes, vetuit quos conſcia virtus
Poſſe capi, queis telum ingens contra aſpera mors eſt,
Veſtris ſeruitio manibus ſubducite matres:
Ardua virtutem profert via. pergite primi,
Nec facilem, populis nec notam inuadere laudem.
His vbi turbatas hortatibus impulit aures,
Inde petit tumulum, ſummo quem vertice montis

*Amphitryoniades ſpectandum ex æquore nautis*
*Struxerat, & grato cineres decorarat honore.*
*Excitus ſede, horrendum prorupit ab ima*
*Cæruleus maculis auro ſqualentibus anguis:*
*Ignea ſanguinea radiabant lumina flamma,*
*Oráq. vibranti ſtridebant ſibila lingua:*
*Iſq; inter trepidos cœtus, mediámq. per vrbem*
*Voluitur, & muris propere delabitur altis,*
*Ac ſimilis profugo vicina ad littora tendit,*
*Spumantíſq. freti præceps immergitur vndis.*
*Tum verò excuſsi amentes, ceu prodita tecta,*
*Expulſi fugiant manes, vmbræq. recuſent*
*Captiuo latuiſſe ſolo, ſperare ſaluti*
*Pertæſum, damnant cibos, agit abdita Erinnys.*
*Haud grauior duris diuûm inclementia rebus,*
*Quàm lethi proferre moras: abrumpere vitam*
*Ocyus attoniti quærunt, lucémque grauantur.*

DEXTRIS STERNE TVIS.] Modius Epiſt.41.& Carrio l. 2.Emend. c.4. *Suis* hoc loco, non *Tuis* legendum docent ab exitu Saguntinorum, qui impellente,& ſtimulante Tiſiphone ipſi ſibi ad vnum omnes, interfectis priùs paruis liberis mortem conſciuerunt, ac violentas manus attulerunt. Satis εὐστόχως,& cum adſcenſu noſtro: quod ſequitur non æquè.

IPSA PROPINQVA EFFECTVS.] Ponam verba Modii, quo melius quiſque de cauſa cognoſcat, & integriùs iudicet: *Operæpretium autem hîc eſt videre, in quos errores aut potius in quos non inducat etiam homines cæteroqui doctiſsimos, & vigilantiſsimos deprauata alicuius auctoris ſcriptura; vbi cùm Marſus non videret, quo referenda eſſent tandem iſta: Propinqua effectus, ſomniauit nobis videns nouum, & inauditum auribus cantum Romuleis loquendi genus: dum ait (verba eius apponere lubet) Propinqua effectus; accelera id, quod potes efficere, & tuam voluntatem. Seruit voëta affectui Iunonis, quæ properabat ad Saguntinorum perniciem. Egregia me hercule, appoſitáque admodum interpretatio.* Hoccine dictum humanitatis eſt, Modi? quid rides?

*— mutato nomine fabula de te*
*Narratur.*

Lud.Carrion.lib.2.Emend.c.4. τῷ συμπατριώτῃ ὁμόφρονι: *Cum populari ſuo ſentit. Propinqua, id eſt, propera effectus tuos; quo tamen modo* Romanos *nunquam locutos fuiſſe Romanis præſtare non verebor.* Quid *Propinquandi* verbum non eadem notione iterum Silius libro hoc eodem vſurpauit?

*— mortem licet arma propinquent,*

id eſt, *Depreperent.* Quod dum facit, calcem Maronis terit Aeneid.10.

*—— tu rite propinques*
*Augurium.*

Vbi *propinquare augurium*, eſt precantis voto, commodo fauere augurio: nam quæ auerſamur, & deſpuimus, procul à nobis amolimur: contra, quæ animo complectimur, tenere volumus, atque exoſculari. Simili ex cauſa *præſentes* Deos dixere. Salluſtius lib. 4. Hiſtor. cum quarto caſu coniunxit: *Tum verò Bithyni propinquantes iam amnem Tartanium.* Auſonius epiſtola 24.

*Et non in meliora animus ſe vota propinquat.*

Sic *properare mortem* Virgilio, *Deproperare apio coronam* Horatio.

IN RVTVLOS.] Saguntinos qui id nominis ab Ardeatib. proauis tulere. Aliàs *Rutulorum* appellatione Romanos intelligit Silius non infrequenter.

SQVALENTI CORPORE SERPENS.] Alius codex: *Squamoſo pectore.* Alius: *ſquallenti tergore.*

CLARA GENVS, CLARVMQ. TRAHENS.] Modius, & Carrion lib. 2. Emendationum, c. 4. legunt *Dauniq. tr.*

NEC NOTAM POPVLIS INVADITE LAVDEM.] Conſimiles tamen intemperie deſperantes inuaſerunt Abydenos Polybii lib. 16.

COERVLEVS MACVLIS .. ANGVIS.] Poſitum ad exemplum Maronis li. 5. vbi ex Anchiſæ tumulo anguis euoluitur, quémque Aeneas erat

*Incertus geniumne loci, famulúmne parentis*
*Eſſe putet.*

Cur angues heroum ſint peculiares docet nos Photius, qui cap. 245. Bibliothecæ refert cuſtodes cadaueris Cleomenis (fuerat in crucem ſublatus) ingentem vidiſſe draconē Cleomenis capiti circumfuſum, & os ita tegentem, nulla vt auis carniuora inuolaret. Ex quo religio regem inceſſerit, & metus, ne virum Deo carum, & natura nobiliore ſuſtuliſſet. Alexandrinos verò iucundè ad Heroëm Cleomenem iraſſe, & Deorum ſtirpem appellitaſſe; dum nonnulli ſapientiores finem eorum religioni aperta ratione attulerunt, apes è bobus putrefactis, ex equis veſpas prorumpere, atque ex aſinis ſcarabæos viuos progigni: ex humanis porro corporibus saniei circa medullam confluuio, & quadam concretione facta ſerpentes reddi. Eàque re cognita veteres præ cęteris animantibus dracones heroibus proprios dediſſe. Silius proximè appoſitis iſtum ſerpentem *manes & vmbras* ex opinione vulgi interpretatur. Archelaus quoque idem ſenſit apud Antigonum in Synagoga hiſtoriarum inopinabilium:

Ἀνδρὸς γὰρ κοίλης ἐκ μυελοῦ ῥάχιος
Δεινὸς γίνετ' ὄφις, νέκυος δειλοῖο σαπέντος.
— *Viri exhauſta ſpina putrore medulla*
*Fit dirus ſerpens corpore de miſero.*

TVM VERO EXCVSSI AMENTES.] *Excuſſi* domo in publicum, compita, forum, rogum. Potuit aliud eſſe, dicit Heynſius: fateor iudicio Silium non intelligentiū. Legerat Modium reponentē, *Excuſſæ mentes*, tum ſibi eam inominalē correctionē arrogat Heynſi⁹. Modius Lucanum, & Plinium vocat in partes; nec aliud efficit, quàm id latinè dici, quòd non grauatè damus. Sed duumviris iſtis docendum erit, cur prolata à me expoſitio diſconue-

niat, cur contra codicum omnium fidem aliud inculcent. Quid? ſi alibi Silius dixit *Excuſſus conſul*, quod agnoſcit Heynſius; ſi Maro *excuſſa Iuno*, quod notauit Modius: cur τὸ *Excuſſi amentes* adeo ipſis deſpuitur? cur neceſſe alio torqueri?

CINERES GRATO DECORARAT HONORE.] Zacynthi comitis.

LVCEMQ. GRAVANTVR.] Pertæſum eſt vitæ, perinde ac ſenes ſenectæ pondere grauantur, & malorum montes ſibi ferre videntur. Silii amico Martiali eadem placuit elegantia lib. 3. Epig. 22. Horatio lib. 4. Oda 11. Tacito Annali ſexto: *Mox crebris prolationibus ſpem, ac metum iuxta grauatus Vitellius* Lucano lib. 7.

*Romanos odere omnes dominoſque grauantur.*

Quintil. in 4. *Cætera tanquam ſuperuacua grauari ſolet.*

*Certatim ſtructus ſurrectæ molis ad aſtra*
*In media ſtetit vrbe rogus, portántque, trahúntque*
*Longæ pacis opes quæſitáque præmia dextris,*
*Callaico veſtes diſtinctas matribus auro,*
*Armáque Dulichiis proauis portata Zazyntho,*
*Et priſca aduectos Rutulorum ex vrbe penates:*
*Huc quicquid ſupereſt captis, clypeóſque ſimúlque*
*Infauſtos iaciunt enſes, & condita bello*
*Effodiunt penitus terræ: gaudéntque ſuperbi*
*Victoris prædam flammis donare ſupremis.*
*Quæ poſtquam congeſta videt feralis Erinnys,*
*Lampada flammiferis tractam Phlegethontis ab vndis*
*Quaſſat, & inferna ſuperos caligine condit.*
*Inde opus aggreſſi toto quod nobile mundo*
*Aeternum inuictis infelix gloria ſeruat.*
*Princeps Tiſiphone lentum indignata parentum*
*Preſſit ouans capulum, cunctantémque impulit enſem,*
*Et dirum inſonuit ſtygio bis, terque flagello.*
*Inuitas maculant cognato ſanguine dextras,*
*Mirantúrque nefas aduerſa mente peractum,*
*Et facto ſceleri illachrymant. hic turbidus ira,*
*Et rabie cladum perpeſſæque vltima vitæ,*
*Obliquos verſat materna per vbera viſus:*
*Hic raptam librans dilectæ in colla ſecurim*
*Coniugis increpitat ſeſe, mediúmque furorem*
*Proiecta damnat ſtupefactus membra bipenni.*
*Nec tamen euaſiſſe datur. nam verbera Erinnys*
*Incutit, atque atros inſibilat ore timores.*

*Sic thalami fugit omnis amor: dulcéſque marito*
*Effluxere tori, & ſubiere obliuia tedæ.*
*Ille iacit totis connixum viribus ægrum*
*In flammas corpus, denſum quà turbine nigro*
*Exundat fumans piceus caligine vertex.*
*At medios inter cœtus pietate ſiniſtra*
*Infelix Tymbrene furis, Pœnóque parentis*
*Dum properas auferre necem, redolentia formam*
*Ora tuam laceras, temeráſque ſimillima membra.*
*Vos etiam primo gemini cecidiſtis in æuo*
*Eurymedon fratrem, & fratrem mentite Lycorma:*
*Cuncta pares, dulciſque labor ſua nomina natis*
*Reddere, & in vultu genitricis hærere ſuorum.*
*Iam fixus iugulo culpa te ſoluerat enſis*
*Eurymedon, inter miſeræ lamenta ſenectæ:*
*Dúmque malis turbata parens, deceptáque viſis*
*Quò ruis? huc ferrum clamat conuerte Lycorma,*
*Ecce ſimul iugulum perfoderat enſe Lycormas.*
*Sed magno, quoniam Eurymedon furor iſte? ſonabat*
*Cum planctu, geminæque notis decepta figuræ,*
*Nomine mutato reuocabat funera mater,*
*Donec tranſacto tremebunda per vbera ferro*
*Ceſſit, & ambiguos cecidit ſuper inſcia natos.*
*Quis diros vrbis caſus, laudandáque monſtra,*
*Et fidei pœnas, & triſtia facta piorum*
*Temperet euoluens lacrymis? vix Punica fletu*
*Ceſſaſſent caſtra, ac miſereſcere neſcius hoſtis.*

LONGAS PACIS OPES.] Aut quia longa ſeries comportantium opes in rogum: aut quia longulo tempore comportarunt. Nec malè Modius: *Longe pacis opes.* Iuuo ex illo:

*— patimur longæ pacis mala, ſenior armis*, &c. Iuuenal. Sat. 6.

EFFODIVNT PENITVS TERRÆ.] Videtur ſcribendum. *Terra.*

LENTVM INDIGNATA PARENTVM PRESSIT OVANS CAPVLVM.] Saguntinorum ſeniores, quibus ætas affecta, & inualida cunctantiùs ſe in ferrum induebant, remiſſiore iam ſanguinis calore: *lentum* itaque eorum gladium Tiſiphone indignata *preßit*, vimque indidit. S io quorundam ingenia ex ignoratione rei in vaniorem correctionem torqueri. Verùm ſe Silius aperit libro ſexto exeunte, vbi gloriarum plenus Annibal ſic ampullatur:

—— *Saguntum*
*Da ſpectare ſimul flamma, ferróque ruentem:*

*Perfodiant patres natorum membra.*

MIRANTVRQ. NEFAS ADVERSA MENTE PERACTVM.] *Auerſa mente* volunt Heynſius, & Modius. Puto id ſcribi poſſe ſententia non euerſa: ita oportere totus inficior. Ab ignaua mente eſt coniectura iſta, quæ peruidere non potuit, propterea mentem *aduerſam* dici, quòd cum fatali Tiſiphones impulſu pugnaret. Firmat, quidquid hîc lego. Notat Silius *lentum capulum, enſem cunctantem, inuitas dextras*, quæ omnia *mentis aduerſæ*, & renitentis ſunt argumenta. An fortè cùm publicitus pleríque omnes ſibi violentas afferunt manus, omnes id agere pari alacritate cuiquam ſit credibile? Eadem ſententia dixit Plautus Pſeudolo *Aduerſis animis.*

OBLIQVOS VERSAT MATERNA PER VBERA VISVS.] Congruenter *ira turbido*: talis enim ferè oculi aciem obliquat, & limis intuetur. *Niſus*, quod obtrudunt, cur ſequat? Et libro primo eadem vox adſerenda ab Heynſio deturbata:

*Namque aut nocturno penetrat Capitolia viſu:*

Loquitur ſiquidem Poëta de dormientis, & ſomniantis imaginatione. Ille etiam *Niſu* voluit.

ILLE IACIT TOTIS CONNIXVM VIRIBVS ÆGRVM IN FLAMMAS CORPVS.] Si ægrum corpus, vt totis viribus conniti potuit, quæ integræ non erant? Fortè: *Connixus*: connititur namque corpus qui iacit, non ipſum corpus: cùm actiones ſint ſuppoſitorum.

REDDENTIA FORMAM ORA TVAM LACERAS.] Feliciter Modius inducto *Redolentia*: etſi hoc non prorſus malè olet.

CVNCTA PARES, DVLCISQ. LABOR SVA NOMINA NATIS REDDERE.] Ad exemplum Aen.10.

*Daucia Laride, Tymbérque ſimillima proles,*
*Indiſcreta ſuis: gratúſque parentibus error.*

Plurium ſimilitudinem ſuggeret Plin. lib.7.c.12. Valer. Max. lib.9.c.12.

TRISTIA FACTA PIORVM.] Col. M. *Fata.*

VIX PVNICA FLETV CESSASSENT CASTRA.] Aen.2.

*—— quis talia fando*
*Myrmidonum, Dolopúmue, aut duri miles Vlyſſi*
*Temperet à lachrymis?*

*Vrbs habitata diu fidei, cœlóque parentem*
*Murorum repetens, ruis inter perfida gentis*
*Sidoniæ tela, atque immania facta ſuorum,*
*Iniuſtis neglecta Deis. furit enſis & ignis.*
*Quique caret flamma ſcelerum eſt locus, erigit atro*
*Nigrantem fumo rogus alta ad ſidera nubem.*
*Ardet in excelſo proceri vertice montis*
*Arx intacta prius bellis. hinc punica caſtra,*
*Littoráque, & totam ſolitis ſpectare Saguntum*
*Ardent tecta Deûm, reſpondet imagine flammæ*

*Aequor*

*Æquor,& in tremulo vibrant incendia ponto.*
*Ecce inter medios eadem Tyburna furores,*
*Fulgenti dextram mucrone armata mariti,*
*Et læua infelix ardentem lampada quaſſans,*
*Squalentémque erecta comam,ac liuentia planctu*
*Pectora nudatis oſtendens ſæua lacertis,*
*Ad tumulum Murri ſuper ipſa cadauera fertur.*
*Qualis vbi inferni dirum tonat aula parentis,*
*Itaque turbatos exercet regia manes*
*Alecto ſolium ante Dei,ſedémque tremendam*
*Tartareo eſt operata Ioui,pœnáſque miniſtrat.*
*Arma viri multo nuper defenſa cruore*
*Imponit tumulo illachrymans: manéſque precata*
*Acciperent ſeſe,flagrantem lampada ſubdit.*
*Tunc rapiens lethum,tibi ego hæc,ait,optime coniux*
*Ad manes en ipſa fero:ſic enſe recepto*
*Arma ſuper ruit,& flammas inuadit hiatu.*
*Semiambuſta iacet nullo diſcrimine paſſim,*
*Infelix obitus,permixto funere,turba.*
*Ceu ſtimulante fame,cùm victor ouilia tandem*
*Faucibus inuadit ſiccis leo,mandit hianti*
*Ore fremens imbelle pecus,patulóque redundat*
*Gutture ructatus large cruor,incubat atris*
*Semeſæ ſtragis cumulis,aut murmure anhelo*
*Infrendens,laceros interſpatiatur aceruos.*
*Late fuſa iacent,pecudes,cuſtóſque moloſſus,*
*Paſtorúmque cohors,ſtabulíque gregíque magiſter,*
*Totáque vaſtatis diſiecta mapalia tectis.*
*Irrumpunt vacuam Pœni tot cladibus arcem.*
*Tum demum ad manes perfecto munere Erinnys*
*Iunonis laudata redit,magnámque ſuperba*
*Exultat rapiens ſecum ſub tartara turbam.*
*At vos ſidereæ,quas nulla æquauerit ætas,*
*Ite decus terrarum animæ,venerabile vulgus*
*Elyſium,& caſtas ſedes decorate piorum.*
*Queis verò non æqua dedit victoria nomen,*
*Audite ô gentes,neu rumpite fœdera pacis,*
*Nec regnis poſt ferte fidem: vagus exul in orbe*
*Errabit toto patriis profectus ab oris.*

*Tergáque vertentem trepidans Cartago videbit.*
*Sæpe Saguntbinis ſomnos exterritus vmbris*
*Optabit cecidiſſe manu, ferróque negato.*
*Inuictus quondam ſtygias bellator ad vndas,*
*Deformata feret liuenti membra veneno.*

ARDENT TECTA DEVM, RESPONDET IMAGINE FLAMMÆ ÆQVOR.] Fateor, Modi, poſito *Reſplendet* verſum, & ſententiam ſtare: ſed in iſto altero *Reſpondet* philoſophiæ ineſt neſcio quid ſecretiotis. Flamma erat in *tectis Deûm*, lux ex ea nata, quæ erat imago flammæ, immane ſpargebatur latiùs, etiam in *æquor*, quod *imagine reſpondet flammæ*; hoc eſt, iuxta clara lux, aut æquè fuſa erat in mari, ac flamma paſcens, cuius flammæ imago eſt lux iſta. Viciſſim lib. 7. ex illuminatis aquis luce promicante texta reuerberantur:

*Sicut aquæ ſplendor radiatus lampade ſolis*
*Diſſultat per tecta vaga ſub imagine vibrans*
*Luminis, & tremula laquearia verberat vmbra.* Sic Ouidius:
*Vnda repercuſſæ radiabat imagine lunæ,*
*Et nitor in tacita nocte diurnus erat.*

LAVDANDAQ. MONSTRA.] Memorabilia, quale Plin. memorat lib. 7. c. 3. *Sagunthi infans natus rediſt in vterum matris, quo anno ab Annibale decreta eſt.*

SEMIAMBVSTA IACET... INFELIX OBITVS ] Non penitiùs cinefieri dedecoroſum, & inominale. Idem Oedipus ex cauſa peſtilitatis apud Senecam dequeritur:

*Arſiſſe ſatis eſt: pars quota in cineres abit?*

LACEROS INTERSPATIATVR ACERVOS.] In vnum voces diuulſas contuli, exemplo Macrobii, cui vſurpatum lib. 7. *Interpatet*, *Interpedit*; & Papinii, cuius ſunt, *Interuiret*, *Interſurit*, *Interplicat*. Silius lib. 10.

*—— qua ſpina interſtruit artus.*

NEC REGNIS POSTFERTE FIDEM.] Vocabulum haut temerè obuium. Seneca lib. Cur bonis eueniant mala? *Graue eſt à deterioribus honore anteiri: Vatinio poſtferatur.* Plinius lib. 37. c. 5. *Non poſtferuntur & Charites in propyleis Athenienſium, quas Socrates fecit.* Q. Curtius lib. 7. *Animi, & corporis robore nulli iuuenum poſtferendus.*

SÆPE SAGVNTHINIS SOMNOS EXTERRITVS VMBRIS.] Ex eodem fonte hauſtum illud Aen. 4.

*Omnibus vmbra locis adero: dabis improbe pœnas.*

Et poſt doceo mortuorum vmbras occurſantes mortis breui venturæ non obſcurum eſſe indicium.

OPTABIT CECIDISSE MANV.] Viri fortis. quod & Aeneæ votum fuit Æneid. 1. ne letho ignobili mergeretur. Non, *manu* ſua: nam quando Annibali ferrum defuit? defuit animus, ferríque vicem fuit venenum: ideo

*Deformata feret liuenti membra veneno,* inquit Silius.

Quod conſimili ſtylo ſic extulit Cornelius Seuerus:

*— noſtráq; cadens ferus Annibal ira*
*Membra tamen ſtygias tulit inuiolata ſub vndas.*

IN LIB. III. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO

*Claud. Dauſqueij Can. Tor.*

COMMENTARIVS.

POSTQVAM *rupta fides Tyriis, & mœnia caſtæ,*
*Non æquo Superûm genitore, euerſa Saguntbi,*
*Extemplo poſitos finiti cardine mundi*
*Victor adit populos, cognatáque limina Gades.*
*Nec vatum menteis agitare, & præſcia corda*
*Ceſſatum ſuper imperio: citus æquore Boſtar*
*Vela dare, & rerum prænoſcere fata iubetur.*
*Priſca fides adytis longo ſeruatur ab æuo,*
*Qua ſublime ſedens Cyrrheis æmulus antris*
*Inter anhelanteis Garamantas corniger Hammon*
*Fatidico pandit venientia ſecula luco.*
*Hinc omen cœptis, & caſus ſcire futuros*
*Ante diem, bellíque vices nouiſſe petebat.*
*Exin clauigeri veneratus numinis aras*
*Captiuis onerat donis, quæ nuper ab arce*
*Victor fumantis rapuit ſeminſta Sagunthi.*
*Vulgatum, nec caſſa fides, ab origine fani*
*Impoſitas durare trabes, ſoláſq; per æuum*
*Condentum nouiſſe manus, hic credere gaudent*
*Conſediſſe Deum, ſeniúmque repellere templis.*
*Tum queis fas, & honos adyti penetralia noſſe*
*Fœmineos prohibent greſſus, ac limine curant*
*Setigeros arcere ſues, nec diſcolor vlli*
*Ante aras cultus, velantur corpora lino,*
*Ex Peluſiaco præfulget ſtamine vertex.*
*Diſcinctis mos thura dare, atq; è lege parentum*
*Sacrificam lato veſtem diſtinguere clauo.*
*Pes nudus, tonſæq; comæ, caſtúmq; cubile,*

*Inreſtincta focis ſeruant altaria flammæ.*
*Sed nulla effigies, ſimulacráue nota Deorum*
*Maieſtate locum, & ſacro impleuere timore.*
*In foribus labor Alcidæ Lernæa reciſis*
*Anguibus Hydra iacet, nexúq; eliſa leonis*
*Ora Cleonei patulo celantur hiatu.*
*Aſt ſtygius ſenis terrens latratibus vmbras.*

EVERSA SAGVNTHI.] Mœnia octauo menſe ab obſidio, Polyb. lib. 3.
COGNATAQ. LIMINA GADES.] An quia & ipſi Gaditani Pœni? Horatius lib. 1. Od. 2.

*Quàm ſi Libyam remotis*
*Gadibus iungas, & vterque Pœnus*
*ſeruiat vni.*

Vbi Pœnus occiduus eſt Gaditanus, Orientis Cartaginienſes, & vicini, vt rectè Turnebo viſum Aduerſ. lib. 30. c. 5. Nam Blaſtophœnices Appiani (ita rectiſſimè ſcribendum eſt) nunquam dicti ſunt ἁπλῶς Pœni: vnde nec Ortelio viro clariſſimo adſentior, neq. Ortelium ſequentem ſequi meum eſt. Magis tamen appoſita fuerit cognatio, ſi intelligas Gaditanos & Cartaginienſes ab iiſdem Tyriis ortos. De origine Cartaginis dictum lib. 1. de Tyri dicet Diodorus Siculus lib. 5. Φοίνικες ἐκ παλαιῶν χρόνων συνεχῶς πλέοντες κατ' ἐμπορείαν πολλὰς μὲν κατὰ τὴν Λιβύην ἀποικίας ἐποιήσαντο, οὐκ ὀλίγας δὲ καὶ τῆς Εὐρώπης ἐν τοῖς πρὸς δύσιν κεκλιμένοις μέρεσιν. & poſt: πρῶτον μὲν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ κατὰ τὰς στήλας πόρου πόλιν ἔκτισαν ἐπὶ Εὐρώπης, ἣν οὖσαν χερρόνησον προσηγόρευσαν Γάδειρα. *Phœnicei ab antiquis vſq. temporibus mercimoniorum cauſa continuè nauigantes multas per Libyam inſtituere colonias, neque paucas in Europa Occidentem verſus. In Europa quidem primum in traiectu, qui eſt ad columnas, ciuitatem condidere, quam, peninſula quod eſſet, appellauere Gadira.* De nomine habe meliora. *Nam punicorum lingua conſeptum locum Gadir vocabat.* Feſtus Auienus. Plinius lib. 4. c. 22. *Nam Gadira Punica lingua ſeptum ſignificat*, & Mariana lib. 1. Rerum Hiſpanicarum lib. 2. & 15. Solinus lib. 36. *Pœni lingua ſua Gadir, id eſt, ſepem nominarunt.* Pœni, inquam, quorum lingua cum Hebraica affinis eſt, quod & ex Plautina Pœnulo conſtat, & ex eo, quòd Hebræis גדר ſit ſepes. Plinius lib. 5. c. 9. de Tyro: *Olim partu clara, vrbibus Lepti, Vtica, & illa Romani imperii æmula, terrarumque orbis auida Cartagine, etiam Gadibus extra orbem poſitis.* Gades à Tyriis poſitas teſtatur & Velleius lib. 1. Solinus lib. 26. Strabo lib. 3. Dionyſius ibi:

Ἐνθάδε Φοίνικες ἀνδρῶν γένος.
*Hîc eſt Phœnicum gens illa virûm.*

Eadem de cauſa Romanos, & Segeſtanos Siciliæ populos *cognatione coniunctos* clamat M. Tullius lib. 4. in Verrem, quòd ab eodem Aenea orti. Nec ſatis mirari poſſum Lipſium, quòd ingenioſiſſimè, ac dexterrimè redintegrarit hiantia baſeos columnæ roſtratæ C. Duillio à primo bello Punico poſitæ, in qua tandem ita erat:

..... ANO ... ... ... hæc, inquam euanida ſic redintegrauit: SEGEST ANOS SOCIOS, ET COGNATOS POPLI R.

Nihil ad hoc ſupplementum Etruſcus Pontifex. *Gades olim Erythea*, Apollod.lib.2. Diodorus iterum in Ecloga lib. 25. Gades ſcribit πόλιν ἄποικον Φοινίκων. *Ciuitatem ortam à phœnicibus.* nec à ſe diſcedit, cùm Tyrus ſit à Phœnicibus poſita.

Prisca fides adytis.] Strabo libro extremo ſcribit ætate ſua defeciſſe hoc oraculum. Tantundem Plut. lib.de Deſ.Orac.

Qva svblime sedens.] Seſſum, formámque Iouis Ammonis habe, Lector, à Curtio lib. 4. *Id, quod pro Deo colitur, non eandem effigiem habet, quam vulgo Diis artifices accommodauerunt. Vmbilico tenus arieti ſimilis eſt, habitus ſmaragdo, & gemmis coagmentatus.* Hunc, *cum reſponſum petitur, nauigio aurato geſtant ſacerdotes*: (quos octoginta Diodorus lib.17. adhibet, addítq. deinde in humeros ab iis efferri) *multis argenteis pateris ab vtroque nauigii latere pendentibus.* Quæ ſtudioſiùs attexui, quòd non æque nobis Ammonem repræſentent Choulius, aliíque. Dabo tamen oculis hominum Ammonis arietem inſidentis numum:




Arnob.lib.6. *Ammon cum cornib. iam formatur, & fingitur arietinis.* Athanaſius contra Gent. Λίβυες πρόβατον ὃ καλοῦσιν Ἄμμωνα Θεὸν ἔχουσι. *Libyes quadrupedem, quam Ammona dicunt, Deum habent.* Macrobius lib. 1. c. 21. putauit Ammonem Solem eſſe occidentem. *Ideo & Ammonem, quem Deum Solem occidentem Libyes exiſtimant Arietinis cornibus fingunt, quibus maximè id animal valet, ſicut radiis Sol.* Vult inibi Solem, Ammonem, Arietem cœleſtem vnum, idemque eſſe.

Cirrhaeis aemvlvs antris.] Dichæarchus Cirrhæ poſituram deſcribit:

— ἀπὸ Κίῤῥας δ' ἄνω
Προσβάντι Δελφῶν πόλις ἄπεισι, κ' ἱερὸν,
Ἔνθ' ὧ μαντεῖον.
*A Cirrha ſurſum Delphi monſtrantur, & in quo*
*Vaticina ſortes, templum.*

Habes eandem dicti Siliani cauſam ſignatam à Seneca Hercule Oetæo:

N iij

*Lux iſta ſumma eſt; quercus hanc ſortem mihi*
*Fatidica quondam dederat, & Parnaßio*
*Cirrhæa quatiens templa mugitu nemus.*

EXIN CLAVIGERI VENERATVS NVMINIS ARAS] Nullo modo Corrigeri. quod nonnemini viſum eſt. Herculem intelligit Poëta Gaditanum, de quo Mela li.3.ca.6. *Templum Ægyptij Herculis conditoribus, religione, vetuſtate, opibus, illuſtre Tyrij condidere: cur ſanctum ſit, oſſa eius ibi ſita efficiunt.* Appianus Ibericis non Thebanum vult Herculem; ſed Tyrium. verba ſunt: Τὸ τοῦ Ἡρακλέους ἱερὸν τὸ ἐν στήλαις φοίνικές μοι δοκοῦσιν ἱδρύσασθαι, καὶ θρησκεύονται νῦν ἐπὶ φοινικῶς ὅ, τε θεὸς αὐτοῖς οὐχ ὁ Θηβαῖος ἀλλ᾽ ὁ τυρίων. *Tunc Herculis ædem ad columnas rexiſſe mihi Phœnices videntur, coluntque etiamnum Phœnicum more, modóque. Neque ijs Deus Hercules eſt Thebanus, ſed Tyrius.* In eo verò templo *Aræ* tres, duæ Ægyptio, Herculi Æneæ, ac ſine ſignis: tertia Thebano, in qua hydram, & labores Herculis in lapidem inciſa ſcribit, Philoſtratus lib. 4. Silius duas agnoſcere duntaxat videtur: nam iſta *foribus* inſcripta vult, quæ Philoſtratus columnis. Fortè ex imitatione ſextæ Æneidos;

*In foribus lethum Androgeo.*

ARAS CAPTIVIS ONERAT DONIS.] Ex eiuſmodi donariis, ingentes templo creuerunt opes, & ex fama prædonibus animus. Legitur apud Macrobium Sat. lib. 1. cap. 20. vt Theron rex Hiſpaniæ citerioris ad expugnandum Herculis Gaditani templum, ſit aggreſſus diuitiarum ſpe, & quo repulſus viſo. Tu viſe.

DVRARE TRABES.] Signatè: nam trabibus, & aſſeribus ſtabat templum, nullo ſaxo. Philoſtratus de templo, totáque inſula: Πετρῶδες δὲ αὐτῆς οὐδὲν, ἀλλὰ βαλβῖδι ξεστῇ εἴκασται. *Saxoſum nihil illa habet, ſed carceribus politus adſimilatur.*

HIC CREDERE GAVDENT. ] Nec malè. *Hinc.*

FOEMINEOS PROHIBENT GRESSVS. ] Prohibent, & introitu templi Herculis in Italia, quò fortè reſpexit Silius. Macrob. li. 1. Sat. ca. 12. cauſam promit. *Herculi, cùm boues Geryonis per Italiæ agros duceret, ſitienti reſpondit mulier ſe non poſſe aquam præſtare, quòd fœminarum deæ celebraretur dies: nec ex eo apparatu guſtare viris fas eſſet. Propter quod Hercules facturus ſacrum deteſtatus eſt præſentiam mulierum: & Potitio, ac Pinario, ſacrorum cuſtodibus iußit, ne mulierem intereſſe permitterent.* Propert. l 4. Eleg. 10. iſta Hercules:

*Hæc (ara) nullis vnquam pateat veneranda puellis,*
*Herculis eximij ne ſit inulta ſitis.*

Vide reſtantia. Verū quia Libyen iamtū reliquerat Hercules, dicēdum eſt aut Poëtā id inſtitutum alludere, aut ſacrorum antiſtites, *quîs fas, & honos adyti penetralia noſſe*, in Gaditano tēplo eos ritus obſeruitaſſe, quos Itali. Simili de cauſa tēplo Orphei fœminis interdictū. Conō Narratu 45. Ἔστι δὲ γυναιξὶν παντελῶς ἄβατον. *Eſt mulierib. inacceſſū.* Quid quod alibi Veneris templo mulieribus interdictū? Strab. l. 14. Ἡ δ᾽ ἀκρώρεια καλεῖται Ὄλυμπος ἔχουσα Ἀφροδίτης Ἀκραίας ναὸν ἄδυτον γυναιξὶ, καὶ ἀόρατον. *Summus vertex Olympus dicitur, in quo Veneris Acrææ ædes mulieribus inuidenda, mulier indiuiſa.* Clazomenii quoque arcent Hermotimi templo fœminam. Apollonius ἐν ἱστορίαις θαυμασίαις: Τὸν μὲν οὖν Ἑρμότιμον Κλαζομένιοι τιμῶσι μέχρι τοῦ νῦν, καὶ ἱερὸν αὐτοῦ καθίδρυται, εἰς ὃ γυνὴ οὐκ

ἱστόρηται: *Clazomenij in hunc diem Hermotimum honorant, templúmque illi ſtatutum eſt, quod mulier non init.* idque quod vxor contra viri vetitum peregrinante eius anima de more, cadauer importunè rogantibus monſtrauit, illi igne admoto exuſſerunt.

LIMINE CVRANT SETIGEROS ARCERE SVES. ] Vtcunque aperit Silius Herculem Gaditanum fuiſſe Ægyptium: námque in Ægypto ſubulcis ſacro, temploq; interciditur. Herodotus Euterpe: Ὗν δὲ Αἰγύπτιοι μιαρὸν ἥγηνται θηρίον εἶναι, καὶ τοῦτο μὲν ἤν τις ψαύσῃ αὐτῶν παρὶὼν ὑὸς, αὐτοῖς, τοῖς ἱματίοισι ἀπ' ὧν ἔβαψε ἑωυτὸν βὰς ἐς τὸν ποταμόν. Τοῦτο δὲ οἱ συβῶται ἐόντες Αἰγύπτιοι ἐγγενέες ἐς ἱρὸν οὐδὲν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ εἰσέρχονται μοῦνοι πάντων οὐδέ σφι ἐκδίδοσθαι θυγατέρα οὐδεὶς ἐθέλει, οὐδὲ ἄγεσθαι ἐξ αὐτέων, ἀλλ' ἐκδίδονταί οἱ συβῶται καὶ ἄγονται ἐξ ἀλλήλων. Interpres: *Suē autē Ægyptij ſpurcā belluā arbitrantur: quā ſiquis vel tranſeūdo contigerit, abit lotum ſeſe cum ipſis veſtimentis ad flumen. Eóque ſoli omniū ſubulci Ægyptij indigenæ nullū ingrediuntur in templum, nemóque aut filiam cuipiam eorum nuptum dare vult, aut cuiuſpiam eorum filiam in matrimonium ducere: ſed ipſi inter ſe ſubulci dant, accipiúntque filias.*

VELANTVR CORPORA LINO. ] Sacerdoribus Herculis. Iſidis quoque cultores *linigeri* paſſim audiunt, & Plut. li. Iſide, & Oſiride λινοστολίας, *è lino ornamenta*, tribuit eorum ſacrificis, item li. 2. Herod. Arabiæ felicis: Ἐσθῆτα δὲ φορέουσι οἱ ἱρέες λινέην μούνην. *Veſtem geſtant Sacerdotes lineam vnicam.* Diod. lib. 5. Vide Plin. li. 19. c. 1. Apuleius in Apologia ratione aperta cur lana à ſacrificio ſit alienior addicit: *Sed enim mundiſſima lini ſeges inter optimas fruges terra exorta, non modò indutui, & amictui ſanctiſſimis Ægyptiorum ſacerdotib. ſed opertui in reb. ſacris vſurpatur.*

EX PELVSIACO PRÆFVLGET STAMINE VERTEX. ] Codex vnus & *Pel.* Peluſiacum linum commendat Strabo.

ATQVE E LEGE PARENTVM
SACRIFICAM LATO VESTEM DISTINGVERE CLAVO. ] Veſtis ipſa πλατυπόρφυρος *Laticlauia* Sibyllæ. In *Laticlauia* verò ſacrificulos iſtos eſſe nil mirum, cùm ſit Balearium vicinorum inuentum. Euſtathius in Dionyſium: Οἱ δὲ ἐν αὐταῖς ἄνθρωποι πρῶτοι πλατυσήμους χιτῶνας ἐφόρουν. *Hice inſulani togas laticlauias primi inuenere.* Hauſit è tertio Geographi. Neſcio quis legit *Sacrificâm lato.* Mihi placuiſſet magis, ſi quærenda mutatio, caſu ſecundo *Sacrificium.*

PES NVDVS. ] Ita nonnulli ſacrificuli. De Brachmanibus Photius ca. 241. Bibliothecæ. Γυμνὸν αὐτοῖς βάδισμα. *Nudum illis veſtigium. Aedem numinis* (Dianæ) *præterquam nudus veſtigia nullus licitè ingreditur*, Solin. cap. 16. Aliter Arabiæ ſacerdotes, de quibus Diodorus lib. 5. Τὴν δ' ὑπόδεσιν ἔχουσι σανδάλια φιλοτέχνως εἰργασμένα. *Scandalia induunt exquiſitis artibus laborata.*

SED NVLLA EFFIGIES, SIMVLACRAQVE NOTA DEORVM. ] Philoſtratus: Ἀγάλματα δὲ αὐτοῖν οὐκ ἔστι, *neutri Herculi ſtatuam eſſe.* Strabo lib. 15. de Perſis: Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται, *Non ſimulacra, non aras ſtatuunt Perſæ.* Neque his pugnat Maximus Tyrius: Οὐδὲν γένος οὐ βαρβαρικὸν, οὐχ ἑλληνικὸν, οὐ θαλάττιον, οὐκ ἠπειρωτικὸν, οὐ νομαδικὸν, οὐκ ἀστυπολοῦν ἀνέχεται τὸ μὴ καταστήσασθαι σύμβολα ἄττα τῆς τῶν θεῶν τιμῆς: *Nulla gens, non barbarica, non Græcanica, non maritima non continentem habitans, non vaga, non vrbibus clauſa ſymbolis honori Deorum datis omnino carere ſuſtinet.* nam per ſymbola quamuis Deorum notam, quoduis monimentum dixit,

nedum ſtatuas,& ſigna duntaxat. Ideòque non vacat illud Silii *ſimulacráq; nota*:nam hoc in loco,vt extremo hoc libro ſcribitur,

*Arbor numen habet.*

& apud Perſas *ignis*:non ſunt tamē *ſimulacra nota Deorū*.Tacitus de Germanis:*Cæterum nec cohibere parietibus Deos,neq; in vllam humani oris ſpeciē aßimilare ex magnitudine cœleſtium arbitrantur.* Plut.in Numa dicit, ex illius præcepto annis CLXX. ab V.C. nullam in templis Romanorum imaginem neque fictam,neque pictam fuiſſe conſpectam. Quid quòd ibi ſimulacrum fuit Herculis?At non *ſimulacrum notum*,& vulgatum, vide effigiem ex Q. Curtio præſcriptam.

LOCVM, ET SACRO IMPLEVERE TIMORE. ] *Timor* hic veneratio quædam intimis hauſta ſenſibus Lucan.li.6.

*Et capitis memorem fluuij contagia vilis*
*Nolle pati, Superúmque ſibi ſeruare timorem.*

Gemina phraſi vſus Damaſcius : Θέαμα τοῦτο, καὶ φύσεως ἔργον στενὸν καὶ φρικῶδες, οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ἀνὴρ, ὃς ἰδὼν οὐκ ἂν πληρωθείη συνεσταλμένου φόβου: *Spectaculum hoc & naturæ opus anguſtum & horrendum, nemo eſt quin conſpicatus repleatur timore.*

NEXVQVE ELISA LEONIS. ] Conſentiunt B.& Aſc.*Nixuque* hoc eſt,ingenti conamine,P.N.

NEC LEVIOR VINCI LIBYCÆ TELLVRIS ALVMNVS MATRE SVPER. ] Antæus Neptuni filius Libyæ imperitabat,& hoſpites ſecum palæſtra dimicare compulſos tollebat. Vires illi creſcebant contactu terræ matris: quo animaduerſo Hercules ſublimè raptum à terra eliſit , atq; interemit. Διὸ καὶ γῆς ποτε ἔφασαν τοῦτον εἶναι παῖδα, Apollodorus lib. 2. cui Silius ſuffragatur:

— *Libycæ telluris alumnus*
*Matre ſuper.*

De Antæo non inſcita ſcripſit Iul. Scaliger Hypercritici cap. 6. Vide Philoſtratum in Antæo,Diodorum li.4.D. Aug.li.18.de Ciuit.c.12.13.





*Ianitor, æterno tum primum tractus ab antro,*
*Vincla indignatur, metuitque Megæra catenas.*
*Iuxta Thraces equi, peſtiſque Erymanthia, & altos*
*Aeripedis ramos ſuperantia cornua ceruæ.*
*Nec leuior vinci Libycæ telluris alumnus*
*Matre ſuper, ſtratique genus deforme bimembres*
*Centauri, frontémque timet minor omnis Acarnan:*
*Inter quæ fulget ſacratis ignibus Oethe,*
*Ingentémque animam rapiunt ad ſidera flammæ*
*Poſtquam oculos varia impleuit virtutis imago,*
*Mira dehinc cernit ſurgentis mole profundi*
*Iniectum terris ſubitum mare, nullaque circa*
*Littora, & infuſo ſtagnanteis æquore campos.*
*Nam quà cæruleis Nereus euoluitur antris,*
*Atque imo freta contorquet Neptunia fundo,*
*Præruptum exundat pelagus, cæcóſque relaxans*
*Oceani fonteis, torrentibus ingruit vndis.*
*Tum vada, ceu ſæuo penitus permota tridenti*
*Luctantur, terris tumefactum imponere pontum.*
*Mox remeat gurges, tractóque relabitur æſtu,*
*Ac ratis erepto campis deſerta profundo,*
*Effuſi tranſtra expectant æquora nautæ:*
*Cymothoës ea regna vagæ, pelagíque labores*
*Luna mouet. luna immiſſis per cærula bigis,*
*Fertque refértque fretum, ſequitúrque reciproca Thetis.*

IVXTA THRACES EQVI.] Vide Præfationem ad lectorem.

MATRE SVPER.] Liuius lib.5. *Nec hæc terra, quam matrem appellamus.* Terram eſſe matrem notum Theologis ex c.40. Eccleſiaſt. Humanis ex oraculo Bruto reddito. Terram matrem vberrimè, & aptiſſimè deſcripſit. Plinius lib.2.c.63. aditi pretium fuerit. Cur terra matre putetur editus Antæus, Solin.c.37. conſuli poteſt.

FRONTEMQ. TIMET MINOR OMNIS ACARNAN.] Ideo *fronte minor:* quia capillo frontem vmbrante deſtitutus. Refert Euſtathius in illud Homeri Iliad.β.

— Ὄπιθεν κομόωντες Ἄβαντες.

— *pone comam ſueti producere Abantes.*

Curetas diuturno bello de campo Lilanteo impeditos, tandem eorum anteriore arrepta ab hoſte coma victos, ὀπισθοκόμους deinde euaſiſſe anteriore coma prioris infortunii anſa detracta; poſt in Aetoliam tranſlatos Acarnanas dici cœptos. Item [illegible]que alibi meminit.

FVLGET SACRATIS IGNIBVS OETE.] Quibus arſit Hercules. Vide Se-

necam Herculc Oetæo, Calab.lib.5.

ANIMAM RAPIVNT AD SIDERA FLAMMÆ.] Inſedit ea veteres ſuperſtitio, vt à flammis animam ſurſum conuehi crederent. Luculentè notat Euſtathius in primam Iliadem: Ἔκαιον τὺς νεκρὺς οἱ παλαιοὶ πρὸς ἔνδειξιν τοῦ τὸ μὲν θεῖον τοῦ ἀνθρώπου ἀναφορηθῆναι, ὥσπερ ἐν ὀχήματι, τῷ πυρὶ προσμίξαι τοῖς οὐρανίοις. *Vrebant priſci cadauera, quod indicium fuit diuiniorem hominis partem igne, ceu vehiculo, ſublimè ferri, & cœlitibus admiſceri.* Proinde Hercules his affatur Alcmenam matrem apud Senecam:

*Quidquid in nobis tui*
*Mortale fuerat, ignis inſectus tulit:*
*Paterna cœlo pars data eſt, flammis tua.*

Huc refer oraculum teſte Suida datum Iuliano παραβάτῃ.

TRACTOQVE RELABITVR ÆSTV.] A re Aeſtuarium. Feſtus: *Aeſtuaria ſunt omnia, quà mare viciſſim tum accedit, tum recedit.* Gaditanum fretum intelligit. Inde quóque à *feruendo freto* nomen.

EFFVSI TRANSTRIS.] Adſtrictior erit oratio, ſi legas: *Et fuſi.*

LVNA IMMISSIS PER COERVLA BIGIS FERTQVE, REFERTQ. FRETVM.] Maris fluxus, refluxúſque cauſam fecit lunare ſidus etiam M. Tullius lib. 2. de Diuin. *Quid de fretis, aut marinis æſtibus plura dicam? quorum acceſſus, & receſſus lunæ motu gubernantur?* Lucan. lib. 1.

*—— an ſidere mota ſecundo*
*Tethyos vnda vaga lunaribus æſtuet horis.*

Idem Seneca ſenſit lib. de Prouidentia, Plin. lib. 2. c. 99. Strabo lib. 1. & 3. ſimente fuſiùs. Photius doctè, & vbertim c. 241. Solin. c. 36. Vide Melam lib. 3. c. 1.

FERTQ. REFERTQ. FRETVM.] Dixerat Aen. 6. Virgilius:

*Itque, reditque viam toties.*

Secuti ſunt hic Silius, & lib. 13.

*Fértque, refértque vias, & portis omnibus errat.*

Martial. lib. 6. Epigr. 10.

*Et Capitolinas itque, reditque vias.*

Lucan. Pharſal. lib. 2.

*Fértque, refértque vices, & habens mortalia caſum.*

Metamorphoſeos 2.

*Dum redit, itque frequens in virgine Nonacrina*
*Hæſit.*

*Hæc propere ſpectata duci. nam multa fatigant,*
*Pondera curarum: prim[illegible] ſubducere bello*
*Conſortem thalami, par[illegible]mque ſub vbere natum,*
*Virgineus iu[illegible], primóque hymenæo*
*Imbuerat [illegible] memorique tenebat amore.*
*A[illegible] pu[illegible] o[illegible]e generatus ad ora Sagunthi,*
*Bi[illegible] nondum compleuerat orbes.*
*[illegible]s vt ſeponi ſtetit, & ſecernere ab armis,*

*Affatur ductor: ſpes ô Carthaginis altæ*
*Nate, nec Aeneadum leuior metus, amplior oro*
*Sis patrio decore, & factis tibi nomina condas*
*Qui ſuperes bellator auum, iámque ægra timoris*
*Roma tuos numeret lacrymandos matribus annos.*
*Ni præſaga meos ludunt præcordia ſenſus,*
*Ingens hic terris creſcit labor: ora parentis*
*Agnoſco, toruáque oculos ſub fronte minaces,*
*Vagitúmque grauem, atque irarum elementa mearum,*
*Si quis forte Deum tantos inciderit actus,*
*Vt noſtro abrumpat letho primordia rerum,*
*Hoc pignus belli coniux ſeruare labora.*
*Cúmque datum fari, duc per cunabula noſtra,*
*Tangat Eliſeas palmis puerilibus aras,*
*Et cineri iuret patrio Laurentia bella.*
*Inde vbi flore nouo pubeſcet firmior ætas,*
*Emicet in Martem, & calcato fœdere victor*
*In capitolina tumulum mihi vendicet arce.*
*Tu verò, tanti felix quam gloria partus*
*Expectat, veneranda fide diſcede periclis*
*Incerti Martis, duróſque relinque labores:*
*Nos clauſæ niuibus rupes, ſuppoſtáque cœlo*
*Saxa manent, nos Alcidæ mirante nouercæ*
*Sudatus labor, & bellis labor acrior, Alpes.*
*Quod ſi promiſſum vertat fortuna fauorem,*
*Lauáque ſit cœptis, te longè ſtare ſenecta,*
*Aeuúmque extendiſſe velim: tua iuſtior ætas,*
*Vltra me improperæ ducant cui fila ſorores.*

MVLTA FATIGANT PONDERA CVRARVM.] Nil potè aptiùs, aut venuſtiùs: Modius tamen M. S. præferenti: *Curarum prima* (ſi modò prætulit) iudicium alligare maluit, quàm huius loci venerem amplecti. Sed & lib. 8. non admodum diſpar illud de Bruto:

*Læta viro grauitas, & mentis amabile pondus.* & lib. 11.
*Cum ſenior tanti pondus conaminis ægra*
*Iamdudum vix auro ferens.*

Item lib. 14. — *nec pondera regni*
*Poſſe pati.*

Lucan. lib. 9.
*Cætera curarum proiecit pondera, ſoli*
*Intentus genero.*

Plautus Perſa: *Neque tipulæ leuius pondus eſt, quàm fides lenonia.* Seneca Hippolyto: *Et pondus veteris triſte ſupercili.* Prud. lib. 2 contra Sym.

*Menstitúmque grauis perſona inducere pondus.*

Accius *Ponderitatem, grauitatémque hominis* dixit. Ad ſummam Cicero lib. 10. ad Att. ep. 1. *Simillimus filius eius eodem eſt apud me pondere.* Treb. Pollio in Tytan. *virtute clari, non nobilitatis pondere.* Merito diſplicet Sauaroni coniectura, & Socienni.

BISSENOS LVNÆ NONDVM COMPLEVERAT ORBES.] De menſib. lunarib. videndus Cenſorinus loco non vno lib. de die Natali.

NATE NEC ÆNEADVM LEVIOR TIMOR.] Similes Poëtarum locos, in quibus iidem affectus, & vota patribus pro filiis concepta contendit Scaliger lib. 5. Poëtices c. 16.

QVI SVPERES BELLATOR AVVM.] Eſt cui magis arrideat: *Quis s. b. a.*

VAGITVMQ. GRAVEM, ATQVE IRARVM ELEMENTA MEARVM.] Vagitus graues in primis cunabulis iracundiæ ſigna poſtmodum erupturæ. Et Martialis indicat adulatus Domitiano lib. 9. Epig. 21.

*Felix* (terra) *quæ tantis ſonuit vagitibus.*

NOS CLAVSÆ NIVIBVS RVPES.] Epigrammaton lib. 1.

Ἠ' Κελτῶν προβλῆτες ἀεὶ κρυμώδεες Ἄλπεις. — *ſemper*
*Frigoribus, niuibúſque inſeſſæ vrentib. Alpes.*

Inde *Alpibus* nomen. Feſtus: *Sabini tamen Alpum dixerunt: vnde credi poteſt nomen Alpium à candore niuium vocitatum.*

SVPPOSITAQ. COELO SAXA.] Sidonius carm. 5.

*Alpes marmoreas, atque occurrentia iuncto*
*Saxa polo.*

SVDATVS LABOR.] Claudianus de zona equi Honorii:

*— caſtæ manibus ſudata ſerenæ.*

*Sic ille. At contra Cirrhei ſanguis Imilce*
*Caſtalii, cui materno de nomine dicta*
*Caſtulo Phœbei ſeruat cognomina vatis,*
*Atque ex ſacrata repetebat ſtirpe parentes*
*Tempore quo Bacchus populos domitabat Iberos:*
*Concutiens Thyrſo, atque armata Maenade Calpen,*
*Laſciuo genitus Satyro, nymphâque Myrice*
*Milicus indigenis late regnarat in oris,*
*Corniger am attollens genitoris imagine frontem.*
*Hinc patriam, clarúmque genus referebat Imilce*
*Barbarica paulum vitiato nomine lingua.*
*Quæ tunc ſic lacrymis ſenſim manantib. infit:*
*Méne oblite tua noſtram pendére ſalutem*
*Abnuis inceptis comitem? ſic fœdera nota,*
*Primitiaque tori? gelidóſne ſcandere tecum*

*Deficiam monteis coniux tua? crede vigori*
*Fœmineo. caſtum haud ſuperat labor vllus amorem.*
*Sin ſolo aſpicimur ſexu, ſexúmq; relinquis,*
*Cedo equidem, nec fata moror, Deus annuat ore.*
*I felix, i numinibus, votíſq. ſecundis:*
*Atque acies inter, flagrantiáque arma relicta*
*Coniugis, & nati curam ſeruare memento.*
*Quippe nec Auſonios tantum, nec tela, nec igneis*
*Quantum te metuo, ruis ipſos acer in enſes,*
*Obiectáſq; caput telis, nec te vlla ſecundo*
*Euentu ſatiat virtus: tibi gloria ſoli*
*Fine caret, credíſq; viris ignobile lethum*
*Belligeris in pace mori: tremor implicat artus:*
*Nec quenquam horreſco, qui ſe tibi conferat vnus:*
*Sed tu bellorum genitor miſerere, nefáſque*
*Auerte, & ſerua caput inuiolabile Teucris.*
*Iámq; adeo egreſſi ſteterant in littore primo,*
*Et promota ratis pendentibus arbore nautis*
*Aptabat ſenſim pulſanti carbaſa vento,*
*Cùm lenire metus properans, ægrámq. leuare*
*Attonitis mentem curis, ſic Annibal orſus:*
*Ominibus parce, & lacrymis fidiſſima coniux,*
*Et pace, & bello cunctis ſtat terminus æui,*
*Extremúmq; diem primus tulit: ire per ora*
*Nomen in æternum paucis mens ignea donat,*
*Quos pater ætheriis cæleſtum deſtinat oris.*
*An Romana iuga, & famulas Carthaginis arces*
*Perpetiar? ſtimulant manes, noctíſq; per vmbras*
*Increpitans genitor: ſtant aræ, atq. horrida ſacra*
*Ante oculos, breuitáſq. vetat mutabilis horæ*
*Prolatare diem: ſedeámne, vt nouerit vna*
*Me tantum Carthago? & qui ſim neſciat omnis*
*Gens hominum? lethíq. metu decora alta relinquam?*
*Quantum etenim diſtant à morte ſilentia vitæ?*
*Ne tamen incautos laudum exhorreſcere furores:*
*Et nobis eſt lucis honos, gaudétq. ſenecta*
*Gloria, cum longo titulis celebratur in æuo.*
*Te quoque magna manent ſuſcepti præmia belli,*
*Dent modo ſe ſuperi, Tybris tibi ſeruiet omnis,*

*Iliacæque nurus, & diues Dardanus auri.*
*Dúmq. ea permixtis inter ſe fletibus orant,*
*Confiſus pelago celſa de puppe magiſter*
*Cunctantem ciet. abripitur diuulſa marito.*
*Hærent intenti vultus, & littora ſeruant.*
*Donec iter liquidum volucri rapiente carina*
*Conſumpſit viſus, tellus, pontuſq. receſſit.*

CVI MATERNO DE NOMINE DICTA CASTVLO PHOEBEI. ] Poſt:
*Fulget præcipuis Parnaſſia Caſtulo ſignis.*
Liuius lib.24. *Caſtulo vrbs Hiſpaniæ valida, ac nobilis, & adeo coniuncta ſocietate Pœnis, vt vxor inde Annibali eſſet.* Eam Milichus condidit in Bæticæ agro, autor Mariana ſcriptor non infra veteres, qui tamen lib.2.cap.9.ſic: Cyrrhæus Phocœēſis, vnde & ſanguinem deriuabat (Imilce) Caſtulonę matris nomine eam vrbem primus condidiſſe ferebatur.

NYMPHAQVE MYRICE MILICVS INDIGENIS LATE REGNABAT IN ORIS. ] Mariana l.1.c 12. *Quo tempore Milicus Myricæ filius gratia, opibus, autoritate plurimum poterat inter Hiſpanos.* Quæ viderim exemplaria, leui conſona contenta ſunt, fortè læuè: nam *Milichus* lib. 15. Taciti aſperatur, idque vocis origo prope flagitat Μείλιχος. Aſperatur & Martialis lib.2.Epigr.63.

SIN SOLO ADSPICIMVR SEXV, SEXVMQVE RELINQVIS. ] Probior mihi lectio codicis Baſileenſis: *Fixúmque relinquis.* Quali numero, & elegantia illud Horatii:

— *mihi turpe relinqui.*

Conſulatur Harpocration, in voce Ἀπελειφθεὶς. Efferunt id Græci & per Ἀπλαύτειν.

IMILCE BARBARICA PAVLVM VITIATO NOMINE LINGVA. ] Simili auctario creuit flori Virgiliano nomen Georg.4.
*Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello*
*Fecere agricolæ*

GELIDOSNE SCANDERE TECVM DEFICIAM MONTES CONIVX TVA. ] Alludit Poëta Hypſicrateæ reginæ mores, atque conſtantiſſimos amores, quib. impulſa virili ſumto habitu, infatigabili corpore, atque animo virum per bella, per prœlia, per aduerſa fortunæ ſecuta eſt, Valer Max.l 4.c. 6. *Gelidó ne* præfert Baſileenſis codex, alteri duo: *Gelidos ſic.* Errant. Erratum inuexit ſtolida correctoris religio. Vt Græcos omittam, en tibi Latinos digero. Lucret.li.6.
*Exſpirétque foras in ape eis promptaque cœli.* Terentianus.
*Ante Stelichorum vatem natura creauit.* Catullus
*Rhodúmve nobilem, horridámve Thraciam,*
*Propontida, trucemq́ue Ponticum ſinum,*
*Et inde tot per impotentia freta.* Iuuenalis Sat.5.
*Contemnis, miſeræ cognoſce præmia gixæ.* Martial.l.5.Ep.71.

I FELIX, I NVMINIB FATISQVE SECVNDIS. ] Æn.6.
*I decus, i, noſtrum. melioribus vtere fatis.*

SED TV BELLORVM GENITOR. ] Græci πολεμικός.

IRE PER ORA NOMEN IN ÆTERNVM. ] Codices duo : *Ille per ora.* praué.

SEDEAMNE, VT NOVERIT VNA ME TANTVM CARTAGO. ] *Sedendi* vox ignauiæ plena. Ab animoſo pectore proficiſcitur Æn.12.

— *Sedeant, ſpecténtque Latini.*

Hinc *Deſides, Reſides.* Silius hoc libro

— *obſcura ſedendo.*

*Tempora agit, mutum voluens inglorius æuum.*

Sumtum è Tullii diſciplina lib.9.ad Att.epiſt.14. *Ego ipſe ſedeo.* Lib.10. epiſt. 7. *Nos ſedentes quid erimus.* Præiuerat Oratorum columen Olynthiaca altera: Ἀλλ' οἴομαι καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες. *Sedemus, opinor, agentes nihil.*

QVANTVM ETENIM DISTANT A MORTE SILENTIA VITÆ? ] Horatius paruo diſcrimine lib. 4. Od.9.

— *paulum ſepultæ diſtat inertiæ.*

*Celata virtus*

ET NOBIS EST LVCIS HONOS. ] Τιμὴ pretium. Hoc eſt, Lux, ſeu vita, & aliis in pretio eſt, & nobis. ἐνεργητικώτερον: *Eſt nobis, eſt lucis honos.*

*At Pœnus belli curis auertere amorem*
*Apparat, & repetit properato mœnia greſſu.*
*Quæ dum perluſtrat, crebróq; obit omnia viſu,*
*Tandem ſollicito ceſſit vis dura labori,*
*Belligerámq; datur ſomno componere mentem.*
*Tum pater omnipotens gentem exercere periclis*
*Dardaniam, & fama ſauorum tollere ad aſtra*
*Bellorum meditans, priſcóſque referre labores*
*Præcipitat, conſulta viri, ſegnémq; quietem*
*Terret, & immiſſa rumpit formidine ſomnos.*
*Iámq; per humentem noctis Cyllenius vmbram*
*Aligero lapſu portabat iuſſa parentis.*
*Nec mora: mulcentem ſecuro membra ſopore*
*Aggreditur iuuenem, monitíſque inceſſit amaris.*
*Turpe duci totam ſomno conſumere noctem*
*O rector Libyæ, vigils ſtant bella magiſtro.*
*Iam maria effuſas cernes turbare carinas,*
*Et Latiam toto pubem volitare profundo,*
*Dum lentus cœptis terra cunctaris Ibera.*
*Scilicet id ſatis eſt decoris, memorandáq. virtus,*
*Quòd tanto cecidit molimine Graia Saganthos?*
*En age, ſi quid ineſt animo par fortibus auſis:*
*Fer greſſus agiles mecum, & comitare vocantem:*

*Reſpexiſſe veto, monet hoc pater ille deorum:*
*Victorem ante altæ ſtatuam te mœnia Romæ.*
*Iámque videbatur dextram iniectare, gradúque*
*Lætantem trahere in Saturnia regna citato,*
*Cùm ſubitus circà fragor, & vibrata per auras*
*Exterrent ſæuis à tergo ſibila linguis,*
*Ingentíq. metu diuûm præcepta pauenti*
*Effluxere viro, & turbatus lumina flectit.*
*Ecce iugis rapiens ſyluas, ac robora vaſto*
*Contorta amplexu, tractásq. per inuia rupes*
*Ater lethifero ſtridebat turbine ſerpens.*
*Quantus non æquas perluſtrat flexibus Arctos,*
*Et geminum lapſu ſidus circumligat anguis,*
*Immani tantus fauces diducit hiatu,*
*Attolénſque caput nimboſis montibus æquat,*
*Congeminat ſonitus rapti violentia cæli,*
*Imbriferámque hyemem permixtam grandine torquet.*
*Hoc trepidus monſtro (neq; enim ſopor ille, nec alta*
*Vis aderat noctis, virgáque fugante tenebras*
*Miſcuerat lucem ſomno Deus) ardua quæ ſit*
*Scitatur peſtis, terráſque vrgentia membra*
*Quò ferat, & quoſnam populos depoſcat hiatu.*
*Cui gelidis almæ Cyllenes editus antris:*
*Bella vides optata tibi, te maxima bella,*
*Te ſtrages nemorum, te toto turbida cælo*
*Tempeſtas, cædéſque virûm, magnæque ruinæ*
*Idæi generis, lacrymoſáque fata ſequuntur.*
*Quantus per campos populatis montibus actas*
*Contorquet ſyluas ſqualenti tergore ſerpens,*
*Et late humectat terras ſpumante veneno,*
*Tantus perdomitis decurres Alpibus atro*
*Inuoluens bello Italiam, tantóque fragore*
*Eruta conuulſis proſternes oppida muris.*
*His ægrum ſtimulis liquere deuſque, ſoporque.*
*It membris gelidus ſudor, lætóq. pauore*
*Promiſſa euoluit ſomni, noctemque retractat.*
*Iámque deum regi Martíque ſub omine fauſto*
*Inſtauratur honos: niueóque ante omnia tauro*
*Placatur meritis monitor Cyllenius aris.*

Ex templo

*Extemplo edicit conuellere ſigna, repénſque*
*Caſtra quatit clamor permixtis diſſona linguis.*

TVRPE DVCI TOTAM SOMNO CONSVMERE NOCTEM.] Abraſum ex illo Homeri:

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
Ὧι λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσα μέμηλε.
— *totam indormiſcere noctem*
*Conſulto rei fœda viro, in quem tota recumbit* Publica res.

Cuius eſt & illa Parodia Nonni Beſſaricωn lib. 26.

Εὕδεις Δηριάδη, σὺ δὲ μέμφομαι. ἀστυόχων γὰρ
Παννύχιον ὕπνον ἔχειν ἀλλότριον ἐστὶν ἀνάκτων,
Ὕπνου μέτρον ἔχει βουληφόρος.
*Dormis Deriade? de te queror: vrbipotentes*
*Turpe eſt noctem omnem ſomno conſumere reges*
*Notus prudenti ſomni modus.*

VIGILI STANT BELLA MAGISTRO.] Et quæuis munia. Plautus Rudente: *Vigilare decet hominem, qui vult ſua tempori conficere officia.*

RESPEXISSE VETO.] M. Tullius 1. de Diuin. *Tum ei ducem illum præcepiſſe, ne reſpiceret: illum autem id diutius facere non potuiſſe, elatúmque cupiditate reſpexiſſe.* Adi Val. Max. lib. 1. c. 7. Rectè Tullius: *Elatum cupiditate.* Eſt enim τὸ *Reſpicere* animi pene indicium adhærentis rei, quam reſpicis. Ipſumque Annibalem ſæpe Italiæ litora *reſpexiſſe* ſcribit Liuius lib. 30. Sic M. Cicero, quo ſignificaret Catilinam coactum vrbe ceſſiſſe, *Et retorquet oculos*, inquit, *ſæpe ad hanc vrbē.* Quare ingentes aceruos ſpectare *oculo irretorto* ſignat Horatio oculum, animúmque cupidine vacuum. Silius iterum lib. 8. quo indicaret Aeneam parum volentem Cartagine ſoluiſſe:

*Reſpiciens, ægérq. animi tum regna reliqui* *Veſtra.*

quod æquiualet illi Maroneo lib. Aeneid. 6.

*Inuitus regina tuo de littore ceſſi.*

CYLLENIVS VMBRAM.] Cyllene mons Arcadiæ, Hom. Il. β. Eſt & vrbs cognominis à Cyllene Naide, vbi Mercurium enixam eſſe Maiam vult Euſtathius, qui & a patria *Cyllenius* appelletur, & *Cyllius* conciſa voce. Vnus ſatis eſſe potuit Sex. Pompeius: *Cyllenius Mercurius dictus, quòd omnem rem ſermo ſine manib. conficiat, quibus partibus corporis, qui carent, κυλλοὶ vocantur, ideóque quadratum eum fingunt. Alii volunt ſic appellatum, quòd in Cyllenia via ſit nutritus. Alii quòd in monte Arcadiæ Cyllene. Alii quòd à Cyllene ſit nympha educatus.* Accila ſyllaba altera Ouidius Metam. 1.

*Et cum Cylleno gelidi pineta Lycæi.* I. ad Pomponium Melam l. 2. c. 3.

PERMISTIS DISSONA LINGVIS.] Tum quia Cartaginienſes *bilingues* Maroni, & Silio; ſeu *Migdilibyes* Plauto in Pœnulo: tum quòd in Annibalis copiis gente variæ, Silii lib. 1. 2. 3. Vide illud libri vltimi. — *tot diſcordantia motu* *Agmina barbarico.* Impreſſio Lugdunenſis: *Permiſſis* nihili eſt.

*Prodito Calliope famæ quos horrida cœpta*
*Excierint populos, tulerintque in regna Latini:*

P

*Et quas indomitis vrbes armarit Iberis,*
*Quáſque Parethonio glomerarit littore turmas*
*Auſa ſibi Libyæ rerum depoſcere frenos,*
*Et terris mutare iugum, non vlla, nec vnquam*
*Sæuior it trucibus tempeſtas acta procellis,*
*Nec bellum raptis tam dirum mille carinis*
*Acrius infremuit, trepidúmque exterruit orbem.*
*Princeps ſigna tulit Tyria Carthagine pubes,*
*Membra leuis, celſíque decus fraudata ſuperbum*
*Corporis, ac docilis fallendi, & nectere tectos*
*Nunquam tarda dolos: rudis his tunc parma, breuíque*
*Bellabant enſe, ac veſtigia nuda, ſinúſque*
*Cingere inaſſuetum, & rubræ velamine veſtis*
*Ars erat in pugna fuſum occuluiſſe cruorem.*
*His rector fulgens oſtro ſuper altior omneis*
*Germanus nitet Annibalis, gratóque tumultu*
*Mago quatit currus, & fratrem ſpirat in armis.*
*Proxima Sydonius Vtica eſt effuſa maniplis*
*Priſca ſitu, veteríſque ante arces condita Byrſæ.*
*Tum quæ Sicanio præcinxit littora muro*
*In clypei ſpeciem curuatis turribus Aſpis.*
*Sed dux in ſeſe conuerterat ora Sychæus*
*Haſdrubalis proles, cui vano corda tumore*
*Maternum implebat genus, & reſonare ſuperbo*
*Annibal haud vnquam ceſſabat auunculus ore.*
*Affuit vndoſa cretus Berenicide miles,*
*Nec tereti dextras in pugnam armata dolone*
*Deſtituit Barce ſitientibus arida venis.*

PRODITO CALLIOPE FAMÆ.] Germana lectio: Modio licet obſtrepéte.
IN REGNA LATINI.] Latinus hic Latii regnator Circes filius fuit hiſtorica fide, Euſtath. Procm. in Odyſſ. Heſiodi Theogonia finiente:

Κίρκη δ' Ἠελίου θυγάτηρ Ὑπεριονίδαο
Γείνατ' Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότητι
Ἄγριον, ἠδὲ Λατῖνον ἀμύμονά τε, κρατερόν τε.
*Circe, nata licet Solis, Agrium, atque Latinum,*
*Et fortem, & iuſtum miſero generauit Vlyſsi.*

Marciani Heracleotæ Periegeſi:

Εἰσὶ δ' ἐπέκεινα μὲν τῶν Πελασγῶν Ὀμβρικοί,
Οὓς ᾤκισεν ὁ Κίρκης Ὀδυσσεῖ γενόμενος Λατῖνος.
*Vltra Pelaſgos Vmbrici: coloniæ*
*Vlyſsis, & Circes Latinus auctor eſt.*

Stephanus: Πραίνεστος πόλις Ἰταλίας ἀπὸ Πραινέστου τοῦ Λατίνου τοῦ Ὀδυσσέως, καὶ Κίρκης υἱοῦ. *Præneſte vrbi Italiæ à Præneſto Latini filio, quem Vlyſſes, & Circe genuerunt.* Galatas ſcribit Latinum Telemachi, Circeſque filium. In fragmento autem Feſti Farneſiano ſcribitur Galitas.

NEC BELLVM RAPTIS ... CARINIS.] Hoc eſt, raptim vocatis, & cum ſumma properantia. Vel, Raptis in hoſtem. Peccat, qui *Rapidis* ſupponit meliore ſurrepto.

MILLE CARINIS.] Græcorum exercitum Aeſchylo dictum χιλιόναυν, hoc eſt, mille nauium, depretiat.

CELSIQVE DECVS FRAVDATA SVPERBVM CORPORIS.] At non celſi animi decus ereptũ puſillis Cartaginienſib. Claudianus de bello Getico:

*Cui* (genti Alanæ) *natura breues animis ingentibus artus*
*Finxerat immaniqué oculos infecerat ira.*
*Vulneribus pars nulla vacat, reciſaque cunctis*
*Gloria fœdati ſplendet iactantior oris.* Thebaidos primo:
*—— ſed non & viribus infra*
*Tydea fert animus, totóſque infuſa per artus*
*Maior in exiguo regnabat corpore virtus.*

Solin. c. 45. *Præterea habitant in inſula Nili homines forma perexigui, ſed audacia eo vſque prediti, vt crocodilis ſe offerant obuios: nam hac monſtra fugientes inſequuntur, formidant reſiſtentes.* Paruus Philippus Macedo, Xanthippus Lacon, Vlyſſes, Ageſilaus.

RVDIS HIS, TVM PARMA.] De Cartaginienſibus Suidas: Πάρμαι, δερμάτινοι θυρεοὶ παρὰ Καρχηδονίοις, *Parmæ, coriacea ſcuta apud Cartaginienſes.* Qualia & Numidis Salluſtius tribuit in Iugurthino: *Super terga gladii, & ſcuta: verùm ea Numidica ex coriis, ponderis gratia ſimul, & offenſa, quo leuiùs ſtreperent.* Quibus è verbis ſatis efficitur validè è corio ea fuiſſe ſcuta.

VESTIGIA NVDA.] Pedes non ocreati. *Veſtigia* pro pedibus alibi noſter iteratò poſuit: *— veſtigia nuda ſiniſtri*
*Inſtituere pedis.*

Et Seneca Oedipo: *Forato ferro gesſeras veſtigia*: nec enim nuda Oedipi ſola intelligi voluit.

RVBRÆ VELAMINE VESTIS ARS ERAT IN PVGNA FVSVM OCCVLVISSE CRVOREM.] *Rubra veſtis velamen* appellat Euſtathius ἐρυθροβαφῆ φορήματα duobus in locis, vbi idem commendat inſtitutum Laconum. Aelianus lib. 6. c. 6. docet alteram cauſam cur Lacedæmonii prœliaturi lege purpuram induerent: φοινικίδα δὲ ἀμπέχεσθαι κατὰ τὰς μάχας ἀνάγκην ἦν· εἶχε δὲ τὴν χρόαν καὶ σεμνότητά τι. πρὸς ταύτῃ γέμειν καὶ τὴν ῥύσιν τοῦ ἐπιρρεομένου αἵματος ἐκ τῶν τραυμάτων. ἵνα γε μᾶλλον ἐκπλήττῃ τοὺς ἀντιπάλους βαθυτέρας τῆς ὄψεως γινομένης καὶ φοβερωτέρας μᾶλλον. *Purpuram in prœliis induere neceſsitas fuit. Color ipſe habet neſcio quid auguſti. Deinde fluorem ſanguinis è vulnerib. (occulit) denique cùm purpura adſpectus acrior ſit, & terribilior, hoſtem percellere poteſt.* Polyb. lib. 3. τῶν δ' Ἰβήρων λινοῖς περιπορφύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων κατὰ τὰ πάτρια ἐξηλλαγμένην ἅμα, ἢ καταπληκτικὴν συνέβαινε γίνεσθαι τὴν πρόσοψιν. *Cum Iberes purpureis è lino veſtib. ornarentur more patrio, nouus terribiliſque fuit eorum conſpectus.*

FRATREM SPIRAT IN ARMIS] Supra, *Spirantem certamina.* Græcæ

princeps eloquentiæ Il.β. — *Μένεα πνείοντες Ἄβαντες.*

— *ſpirantes robur Abantes.*

Dionyſius Hal. miſtæ facundiæ vir lib.7. τῆς τε αὐθαδείας, ἧς τότε ἐπνει πολύ. *Ferocia, quam frequens tunc ſpirabat.* Sibylla lib.6. Collectaneorum.

*Δεινὸς ὄφις φυσῶν πόλεμον βαρύν.*

*Horrendus ſerpens ſpirans fera bella.*

*Deam ſpirat mulier*, Apuleius.

Et M.Tullium Silius auctorem habet lib. 15 ad Att. epiſt. 11. *Fortibus ſanè oculis Caſsium (mortem ſpirare diceres) ſe in Siciliam non iturum.* Idem lib. 3. ad Q. Fratrem ep.4. de Scæuola: Ἄρη πνέων. Homerum Tullio & interpretatum & redditum cernis?

VTICA... PRISCA SITV, VETERISQ. ANTE ARCES CONDITA BYRSÆ.] conditu Tyria Vtica eſt. Plin. l.5.c.9. de Tyro: *Olim partu clara Vrbibus genitis Lepti, Vtica.* Idē firmat Velleius l.1. quem ſi adibis, cōperies Vticam paucis poſt Gades annis fuiſſe, multis ante Cartaginem, pluribus ante Romam. Cauſa cur Silius pro Vticenſibus poſuerit *Sidonios maniplos.* Strabo lib.17. auctor eſt Vticam quà magnitudine, quà dignitate ſecundam fuiſſe à Cartagine: ea exſtincta Metropolim fuiſſe Romanis, & ſtationem ad Libyæ res componendas. Item Appianus 19. Parecbola. Mela lib. 1.c.7. *Vtica, & Cartago ambæ inclytæ, ambæ à Phœnicib. conditæ.*

TVM QVÆ SICANO PRÆCINXIT LITORA MVRO.] Murum capio structum ab Agathocle Siciliæ rege. Strabo lib. 17. Λόφος Ἀσπὶς καλούμενος ἀπὸ τῆς ὁμοιότητος, ὃν συνῴκισεν ὁ τῆς Σικελίας τύραννος Ἀγαθοκλῆς, καθ' ὃν καιρὸν ἐπέπλευσε τοῖς Καρχηδονίοις, *Collis Aſpis dictus ex ſimili, quem habitari dedit Agathocles Siciliæ tyrannus, quo tempore mari mouit in Cartaginienſes.* Diodor. Oroſius.

IN CLYPEI SPECIEM CVRVATIS TVRRIB. ASPIS.] Cauſa nominis: eſt enim *ἀσπὶς clypeus*: vnde & ipſa vrbs *Clypea* dicta Floro, & Lucano: *Clupea* Liuio lib.27. & Plin. lib.5. c. 7. Perperam igitur Merula *Clupeam* ſeparauit ab *Aſpide* in ſeptimum Ennii Annalium. Hoc decus huius Africanæ vrbis peculiare: *cæteræ vrbes, caſtelláq. Africæ non muris cinctæ, non in montib. poſitæ ſunt: ſed in planis campis ſine vllis munimentis iacent*, Iuſtini verba ſunt lib. 22. Solin. c. 40. *Clypeam ciuitatem Siculi exſtruunt, & Aſpida primùm nominant.* Vide Diodorum Siculum.

SYCHÆVS HASDRVBALIS PROLES.] Et filiæ Amilcaris: vnde Sychæo Annibal auunculus rectè à Poëta ſtatuitur. Pete Commentarium ad lib. 16. ineuntem.

AFFVIT VNDOSA CRETVS BERENICIDE MILES.] *Vndoſa*: quia *circa extimum Syrtium cornu Berenicen ciuitatem alluit Lethon amnis, inferna vt putant exundatione prorumpens, & apud priſtinos vates latice memoratus Obliuionis*, Solin. c.40. *Berenicide*. idem: *Hanc Berenice muniuit, quæ Ptolemæo tertia fuit nupta, & in maiori ſyrte locauit.*

TERETI DEXTRAS IN PVGNAM ARMATA DOLONE.] Plut. in Graccho: Ξιφίδιον λησρικόν, ὃ δόλωνα καλοῦσι. *Dolones* enim flagella ſunt, quibus pugiones conduntur. Sueton. de inſidiis Claudio structis c.13. *Reperti & equeſtris ordinis duo publicè cum dolone, ac venatorio cultro: alter vt egreſſum theatro, alter vt ſacrificantem apud Martis ædem adoriretur.* Vide Pimpontium in illud Maronis.

*Pila manus, ſæuóſque gerunt in bella dolones.*
*Necnon Cyrene Pelopei ſtirpe nepotis*
*Battiadas prauos fidei. ſtimulauit in arma,*
*Quos trahit antiquo laudatus Amilcare quondam*
*Conſilio viridis, ſed bello ſerus Ilertes.*
*Tabraca tum Tyrium vulgus, Sarranáq; Leptis,*
*Aeáque Trinacrios Aphris permixta colonos,*
*Et Tingin rapido mittebat ab æquore Lixus.*
*Tum Vaga, & antiquus dilectus regibus Hippo,*
*Quæq. procul cernit non æquos Ruſpina fluctus,*
*Et Zama, & vberior Rutulorum ſanguine Tapſus*
*Ducit tot populos ingens & corpore, & armis*
*Herculeam factis ſeruans à nomine famam*
*Antheus, celſúmq. caput ſuper agmina tollit.*
*Venêre Aethiopes, gens haud incognita Nilo*
*Qui magneta ſecant, ſolis honor ille metalli*
*Intactum chalybem vicino ducere ſaxo.*
*His ſimul immitem teſtantes corpore ſolem*
*Exuſto venere Mibæ. non aera caſsis*
*Nec lorica riget ferro, nec tenditur arcus:*
*Tempora multiplici mos eſt defendere lino,*
*Et lino munire latus, ſceleratáque ſuccis*
*Spicula dirigere, & ferrum infamare veneno.*

CYRENE PELOPEI STIRPE NEPOTIS BATTIADES PRAVOS FIDEI. ] *Cyrenenſes, Battiades,* quòd à Batto conditi. Strabo lib. 17. Λέγεται δὲ ἡ Κυρήνη κτίσμα Βάττου. *Fertur autem Cyrena Batti opus:* Latiùs Callimachi Scholiaſtes Græcus. Fertur Battus mutus oraculum adiiſſe Apollinis ſuper voce ſciſcitaturus. Deus de voce tacuit: ſedem aliam quæri iuſſit. Battus oraculo perſuaſus Libyam petit, vbi occurrit improuiſus leo: neceſſitate compulſus ille violentò clamore venam rupit, quæ vocem priùs cohibebat, eáque ratione vocalis euaſit. Tum addit. Καὶ τὴν Κυρήνην ἔκτισεν ὅθεν ἦν ὁ Καλλίμαχος. *Cyrenem condidit Callimachi patriam.* Idem prodidit Pauſanias Phocicis, Herodotus lib. 4. Solin. ca. 40. Pindari Scholia. Ioſephus lib. 2. de bello Iudaico: Κυρηναῖοι τὸ Λακώνων γένος. *Cyrenaei genere Lacones.* Ammianus Battum conditorem Spartanum facit. Spartanum intellige de Spartana regione, non vrbe; quemadmodum & Cyrenentium proauos ampliata voce facit Amyclæos Dionyſius: Κυρήνη τ' εὔιππος Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν. Lacones enim è ciuitate Thera coloniam illò duxerũt. Euſtat. p. 88. Ἡ Θήρα, ἐξ ἧς ἀποικία Λακώνων εἰς Κυρήνην ἐστάλη, καθ' ἃ καὶ Πίνδαρος ἱστορεῖ.

TABRACA TVM TYRIVM VVLGVS. ] Similiter præfert alius Silii codex, & Claudiani nonnulli l. 1. de Laud. Stilliconis. Iuuenalis plures Satyra decima:

*Quales vmbriferos vbi pandit Tabraca ſaltus.*

Apud Claudianum codicib.aliis eſt *Sabrata*, & Plinio l.5.c.5.quem vide et. 3.& 4.Certè capite tertio dicitur *Tabraca ciuium Romanorum*. Vnde coniici pōt initio huiuſce Punici belli vrbem eam fuiſſe à Cartaginienſib. Silius:

*Tabraca tum Tyrium vulgus.*

quaſi cum Plinio inſinuet poſt illam Romanorum fuiſſe. *Tabathrata* legitur apud Stephanum: Ταβάθρατα πόλις Λιβύης. Πολύβιος δωδεκάτῳ. *Tabathrata Libya vrbs. Polybius duodecimo.* Apud Sueto. Veſpaſ.c.5. *Sabratenſis* legitur Vbi Torrentius; *Sabratenſis* ex Turnebo Pulmanus: *Scabratenſis* M. S. duo, vnus *Sabracenſis*. Addit alia: tu vide. Curtius lib.9. *Sabracas* agnoſcit Indiæ gentem validam, quæ populi, non regum imperio tenebatur. De *Sabrata*, Oea, & Lepti conſuli poteſt & Solinus, de quib. iam Poëta canit.

SARRANAQVE LEPTIS. ] *Sarrana*: quia Tyria: Tyrus autem *Sarra* eſt. Salluſtius in Iugurthino de Lepti: *Id opidum à Sidoniis conditum eſt, quos accepimus profugos ob diſcordias ciuiles nauib. in eos locos veniſſe*: cæterum ſitum inter duas Syrtes. Vide Plinium ſuprà. Leptis etſi inter Syrtes, videtur hoſpitiis accommoda fuiſſe: hîc à ſerpentum, & leonum peſte Cato recreatus hybernauit olim, Lucan.l.9.

*Proxima Leptis erat, cuius ſtatione quieta*
*Exegere hyemem nimbis, flammiſque carentem.*

Polyb.l.1.ſcribit Τὴν Λέπτιν.

OEAQVE TRINACRIOS AFRIS PERMISTA COLONOS. ] Plinio ſcribitur, Oe, diphthongo lib.5.c.4. *Ciuitas Oeenſis*. Item Ammiano lib. 28. Pomponio Melæ lib.1 ca.7. Item in concilio Cartaginienſi apud S.Cyprianum tom.2. *Natalis ab Oea*, Apuleio in Apologia *Oeea*, & poſt illā *Oeenſes* rectè, atque ἀναλόγως.

ET TINGIN RAPIDO MITTEBAT AB ÆQVORE LIXVS. ] *Rapido*: quia mare, quod accolūt *Tingitani* (autore Philoſtrato) θηριώδης θάλασσα efferum, & impacatum. Idem lib.4. Πρὸς Γαιτούλοις, καὶ Τίγγας, ἄμφω θηριώδη καὶ Λιβυκὰ ἔθνη. *Ad Gætulos, & Tingas, gentes efferas, & Libycas.* Videntur hoc è loco *Tingitani* fuiſſe *Lixi* imperio obnoxii. *Lixus* autem vrbs tanta, vt maiorem Cartagine magna quidam tradiderint teſte Plinio lib.5.c.1. Porro Tingin; & *Lyxum* vnius ciuitatis nomina facit Marſus. Eſt & cognominis fluuius Straboni li. 2. Πλεῖν μέχρι τοῦ Λίξου ποταμοῦ περὶ τῆς Μαυρουσίας ἁλιευομένους, *Adusque Lixum fluuium nauigare circa Mauruſiam piſcando.* Omen bonum! Strabo li.17. Πλησίον δὲ καὶ πολίχνιον μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ὅπερ Τίγγα καλοῦσιν οἱ βάρβαροι, Λίγγα δὲ Ἀρτεμίδωρος προσηγόρευκεν, Ἐρατοσθένης δὲ Λίξον. *Non procul eſt opidulum paruulum ſupra mare, Tinga barbari dicunt, Linga Artemidorus, Eratoſthenes Lixum.* Hunc in locum tamen ſic animaduertit Caſaubonus, vt Hermolaum ſecutus nemini veterum *Tingin* dictam *Lixum* putet. In Strabone pag.570. malè Λίζον pro Λίξον legitur.

TVM VAGA. ] Hinc Liboſus à *Vaga* S. Cypriano, & D.Auguſtino Liboſus *Vagenſis*.

DILECTVS REGIBVS HIPPO. ] D. Aug. li. 22. de Ciuit.c.8.vocat *Hipponem* Regium, Liuius l.29. *C.Lælius nocte ad Hipponem Regium cùm acceſſiſſet.* Sic vt διττικῶς dicatur *Regius*. Duæ fuerunt hoc nomine ciuitates parum diſſitę.

ambæ *Regiæ* teſte Strabone lib.17. Ἦν δὲ Κίρτα πόλις ἐν ταύτῃ, καὶ οἱ δύο Ἱππῶνες ὁ μὲν πλησίον Ἰτύκης, ὁ δὲ ἀπωτέρω πρὸς τῷ Τρητῷ μᾶλλον, ἀμφότεροι βασίλεια. *Hoc loco eſt Cirta ciuitas, & Hippones duo, vnus ad Vticam, alter vlterius Tritum propior, ambo regiæ.* Plinius *Hipponem* Numidiæ inſerit l.5.c.3. & *Hipponis diluti* meminit cap.4. Certè illud ad nomen ἐπιχορήγημα *Additamentum.* diſcrimen quoddam loquitur. Iſidorus li.14. Orig. c.7. *Borio promontorium Numidiæ vocatum, eò quòd Aquilonem intendat. Hoc Hippone regium poſtea dictum, pro eo quod ſit æquore interruptum.* Cui origini affinis adſignatur Regio Siculo Commentarius ad l.14. Vides tamen quid à Strabone confici poſſit ſuper nominis originatione. De vtriuſque primordio Solin.c.40. *Borion promontorium, quod Aquilone caditur. Græci aduenæ ſic vocauerunt, Hipponem regium poſtea dictum: Item Hipponem alterum de interfluente freto Diarrhyton nuncupatum, nobiliſſima oppida equites Græci condiderunt.* Mela.l.1.c 7. Hipponis vocabulum ab equitib. eſſe & Solinus autor eſt, & ſonus iudex.

QVÆQVE PROCVL CERNIT NON ÆQVOS RVSPINA FLVCTVS. ] Fretum hic aliquod. Lucan.l.6.

*Aut vaga cum Tetys, Rutupinàque litora feruent.*

ET ZAMA. ] *Zamam* vocat, *vrbem magnam, & arcem regni* Salluſt.in Iugurthino. Strabo li.17. Iubæ regiam prodit, & à Romanis euaſtatam, ſed ea Zama Numidiæ fuit. Vide Cor. Nepotem fine vitæ Annibalis. Quinque dierum itinere abeſt Cartagine, Polyb.lib.15. & 30. Liuius Zamam adeunto phonaſci, & rapſodi: nam Zamæ in Africa Fontem eſſe, quo voces canoræ fiant, Plinius autor eſt l.31.c.2.

VBERIOR RVTVLORVM SANGVINE THAPSVS. ] Cæſar vocem hanc aſperat, lenit Salluſtius. Reſpicit autem Silius ſerioris æui pugnas, quæ à Romanis ad Thapſum pugnatæ: præſertim à I. Cæſare, Scipione deuicto. Legendus Cæſar de bello Africano. Meminit l.17. Geographus.

ANTÆVS, CELSVMQVE CAPVT SVPER AGMINA TOLLIT. ] Vt cum auo Antæo poſſit vtcunque contendi, de quo Mela l.1.c.5. Antæi σκελετὸς *Cadauer deſiccatum* à Gabinio ſcriptus eſt cubitûm ſexaginta, teſte Strabone l.17. Credite poſteri. Latini codices facilè corrigantur: *Cubitum IX. ex quo manus præcipitantior exararit* LX. Græci non item. *Nec* diſſimulandus Solinus c 5. *Bello Cretico cum elata flumina impetu, plusquam vi amnica inuecta terras rupiſſent, poſt diſceſſum fluctuum inter plurima humi diſſidia humanum cadauer repertum fuit cubitûm trium, atque triginta.*

QVI MAGNETA SECANT FERRO... INTACTVM CHALIBEM VICINO DVCERE SAXO. ] Qua vi *magnes* tantũ polleat poſſitve, inexploratũ videtur dicere M. Tullius l.1. de Diuinat. Iri poteſt ad Lucret.l.6. Plin.l.36.c.6. Dioſcor.l.5.c.198. Claudia. in Epigr. Sunt tamen, ſunt, quibus trahax iſta vis ſiſtatur, Tenebræ, Allium, Adamas. Apollonius in hiſtoriis mirabilibus: Μάγνητα λίθον ἡμέρας μὲν ὅσως ἕλκειν, νυκτὸς δὲ ἧττον, ἢ οὐδ᾽ ὅλως ἕλκειν. *Die magnes trahendi vi pollet: nocte, aut minore, aut nulla.* Solinus adamantis vires magneti prodit inimicas.

EXVSTO VENERE MIBÆ ] An *Nubæ*? an *Sibæ*? Ortelius: *Mibæ Libyæ populi: malim*, inquit, *Nubæ*. Recta coniectura; ſed firmanda. Strabo lib.17. ad læuam Nili in Africa Nubas locat, gentem ingentem, Æthiopum imperio

illicium vnus Homerus extulit Odyſſ.l.9.

*Οὐδ' ἄρα Λωτοφάγοι μήδονθ' ἑτάροισιν ὄλεθρον*
*Ἡμετέροις, ἀλλά σφι δόσαν λωτοῖο πάσασθαι.*
*Τῶν δ' ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν,*
*Οὐκέτ', ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι,*
*Ἀλλ' αὐτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι λωτοφάγοισι*
*Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι.*
*Non venit in mentem ſociis extrema parare*
*Lotophagis, ſed iis lotum guſtare dederunt.*
*At loti fructus quiqui exedere ſuaues*
*Nec rediſſe volunt, nec nuncia verba referre:*
*Verùm vnà cum lotophagis remanere praeoptant*
*Obliti reditus, lotum bene amabilem edentes.*

Verùm veſca eſt, an potabilis lotus? vtrumque. Scylax Caryandenus Periplo: Λωτοφάγοι ἔθνος μέχρι τοῦ στόματος τῆς ἑτέρας Σύρτιδος. οὗτοι λωτῷ χρῶνται σίτῳ, καὶ ποτῷ. *Lotophagi ad os alterius Syrtidis porriguntur. His lotus in cibum, potúmque cedit.* Poſt verò non ex eadem arbore videtur legi fructus edulis, & potabilis, Ἐν δὲ τῇ νήσῳ γίνεται λωτὸς, ὃν ἐσθίουσι, καὶ ἕτερος, ἐξ οὗ οἶνον ποιοῦσι. ὁ δὲ λωτοῦ καρπός ἐστι τὸ μέγεθος, ἴσον μιμαίχυλον. *Hac in inſula lotus naſcitur quo veſcuntur, & alteriuſmodi lotus, ex quo vinum conficiunt. Eſt autem loti fructus ea magnitudine, qua arbuti.* Exprimitur liquor, vt ſit potabilis. Polyb. lib. 12. γίνεται δὲ καὶ οἶνος ἐξ αὐτοῦ βρεχομένου, καὶ τριβομένου δι' ὕδατος, κατὰ μὲν τὴν γεῦσιν ἡδὺς, καὶ ἀπολαυστικὸς, οἰνομέλιτι χρηστῷ παραπλήσιος, ᾧ χρῶνται χωρὶς ὕδατος. *Ex madefacto loto, & cum aqua trito potus conſit guſtus ſuauis ac delicioſus, œnomeliti probo proximus, quo vtuntur aqua ſecreta.* Immò & capris gratiſſima eſt in India lotus: ea ſiquidem prohibitæ lugent, Photius c.241. Bibliothecæ, & Philoſtratus in Apollonio. At hi Lotophagi Siliani, qui populi? Plinius ait loton *arborem præcipuam circa Syrtes, atque Naſamonas.* Naſamonas verò hîc non accipies, quòd pòſt paulò recenſeantur. Syrtis accolas volo, qui vicini Naſamonibus, pernotuit mihi è Plinio, Scylace, & Silii deſcriptione. Strabo quoque lib.17. meminit Σύρτεως λωτοφαγίτιδος. Duplex autem Syrtis cùm ſit, vtriuſque habitator lotum veſcitur. Iis iungi poſſunt, & Cercinnęi lotophagi ex Euſtathio in Dionyſium, & Strabone.

BACCA. ] nam Plinii fide l.13.c.17. *naſcitur denſus in ramis myrti modo.* Plinium toto capite iuuerit vidiſſe, Polybium l.12. Athenæum l.9.

ATRO RAPIDAS EFFERVESCENTE VENENO DIPSADAS. ] Δίψα ſitis: διψὰς ſiticuloſa ſerpens, & ſitis autor. Graphicè Lucanus lib. 9. de morſu Dipſadis:

*Ecce ſubit virus tacitum, carpitque medullas*
*Ignis edax, calidáque incendit viſcera tabe.*
*Ebibit humorem circum vitalia fuſum*
*Peſtis, & in ſicco linguam torrere palato*
*Cœpit. defeſſos iret qui ſudor in artus*
*Non fuit, atque oculos lacrymarum vena refugit.*

Nec malè *Rabidas* ſcribatur.

GARAMANTES ARENIS. ] Herodotus disertim libro quarto ſcribit

Garamantas ab hominum cõſortio abhorrere, armis carere, etiam ſui defendendi carere peritia. Silius facit Annibalis auxiliarios: vtri fides? An Herodotus Garamantes ſuppoſuit Gamphaſantibus? De his Solin.ca.44. *Gamphaſantes abſtinent prælio, fugiunt commercia, nulli ſe externo miſceri ſinunt.* Accenſentur & Gamphaſantes monſtroſo hominum generi Pomponio Melæ l.1. c.4 & l.1.ca.8. *Nudi ſunt Gamphaſantes, armorúmque omnium ignari, nec vitare ſciunt tela, nec iacere.*

INDE MEDVSÆIS. ] Inſigni verborum compendio Silius adſtrinxit fabulam in immenſum fuſam Lucano ibi:

*Squallebant latè Phorcynidos antra Meduſæ.*

CHOASPES NERITIA MENINGE SATVS. ] Meninx inſulæ nomen, Dionyſius:

— Τῆς πρόσθε δύω νησῖδες ἔασι
Μήνιγξ, καὶ Κέρκιννα Λιβυστικὸν ὅρμον ἔχουσαι.
— *Hanc geminæ ſunt inſulæ ante puſillæ*
*Meninx, & Cercinna Libyſticus eſt vbi portus.*

In ea Vlyſſi Neritio ara, Euſtathius. & Strabo l.17. Vtramque inſulam metitur Plin.l.5.ca.7. Neritia ob aduentorem Vlyſſem, cui Neritus paruit, Dionyſius:

Ἔνθα ποτ' αἰολόμητις ἀλώμενος ἤλυθεν Ὀδυσσεύς.
*Huc quondam duplex errando venit Vlyſſes.*

Strabo l.17. Τὴν δὲ Μήνιγγα νομίζουσιν εἶναι τὴν τῶν Λωτοφάγων γῆν τὴν ὑφ' Ὁμήρου λεγομένην, καὶ δείκνυταί τινα σύμβολα, καὶ βωμὸς Ὀδυσσέως, καὶ αὐτὸς ὁ καρπός. Πολὺ γάρ ἐστι τὸ δένδρον ἐν αὐτῇ τὸ καλούμενον λωτὸν ἔχον ἥδιστον καρπόν. *Meningem putant eſſe Lotophagorum terram Homero cantatam, & nonnulla monſtrantur monumenta, Vlyſſis ara, ac ipſe loti fructus. Frequens enim hoc in tractu eſt arbor illa, cuius eſt lotus fructus ſuauiſſimus.* Polyb.l.1. Τὴν τῶν Λωτοφάγων νῆσον, ἣ καλεῖται μὲν Μήνιγξ, οὐ μακρὰν δ' ἀπέχει τῆς μικρᾶς Σύρτεως. *Lotophagorum inſula, quam Meningen dicunt, à minore Syrti propè abeſt.*

CVI TRAGVLA SEMPER FVLMINEAM ARMABAT CELEBRATVM MISSILE DEXTRAM. ] Nota hanc tragulam manuariam, & reuide notata in li. 1. Nunc ſuper[addo] Suidæ locum, vt teli violentia cognoſcatur. Suidas: Κόττας ἐχρήσατο τῷ ὅπλῳ ὃ τραγούλας ἐλέγετο, μεθ' οὗ οὕτω βιαίως ἀφίει πληγήν, ὥστε τὸν πολέμιον διὰ τοῦ θώρακος, καὶ τῶν πλευρῶν διαπείρας, τῇ γῇ προσπερονᾶσθαι. *Eo telo Cottas vſus eſt, quod Tragula dicitur, quo telo tam violentam inferabat plagam, vt petitum hoſtem per thoracem per latera traiectum ſolo affigeret.*

NASAMON INVADERE FLVCTV AVDAX NAVFRAGIA. ] Lucanus infamat naufragiorum prædis Naſamonem inhiantem:

*Quas Naſamon gens dura legit, qui proxima ponto*
*Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis*
*Syrtis alit. nam litoreus populator arenis*
*Imminet & nulla portus tangente carina*
*Nouit opes ſic cum toto commercia mundo*
*Naufragiis Naſamones habent*

Curtius li. 4. *à Septentrione Naſamones ſunt gens Syrtica nauigiorum ſpoliis quæſtuoſa: quippe obſident litora, & æſtu deſtituta nauigia notis ſibi vadis occupant.* Ea-

dem Euſtathius in Dion. & Strab. l. 17. Plinius lib. 5. c. 5. nominis rationem exaperit: *Etiam in ora Syrtis Naſamones, quos antea Meſammones Græci appellauere, ab argumento loci, medias inter arenas ſitos.*

TRITOMIDOS ALTA PALVDIS. ] Elucidamus notis ad Q. Calabrum.

PRIMAM LIBYEN PERFVDIT OLIVO. ] Athenas alii volunt primas omnium mortalium oliua donatas à Minerua. Epidaurii ex oraculo Apollinis Delphici Damiæ, & Auxeſiæ ſtatuas erigere iuſſi, percunctati ſunt, Æreáſne, an lapideas poſcerentur? Pythia ex oliua domeſtica reſpondit. Illi ad Athenienſes confugiunt, rogant oliuam ſibi cædere liceat, ſacratiſſimas Athenienſium oliuas eſſe rati. tum addit Herodotus Terpſichore: Λέγεται δὲ ὡς ἐλαῖαι ἦσαν ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἢ Ἀθήνῃσι. *Fertur tunc temporis oliuas alibi terrarum fuiſſe nuſquam, præterquam Athenis.* Item Homeri, ac Pindari Scholiaſtæ, & Apollod. li. 3. tradunt Mineruam Athenarum dominarum primæ oliuæ datu ſibi vendicaſſe D. Auguſtini li. 18. de Ciuit. c. 9. inſinuat: *cùm apparuiſſet oliua arbor* Athenis. A Pallade *Tritonidem oliuam* dicit Nemeſianus cynegeticis.

CANTABER ANTE OMNES ... INVICTVS. ] Huius ergo patientiæ *Belliceſus* audit apud Horat. l. 2. Oda. 2. & lib. 3. Od. 8. cum Hiſpano inimicitias veteres exercuiſſe ſcribitur, indubitato vtique fortitudinis argumento:

*Seruit Hiſpanæ vetus hoſtis oræ*
*Cantaber ſera domitus catena.*

PALMAMQVE EX OMNI FERRE LABORE. ] Dentes olim lauiſſe Cantabros putri lotio adſertor eſt Strabo lib. 3. Illud & de iis nota dignum: Τῆς δ' ἀπονοίας καὶ τοῦτο λέγεται τῶν Κανταβρῶν, ὅτι ἁλόντες τινὲς, ἀναπεπηγότες ἐπὶ τῶν σταυρῶν ἐπαιάνιζον, *Et illud Cantabrorum deſipientiæ tribuunt, quod nonnulli capti, atque in crucem ſuffixi, pæanas canebant.*

CVM PIGRA INCANVIT ÆTAS IMBELLES IAMDVDVM ANNOS PRÆVERTERE SAXO. ] Lib. 1. de Hiſpanis:

*Námque vbi tranſcendit florentes viribus annos*
*Impatiens æui ſpernit nouiſſe ſenectum,*
*Et fati modus in dextra eſt*

Iazyges etiam fatum præuertuntur natorum dextra vſi in mortem. Val. Flaccus Argon. 6. canit eos expertes canentis æui, atque vbi robur defecerit,

*Magnanimis mos ductus auis, haut ſegnia mortis*
*Iura pati dextra ſed caræ occumbere prolis*
*Enſe dato: rumpúntque moras natúſque paréntſque.*
*Ambo animis, ambo miſeri tam fortibus auſis.*

AVRORÆ LACRYMIS PERFVSVS. ] Cùm Memnonis filii mortem Aurora fleret vberrimè. I ad Calabrum l. 2.

HIS PARVVS SONIPES. ] Martialis lib. 14. Ep. 199. de Aſturcone

*Hic breuis, ad numerum rapidos qui colligit vngues*
*Venit ab auriferis gentibus. Aſtur equus.*

Idem Aſturum equus dicitur Silio *Celer*; Lucano, *Impiger* lib. 4.

VENERE ET CELTÆ SOCIATI NOMEN IBERIS. ] Lucanus li. 4.

— *Profugique à gente vetuſta*

*Gallorum Celtæ ſociati nomen Iberis.*

Diodorus Siceliota lib. 5. poſt multas pugnas ſumma virtute pugnatas Celtas & Iberos coiiſſe narrat in fœdera pacis, & commune nomen: Οὗτοι γὰρ τὸ παλαιὸν περὶ τῆς χώρας ἀλλήλοις διαπολεμήσαντες, οἵ τε Ἴβηρες, καὶ οἱ Κελτοὶ καὶ μετὰ ταῦτα διαλυθέντες, καὶ τὴν χώραν κοινῇ κατοικήσαντες, ἔτι δ' ἐπιγαμίας πρὸς ἀλλήλους συνθέμενοι διὰ τὴν ἐπιμιξίαν λέγονται ταύτης τυχεῖν τῆς προσηγορίας. *Iberes, & Celtæ pridem de regione deprœliati, re compoſita communiter eandem habere regionem ac inter ſe nuptias agitauere, quam ob ſocietatem hanc obtinuiſſe feruntur appellationem.* Idipſum tradit & Appianus Ibericis.

TALE NEFAS CREDVNT COELO, SVPERISQVE REFERRI,

IMPASTVS CARPAT SI MEMBRA IACENTIA VVLTVR.] Itaque perſuaſiſſimum plurimis gentium, non Lucretio, è cuius lib. 3. ſunt illa:

*Nam ſi in morte malum eſt malis, morſúque ferarum*
*Tractari; non inuenio qui non ſit acerbum*
*Ignibus impoſitum calidis torreſcere flammis.*

DIVINARVMQVE SAGACEM FLAMMARVM DIVES MISIT GALLECIA PVBEM. ] Videntur hoc è loco reiici poſſe, qui Callaicos atheos adſeruere, meminit Strabo lib. 2.

IMPRESSO TELLVREM VERTERE ARATRO SEGNE VIRIS. ] Herodotus Terpſichore Thracas eodem vti iudicio retulit: γῆς δὲ ἐργάτην ἀτιμότατον. τὸ ζῆν ἀπὸ πολέμου, καὶ ληιστύος κάλλιστον. *Agricolam eſſe infamiam rentur maximam: è belli ſpoliis, ac rapto viuere honeſtiſſimum eſſe ducunt.* Idem de iis notat in Od. γ. Euſtath. & in Iliad. ν. inque Dionyſium. Cteſias eum morem Cynocephalis impingit: Ὅτι οἱ Κυνοκέφαλοι οἰκοῦντες ἐν τοῖς ὄρεσιν οὐκ ἐργάζονται, ἀπὸ θήρας δὲ ζῶσι. *Cynocephali montes etſi habeant, terram non excolunt, venatu potius viuunt.* H. Stephanus vertit: *Nullo artificio vtuntur*, non intellecta voce ἐργάζεσθαι, quod propriè eſt τὴν γῆν, ſiue ſolum colere, pridem Notis ad Baſilium Seleuciȩ firmauimus. Et cum veritate pugnat ea verſio: nam teſte Cteſia Cynocephali veſtes inficiunt: artem igitur factitant & purpura apud eos eſt longè probatiſſima. Porro Strabo lib. 3. malè moratum illum, viuendi morem Celtis, Thracibus, & Scythis allinit.

QVIDQVID DVRO SINE MARTE GERENDVM CALLAICI CONIVX.] Ergo fodiunt, ſarriunt, arant, ſerunt mulieres Callaïcæ. Idem lignum, &, quod mireris, recentes à partu. Poſidonius· Ἴδιον δέ ἐστι καὶ τοῦτο παρ' αὐτοῖς [illegible]. Αἱ γυναῖκες ἅμα ἐργαζόμεναι τίκτουσι, καὶ τὸ παιδίον ὕδατι περικλύσασαι παραχρῆμα σκάπτουσι τε σκάψουσι. *Hoc iis peculiare dicunt eſſe. Mulieres terram exercentes pariunt, fœtúmque vbi aqua perfuderint, illico fodiunt, ſarriúntque.* Strabo li. 3. Artabris vbi idem tribuit, ſubnectit· Κοινὰ δὲ καὶ ταῦτα πρὸς τὰ Κελτικὰ ἔθνη, καὶ τὰ Θρᾳκικὰ καὶ Σκυθικὰ. κοινὰ δὲ καὶ πρὸς ἀνδρείαν τήν τε τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὴν τῶν γυναικῶν. γεωργοῦσι γὰρ αὗται, τεκοῦσαί τε διακονοῦσι τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνους ἀνθ' ἑαυτῶν κατακλίνασαι. *Hæc Artabris cũ Celtis, Thracibus Scythiſque communia ſunt: communia virilis, muliebriſque virtutis: ipſæ námque terram excolunt, & ſimul pepererint viris inſeruiunt, illóſque vicem ſuam in lectum reclinant.* addit alia, laudátque Poſſidonium.

HOS VIRIATVS AGIT, LVSITANAMQVE REMOTIS. ] Prud. in Eulalia ſono diuertit. *Luſitanorum caput opidorum.*

PRIMO VIRIATVS IN ÆVO. ] Hæc ſunt fidei parandæ: nam ſi natu grandior

*Præfuit intortos demiſſus vertice crines*
*Bocchus atrox, qui ſacratas in littore ſyluas,*
*Atque inter frondes reuireſcere viderat aurum.*
*Vos quoque deſertis in caſtra mapalibus itis*
*Miſceri gregibus Getûli aſſueta ferarum,*
*Indomitiſque loqui,& ſedare leonibus iras:*
*Nulla domus:plauſtris habitant:migrare per arua*
*Mos,atque errantes circumuectare penates.*
*His mille alipedes turmæ,velocior euris,*
*Et doctus virgæ ſonipes in caſtra ruebat.*
*Ceu pernix cum denſa vagis latratibus implet*
*venator dumeta Lacon, aut exigit vmber*
*Nare ſagax è calle feras, perterrita late*
*Agmina præcipitant volucres formidine cerui.*
*Hos agit haud læto vultu,nec fronte ſerena*
*Haſbytes nuper cæſo germanus Acheras,*
*Marmaridæ medicum vulgus ſtrepuere cateruis:*
*Ad quorum cantus ſerpens oblita veneni,*
*Ad quorum cantus mites iacuere ceraſtæ.*
*Tum chalybis pauper Bamuræ cruda iuuentus,*
*Contenti parca duraſſe haſtilia flamma,*
*Miſcebant auidi trucibus fera murmura linguis.*
*Nec non Autololes leuibus gens ignea plantis,*
*Cui ſonipes curſu,cui ceſſerit incitus amnis,*
*Tanta fuga eſt,certant pennæ,campúmque volatis*
*Cùm rapuere,pedum fruſtra veſtigia quæras.*

CINYPHII DIDICERE MACÆ.] An iidem Macomades S. Cypriano tomo altero? Opinor,& dictos Macomadas,quaſi Maconomadas, Maurorum Numidarum more vagos. Certè Macænitas, quos eoſdem puto, Xiphilinus in Seuero collocat πλησίον τῆ Μαυρετανίᾳ τῇ κάτω οἰκοῦσιν. *prope Mauritaniam inferiorem ſunt Macænitæ.* Alios Macas Conſtantinus libro de Thematib. ponit μεταξὺ Καρμανίας, καὶ Ἀραβίας.

HVMEROSQVE TEGVNT VELAMINA CAPRI SETIGERI. ] Macis. Verſum,& morem hunc protulimus in lib.2.

PANDA MANVS EST ARMATA CATEIA.] Vſi & *Cateia* Bellienſes, vſi Teutones. Aeneid.7.

*Et quos maliferæ deſpectant mœnia Bellæ*
*Teutonico ritu ſoliti torquere cateias.*

Faciunt teli genus ex lenta materia, grauiùs, tardiùs: at nimia vi perfringere,quò peruenerit. Teli incurui genus videtur ex appoſito *Panda. Quod ſi ab artifice mittatur,* inquit Iſidor.lib.18.c.7.*rurſus redit ad eum,qui miſit.* Opor-

fuit ergo telum fuiſſe aliquo reuocamento aptum. Meminit & *Cateiæ* Gellius lib. 10 c. 15.

FALCATVS AB ARTE ENSIS ADYRMACHIDÆ, AC LÆVO TEGMINA CRVCE.] Carminis modus poſtulare videtur: *Enſis Adyrmachidis.* quorum armatus fuit, vt Perſei, cui harpen induunt. Scylax Caryandenus Periplo: Ἀδυρμαχίδαι ἔθνος Λιβύων. *Adyrmachidæ Libyæ gens.*

NAM CALIDA TRISTES EPVLÆ TORRENTVR ARENA.] Ad eundem modum aiunt hodie in Belgio Hiſpanos cinere feruenti obrutos capones torrere, ac eſitare.

MASSYLI ... DOMVS VLTIMA TERRÆ.] Aen. 6.

*— penitúſque repoſtas*
*Maſſylûm gentes, prætentáque Syrtib. arua.*

REVIRESCERE VIDERAT AVRVM.] Lucanus lib. 9.

*— fuit aurea ſylua*
*Diuitiiſque grauis, & fuluo germine rami,*
*Virgineuſque chorus nitidi cuſtodia luci,*
*Et nunquam ſomno damnatus lumina ſerpens*
*Robora complexus rutilo curuata metallo.*
*Abſtulit arboribus pretium, nemoríque laborem*
*Alcides: paſſiſque inopes ſine pondere ramos*
*Rettulit Argolico fulgentia poma tyranno.*

VOS QVOQ. ... MISCERI GREGIB. GÆTVLI ADSVETA FERARVM.] Deformata hæc. Ita meliùs:

*Gætuli adſueti gregib. miſcere ferarum,*

ἀπὸ κοινοῦ *Vos*: extra quam ſi præfers Colonienſes membranas, quib. eſt:

*— Gætulia ſueta ferarum*, adſentiam.

MARMARIDÆ, MEDICVM VVLGVS.] Heſperidibus annectit Silius Marmaridas: & Scylax Caryandenus Periplo: ἀπὸ δὲ Ἄπιδος ἔθνος Λιβύων ἐστὶν οἱ Μαρμαρίδαι, μέχρι εἰς Ἑσπερίδας. *Ab Apide ad Heſperidas vſq; Marmaridæ ſunt, Libyæ gens.* Vide Dionyſium, in quem Euſtathius notat vocatos *Marmaridas* a Marmarida Arabis filio, & regionem *Marmaricam. Medicum vulgus*: medentur namq; ὀφιοδήκτοις. iam inquirimus in modum.

AD QVORVM CANTVS SERPENS OBLITA VENENI, AD QVORVM CANTVS, MITES IACVERE CERASTÆ.] Modius incircumſpectè poſteriore loco ſupponit *Tactus*. Immò verò ſi qua mutatio opus eſt, opus eſt priori verſui, non alteri. Nam Ophiogenas lib. 13. refert Strabo ictis à ſerpentib. primùm tactu mederi: φασὶ δ' αὐτῶν τοὺς ἄρρενας τοῖς ἐχιοδήκτοις ἄκος εἶναι, συνεχῶς ἐφαπτομένους, ὥσπερ τοὺς ἐπῳδούς. πρῶτον μὲν τὸ πελίωμα εἰς ἑαυτοὺς μετασπῶντας, εἶτα καὶ φλεγμονὴν παύοντας, καὶ πόνον. *Aiunt mares inter eos à vipera percuſſos mederi continente tactione, more cantatorum. Primum liuentem ſaniem ad ſe pelliciunt; tum inflammationem ſedant, vnà cum dolore.* Primùm Marmaridas tactu medicinam facere animaduerſum etiam à Lucano eſt lib. 9.

*Nam primum tacta deſignat membra ſaliua,*
*Quæ cohibet virus, retinetque in vulnere peſtem.*
*Plurima tunc voluit ſpumanti carmina lingua* *Murmure continuo.*

Propterea an in Strabone reſcribendum: συνεχῶς ἐπιφθεγγομένους, ὥσπερ τοὺς ἐπῳ-

*Vic.Continenter incantantes Epodorum more*:continenter enim immurmurare, & excantare eſt Epodorum,non chirurgorum:tum reliqua Strabonis declaratio ſubeat. *—nec dant ſuſpiria curſus*

*Vulneris haut minimùm patiuntur fata tacere.*
*Sæpe quidem peſtis nigri inſerta medullis*
*Excantata perit:ſed ſiquod tardiùs egit*
*Virus,& elicitum,iuſſúmque exire repugnat:*
*Tunc ſuperincumbens pallentia vulnera lambit,*
*Ore venena trahens,& ſiccat dentibus artus,*
*Extractámque tenens gelido de corpore mortem*
*Exſpuit:& cuius morſus ſuperauerit anguis*
*Iam promptum Pſyllis vel guſtu noſſe venenum.*

Quòd autem Lucanus dixit vnicam gentem innopiam à ſæuo ſerpentum morſu omiſſis à me verſibus,refer ad Africam: nam Marſis Italiæ populis eadem vis teſte Plinio li.7.c.2. & Ophiogenibus circa Helleſpontum ibidem, & Strabone lib. 13.(quod tamen ipſa fabulæ loco ducit)Gellio li.16. c.11.Siqua,inquam,mutatio opus:mihi decretum nihil hic mutare:námq; prædicti Auctores loquuntur de ſanatione hominum admorſorum, aut ictorum a ſerpentibus:Silius autem de ſerpente, & ceraſte cantandis, vbi non eſt potior vlla ratio,cur ſerpens cantu ſolo, & ceraſtę tactu ſolo miteſcant:ſed vel in vtroque tactum& cantum interuenire volo,vel in vtroque alterum:cùm verò Silii codices, quos viderim, bis *cantus* inculcent, ſtrineo,iuuóq. illo lib. 2. — *Iſta nigri ſoror humida Mauri*

*Aſſuetas patrio mulcet ſermone leænas:*

Alibi apud noſtrum mulcet tactu leones Syphax: quid cogit vtrúmque iungi ſeu cicurandis leonibus,ſeu ſerpentibus manſuefaciendis? Plinius quoq. de Marſis lib. 28. c.2. *Credunt non pauci etiam ſerpentes ipſos recantari:& hunc vnum eſſe ipſis intellectum,contrahiq. Marſorum cantu,etiã in nocturna quiete.*

TVM CHALYBIS PAVPER BAMVRÆ CRVDA IVVENTVS.] Heribertus Hoſ. VVeydus eruditionis,& amicitiæ meritò mihi cariſſimus ſubmonet in excerptis Ms.codicis ſcriptum eſſe *Baniuræ.* Βανίουραι Ptolomæo populi in Mauritania Caſarieñſi,& *Baiuræ* Ammiano li.29.c.2. *Banurri* Plin.li.5.c.2.

PEDVM FRVSTRA VESTIGIA QVÆRAS.] Ladas æ uò igneus Solin. c. 6. *qui ita ſupra camum puluerẽ curſitauit, vt arenis pendentib. nulla indicia relinqueret veſtigiorum.*

*Spectati caſtris,quo ſucco nobilis arbor,*
*Et dulci paſcit Lotos nimis hoſpita bacca,*
*Quíque atro rapidas efferueſcente veneno*
*Dipſadas immenſis horrent Garamantes arenis,*
*Fama docet caſæ rapuit cùm Gorgonis ora*
*Perſeus in Libya dirum fluxiſſe cruorem,*
*Inde Meduſæis terram exundaſſe chelydris.*
*Milibus his ductor ſpectatus marte Choaſpes*
*Neritia Meninge ſatus,cui tragula ſemper*

grandior, minùs ſit credibile, quod ſequitur: etſi hi lib. 10. ſternitur: proptereáque ſibi præſens Poëta dicit nomen *factum nobile*, non Viriathũmet.

NOMEN ROMANIS FACTVM MOX NOBILE DAMNIS.] Victi enim Romanorum duces à Viratho M. Vetilius Prætor, G. Plautius Prætor, Claudius Vnimanus. Vide Ciceron. 2. de Off. Oroſ. li. 5. c. 3. Liuiũ Epitoma l. 52.

*Nec Ceretani quondam Tirynthia caſtra,*
*Aut Vaſco inſuetus galeæ, ferre arma morati.*
*Nec quæ Dardanios poſt vidit Ilerda furores,*
*Nec qui Maſſageten monſtrans feritate parentem*
*Cornipedis fuſa ſatiaris Concaue vena.*
*Iámque Ebuſus Phœniſſa mouet, mouet Artabrus arma*
*Aclide, vel tenui pugnax inſtare veruto.*
*Iam cui Tlepolemus ſator, & cui Lyndus origo*
*Feruida bella ferens Balearis, & alite plumbo.*
*Et quos nunc grauior violato nomine Graiûm*
*Oeneæ miſere domus, Aetoláque Tyde:*
*Dat Carthago viros Teucro fundata vetuſto,*
*Phocaicæ dant Emporiæ, dat Tarraco pubem*
*Vitifera, & Latio tantum ceſſura Lyeo.*

VASCO INSVETVS GALEÆ.] Lib. 5.

— *Galea contento tegmine Vaſco.* lib. 9.

— *nec tectus tempora Vaſco.*

Fuerunt & alii barbarorum galeris inaſſueti. Tacitus 12. Ann. de Britannis: *Apud quos nulla loricarum, galearúmue tegmina.* Laudatus eſt Plutarcho Pompeius pugnæ in Domitium intecto capite: Πομπήιος αὐτὸς ἀκράνης ἠγωνίζετο. *Pompeius abſque galea depugnabat.* Tacitus de Germanis: *vix vni, alteriue caßis, aut galea.*

DARDANIOS POST VIDIT ILERDA FVRORES] *Dardanios furores* belli ciuilis cape cum legatis Cn. Pompeii Petreio, & Afranio, quos Ilerdæ caſtra habentes apud Sicorim amnem obſidere, & intercludere Cæſar aggreditur. Interim ab vndatione verni fluminis commeatibus prohibet: ſic fame caſtra tentata ſunt, obſeſſorque pro obſeſſo fuit. Sed vbi pax fluminis rediit, populationibus, & pugna campos aperuit. Iterum ferox inſtat, & cedentes ad Celtiberiam conſecutus, aggere & vallo, & præter hæc ſiti ad deditionem compulit, Flor. li. 4. c. 2. Strab. l. 3. Cæſar. Ilerda paruula fuit, Auſonius Dynamio Burdigalenſi, idémq. epiſt. 25. poſituram quadam de parte deſcribit:

*Arida torrentem Sicorim deſpectat Ilerda.* Lucanus lib. 4. vberiùs.

MASSAGETEN MONSTRANS FERITATE PARENTEM.. CONCANE.] Maſſagetæ enim Concanam ciuitatem ſtatuerunt, teſte Tarapha. Iidem Perſica lingua olim vocati Cermichiones, poſt illa Turci, Photius c. 64. In Dionis frag. 78. Ὅτι τῶν Ἀλανῶν τῶν καὶ Μασσαγετῶν καλουμένων κινηθέντων ὑπὸ Φαρασμάνου. *Alanis, ſeu Maſſagetis excitis à Pharaſmane.* Pharaſmanes autem Iberorum rex eodem auctore.

CORNIPEDIS FVSA SATIARIS CONCANE VENA.] Horat.lib.3.Ode 4.

*Et lætum equino ſanguine Concanum.*

Concanios parem Maſſageten monſtrat feritate: quia ſic & ille ſe tuetur: Claudianus in Rufinum:

*Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax*
*Maſſagetes.*

Lucanus lib.3.

*Longáque Sarmatici ſoluens ieiunia belli*
*Maſſagetes, quo fugit equo.*

De Biſaltis, & Gelonis Maro Aeneid.3.

*— — & inter*
*Ima ferire pedis ſalientem ſanguine venam.*
*Biſalia quo more ſolent, acérq. Gelonus,*

De Sarmatis Martialis Epigr.3.

*Venis & Epoto Sarmata paſtus equo.*

Clemens Alex. de Scythis: lib. 3. Pædag. c.3. τὸν ἵππον λαβὼν Σκύθης ἀνὴρ ἀναβὰς φέρεται οἷ βούλεται, κάμνων δὲ ἀσχολῶ ... αἰτεῖ τὸν ἵππον ἐφόδια. ὁ δὲ ... τὰς φλέβας, καὶ ὃ κέκτηται μόνον τῷ κυρίῳ τὸ αἷμα χορηγεῖ. *Scythes conſcenſo equo fertur, quò tulerit impetus: fames ſi vrget, equùm alimenta poſcit: hic venas exhibet, & quem vnum poſſidet ſanguinem, domino benignè ſuppeditat.* Sidonius Apollinaris Carm. 7. de Getis:

*— ſolitóſque cruentum*
*Lac potare Getas, ac pocula tingere venis.*

Nota miſtum lacte ſanguinem fuiſſe iſtis barbaris alimento. Ideo Maro ſuprà:

*Et lac concretum cum ſanguine potat equino.*

Papinius Achilleide:

*Lactea Maſſagethæ veluti cum pocula fuſcant*
*Sanguine puniceo.* & Dionyſius de iiſdem:

— ὀμὰ γὰρ ἵππων
Αἵματι μίσγοντες λευκὸν γάλα δαῖτα τίθενται.

*— ſed equinum*
*Sanguine miſcentes ornant conuiuia lacte.*

Et Scythiæ Nomades equino quóq. caſeo veſcuntur apud Strabonem lib. 7. Cibus is priſcis Scythis ἱππάκη dicebatur teſte Aelio, Dionyſio: ἱππάκη Hippocrati, & Theophraſto. Qui plura volet, adito Theodorum Marcilium in Martialem loco nobis laudato.

IAMQ. EBVSVS PHOENISSA MOVET.] Sic etiam appellat Liuius lib. 22. Plin. lib.3. c.5. *Inſula per hæc maria prima omnium Pitiuſa à Græcis dictæ à frutice pineo; nunc Ebuſus vocatur.* Strabo lib. 3. καλεῖται δὲ αὐτῶν (Πιτυουσῶν) ἡ μὲν Ἔβυσος πόλιν ἔχουσα ὁμώνυμον.

MOVET ARTABRVS ARMA.] Tamen Antonius Diogenes Artabros à bello immunes tradidit, viros ſeruare domi, & mulierũ obire miniſteria: fœminas ipſas bella tractare, hoc eſt, fœminas eſſe viros. Appendam verba ex libris de Thule inſula: Ὡς ἐν Ἀρτάβροις ἥχθη, οὗ γυναῖκες μὲν πολεμοῦσιν, ἄνδρες δὲ οἰκουροῦσιν, καὶ τὰ γυναικῶν ἐπιμελοῦνται. *Ad Artabres peruenit, vbi mulieres belligerant,*

*Viri autem domi ſeruant, & quæ mulierum ſunt, obeunt.* De hac gente Plin. li. 4. c.22. *Ad Pyrenæum inde non pauci XII L. millia, & ibi gentem Artabrum, quæ nunquam fuit manifeſto errore. Arrotribas enim, quos ante Celticum diximus promontorium, hoc in loco poſuere literis permutatis.*

ACLIDE, VEL TENVI PVGNAX INSTARE VERVTO.] Sidonius Car. 5.

— *ruit aclide foſſus*
*Ile, verúq. alius.*

Quibus è locis paret eſſe teli genus, nec vſque abſimile veruto. Ex Virgilii lib. 7. paret amentatum telum:

— *Teretes ſunt aclides illis*
*Tela; ſed hac lento mos eſt aptare flagello.*

IAM CVI TLEPOLEMVS SATOR.] Ciuitatem Rhodam cape. Tlepolemus interemto per errorem Licymnio (Iliad. β.) fugam capeſſit, & adita Rhodo Lindum ibi, Ialyſſum, & Ialemum fundat. Rhodii deinde maris imperio longè, latéque potiti, longiúſque euagati in Iberiam ſe appulere, atque ibi Rhodam condidere. Strabo lib. 14. *μέχρι Ἰβηρίας ἐπιπλεῦσαι, κἀκεῖ μὲν τὴν Ῥόδην κτίσαι, ἣν ὕστερον Μασσαλιῶται κατέσχον. Iberiam vſque nauigarunt, ibiq. Rhodam condiderunt, quam pòſt Maſsilienſes reſtituerunt.* Quod igitur Rhoda à Rhodiis, & hi a Tlepolemo oriundi, dixit Poëta:

*Iam cui* (Rhodæ) *Tlepolemus ſator.*

CVI LINDVS ORIGO... BALEARIS.] Lindus non ſcribitur litera bicorni contra fidem exemplarium Silii. Vna eſt ciuitatium Rhodiorum Homero auctore in Catalogo: huius appellatione Rhodios intelligo, qui Balearibus originem dedere Timæi, & aliorum indicio. Strabo lib. 14. *Τινὲς δὲ μετὰ τὴν ἐκ Τροίας ἔφοδον τὰς Γυμνησίας νήσους ὑπ' αὐτῶν (Ῥοδίων) κτισθῆναι λέγουσι. Nonnulli poſtquam à Troia reditum eſt Gymneſias inſulas ab ipſis Rhodiis conditas aiunt.*

FERVIDA BELLA GERENS BALEARIS.] Modii correctio eſt: *Funda b. g.* Firmo è ſubiectis.

— *& alite plumbo.*

Ac maximè copula illa *Et*: quæ inanis erit, niſi vinciat hæc:

*Funda bella gerens, & alite plumbo.*

Extra hanc copulam, alterum inexpugnabilibus rationibus adſtrinxiſſem.

GRAVIOS VIOLATO NOMINE GRAIVM OENEÆ MISERE DOMVS.] Reuiſe ad Silium lib. 1. *Quique ſuper grauios.* Peccant codices quibus eſt: *Aeneæ.* neque hoc monitoris eget. Peccant, qui in Martiale lib. 4. Epigr. 55. ſcribunt *Gaurum*: vbi legendum *Grauum*:

*Qui Grauum veterem, Tagúmque noſtrum.*

Iunxit & hæc eadem Silius lib. 1. Martiali cariſſimus.

— *durtiúſque Tagúſque*
*Quique ſuper Grauios lucentes voluit arenas.*

*Veterem Grauum* dicit Martialis: quia lapſu temporis nomen ei ſyllaba auctius: *Grauius.*

ÆTOLAQVE TYDE.] Fuit námque in Hiſpania altera, Mariana lib. 1. ca. 12. (Car-

DAT CARTAGO VIROS TEVCRO FVNDATA VETVSTO.] Originē nouæ

taginis repete à Geographo, & Iuſtino. Teucer eam *fundaſſe* dicitur, quòd eum locum primus habitabilem fecerit, exſtruendæq. vrbi occaſionem dederit.

PHOCAICÆ DANT EMPORIÆ.] Plin. lib. 3. c. 3. Emporiis veteres incolas tribuit Græcos Phocenſium ſobolem: à quibus illæ *Phocaica*. Strabo li. 3. nominat *Emporium*: μέχρι Ἐμπορίου. Αὐτὴ δ' ἐστὶ Μασσαλιωτῶν κτίσμα. *Emporias vſque, quas condidere Maßilienſes.*

DAT TARRACO PVBEM VITIFERA.] Inde opes Mela lib. 2. c. 6. *Tarraco vrbs eſt in his oris maritimarum opulentiſsima.*

*Hos inter clara thoracis luce nitebat*
*Sedentana cohors, quam Sucro rigentibus vndis,*
*Atque altrix celſa mittebat Setabis arce,*
*Setabis, & telas Arabum ſpreuiſſe ſuperbas*
*Et Peluſiaco filum componere lino.*
*Mandonius populis, domitórque inſignis equorum,*
*Imperitat Cæſo, & ſocio ſtant caſtra labore.*
*At Vetonum alas Balarus probat æquore aperto.*
*Hic adeo cùm ver placidum, flatúſque tepeſcit*
*Concubitus ſeruans tacitos grex proſtat equarum,*
*Et venerem occultam genitali concipit aura.*
*Sed non multa dies generi, properátque ſenectus,*
*Septimáque his ſtabulis longiſsima ducitur ætas.*
*At non Sarmaticos attollens Suſana muros*
*Tam leuibus perſultat equis, hinc venit in arma*
*Haud æui fragilis ſonipes, crudóque vigore*
*Aſper frena pati, aut iuſsis parere magiſtris.*
*Rindacus his ductor, telum ſparus, ore ferarum*
*Et rictu horrificant galeas, venatibus æuum*
*Tranſigitur, vel more patrum vis, raptáque paſcunt.*

SEDENTANA COHORS.] Hermolaus Barbarus in Plinium, & Modius ſcriptum volunt *Hedetana* geminante mutatione. Nec ranti eſt: denſo ſiquidem vſu ſpiritus Græcorum in S Latinis vertit, ἅλς *ſal*, ἅλλομαι *ſalio*, ὗς *ſus*, ὕδωρ *ſudor*. Vide Feſtum in verbis *Semis*, *Serpens*, *Sulcus*, *Suppus*. Strabo lib. 7. ſimiliter quærit: πότερον δὲ χρὴ λέγειν Ἑλλοὺς, ὡς Πίνδαρος, ἢ Σελλοὺς ὡς ὑπονοοῦσι παρ' Ὁμήρῳ κεῖσθαι: *Vtrum dicendum, Hellos, vt Pindarus, an Sellos, quod ab Homero poſitum arbitrantur.* Ibidem plura. Vide minora in Iliadem Γ. Scholia. Nonius Varronem laudat *Sexageſi*, Græcis eſt Ἑξηγήσου. Polybii lib. 1. Σερβησσὸν legas, quod Silii lib. 14. alibíque apud alios eſt *Herbeſus*. Vide & apud Feſtum, vt Romani Ἀφημμένης pro *Egeſta* Siciliæ *Segeſta* dixerint. Ita nonnulla in tabulis variantia. Et verò ne Hermolaus ad ſe Strabonem trahat, eius verba pluſculum à me facientia promam è lib. 3. μετὰ δὲ τοὺς Κελτίβηρας πρὸς νότον εἰσὶν οἱ τὸ ὄρος οἰκοῦντες, τὴν Ὀροσπέδαν, καὶ τὴν περὶ τὸν Σούκρωνα χώραν Σιδητανοὶ μέχρι Καρ-

χαδόνος. *Vltra Celtiberas ad Auſtrum ſunt, qui montem habitant Horoſpedam, & regionem quæ ad Sicronem eſt, Sidetani, Cartaginem vſque.* Vides *Sidetanos*, ſiue *Sedetanos* ad Sucronem litera ſerpentina frontem inſcriptos. Liuius etiam li. 28. ſcripſit *agrum Sedetanum* per S. Pro iiſdem in Appiani Libycis Σιδητῶν legas. Adeò meritò ſcribi poteſt, ac retineri vetus lectio:

*Sedentana cohors, quam Sucro rigentibus vndis.*

Sed anne tandem tollenda de ſyllaba ſecunda immutabilis tertia: non opinor; eam enim quaſi iure ſuo Latini pleriſque vocabulis inſitam voluerũt: ſic vſus extorſit, ac fortè diſcriminis quæſtio *Buxentum* ſcribi; vrbs eſt Lucaniæ, quæ Græcè Pyxûs, quaſi *Buxetum*: Quare in *Sedentana* nulla mihi ſedet mutatio. Argumentum quo nonnemo vtitur: *Sedentani nuſpiam leguntur*, inane eſt. Herodotus, Plinius, Plutarchus, Varro, Cato, alii, quàm multa prodidere, quæ alibi nuſpiam leguntur?

QVAM SVCRO RIGENTIBVS VNDIS. ] De Sucrone Strabo nonnulla li. 3. ſed rigoris haut meminit, neque Mela l. 2. c. 6.

CELSA MITTEBAT SETABIS ARCE. ] An ab arce *Setabini Auguſtini dicti?* ſic enim Plin. l. 3. c. 3. Præſertim cùm autore Xiphilino in Octauio Romanis. Πάντα γὰρ τὰ τιμιώτατα, καὶ ἱερώτατα Αὔγουστα. *Cuncta námque pretioſiſsima, & maximè ſacra nuncupantur auguſta.* Ex hoc Silii loco correctus eſt laudabiliter ille Strabonis l. 3. Ὑπερβολὴ δὲ τῶν λεπτῶν ὑφασμάτων, ἃ περ οἱ Σαιταβῖται κατασκευάζουσι, à Caſaubono: ambigant Pyrrhonii: præſertim illo ſuccedente:

SETABIS ET TELAS ARABVM SPREVISSE SVPERBA. ] non *Superbas*, vt legunt, vel ille, qui Hadriani Iunii correctionem ſibi arrogat: Ex hoc quoque loco Ar. Iunius extruſo *Sutabes* in verſu Gratii Poëtæ reponit *Setabes* lib. 4. Animaduerſorum c. 28.

*Hiſpanique alio ſpectantur Setabes vſu.*

Catullus: *Nam ſudaria Setaba ex Iberis.*

TELAS ARABVM SPREVISSE SVPERBA. ] De Arabum ſactificulis Diodorus lib. 5. Στολὰς μὲν ἔχουσι λινᾶς τῇ λευκότητι, καὶ μαλακότητι διαφόρους. *Stolæ iis ſunt è lino, candore, ac mollicia excellentes.* Non me hic interpretem, Plinium li. 19. c. 1. ſuccedaneum do, qui de iiſdem: *Nec vlla ſunt eis in candore, mollitiáue præferenda.*

ET PELVSIACO FILVM COMPONERE LINO. ] Vide Plin. ſuprà, & Adr. Iunium l. 4. Animaduerſorum c. 29.

MANDONIVS POPVLIS. ] Fuit is Indibili frater: non ſemel ambo pacta conuentа cum Romanis perfregerunt, nec ſemel ambo victi. Liuius libris vltimis hoc de bello.

AT VETONVM ALAS. ] Ptolemæus Luſitaniæ hos adſcribit, Pliniúſq; l. 4. c. 22.

BALARVS PROBAT. ] Strateginomen ductum à Sardiniæ incolis *Balaris*: quorum meminit Plin. l. 3. c. 7. Philoſtratus l. 7. Vitæ Apollonij: Βαλαρόις. ἐμπόριον δὲ τοῦτο εἶναι μεστὸν μυρσίνων, καὶ φοινίκων, καὶ δαφνῶν, καὶ κήπων παντοδαπὰ φερόντων. *Balaris Emporum hoc myrthis, palmis, lauro, & hortis omne genus abundare ferunt.* Pauſanias Phocicis. Βάλαροι τὸ ὄνομα ἐστὶν αὐτοῖς κατὰ γλῶσσαν τὴν Κυρνίων· Βαλάρους γὰρ τοὺς φυγάδας καλοῦσι.

ET VENEREM OCCVLTAM GENITALI CONCIPIT AVRA. ] Georg. 3.

*Vere magis: quia verè calor redit oſsibus, illæ*
*Ore omnes verſæ in Zephyrum ſtant rupibus altis,*
*Exceptántque leues auras: & ſæpe ſine vllis*
*Coniugiis vento grauidæ mirabile dictu.*

Meminerunt Ariſtot. Varro, Plinius l.4.c.22. Eiuſdem ingenii equas arceſſam confeſtim è Cappadocia.

SEPTIMAQVE HIS STABVLIS LONGISSIMA DVCITVR ÆTAS. ] Corrigo ex 4. Georgicωn (cuius ad exemplum loci ſunt hæc formata Silio) *Æſtas*. ſic Maro de Apibus:

*Ergo ipſas quamuis anguſti terminus æui*
*Excipiat: neque enim plus ſeptima ducitur æſtas.*

Contrà in equi laude eſt,

*— ſi ſit longo ſonipes ſpectatus in æuo,*

vt Silius equorum ſpectator, & gnarus iudicat li.16. Sed Oppianus lib.3. de equis Ibericis eandem cenſuram, rectiùs licet, exercet:

Α'λλ' ὀλίγοι, βαιόν τε μένος, καὶ ἀδήμονες ἦτορ.
*Robur ineſt modicis modicum, ac ſine viribus vllis*
*Ipſe animus*

HIS STABVLIS. ] Aut diuelle ſic: His (*equis*) in *ſtabulis* l. d. *æſtas*; Eſto in prœlium non agantur, ſtabulent duntaxat, annum ſeptimum breues equulei non ſuperant: Aut, *His ſtabulis*, ſiue equis reſidibus, & præſepio alligatis, his equorum deſidiabulis, vt *ſtabula* ſint equi ſtabulantes, velut homines naufragi *naufragia*. ſerui *ſeruitia*: *Aucupia*, aues aucupio captas Senecæ de Prouidentia. idque non iniuria; nam hi equi ſtabulo quàm bello aptiores. Et Plautus in Truculento dixit *ſtabulum flagitij*, atque in Caſina *ſtabulum nequitiæ* de hominibus. Porrò quia parum ſolidum conceptionis fomentum, breuis æui equi iſti: breuioris Cappadocum, de quibus D. Augu. l.21. de Ciuit. c.5. *In Cappadocia etiam equas concipere, eaſdémque fœtus nõ amplius triennio viuere.* Quem terminum Luſitanis equis dat Pli. l.8. ca.42. *Conſtat in Luſitania circa Vlyßiponem oppidum, & Tagum amnem, equas Fauonio flante obuerſas animalem concipere ſpiritum, idque partum fieri, & gigni perniciſſimum ita, ſed triennium vitæ non excedere.* Georg.3.

TAM LEVIBVS PERSVLTAT EQVIS. ] Horum leuitatem cum leuiſſimis contendit Oppianus:

Κείνοισι τάχα μοῦνος ἐναντίος ἰσοφαρίζει
Α'ιετὸς αἰθερίοισιν ἐπιθύων γυάλοισιν
Η' κίρκος ταρσοῖσι τανυσσάμενος πτερύγεσσι,
Η' δελφὶς πολιοῖσιν ὀλισθαίνων ῥοθίοισιν,
Τόσσον Ἴβηρες ἔασι θοοὶ πόδας ἠνεμόεντες.
*Solus eis curſu certet Iouis armiger ales*
*Directim ætherij ſcindens ſinuamina cæli,*
*Longi'que accipiter pennis porrectus in æthra*
*Aut delphin cano fluctu dum defluit ignenes.*
*Sunt adeo celeres, ventíſque pares equi Iberes.*

AVT IVSSIS, PARERE MAGISTRIS. ] Rectiùs, & ſi repugnent codices: *Et iuſsis parere magiſtri*, equiſonis, aut πλασόδμιν.

ET RICTV HORRIFICANT GALEAS. ] Floro l.3.c.21 *Carcer, catenæ, fuga, exilium horrificauerant dignitatem*, de Mario dictum. De re eſt id Thebaid.4. *Ille Lycaoniæ rictu caput aſperat vrſæ.*

VEL MORE PATRVM VIS, RAPTAQVE PASCVNT. ] *Suſanatum* patres *Sauromatæ* docente Silio, quibus è rapto vita. Ouid. lib.5. Triſt. El. 10. de Getis, Sauromatis, Tomitis:

*Innumeras circa gentes fera bella minantur*
*Quæ niſi de rapto viuere turpe putant*

Sed & Iberi ſunt Suſanates: ecce tibi de Iberis eadem teſtantem Plutarchum in Mario: Τὸ λῃστεύειν ἔτι τότε τῶν Ἰβήρων ὡς κάλλιστον ἡγουμένων: *Iberis tunc quoque opinantibus pulcerrimum, eſſe latrocinari.* Strabo grauiter inuehitur in gentes triginta Tagum inter, & Artabros ſitam, quibus cum auro, argento, aliiſque bonis di ertiſſima regio ſit, prædis, & latrociniis incubant. Idē Strabo latrocinius grauat Thracas (& Euſtath. in Il. r.) Corallos, Beſſos, Medos, Dandaletas lib.7. & lib.11. Heniochos, Cteſias Cynocephalos, Iuſtinus Maſſalienſes, *quod illis temporibus*, inquit l.43. *gloria habebatur*, Maſæſylos etiam Dionyſius.

*Fulget præcipuis Parnaſia Caſtulo ſignis*
*Et celebre Oceano, atque alternis æſtibus Hiſpal.*
*Ac Nébriſſa Dionyſeis conſcia thyrſis,*
*Quam ſatyri coluere leues, redimitáq; ſacra*
*Nebryde, & Hortano Menas nocturna Lyeo.*
*Arganioniacos armat Carteia nepotes:*
*Rex proauis fuit humani diuiſſimus æui*
*Ter denos decies emenſus belliger annos.*
*Armat Tarteſſos ſtabulantis conſcia Phœbo,*
*Et munda Aemathios Italis paritura labores:*
*Nec decus aurifera ceſſauit Corduba terra.*
*Hos duxere viros flauentis vertice Phorcis,*
*Spiciferiſq; grauis bellator Aranthicus oris*
*Aequales æui. genuit quos vbere ripa*
*Palladio Bethes vmbratus cornua ramo.*
*Talia Sidonius per campos agmina ductor*
*Puluere nigrantes raptat, luſtrátque ſub armis.*
*Quà viſu comprendere erat fulgentia ſigna,*
*Ibat ouans, longáque vmbram tellure trahebat*
*Non aliter, quoties perlabitur æquora curſu*
*Extremámque petit Phœbea cubilia Tethyn*
*Frenatis Neptunus equis, fluit omnis ab antris*
*Nereidum chorus, & ſucto certamine nandi*

*Candida perſpicuo conuertunt brachia ponto.*
*At Pyrenei frondoſa cacumina montis*
*Turbata Pœnus terrarum pace petebat.*
*Pyrene celſa nimboſi verticis arce*
*Diuiſos Celtis alte proſpectat Iberos.*
*Atque æterna tenet magnis diuortia terris.*
*Nomen Bebricia duxere à virgine colles,*
*Hoſpitis Alcidæ crimen, qui ſorte laborum*
*Gerionis peteret cùm longa tricorporis arua*

ET CELEBRE OCEANO...HISPAL. ] Strabo li. 3. Ἡ μὲν Ἵσπαλις ἐπιφανής. *Clara Hiſpanis.* Iſidorus Hiſpalenſis l. 15. Orig. c. 1. *Hiſpalis autem à ſitu cognominata eſt, eo quod in ſolo paluſtri ſuffixis profundo polis locata ſit; ne lubrico, atq; inſtabili fundamento caderet.* Mela l. 2. c. 6. Mariana lib. 13. c. 7.

HORTANO MÆNAS NOCTVRNA LYÆO. ] Probo veteres membranas, quibus eſt:

— *Arcano Mænas nocturna Lyæo.*

Nam conſtat Bacchi ſacra noctu agitata. Nec prætereũda coniectura Heriberti Roſvveydi hominis mei ſtudioſiſſimi, iuxtáque humaniſſimi. Diuinabat is *Ortano* decurtatum eſſe ex Oretano. Oretani verò gens in Hiſpania Straboni l. 3. Plinio l. 3 c. 1. Stephano in voce Καστάλων, & Ὠρητία. Quid ſi *Hortanti Mænas n. Lyæo*, Σιληνῶδες vt ſit Mænas. Sex. Pompeius: Oreus, Liber.

ARGANTONIACOS ARMAT CARTEIA NEPOTES ARMAT TARTESSOS.] Hæccine nomina, an ciuitates diuerſæ? Mela lib. 2. c. 6. *In eóque Carteia, vt quidam putant, aliquando Tarteſſos.* Plinius l. 3. c. 1. *Carteia Tarteſſos à Græcis dicta.* Strabo lib. 3. Ἔνιοι δὲ Ταρτησσὸν τὴν νῦν Καρτηίαν προσαγορεύουσι. Quódque pondus habet maximum, de plurium ſententia loquuntur hice ſcriptores. *Tarteſſus* ergo, & *Carteia* vna eſto ciuitas; ídque è neoteris ſenſit Tarapha lib. de Regibus Hiſpaniæ. Verùm quid agas Silio aut diſiungenti tanquam plurium ciuitatium nomina, aut inaniter reprehendenti vocem præpoſitam? Dico Silii *Tarteſſum ſtabulanti conſciam Phœbo* eſſe *Tarteſſum* Bætis contentam cornibus (mox habes *Bætis cornua.*) Strabo: Δυοῖν γὰρ οὐσῶν ἐκβολῶν τοῦ ποταμοῦ πόλιν ἐν τῇ μεταξὺ χώρᾳ κατοικεῖσθαι πρότερόν φασιν, ἣν καλεῖσθαι Ταρτησσὸν ὁμώνυμον τῷ ποταμῷ, καὶ τὴν χώραν Ταρτησσίδα καλεῖσθαι φασιν, ἣν νῦν Τουρδοῦλοι νέμονται. *Duo cum ſint Bætis oſtia habitatam aiunt ciuitatem in medio poſitam, quam Tarteſſum fluuio* (mox oſtendo Bætim vocatum quoq. *Tarteſſũ*) *cognominem dicunt, & regionem Tarteſsida, quam nunc Turdetani habent,* Eſt ea Occidentalis,

— *ſtabulanti conſcia Phœbo.*

ſeu in quam teſte Strabone,

— Ἐμπίπτει [illegible] φάος ἠελίοιο
Ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν

Ignoſcant Homero manes odorantis longè veſtigia

— *Solis iubar, ignis ardens,*
*Dum ſola terrarum nocturno velas amictu.*

Alteram

Alteram Tarteſſum, & ipſam ad occidentem (nam & ibi portionem regionis *Tarteſſidem* ſcripſit Eratoſthenes) Strabo: καὶ Ἐρατοσθένης δὲ τὴν συνεχῆ τῇ Κάλπῃ Ταρτησσίδα καλεῖσθαί φησι, καὶ Ἐρύθειαν νῆσον εὐδαίμονα. *Et verò Eratoſthenes continentem cum Calpe Tarteſſidem vocari ait, aut etiam Brytheium felicem inſulam.* Vnde Calpen *Tarteſſiam* dixit Paulinus:

*Condiderat iam ſolis equos Tarteſſia Calpe.*

Sed & *Carteia* ad Oceanum remotior à Bæti. Liuius lib. 28. *Dum hæc, inquit, ad Bætim fluuium geruntur, Lælius interim freto in Oceanum euectus ad Carteiam claſſe acceſſit. Vrbs ea in ora Oceani ſita eſt, vbi primùm è faucibus anguſtis panditur mare.* Oceano, & Calpæ *Carteiam* propinquat Marcianus Heracleota lib. 2. Peripli: ἀπὸ Κάλπης τοῦ ὄρους, καὶ στήλης, ἥ τις ἐστὶν ἐν ἀρχῇ τῆς ἔσω θαλάσσης, εἰσπλέοντι ἐπὶ τὸν πορθμὸν, καὶ τὸν ὠκεανὸν, δεξιὰν τὴν ἤπειρον Ἰβηρίας ἔχοντι εἰς Καρτηίαν σ. ν. : Vertam quòd hactenus latinè inedita (*A Calpe monte & columna, quæ in prima ora eſt maris citerioris, ad fretum & Oceanum enauiganti, ſi radit continentis Iberiæ ripam dexteram, Carteiam vſque ſtadia ſunt quinquaginta.* Eandem *Carteiam* à Calpe dictam *Calpeſſum*, auguror, & poſt *Carpeſſum*, tandem *Tarteſſum.* Ibericis Appianus: Καρπησσός μοι δοκεῖ τότε ἡ πόλις (cùm regnaret Arganthonius) ἐπὶ θαλάσσης, ἣ νῦν Ταρτησσὸς ὀνομάζεται. *Carpeſſus, vt mihi videtur, tunc erat ciuitas maritima, quæ nunc Tarteſſus nuncupatur.* Hec igitur propiùs Calpen & Oceanum, remotius à Bæti *Carteia*, *Tarteſſus* quoque fuerit appellata. Verbo, ſic opinor: Vrbs vna intra Bætis cornua *Tarteſſus*, eadémq. *Carteia*; & Gadir teſtimonio Feſti Ameni, & Pomponii Melæ. altera ad mare verſus Calpen vtroq. etiam affecta nomine, vtraque ad occidentem. Nec obſtat quòd Marcianus oſtium Bętis alterum ad orientem reſpicere dicat: omnis enim locus aliqua poſitura quoduis cœli latus reſpicit, ſed via non eadem. Quà minùs occidentem aliquid reſpicit, magis ad orientem vergit. Qua in diſceptatione, ſi quos laudaui, priſci ſcriptores non indubitanter locuti ſunt: liceat bona Lectoris pace opinionem mihi meam ponere. Iam verò Silius *Carteiam* alteram, alteram *Tarteſſum* nominat.

Ter decies denos emensvs belliger annos.] Plinius lib. 7. c. 48. & Strabo lib. 3. ambo ex Anacreontis ſententia vitæ dimidium Arganthonio adſcribunt, ſiue annos cl. Anacreontis verba in fragmentis ſunt: Ἔγωγ᾽ οὔτ᾽ ἂν Ἀμαλθίης βουλοίμην κέρας, οὔτ᾽ ἔτεα πεντήκοντα, καὶ ἑκατὸν Ταρτησσοῦ βασιλεῦσαι. *Ego neque Amalthea velim cornu, neque annos centum & quinquaginta Tarteſſi regnaſſe.* Herodotus Clio annos cxx. tantundem Val. Maximus, & Aſinius Pollio tertio Hiſtoriarum cxx. Cenſorinus tamen lib. de die Natali de Herodoti mente cl. In numeris, credo, erroris latebra.

Et mvnda emathios Italis parityra labores.] Quantum in Macædoniæ campis fuſum Romani ſanguinis, quantum hauſtum pœnarum, tantum olim Munda pariet. Capta illa cum filio Pompeii teſte Plinio lib. 3. c. 1. Quanta verò ad eam vrbem fuerit hoſtium ira, rabiéſque victoribus, ſic æſtimari poteſt. Hoc à prœlio profugi cùm ſe Mundæ recepiſſent, & Cæſar obſideri ſtatim victos imperaſſet, congeſtis cadaueribus agger effectus eſt, quæ pilis, iaculiſque confixa inter ſe tenebantur; fœdum etiam inter barbaros. Cætera ponit Florus lib. 4. c. 2. Tantæ diritatis con-

S

templatu eſt illud Lucani lib. 1.

*Vltima à funeſta concurrant prælia Munda.*

Vbi τὸ *Concurrant* præter vſitatam præliantium congreſſionem, videtur innuere ſummam Cæſaris properantiam, qui Roma ſeptem ac viginti diebus Mundam pertigerit teſte Strabone lib. 3. quem iuuerit legiſſe cum Suetonio ſuper hoc bello. Ante bellum hoc ciuile Gracchus *Mundam vrbem primum vi cepit nocte ex improuiſo aggreſſus*, quo Silium non reſpexiſſe autumo.

NEC DECVS AVRIFERÆ CESSAVIT CORDVBA TERRÆ.] Vnus Strabo lib. 3. hic mihi inſtar omnium: adeo auri feracem, aurique optimi claudat Iberiam! οὔτε γὰρ χρυσὸς, οὐκ ἄργυρος, οὐδὲ δὴ χαλκὸς, οὐδὲ σίδηρος οὐδαμοῦ τῆς γῆς οὔτε τοσοῦτος, οὔθ' οὕτως ἀγαθὸς ἐξήτασται γεννώμενος μέχρι νῦν. Ὁ δὲ χρυσὸς οὐ μεταλλεύεται μόνον, ἀλλὰ καὶ σύρεται. καταφέρουσι δ' οἱ ποταμοὶ, καὶ οἱ χείμαρροι τὴν χρυσῖτιν ἄμμον, πολλαχοῦ καὶ ἐν τοῖς ἀνύδροις τόποις οὖσαν. Quid morer? tu cætera. *Terra aurifera*, eſt Hiſpania, vel Bætica, non ſolum Cordubenſe, quod viſum, tradiúmque literis neotero ſcriptori: alioqui ornamentum, & res ornamento decorata ſint vnum idemque, quod non concoquo. Affectata correctio poſſit eſſe *Aerifera terra* ex Plinio lib. 38. c. 2. vt cum aliis ſoliis, in quibus æris prouentus componatur Corduba. Quorſum in re perſpicua tricari?

PALLADIO BÆTES VMBRATVS CORNVA RAMO.] Oliuæ. Martial. lib. 12. Epigr. 100.

*Bæti oliuifera crinem redimite corona,*
*Aurea qui nitidis vellera tingis aquis:*
*Quem Bromius, quem Pallas amat.*

*Bæten* indicamus olim Tarteſſum dictum. Expreſſiùs Strabo lib. 3. Ἐοίκασι δ' οἱ παλαιοὶ καλεῖν τὸν Βαῖτιν, Ταρτησσόν. *Veteres Bætin videntur etiam Tarteſſum appellare.*

Pontius Paulinus biuocalem extinxit:

*Qua Betis Oceanum, Tyrrhenúmque auget Iberus.*

PER LABITVR ÆQVORA CVRSV.] Ni curreret Neptunus aut etiam volaret, frænati equi, & rotæ profundo impingerentur: *curſus* ergo, currus vt perlabatur, adiuuat. Non vidit hoc Modius, dum τὸ *Currus* repræſentat. Eſto curru vehatur Neptunus, an ea vox exprimenda neceſſariò? an fortè equorum nulla vſpiam ſine *currus* mentio? Quoties Neptunus perlabitur æquora nudo inſidens equo? nummos conſule. Hîc tamen non inficior aurigantem Neptunum: Verba Silii ſunt:

*Frenatis Neptunus equis.*

Maximus Tyrius λόγ. 15.

ἰδεῖν ἅρμα ἐν θαλάττῃ.
ἐλαύνεται τῷ κύματι, ἀπαθὲς δὲ κατ' ἐπ' αὐτῷ.

*— Neptuno currus in mari.*
*Ibit vt aurigans in pontum immania cete*
*Subiungens.*

DIVISOS CELTIS ALTE PROSPECTAT IBEROS. ] Pyrene, de qua Marcianus Heracleōta lib. 2. Peripli: διαζώννυσι δὲ καὶ διαιρεῖ τὴν Ἰβηρίαν πρὸς τὴν ἐχομένην Κελτογαλατίαν. *Diſpeſcit, diſtrahitque Iberiã à continenti Celtogalatia.* & Diodorus lib. 5. Bibl. Modius: *Latè pr.* Immo *Altè*, ὑψόθεν, *ex alto.* Pyrene námq; ex alto deſpicit hinc Celtas, Iberos alti inſecus. Deinde Pyrenęi Diodori fide cæteris præſtant montibus κατὰ τὸ ὕψος. Ideóque dicuntur alibi Silio:

*— — magnis diuortia terris.*

De Pyrenæis plura Strabo incipio libri tertii.

*Poſſeſſus Baccho, ſæua Bebrycis in aula*
*Lugendam formæ ſine virginitate reliquit*
*Pyrenem, lethíque deus (ſi credere fas eſt)*
*Cauſa fuit lethi miſeræ, Deus edidit aluo.*
*Nanque vt ſerpentem patrias exhorruit iras,*
*Confeſtim dulces liquit turbata penates.*
*Tum noctem Alcidæ ſolis plangebat in antris,*
*Et promiſſa viri ſyluis narrabat opacis,*
*Donec mœrentem ingratos raptoris amores,*
*Tendentémque manus, atque hoſpitis arma vocantem*
*Diripuere feræ: laceros Tirynthius artus*
*Dum remeat victor, lacrymis perfudit, & amens*
*Palluit inuento dilectæ virginis ore.*
*Ac voce Herculea percuſſa cacumina montis*
*Intremuere iugis, mæſto clamore ciebat*
*Pyrenem, ſcopulíque omnes, ac luſtra ferarum*
*Pyrenem reboant, tumulo tum membra reponit*
*Supremum illacrymans, nec honos intercidet æuo,*
*Defletúmque tenent montes per ſæcula nomen.*
*Iámque per & colles, & denſos abiete lucos*
*Bebryciæ Pœnus fines tranſcenderat aulæ:*
*Inde ferox quæſitum armis per inhoſpita rura*
*Volcarum populatur iter, tumidíque minaces*
*Accedit Rhodani feſtino milite ripas.*
*Aggeribus caput Alpinis, & rupe niuali*
*Proſilit in Celtas, ingentémque extrahit amnem*
*Spumanti Rhodanus proſcindens gurgite campos,*
*Ac propere in pontum lato ruit incitus alueo:*
*Auget opes ſtanti ſimilis, tacitóque liquore*
*Mixtus Arar, quem gurgitibus complexus anhelis*
*Cunctantem immergit pelago, raptúmque per arua*

*Ferre vetat patrium vicina ad littora nomen.*
*Inuadunt alacres inimicum pontibus amnem.*
*Nunc celſo capite, & ceruicibus arma tenentur.*
*Nunc validis gurges certatim frangitur vlnis*
*Fluminea ſonipes religatus ducitur alno:*
*Bellua nec retinet tardante libyſſa timore:*
*Nam trabibus vada, & iniecta tellure, repertum*
*Connexas operire trabes, ac ducere in altum*
*Paulatim ripa reſolutis aggere vinclis.*
*At gregis allapſu fremebundo territus acris*
*Expauit moles Rhodanus, ſtagníſque refuſis*
*Torſit arenoſo minitantia murmura fundo.*
*Iámque Tricaſtinus incedit finibus agmen,*
*Iam faciles campos, iam rura Vocuntia carpit.*
*Turbidus hic truncis, ſaxíſque Druentia lætum*
*Ductoru vaſtauit iter. nanq. Alpibus ortus*
*Auulſas ornos, & adeſi fragmina montis*
*Cum ſonitu voluens fertur latrantibus vndis,*
*Ac vada tranſlato mutat fallacia curſu.*
*Non pediti fidus, patulis non puppibus æquus,*
*Et tunc imbre recens fuſo, correpta ſub armis*
*Corpora multa virûm ſpumanti vertice torquens*
*Immerſit fundo laceris deformia membris.*

SÆVA BEBRYCIS IN AVLA.] *Sæua:* quòd Amycus Bebrycum rex ſæuus. Apollod. lib. 1. Γενναῖος δ' ὢν οὗτος τοὺς προσορμοῦντας ξένους ἠνάγκαζε πυκτεύειν, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀνῄρει. *Generoſus cùm eſſet vicinos hoſpites colluctari cogebat, & hoc eos modo perimebat.* donec ipſe à Polluce ſublatus eſt.

SINE VIRGINITATE RELIQVIT PYRENEN.] Hercules ebriolus. Silius inſcio, aut repugnante parente tactam vult ab Hercule. Diodorus lib. 5. parentum voluntate, éxque ea Herculi genitum Galaten. *Iurgia Codri:* nam Plin. lib. 3. c. 1. *Quæ de Hercule, ac Pyrene, vel Saturno traduntur, fabuloſa imprimis arbitror,* inquit Silius:

— *ſi credere fas eſt.*

DEVS EDIDIT ALVO.] Aut interpungendum poſt vocem Deus ſententia nihil vacillante: aut legendum:

*Dúmque edidit aluo* (filium Galaten) *Confeſtim dulces l. 1. p.*
*Namque vt ſerpentem patrias exhorruit iras.*

Quod dictum, vt *odiſſe graue peius, & angue.*

PYRENEN REBOANT.] Alius liber: *Reſonant.*

DILECTÆ VIRGINIS ORE.] Facie. Fortè & capite toto à cætera compage diuulſo.

VOLCARVM POPVLATVR ITER. ] Liuius lib.21.

AGGERIB. CAPVT ALPINIS. ] De Rhodano, qui ex Alpib. naſcitur, Solin.c.8. Diodorus li.5. Liuius li. 21. Æneidos parodema:

*Aggerib. ſocer Alpinis*

LATO RVIT INCITVS ALVEO. ] Lati aluei nonnullum indicium ſcindi in ora quinque. Diodorus: Πέντε στόμασιν ἐξερευγόμενος εἰς τὴν θάλασσαν. *Per ora quinque in mare diluitur.* Inſuper habuit Silius Rhodani oſtia: quia res cõtrouerſioſa viſa non tangenda. Strabo lib. 4. Περὶ δὲ τῶν Ῥοδανοῦ στομάτων Πολύβιος μὲν ἐπιτιμᾷ Τιμαίῳ φήσας εἶναι μὴ πεντάστομον, ἀλλὰ δίστομον. Ἀρτεμίδωρος δὲ τρίστομον λέγει: *Super oſtiis Rhodani in Timæum Polybius inuehitur, illum in oſtia duo partitus, non quinque: Artemidorus autem in tria ſecat.*

MISTVS ARAR. ] Liuius li.21. *Quartis caſtris ad inſulam peruenit: ibi Arar, Rhodanúſque amnis diuerſis ex Alpib. decurrentes agri aliquantulum amplexi confluunt in vnum.* Rationem nominis indicat Calliſthenes Sybarita lib. 3. τῶν γαλατικῶν; Ἄραρ ποταμός ἐστι τῆς Κελτικῆς παρὰ τῷ Ῥοδανῷ ἐρμέσεν τὴν προσηγορίαν εἰληφώς. *Arar Celticæ flumen; quod cum Rhodano conueniat, nomen ſortitur.* Inſcriptiones veteres appoſitæ, nec infrequentes: NAVTÆ PHODANICI, ET ARARICI. Item: CONFLVENTES ARARIS, ET PHODANI.

CVNCTANTEM IMMERGIT PELAGO. ] Claudian. lib. 2. in Rufinum:

*Quos Rhodanus velox, Araris quod tardior ambit.*

Item de Mallii Conſ. Meritò igitur oſtenti loco, aut ἀδυνάτου habet iſta Lucanus lib. 6.

— *Nilum non extulit ætas,*   *&c. æſtu.*

*Mæander direxit aquas, Rhodanúmque morantem.*

*Præcipitauit Arar*

BELLVA NEC RETINET. ] Elephantus. Solin. cap. 38. *Maria tranſmeaturi, naues non priùs ſubeunt, quàm de reditu illis ſacramentum luatur.*

REPERTVM CONNEXAS OPERIRE TRABES. ] Liuius vult elephantos ratib. traiectos. Quare rectè habere puto editionem Pariſiorum in verſu ſupero:

*Nam ratibus vada*

non *Trabibus*, vt vulgo ſcribunt: idque autore Polybio li. 3. Cuius fide tunc elephantos agebat Annibal ſeptem ſupra triginta: *Elephanti erant ſeptem, ac triginta numero.* Tantundem Appianus Annibalicis. Silii verò *connexas trabes*, ſi admittis, quid aliud, quàm rates credas? Vetuſtior vates

*caua trabe currimus æquor.*

SAXISQVE DRVENTIA LÆTVM DVCTORIS VASTAVIT ITER. ] Liuius præter alia: *Ad hæc ſaxa glomeroſa voluens, nihil ſtabile, nec tuti ingredientibus præbet.* Auſonius Idyll. 9.

— *te ſparſis incerta Druentia ripis,*

*Alpinique colens fluuij*

Vide Auſonianarum li. 1. c. vltimo.

*Sed iam præteritos vltra meminiſſe labores*
*Conſpectæ propius dempſere pauentibus Alpes:*
*Cuncta gelu, canáque æternum grandine tecta,*

*Atque æui glaciem cohibent: riget ardua montis*
*Aetheriæ facies, ſurgentíque obuia Phœbo*
*Duratas neſcit flammis mollire pruinas.*
*Quantum tartareus regni pallentis hiatus*
*Ad manes imos, atque atræ ſtagna paludis*
*A ſupera tellure patet: tam longa per auras*
*Erigitur tellus, & cælum intercipit vmbra.*
*Nullum ver vſquam, nullíque æſtatis honores.*
*Sola iugis habitat dirus, ſedéſque tuetur*
*Perpetuas deformis hyems: illa vndique nubes*
*Huc atras agit, & mixtos cum grandine nimbos.*
*Iam cuncti flatus, ventíque furentia regna*
*Alpina poſuere domo, caligat in altis*
*Obtutus ſaxis, abeúntque in nubila montes.*
*Mixtus Athos Tauro, Rhodopéq. adiuncta Minanti,*
*Oſſáque cum Pelio. cúmq. Hemo ceſſeris Othrys,*
*Primus inexpertas adijt Tirynthius arces:*
*Scindentem nubes, frangentémque ardua montis*
*Spectarunt ſuperi, longiſque ab origine ſeclis*
*Intemerata gradu magna vi ſaxa domantem.*
*At miles dubio tardat veſtigia greſſu,*
*Impia ſeu ſacros in fines arma per orbem,*
*Natura prohibente, ferant, diuiſque repugnent.*
*Contra quæ ductor non alpibus ille, nec vllo*
*Turbatus terrore loci: ſed languida monſtris*
*Corda virûm fouet, hortando, reuocátque vigorem.*
*Non pudet obſequio ſuperûm, feſſóſq. ſecundis*
*Poſt belli decus, atque acies dare terga niuoſis*
*Montibus, & ſegnes ſubmittere rupibus arma?*
*Nunc ô nunc ſocij dominantis mœnia Romæ*
*Credite vos, ſummúmque Iouis conſcendere culmen.*
*Hic labor Auſoniam, dabit hic in vincula Tybrim.*
*Nec mora, commotum promiſſis ditibus agmen*
*Erigit in collem, & veſtigia linquere nota*
*Herculis edicit magni crudiſque locorum*
*Ferre pedem, ac proprio turmas euadere calle,*
*Rumpit inacceſſos aditus, atq; ardua primus*
*Exuperat, ſummáq; vocat de rupe cohortes.*
*Tum quà durati concreto frigore collis*

*Lubrica fruſtratur canenti ſemita cliuo.*
*Luctantem ferro glaciem premit, haurit hiatu*
*Nix reſoluta viros, altóque à culmine præceps*
*Viuenteis turmas operit delapſa ruina.*
*Interdum aduerſo glomeratos turbine Corus*
*In media ora niues fuſcus agit horridus alis.*
*Aut rurſum immani ſtridens auulſa procella*
*Audacis rapit arma viri, voluénsque per orbem*
*Contorto rotat in nubes ſublimia flatu.*
*Quóque magis ſubire iugo, atque euadere niſi*
*Erexere gradum, creſcit labor, ardua ſupra*
*Seſe aperit feſſis, & naſcitur altera moles.*

ATQVE ÆVI GLACIEM COHIBENT. ] Repono *Aequæuam.* cum grandine ſcilicet.

RIGET ARDVA MONTIS ÆTHERII FACIES. ] Quinto die, inquit in Dionyſium Euſtathius, vix ad ſummum euaſeris montem. Cæteram Alpium faciem deſcribit Strabo libro quarto extremo, & Polyb. l. 3.

SVRGENTIQ. OBVIA PHOEBO. ] Dionyſius:

Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην ἀναφαίνεται Ἄλπιος ἀρχή.
*Sol videt Alpinis exoriens capita ardua montis.*

QVANTVM TARTAREVS ... HIATVS AD MANES IMOS. ] Iliad. θ.

Τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης. Georg. 2.
*Eſculus inprimis, quæ quantum vertice ad auras*
*Ætherias, tantum radice in tartara tendit.*

Alterum tantum Æneis ſexta, & Heſiodi Theogonia.

OSSAQVE CVM PELIO. ] Syllabæ modus videtur huic officere lectioni. Georg. 2.

*Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam,*
*Scilicet atque Oſſæ frondoſum imponere Olympum.*

Seneca Thyeſte:

— *& Theſſalicum*
*Threſſa premitur Pelion Oſſa.* Item Agamemnone.

Tentari poſſit emendatio ex l. 2. Metam.

*Oſſáque cum Pindo, maiórque ambobus Olympus,*

& Plin. l. 4. c. 8. *Oſſa, cuius ex aduerſo Pindus, & Othris Lapitharum ſedes ad occaſum vergentes: ad orſus Pelios.* Tamen illa ſunt Euſtathii in Catalogum: Τὸ δὲ Πήλιον ἀντίκειται τῇ Ὄσσῃ. ὄρη δὲ ἄμφω δυτικώτερα Ὀλύμπου. *Pelion Oſſæ obiacet: mons vterque occidentalis præquam Olympus.* De his conſulendus Strabo l. 3. Vulgata Silii lectio retinenda, quia ζευγνύσει excuſabilis eſt. Catullus:

*Quorum poſt abitum princeps è vertice Pelij.*

Excuſabilis, inquam, etiam Virgilii imitatione, ſi rem ſpectes, & Euſtathii

loco, atque etiã Apollodori li.1. Πρὸς Θεὸν μάχεσθαι διενοοῦντο, καὶ τὴν μὲν Ὄσσαν ἐπὶ τὸν Ὄλυμπον ἔθεσαν. ἐπὶ δὲ τὴν Ὄσσαν θέντες τὸ Πήλιον, διὰ τῶν ὀρῶν τούτων ἠπείλουν εἰς οὐρανὸν ἀναβήσεσθαι. *Cum Deo prœliari meditati Oſſam Olympo impoſuere, Oſſæ ſuperimpoſito Pelio, hiſque montib. minabantur in cœlum euadere.*

VIVENTES OPERIT TVRMAS DELAPSA RVINA. ] Viuentes efficaciùs, quàm ſi mortuos operiri dicas, aut opprimi: & *Viuentis*, quod nonnemo diuinabat, minus eſt, præquam vt gelatæ niues rupium inſtar illis incidant. Modius reponit *Omenti* ducib. Colon. membranis, quo quid velit haut ſcio: vereor ne offam membranæ iſtæ redoleant. Heynſius affirmat optimè diuinaſſe ſe *Humenti*. Ego Lectores ad Liuium, & Polybium remitto, apud quos comperientur ingentib. etiam molibus, & ruinis niuium quandoque liquentium, quandoque gelatarum bonum numerum Pœnorum adobrutum, ac ſemiſepultum, ideóque mordicus retineo *Viuentes turmas*.

GLOMERATVS TVRBINE CORVS IN MEDIA ORA NIVES. ] *Glomeratus* rotatus, gyratus. Ouid. 1. Metam. retulit quoque ad figuram:

*— Magni ſpeciem glomerauit in orbis.*

Hoc eodem libro ſimiliter eloquitur Silius:

*— Caua nubila torquens.*

*Conſtruxit* (tumulum) *turbo impacta glomeratus arena.*

Colonienſes membranæ: *Glomeratas.*

AVDACIS RAPIT ARMA VIRI. ] Ventorum hac perfurentium impotentiam exſcribamus è lib. 5. Diodori: Καθόλου δὲ καταιγίζοντες λάβρως ἁρπάζουσιν ἀπὸ μὲν ἀνδρῶν τὰ ὅπλα, καὶ τὰς ἐσθῆτας, ἀπὸ δὲ τῶν ἵππων τοὺς ἀναβάτας: *Paßim venti adeò procelloſi arma viris deripiunt, & veſtem, atque ab equis inſcenſores excutiunt.* Inde Siceliotæ, & Silio eadem verbis tantumnon iiſdem dicendi idem impetus. Modius reponit: *Nudatis rapit a. v.*

*Vnde nec edomitos, exudatóſq; labores*
*Reſpexiſſe libet, tanta formidine plena*
*Exterrent repetita oculis, atque vna pruina*
*Canentis, quacunque datur permittere viſus,*
*Ingeritur facies, medio ſic nauita ponto*
*Cùm dulceis liquit terras, & inania nullos*
*Inueniunt ventos, ſecuro carbaſa malo,*
*Immenſas proſpectat aquas, ac victa profundis*
*Aequoribus, feſſus renouat ſua lumina cælo.*
*Iámque ſuper clades, atque importuna locorum*
*Illuuie, rigidæque comæ ſqualore perenni*
*Horrida ſemiferi promunt è rupibus ora:*
*Atque euulſa cauis exeſi pumicis antris*
*Alpina inuadit manus, aſſuetóq; vigore*
*Per dumos, notáſque niues, atque inuia, pernix*

*Clauſum*

*Clauſum montiuagis infeſtat curſibus hoſtem.*
*Mutatur iam forma locis, hîc ſanguine multo*
*Infectæ rubuere niues, hîc neſcia vinci*
*Paulatim glacies cedit tepefacta cruore:*
*Dúmque premit ſonipes duro veſtigia cornu,*
*Vngula perfoſſis hæſit compreſſa pruinis.*
*Nec peſtis lapſus ſimplex, abſciſa relinquunt*
*Membra gelu, fractóſque aſper rigor amputat artus.*
*Bis ſenos ſoles, totidem per vulnera ſæuas*
*Emenſi noctes, optato vertice ſidunt,*
*Caſtráque præruptis ſuſpendunt ardua ſaxis.*

TANTA FORMIDINE PLENA EXTERRENT REPETITA OCVLIS, ATQVE VNA RRVINÆ CANENTIS.] Reſcribendum mihi viſum: *Plana exterrent.* Lib.9. *Stagnantis per plana vadi.* lib.4.

*Plana natant, putrique gelu.*

D. Aug. plurimùm vetuſculæ dictionis amans lib.3. de Cicit. c.18. *Nam exundante nimis vltra morem fluuio Tiberino plenè omnia vrbis plana ſubuerſa ſunt.*

ATQVE EVVLSA CAVIS EXESI PVMICIS ANTRIS ALPINA INVADIT MANVS.] Modius è membranis: *Effuſa.* Siquid ambitioſiùs mutandum, ſcripſerim è M. Tullio: *euerſa.* Aptiſſimè verò *Euulſa*: Emphaſis eſt eos notans, qui vi quadam de nouo adſumta, vel expromta ſe agunt alicunde. Vnde ſequitur:

*—aſſuetóque vigore*
*Per dumos, notáſque niues, atque inuia pernix*

Et apud Silium lib.1.

*— medióque virorum*
*Auulſum inter tela globo — —*

Lib.16. Maſaniſſa:

*Auulſum Tyrijs huc me duxere volentem.*

Lucas c. 22. de Saluatore à ſuis paullùm ſeductiore: *Ipſe auulſus eſt ab eis.* Græcè: καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη, ἀπ' αὐτῶν. Suidas: Ἀποσπάδες, τοὺς ἀποσπασθέντας: etſi propriè de ramo loqui videntur. Sic etiam pro Muræna M. Tullius eloquitur.

NEC PESTIS LAPSVS SIMPLEX.] Fulcire poſſunt hæc *peſtis* etymon ἀπὸ τὸ πίζειν. *Peſtis autem* pro Occiſione, prolapſione, occaſu, luculentum eſt exemplum T. Liuii lib.10. *Locúmque eundem ſuæ peſtis, & Gallorum, ac Samnitium fore.*

ABSCISSA RELINQVVNT MEMBRA GELV, FRACTOSQ. ASPER RIGOR AMPVTAT ARTVS.] Ita planè euenit, vbi frigoris peruicacia victus calor membra deſerit: tunc enim membrorum pars poſſeſſa calore differtur ab ea, in qua frigus regnat. Tacitus Annal.13. *Annotatúſque miles, qui faſcem lignorum geſtabat, ita præriguiſſe manus, vt oneri adhæreſcentes truncis brachijs deciderent.* Baſilius magnus Orat. in 40. Martyres frigore torridos, & ſemiaſ-

ſos: Ἔπειτα ἀκρωτηριάζεται, ὥσπερ ἀπὸ πυρὸς κεκαυμένων τῶν ἄκρων. ἀποδιωκόμενον γὰρ τὸ θερμὸν ἀπὸ τῶν περάτων τοῦ σώματος, καὶ συμφεῦγον ἐπὶ τὸ βάθος, τὰ μὲν, ὅθεν ἀπέστη, νεκρὰ καταλείπει. τὰ δ' ἐφ' ἃ συνωθεῖται ὀδύναις ἐκδίδωσι κατὰ μικρὸν τοῦ θανάτου διὰ πήξεως προϊόντος. *Deinde admutilatur, extremis partibus velut igni aduſtis. Calor námque repulſus ab extremo corpore, & ad penetralia confugiens, partes vnde abſceſſerit mortuas deſerit: in quas autem compellitur, dolorib. afficit morte paullatim vi rigoris procedente. Fors διὰ πήξεως vi tabi.* Calpurnius Ecl. 5.

*— ne forte rigor penetrabile corpus*
*Vrat.*

Plura nos contulimus Notis ad S. Baſilium Seleucenſem:

CASTRAQ. ... SVSPENDVNT ARDVA SAXIS.] Signate: vix enim dicas fixiſſe in arduo iuxta loco, ac lubrico. Par illud:

*— pendentes de rupe capellas.*

*At Venus ancipiti mentem labefacta timore*
*Affatur genitorem, & rumpit mœſta querelas:*
*Quis pœnæ modus, aut percundi terminus oro*
*Aeneadis erit? & quando terráſque, fretúmque*
*Emenſis ſediſſe dabis? cur pellere noſtros*
*A te conceſſa Pœnus parat vrbe nepotes?*
*Alpibus impoſuit Libyen, finémque minatur*
*Imperio, caſus metuit iam Roma Sagunthi:*
*Quo Troiæ extremos cineres, ſacrámque ruinam*
*Aſſaracíque larem, & Veſtæ ſecreta feramus*
*Da ſedem genitor, tutíſque iacere. parúmne eſt*
*Exilia errantes totum quæſiſſe per orbem?*
*Anne iterum capta repetentur Pergama Roma?*
*His Venus. & contra genitor ſic deinde profatur.*
*Pelle metus, neu te Tyriæ conamina gentis*
*Turbarint Cytherea: tenet, longúmque tenebit*
*Tarpeias arces ſanguis tuus. hac ego Martis*
*Mole viros ſpectare paro, atque expendere bello.*
*Gens ferri patiens, ac læta domare labores*
*Paulatim antiquo patrum deſueſcit honori,*
*Atque ille haud vnquam parcus pro laude cruoris,*
*Et ſemper famæ ſitiens, obſcura ſedendo*
*Tempora agit, mutum voluens inglorius æuum*
*Sanguine de noſtro populus, blandóque veneno*
*Deſidiæ virtus paulatim euicta ſeneſcit.*
*Magnæ molis opus, multóque labore parandum*
*Tot populos inter ſoli ſibi poſcere regna.*
*Iámque tibi veniet tempus quo maxima rerum*

*Nobilior ſit Roma malis, hinc nomina noſtro*
*Non indigna paulo referet labor, hinc tibi Paulus,*
*Hinc Fabius, gratúſque mihi Marcellus opimis:*
*Hi tantum parient Latio per vulnera regnum,*
*Quod luxu, & multum mutata mente nepotes,*
*Non tamen euertiſſe queant: iamque ipſe creatus*
*Qui Pœnum reuocet patriæ, Latióque repulſum*
*Ante ſua muros Carthaginis exuat armis.*
*Hinc Cytherea tuis longo regnabitur æuo.*

VESTÆ SECRETA FERAMVS.] M. Tullius lib. 2. de Natura Deorum: *Veſta nomen à Græcis eſt: ea eſt enim, quæ ab illis ἑστία dicitur.* Ouid. 6. Faſt.

*Stat vi terra ſua: vi ſtando Veſta vocatur.*
*Cauſáque par Graij nominis eſſe poteſt.*

Terentian. de Syllabis. Ε'στία ſic Veſta facta, veſtis ἐσθὴς dicitur. Itaque *Veſta* nomen vel origine Græcum eſt præceptore Tullio, vel ratione cum Græco conuenit, quod Ouidius malle videtur. Eſt qui ab Hebræo אש ſiue potius à Chaldaico אשא deriuet *Veſta*: at mihi permirum ſit vocem ex Hebræo ortum nullo pene radicum veſtigio: vna enim duntaxat hoc in nomine reliqua, quod ſi ſatis, cras omnis lingua erit Hebræa. Veterum nonnulli dixere *Veſtam* appellatam, *quòd veſtiatur herbis*, & eandem voluere cum Terra, cũ Proſerpina, cum Magna Matre, D. Aug. li. 7. de Ciuit. c. 24.

HAC EGO MARTIS MOLE VIROS SPECTARE PARO.] Seneca lib. de Prouidentia: *Quare Deus optimum quémque aut mala valetudine, aut luctu afficiet? quare in caſtris quoque periculoſa fortiſſimis imperantur? dux lectiſſimos mittit, qui nocturnis hoſtes aggrediantur inſidiis, aut explorent iter, aut præſidium loco deijciant. Nemo eorum, qui exeunt dicit: Male de me Imperator meruit. ſed, Bene iudicauit. Idem dicant quicumque iubentur pati timidis, ignauiſque flebilia: Digni viſi ſumus Deo, in quibus experiretur, quantum humana natura poſſet pati.* Effata diuini pectoris!

NOBILIOR SIT ROMA MALIS.] De ipſa Sidonius Carmine 7.

— *cui fixus ab ortu*
*Ordo fuit, creuiſſe malis.* ——

GRATVSQ. MIHI MARCELLVS OPIMIS.] *Mihi* Ioui *Feretrio*, de cuius cognomine hæc de multis Propert. lib. 4. Eleg. 11.

*Nunc ſpolia in templo tria condita cauſa* FERETRI,
*Omine quòd certo dux ferit ante ducem.*
*Seu quia victa ſuis humeris hæc arma ferebant:*
*Hinc* FERETRI *dicta eſt ara ſuperba Iouis.*

De *Feretrio* Liuius lib. 1. 4. 32. Dionyſius Halic. l. 2. Plut. in Romulo, & Marcello, Plin. lib. 2. c. 53. Feſtus ἐν τῷ *Opima*. Item his: *Feretrius Iupiter dictus à ferendo, quòd pacem ferre putaretur, ex cuius templo ſumebant ſceptrum, per quod iurarent, & lapidem ſilicem, quo fœdus ferirent.*

EFFERET ET SACRIS.] Verſus hic abeſt nonnullis codicibus. *Efferet: nam gens flauia obſcura illa quidem, ac ſine vllis maiorum imaginibus;*

*ſed tamen nequaquam reip. pœnitenda*, Suet. c. 1. Vide & c. 12.

*Exin ſe Curibus virtus cœleſtis ad aſtra*
*Efferet, & ſacris augebit nomen Iuli.*
*Bellatrix gens bacifero nutrita Sabino.*
*Huic pater ignotam donabit vincere Thulen,*
*Inque Caledonios primus trahet agmina lucos,*
*Compeſcet ripis Rhenum, reget impiger Afros,*
*Palmiferámque ſenex bello domitabit Idumen.*
*Nec ſtygis ille lacus, viduatáque lumine regna,*
*Sed ſuperum ſedes, noſtróſque tenebit honores.*
*Tum iuuenis magno præcellens robore mentis*
*Excipiet patriam molem, celſúſque feretur*
*Aequatum imperio tollens caput, hic fera gentis*
*Bella Palæſtina primo delebit in æuo.*
*At tu tranſcendens Germanice facta tuorum,*
*Iam puer auricomo performidate Batauo,*
*Nec te terruerint Tarpei culminis ignes:*
*Sacrilegas inter flammas ſeruabere terris.*
*Nam te longa manent noſtri conſortia mundi.*
*Huic laxos arcus olim Gangetica pubes*
*Submittet, vacuáſque oſtendent Bactra pharetras,*
*Hic & ab Arctoo currus aget axe per vrbem,*
*Ducet & eoos Baccho cedente triumphos.*
*Idem indignantem tranſmittere Dardana ſigna*
*Sarmaticus victor compeſcet ſedibus Iſtrum.*
*Quin & Romuleos ſuperabit voce nepotes,*
*Queis erit eloquio partum decus, huic ſua Muſæ*
*Sacra ferent, meliórque lyra, cui ſubſtitit Ebrus,*
*Et venis Rhodope, Phœbo miranda loquetur.*
*Illa etiam, quæ priſca fides ſtat regia nobis*
*Aurea Tarpeia ponet capitolia rupe.*
*Et iunget noſtro templorum culmina cœlo.*
*Tunc o nate Deum, diuóſque dature, beatas*
*Imperio terras patrio rege, tarda ſenectam*
*Hoſpitia excipient cœli, ſolioque Quirinus*
*Concedet, mediúmque parens, fraterque locabunt.*
*Sidereis iuxta radiabunt tempora nati.*

ET SACRIS AVGEBIT NOMEN IVLI.] Addito *Flauialium* collegio, Suet. Domitiani c. 4.

DONABIT VINCERE THVLEN. ] Sueton. Veſpaſiani c. 4. *In Britanniam tranſlatus tricies cum hoſte conflixit. Duas validiſsimas gentes, ſupérque viginti oppida, & inſulam Vectem Britanniæ proximam in deditionem redegit.* Tacitus Agricolæ vita: *Adſumto* (à D. Claudio) *in partem rerum Veſpaſiano. Quod initium venturæ mox fortunæ fuit, domitæ gentes, capti reges, & monſtratus fatis Veſpaſianus.*

REGET IMPIGER AFROS. ] Suetonius: *Exin ſortitus Africam integerrimè, nec ſine magna dignatione adminiſtrauit.*

PALMIFERAMQVE IDVMEN. ] Idumes prope laus vnica. Lucanus lib. 3.

*— arbuſto palmarum diues Idume.*

Solinus c. 47. *Idumæa inde incipit palmis opima.*

Sed & *Selinuntem palmóſam* canit Maro Æn. li. 3.

SENEX DOMITABIT IDVMEN. ] Sueton. c. 4. Tacitus lib. extremo, Ioſephus de bello Iudaico, & Hegeſippus. Statius:

*— verſam proles tua pandet Idumen,*

Nomenclatio *Idumes* ab Edom eſt, qui & Eſau dictus, Gen. c. 25. D. Aug. li. 16. de Ciuit. c. 35.

NOSTROSQVE TENEBIT HONORES. ] Prædicit Iupiter futuram Veſpaſiani ἀποθέωσιν: quam ipſemet viuus vidénſque irridebat. Sueton. c. 23. *Prima quoque morbi acceſsione, vt (inquit) puto, Deus fio.*

TVM IVVENIS MAGNO PRÆCELLENS ROBORE MENTIS. ] Hæc de Tito Veſpaſiani filio. Suetonius de eo c. 3. *In puero ſtatim corporis, animique dotes exſplenduerunt, magis ac magis deinceps per ætatis gradus.*

ÆQVATVM IMPERIO TOLLENS CAPVT. ] Titum maieſtatis retinentem conficies è c. 8. Suet.

BELLA PALÆSTINÆ PRIMO DELEBIT IN ÆVO. ] Ioſephus, & Hegeſippus de bello Iudaico.

GERMANICE FACTA TVORVM. ] Hoc itidem cognomine Domitianus honoratus eſt à Martiale l. 8. Epigr. 26.

*Quot tua Roma nouas vidit Germanice tigres?*

Ep. 45. pluriéſque A Papinio 4. Syluarum. Cognominatus autem Germanicus anno ab V. C. 835. I. C. 83. vt inſpectis numis cognoui, *poſt duos triumphos*, inquit Sueton. c. 13. Ambitu verborum Martial. li. 9. Epigr. 7.

*Tibi ſumme Rheni domitor*

Tunc porrò *domitor*, cùm bellum ciuile motum, quod ſcribit Sueto. ca. 6. *à L. Antonio ſuperioris Germaniæ Præſide confecit abſens felicitate mira, cùm ipſa dimicationis hora reſolutus repente Rhenus tranſituras ad Antonium copias barbarorum inhibuiſſet.* Aliter Xiphilinus: *Στρατεύσας δὲ ἐπὶ τοὺς γερμανοὺς, καὶ μηδὲ ἑωρακώς που πόλεμον, ἐπανῆκε. Expeditione facta in Germanos, hoſte nedum viſo reuenit.* Vide etiam Dionem frag. 50. En qui tranſcendit facta ſuorum! Nec tamen adulationes definit Martialis li. 2. Ep. 2.

*Creta dedit magnum maius dedit Africa nomen,*
*Scipio quod victor, quodque Metellus habet.*
*Nobilius domito tribuit Germania Rheno*
*Et puer hoc dignus nomine Cæſar eras.*

IAM PVER AVRICOMO PERFORMIDATE BATAVO. ] Pari numero Mart.lib 8.Ep.33.

*Et mutat Latias ſpuma Batana comas.*

Hanc ego ariolor fuiſſe militiam contra barbaros, in quam miſſum à patre Domitianum ſcripſit Alexander Monachus: Δομιτιανὸν δὲ ἀπέστειλεν εἰς στρατείαν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. *Domitianum amiſit in exteram militiam contra barbaros.* De expeditionibus Domitiani legi poteſt c. 6. Suet. Dio frag.46. Vtut eſt, carmen hoc adulationis plenum eſt: nam Muciano, & Cerali veteranis ducibus ſpreta fuit Domitiani iuuenta, nec in curas publicas admiſſus, Tacitus 4.Hiſtoriarum. Lipſius in Tac. de Mor.Germ.legit:

*At puer auricomo tam formidate Batauo.*

SACRILEGAS INTER FLAMMAS SERVABERE TERRIS. ] *Flammas ſacrilegas*: quòd iis Capitolium domus Deorum, & ſedes conflagrauerit bello Veſpaſianum inter, & Vitellium. Tacitus lib.3. Hiſtor. apprimè his narrationibus conducit, & Domitiano ſeruato eóque repræſentandus: *Domitianus prima irruptione apud æditum occultatus ſolertia liberti lineo amictu turbæ ſacricolarum immiſtus, ignarúſque apud Cornelium Primum paternum clientem iuxta Velabrum delituit. Ac potiente rerum patre diſiecto æditui contubernio modicum ſacellum IOVI CONSERVATORI arámque poſuit, caſúſque ſuos in marmore expreſſit. Mox imperium adeptus IOVI CVSTODI templum augens, (fortè ingens.) ſéque in ſinu Dei ſacrauit.* Conſule Suet.c.1. Statius 1.Syluarum:

*An nona contentu ſurgant Palatia flammis*
*Pulcrius?*

HINC LAXOS ARCVS OLIM. ] Adi ad Suet.c.13. & corride. Naſamones tamen ad Domitianum veniſſe fidem facit Frag. Dionis 49. Ὅτι Μάσυος ὁ Νασαμώνων βασιλεύς, καὶ Γάννα παρθένος ἣ μετὰ τὴν Βελήδα ἐν Κελτικῇ θειάζουσα ἦλθον πρὸς τὸν Δομιτιανόν, καὶ τιμῆς παρ' αὐτοῦ τυχόντες ἀπεκομίσθησαν. *Maſyus Naſamonū rex, & Ganna virgo poſt Beleda in Celtica Dea fuit habita. Hi ad Domitianum venerunt, & honorificè excepti, reuerſi ſunt.* Quo tamen loco legi poteſt Σεμνόνων cùm præfuerit Σεμνόνων.

VACVASQVE OSTENDENT BACTRA PHARETRAS. ] Numo apud Occonem Domitianus Coſ. v. cuſus eſt, & Parthus reſtituens ſigna militaria, qualis & Auguſto Goltzii. Hiſtoria reapſe eſt de Auguſto, quæ Domitiano non per αἰσιομοίαν, ſed per impudentem adulationem affingitur vel à Silio, vel à Papinio lib.4.

*Nunc magnos oriens dabit triumphos,*
*Ibis quà vagus Hercules, & Euan*
*Vltra ſidera, flammámque Solem.*

HIC ET AB ARCTOO CVRRVS AGET AXE PER VRBEM. ] Sueton. c.6. *De Cattis, Daciſque poſt varia prœlia duplicem triumphum egit.* Martialis ſubſcribit huic victoriæ l.8. Epigr.65.

*Hic ſtetit Arctoi formoſus puluere belli*
*Purpureum fundens Cæſar ab ore decus.*

SARMATICIS VICTOR COMPESCET SEDIBVS ISTRVM. ] Sarmatæ legatum cum legione ceciderant, Suet. c.6. ideo neceſſariam in eos ſuſcepit expeditionem Domitianus: Opinor Sarmatis nec impunitam fuiſſe ce-

dem commiſſam, nec Domitiani victoriam incruentam: quare placebat *Cad.bus* legi, aut *legibus*: eas enim amant victis victores imponere. Certè ad Domitianum referendum illud primæ Thebaidos:

*— bis adactum legibus Iſtrum.*

*Bis* ſemel ante rebellionem, iterum vt perdomiti fuere. Hæc hiſtoriæ conuenientiſſima coniectura eſt: altera propior vocis veſtigia: neutra tamen ſequenda, quod vt *maris ſedes* Æn. 1. legerat Silius ſic *Iſtri ſedes* imitatione poſuit. Exſtat in repræſentatis ab Occone numis Domitiani, Germaniæ captæ typus humi ſedentis, *De Sarmatis lauream modo Capitolino Ioui retulit*, Suet. cap. 6. *Lauream* iſtam *ſecretos triumphos*, ni fallor, appellat Martialis li. 8. Epigr. 15.

*Hos quoque ſecretos memorabit Roma triumphos,*
*Nec minor iſta tua laurea pacis erit.*

ROMVLEOS SVPERABIT VOCE NEPOTES. ] Domitiani cap. 20. hiſtoricum agit Suetonius non adulatorem, vel de eius facundia.

MELIORQVE LYRA, CVI SVBSTITIT HEBRVS. ] Domitianus lyram Orphei, cui ſubſtitit Hebrus, lyra ſua vincet. Ad haſce binas lyras refero numiſma 17. loco poſitum ab Occone, in quo duæ lyræ cum noctua cum hac inſcriptione

ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC CEBACTOC ETOYC IΔ. ΠΑΤΟΙ.

Alterámque mihi lyram dicam Orphei, alteram Domitiani.

ILLA ETIAM, QVA PRISCA FIDES STAT, REGIA. ] Silii lib. 1. Saguntinorum legati Romanis:

*Sacrata gens clara Fide*

Nec multò priùs:

*Heu priſcis Numen populis, ac nomine ſolo*
*In terris iam nota Fides!* Lib. 6.
*Nec leuior mihi diua Fides*

Sic Plautum Ciſtellaria erudio:

*— per Fidem, quod creditum eſt.*

Dii námque iuribus iurandis præſentes adſunt Valerii Max. lib. 3. cap. 2. *In ædem Fidei publicè conuocati patres.* Idem lib. 6. cap. 6. *Venerabile Fidei numen*, Ibidem: *Fidei templum* legitur. Quæ fides hic *Regia* dicitur, quòd Numa rex illi primus templum erexerit. Dionyſius Halic. lib. 2. Antiq. Rom. Πρῶτος ἀνθρώπων ἱερὸν ἱδρύσατο Πίστεως δημοσίας, καὶ θυσίας αὐτῇ κατεστήσατο, καθά περ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς δημοτελεῖς: *Primus hominum templum fidei publicæ ſtatuit, & ſacrificia ex ærario velut aliis Diis.* Item Plut. in Numa. Cicero 2. de legib. *Bene verò quod Mens, Pietas, Virtus, Fides conſecratur manu: quarum omnium, Romæ dedicata publicè templa ſunt.* Ob eandem cauſam *Priſca*. Agathocles tamen Cyzicenarum rerum compoſitor aut Rhomam Aſcanii filiam primam omnium conſecraſſe in Palatio *Fidei* templum. Tertullianum igitur Apologia de Numæ temporibus: *Nondum tamen aut ſimulacris, aut templis res diuina apud Romanos conſtabat*, intelligo de operoſioribus, & ſumtuoſioribus, quemadmodum Varronem apud Auguſtinum libro quar[illegible] 31. [illegible] non multis templis, non multis ſimulacris olim [illegible] ſus eſt [illegible]. Cont[illegible] Prud. lib. 2. contra Sym.

*Atque æui glaciem cohibent: riget ardua montis*
*Aetheriæ facies, ſurgentíque obuia Phœbo*
*Duratas neſcit flammis mollire pruinas.*
*Quantum tartareus regni pallentis hiatus*
*Ad manes imos, atque atræ ſtagna paludis*
*A ſupera tellure patet: tam longa per auras*
*Erigitur tellus, & cælum intercipit vmbra.*
*Nullum ver vſquam, nullíque æſtatis honores.*
*Sola iugis habitat dirus, ſedéſque tuetur*
*Perpetuas deformis hyems: illa vndique nubes*
*Huc atras agit, & mixtos cum grandine nimbos.*
*Iam cuncti flatus, ventíque furentia regna*
*Alpina poſuere domo, caligat in altis*
*Obtutus ſaxis, abeúntque in nubila montes.*
*Mixtus Athos Tauro, Rhodopéq. adiuncta Minanti,*
*Oſſáque cum Pelio. cúmq. Hemo ceſſerit Othrys,*
*Primus inexpertas adijt Tirynthius arces:*
*Scindentem nubes, frangentémque ardua montis*
*Spectarunt ſuperi, longiſque ab origine ſeclis*
*Intemerata gradu magna vi ſaxa domantem.*
*At miles dubio tardat veſtigia greſſu,*
*Impia ſeu ſacros in fines arma per orbem,*
*Natura prohibente, ferant, diuiſque repugnent.*
*Contra quæ ductor non alpibus ille, nec vllo*
*Turbatus terrore loci: ſed languida monſtris*
*Corda virûm fouet, hortando, reuocátque vigorem.*
*Non pudet obſequio ſuperûm, feſſóſq. ſecundis*
*Poſt belli decus, atque acies dare terga niuoſis*
*Montibus, & ſegnes ſubmittere rupibus arma?*
*Nunc ô nunc ſocij dominantis mœnia Romæ*
*Credite vos, ſummúmque Iouis conſcendere culmen.*
*Hic labor Auſoniam, dabit hic in vincula Tybrim.*
*Nec mora, commotum promiſſis ditibus agmen*
*Erigit in collem, & veſtigia linquere nota*
*Herculis edicit magni, crudíſque locorum*
*Ferre pedem, ac proprio turmas euadere calle,*
*Rumpit inacceſſos aditus, atq; ardua primus*
*Exuperat, ſummáq; vocat de rupe cohortes.*
*Tum quà durati concreto frigore collis*

*Lubrica fruſtratur canenti ſemita cliuo.*
*Luctantem ferro glaciem premit, haurit hiatu*
*Nix reſoluta viros, altóque à culmine præceps*
*Viuenteis turmas operit delapſa ruina.*
*Interdum aduerſo glomeratos turbine Corus*
*In media ora niues fuſcis agit horridus alis.*
*Aut rurſum immani ſtridens auulſa procella*
*Audacis rapit arma viri, voluénsque per orbem*
*Contorto rotat in nubes ſublimia flatu.*
*Quóque magis ſubire iugo, atque euadere niſi*
*Erexere gradum, creſcit labor, ardua ſupra*
*Seſe aperit feſſis, & naſcitur altera moles.*

ATQVE ÆVI GLACIEM COHIBENT. ] Repono *Aequæuam.* cum grandine ſcilicet.

RIGET ARDVA MONTIS ÆTHERII FACIES. ] Quinto die, inquit in Dionyſium Euſtathius, vix ad ſummum euaſeris montem. Cæteram Alpium faciem deſcribit Strabo libro quarto extremo, & Polyb. l. 3.

SVRGENTIQ. OBVIA PHOEBO. ] Dionyſius:

Τῆς δ' πρὸς ἀπτολίην ἀναφαίνεται Ἄλπιος ἀρχή.
*Sol videt Alpini exoriens capita ardua montis.*

QVANTVM TARTAREVS . . . HIATVS AD MANES IMOS. ] Iliad. θ.

Τόσσον ἔνερθ' ἀΐδαο, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης. Georg. 2.
*Eſculus imprimis, quæ quantum vertice ad auras*
*Æthereas, tantum radice in tartara tendit.*

Alterum tantum Æneis ſexta, & Heſiodi Theogonia.

OSSAQVE CVM PELIO. ] Syllabæ modus videtur huic officere lectioni. Georg. 2.

*Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam,*
*Scilicet atque Oſſæ frondoſum imponere Olympum.*

Seneca Thyeſte:

— *& Theſſalicum*
*Threſſa premitur Pelion Oſſa.* Item Agamemnone.

Tentari poſſit emendatio ex l. 2. Metam.

*Oßáque cum Pindo, maiórque ambobus Olympus,*

& Plin. l. 4. c. 8. *Oſſa, cuius ex aduerſo Pindus, & Othris Lapitharum ſedes ad occaſum vergentes: ad ortus Pelion:* Tamen illa ſunt Euſtathii in Catalogum: Τὸ δ' Πήλιον ἀντίκειται τῇ Ὄσσῃ. ὄρη δ' ἄμφω δυτικώτερα Ὀλύμπου. *Pelion Oſſæ obiacet: mons vterque occidentalis præquam Olympus.* De his conſulendus Strabo l. 3. Vulgata Silii lectio retinenda, quia ξυνιζήσει excuſabilis eſt. Catullus:

*Quorum poſt abitum princeps è vertice Pelij.*

Excuſabilis, inquam, etiam Virgilii imitatione, ſi rem ſpectes, & Euſtathii

*Clauſum montiuagis infeſtat curſibus hoſtem.*
*Mutatur iam forma locis,hîc ſanguine multo*
*Infectæ rubuere niues,hîc neſcia vinci*
*Paulatim glacies cedit tepefacta cruore:*
*Dúmque premit ſonipes duro veſtigia cornu,*
*Vngula perfoſſis hæſit compreſſa pruinis.*
*Nec peſtis lapſus ſimplex,abſciſa relinquunt*
*Membra gelu,fractóſque aſper rigor amputat artus.*
*Bis ſenos ſoles,totidem per vulnera ſæuas*
*Emenſi noctes,optato vertice ſidunt,*
*Caſtráque præruptis ſuſpendunt ardua ſaxis.*

TANTA FORMIDINE PLENA EXTERRENT REPETITA OCVLIS, ATQVE VNA RVINÆ CANENTIS.] Reſcribendum mihi viſum : *Plana exterrent.* Lib.9. *Stagnantis per plana vadi.* lib.4.

*Plana natant,putríque gelu.*

D.Aug. plurimùm vetuſculæ dictionis amans lib.3.de Ciuit. c.18. *Nam exundante nimis vltra morem fluuio Tiberino plenè omnia vrbis plana ſubuerſa ſunt.*

ATQVE EVVLSA CAVIS EXESI PVMICIS ANTRIS ALPINA INVADIT MANVS.] Modius è membranis : *Effuſa.* Siquid ambitioſiùs mutandum, ſcripſerim è M. Tullio:*euerſa.* Aptiſſimè verò *Euulſa:* Emphaſis eſt eos notans, qui vi quadam de nouo adſumta, vel expromta ſe agunt alicunde. Vnde ſequitur:

*— aſſuetóque vigore*
*Per dumos, notáſque niues,atque inuia pernix*

Et apud Silium lib.1.

*— medióque virorum*
*Auulſum inter tela globo — —*

Lib.16.Maſaniſſa:

*Auulſum Tyrijs huc me duxere volentem.*

Lucas c. 22. de Salua:ore à ſuis paullùm ſeductiore : *Ipſe auulſus eſt ab eis.* Græcè : καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη, ἀπ' αὐτῶν. Suidas: Ἀποσπάδας, τοὺς ἀποσπασθέντας : etſi propriè de ramo loqui videntur. Sic etiam pro Muræna M. Tullius eloquitur.

NEC PESTIS LAPSVS SIMPLEX.] Fulcire poſſunt hæc *peſtis* etymon παρὰ τὸ πίπτειν. *Peſtis autem* pro Occiſione,prolapſione,occaſu, luculentum eſt exemplum T.Liuii lib.10. *Locúmque eundem ſuæ peſtis, & Gallorum,ac Samnitium fore.*

ABSCISSA RELINQVVNT MEMBRA GELV, FRACTOSQ. ASPER RIGOR AMPVTAT ARTVS.] Ita planè euenit, vbi frigoris peruicacia victus calor membra deſerit:tunc enim membrorum pars poſſeſſa calore differtur ab ea,in qua frigus regnat.Tacitus Annal. 13. *Annotatúſque miles,qui faſcem lignorum geſtabat,ita præriguiſſe manus, vt oneri adhærefcentes truncis brachijs deciderent.* Baſilius magnus Orat.in 40.Martyres frigore torridos , & ſemiaſ-

T

ſos: Ἔπειτα ἀκρωτηριάζεται, ὥσπερ ἀπὸ πυρὸς κατακαιομένων τῶν ἄκρων. ἀποδιωκόμενον γὰρ τὸ θερμὸν ἀπὸ τῶν περάτων τοῦ σώματος, καὶ συμφεῦγον ἐπὶ τὸ βάθος, τὰ μὲν, ὅθεν ἀπέστη, νεκρὰ καταλείπει. τὰ δὲ ἐφ' ἃ συνωθεῖται ὀδύναις ἐκδίδωσι κατὰ μικρὸν τοῦ θανάτου διὰ πήξεως προϊόντος. *Deinde admutilatur, extremis partibus velut igni aduſtis. Calor námque repulſus ab extremo corpore, & ad penetralia confugiens, partes unde abſceſſerit mortuas deſerit: in quas autem compellitur, dolorib. afficit morte paullatim vi rigoris procedente. Fors* διὰ πήξεως *vi tabi.* Calpurnius Ecl. 5.

*— ne forte rigor penetrabile corpus*
*Vrat.*

Plura nos contulimus Notis ad S. Baſilium Seleucenſem:

CASTRAQ. ...SVSPENDVNT ARDVA SAXIS.] Signate: vix enim dicas fixiſſe in arduo iuxta loco, ac lubrico. Par illud:

*— pendentes de rupe capellas.*

*At Venus ancipiti mentem labefacta timore*
*Affatur genitorem, & rumpit mœſta querelas:*
*Quis pœnæ modus, aut pereundi terminus oro*
*Aeneadis erit? & quando terráſque, fretúmque*
*Emenſis ſediſſe dabis? cur pellere noſtros*
*A te conceſſa Pœnus parat vrbe nepotes?*
*Alpibus impoſuit Libyen, finémque minatur*
*Imperio, caſus metuit iam Roma Sagunthi:*
*Quo Troiæ extremos cineres, ſacrámque ruinam*
*Aſſaracique larem, & Veſtæ ſecreta feramus*
*Da ſedem genitor, tutíſque iacere. parúmne eſt*
*Exilia errantes totum quæſiſſe per orbem?*
*Anne iterum capta repetentur Pergama Roma?*
*His Venus. & contra genitor ſic deinde profatur.*
*Pelle metus, neu te Tyriæ conamina gentis*
*Turbarint Cytherea: tenet, longúmque tenebit*
*Tarpeias arces ſanguis tuus. hac ego Martis*
*Mole viros ſpectare paro, atque expendere bello.*
*Gens ferri patiens, ac læta domare labores*
*Paulatim antiquo patrum deſueſcit honori,*
*Atque ille haud vnquam parcus pro laude cruoris,*
*Et ſemper famæ ſitiens, obſcura ſedendo*
*Tempora agit, mutum voluens inglorius æuum*
*Sanguine de noſtro populus, blandóque veneno*
*Deſidiæ virtus paulatim euicta ſeneſcit.*
*Magna molis opus, multóque labore parandum*
*Tot populos inter ſoli ſibi poſcere regna.*
*Iámque tibi veniet tempus quo maxima rerum*

*Nobilior ſit Roma malis, hinc nomina noſtro*
*Non indigna paulo referet labor, hinc tibi Paulus,*
*Hinc Fabius, gratúſque mihi Marcellus opimis:*
*Hi tantum parient Latio per vulnera regnum,*
*Quod luxu, & multum mutata mente nepotes,*
*Non tamen euertiſſe queant: iamque ipſe creatus*
*Qui Pœnum reuocet patriæ, Latióque repulſum*
*Ante ſuæ muros Carthaginis exuat armis.*
*Hinc Cytherea tuis longo regnabitur æuo.*

VESTÆ SECRETA FERAMVS.] M. Tullius lib.2.de Natura Deorum: *Veſta nomen à Græcis eſt: ea eſt enim, quæ ab illis ἑστία dicitur.* Ouid.6.Faſt.

*Stat vi terra ſui: vi ſtando Veſta vocatur.*
*Cauſáque par Graij nominis eſſe poteſt.*

Terentian. de Syllabis. Ἑστία ſic Veſta facta, veſtis ἐσθὴς dicitur. Itaque *Veſta* nomen vel origine Græcum eſt præceptore Tullio, vel ratione cum Græco conuenit, quod Ouidius malle videtur. Eſt qui ab Hebræo אֵשׁ ſiue potius à Chaldaico אֶשָּׁא deriuet *Veſta*: at mihi permirum ſit vocem ex Hebræo ortum nullo pene radicum veſtigio: vna enim duntaxat hoc in nomine reliqua, quod ſi ſatis, cras omnis lingua erit Hebræa. Veterum nonnulli dixere *Veſtam* appellatam, *quòd veſtiatur herbis*, & eandem voluere cum Terra, cũ Proſerpina, cum Magna Matre, D. Aug.li.7.de Ciuit.c.24.

HAC EGO MARTIS MOLE VIROS SPECTARE PARO.] Seneca lib. de Prouidentia: *Quare Deus optimum quémque aut mala valetudine, aut luctu afficiet? quare in caſtris quoque periculoſa fortiſſimis imperantur? dux lectiſſimos mittit, qui nocturnis hoſtes aggrediantur inſidiis, aut explorent iter, aut præſidium loco deiiciant. Nemo eorum, qui exeunt dicit: Male de me Imperator meruit. ſed, Bene iudicauit. Idem dicant quicumque iubentur pati timidis, ignauiſque flebilia: Digni viſi ſumus Deo, in quibus experiretur, quantum humana natura poſſet pati.* Effata diuini pectoris!

NOBILIOR SIT ROMA MALIS.] De ipſa Sidonius Carmine 7.

— *cui fixus ab ortu*
*Ordo fuit, creuiſſe malis.* ——

GRATVSQ. MIHI MARCELLVS OPIMIS.] *Mihi* Ioui *Feretrio*, de cuius cognomine hæc de multis Propert. lib.4. Eleg.11.

*Nunc ſpolia in templo tria condita cauſa* FERETRI,
*Omine quòd certo dux ferit ante ducem.*
*Seu quia victa ſuis humeris hæc arma ferebant:*
*Hinc* FERETRI *dicta eſt ara ſuperba Iouis.*

De *Feretrio* Liuius lib.1.4.32. Dionyſius Halic.l.2. Plut. in Romulo, & Marcello, Plin.lib.2.c.53. Feſtus ἐν τῷ Opima. Item his: *Feretrius Iupiter dictus à ferendo, quòd pacem ferre putaretur, ex cuius templo ſumebant ſceptrum, per quod iurarent, & lapidem ſilicem, quo fœdus ferirent.*

EFFERET ET SACRIS.] Verſus hic abeſt nonnullis codicibus. *Efferet: nam gens flauia obſcura illa quidem, ac ſine vllis maiorum imaginibus;*

*ſed tamen nequaquam reip. pœnitenda*, Suet. c. 1. Vide & c. 12.

*Exin ſe Curibus virtus cœleſtis ad aſtra*
*Efferet, & ſacris augebit nomen Iuli.*
*Bellatrix gens bacifero nutrita Sabino.*
*Huic pater ignotam donabit vincere Thulen,*
*Inque Caledonios primus trahet agmina lucos,*
*Compeſcet ripis Rhenum, reget impiger Afros,*
*Palmiferámque ſenex bello domitabit Idumen.*
*Nec ſtygis ille lacus, viduatáque lumine regna,*
*Sed ſuperum ſedes, noſtróſque tenebit honores.*
*Tum iuuenis magno præcellens robore mentis*
*Excipiet patriam molem, celſúſque feretur*
*Aequatum imperio tollens caput, hic fera gentis*
*Bella Palæſtina primo delebit in æuo.*
*At tu tranſcendens Germanice facta tuorum,*
*Iam puer auricomo performidate Batauo,*
*Nec te terruerint Tarpei culminis ignes:*
*Sacrilegas inter flammas ſeruabere terris.*
*Nam te longa manent noſtri conſortia mundi.*
*Huic laxos arcus olim Gangetica pubes*
*Submittet, vacuáſque oſtendent Bactra pharetras,*
*Hic & ab Arctoo currus aget axe per vrbem,*
*Ducet & eoos Baccho cedente triumphos.*
*Idem indignantem tranſmittere Dardana ſigna*
*Sarmaticus victor compeſcet ſedibus Iſtrum.*
*Quin & Romuleos ſuperabit voce nepotes,*
*Queis erit eloquio partum decus, huic ſua Muſa*
*Sacra ferent, meliórque lyra, cui ſubſtitit Ebrus,*
*Et venit Rhodope, Phœbo miranda loquetur.*
*Illa etiam, qua priſca fides ſtat regia nobis*
*Aurea Tarpeia ponet capitolia rupe.*
*Et iunget noſtro templorum culmina cœlo.*
*Tunc ô nate Deum, diuóſque dature, beatas*
*Imperio terras patrio rege, tarda ſenectam*
*Hoſpitia excipient cœli, ſolióque Quirinus*
*Concedet, mediúmque parens, fratérque locabunt.*
*Sidereis iuxta radiabunt tempora nati.*

ET SACRIS AVGEBIT NOMEN IVLI. ] Addito *Flauialium* collegio, Suet. Domitiani c. 4.

DONABIT VINCERE THVLEN. ] Sueton. Veſpaſiani c. 4. *In Britanniam tranſlatus tricies cum hoſte conflixit. Duas validiſſimas gentes, ſupérque viginti oppida, & inſulam Vectem Britanniæ proximam in deditionem redegit.* Tacitus Agricolæ vita: *Adſumto* (à D. Claudio) *in partem rerum Veſpaſiano. Quod initium venturæ mox fortunæ fuit, domitæ gentes, capti reges, & monſtratus fatis Veſpaſianus.*

REGET IMPIGER AFROS. ] Suetonius: *Exin ſortitus Africam integerrimè, nec ſine magna dignatione adminiſtrauit.*

PALMIFERAMQVE IDVMEN. ] Idumes prope laus vnica. Lucanus lib. 3.

*— arbuſto palmarum diues Idume.*

Solinus c. 47. *Idumæa inde incipit palmis opima.*

Sed & *Selinuntem palmóſam* canit Maro Æn. li. 3.

SENEX DOMITABIT IDVMEN. ] Sueton. c. 4. Tacitus lib. extremo, Ioſephus de bello Iudaico, & Hegeſippus. Statius:

*— verſam proles tua pandet Idumen,*

Nomenclatio *Idumes* ab Edom eſt, qui & Eſau dictus, Gen. c. 25. D. Aug. li. 16. de Ciuit. c. 35.

NOSTROSQVE TENEBIT HONORES. ] Prædicit Iupiter futuram Veſpaſiani ἀποθέωσιν: quam ipſemet viuus vidénſque irridebat. Sueton. c. 23. *Prima quoque morbi acceſſione, vt* (inquit) *puto, Deus fio.*

TVM IVVENIS MAGNO PRÆCELLENS ROBORE MENTIS. ] Hæc de Tito Veſpaſiani filio. Suetonius de eo c. 3. *In puero ſtatim corporis, animique dotes exſplenduerunt, magis ac magis deinceps per ætatis gradus.*

ÆQVATVM IMPERIO TOLLENS CAPVT. ] Titum maieſtatis retinentem conficies è c. 8. Suet.

BELLA PALÆSTINÆ PRIMO DELEBIT IN ÆVO. ] Ioſephus, & Hegeſippus de bello Iudaico.

GERMANICE FACTA TVORVM. ] Hoc itidem cognomine Domitianus honoratus eſt à Martiale l. 8. Epigr. 26.

*Quot tua Roma nouas vidit Germanice tigres?*

Ep. 45. pluriéſque A Papinio 4. Syluarum. Cognominatus autem Germanicus anno ab V. C. 835. I. C. 83. vt inſpectis nummis cognoui, *poſt duos triumphos*, inquit Sueton. c. 13. Ambitu verborum Martial. li. 9. Epigr. 7.

*Tibi ſumme Rheni domitor*

Tunc porrò *domitor*, cùm bellum ciuile motum, quod ſcribit Sueto. ca. 6. *à L. Antonio ſuperioris Germaniæ Præſide confecit abſens felicitate mira, cùm ipſa dimicationis hora reſolutus repente Rhenus tranſituras ad Antonium copias barbarorum inhibuiſſet.* Aliter Xiphilinus: Στρατεύσας δὲ ἐπὶ τοὺς γερμανοὺς, καὶ μηδ᾽ ἑωρακώς που πόλεμον, ἐπανῆκε. *Expeditione facta in Germanos, hoſte nedum viſo reuenit.* Vide etiam Dionem frag. 50. En qui tranſcendit facta ſuorum! Nec tamen adulationes deſinit Martialis li. 2. Ep. 2.

*Creta dedit magnum maius dedit Africa nomen,*
*Scipio quod victor, quodque Metellus habet.*
*Nobilius domito tribuit Germania Rheno*
*Et puer hoc dignus nomine Cæſar eras.*

IAM PVER AVRICOMO PERFORMIDATE BATAVO. ] Pari numero Mart.lib 8. Ep.33.

*Et mutat Latias ſpuma Batava comas.*

Hanc ego ariolor fuiſſe militiam contra barbaros, in quam miſſum à patre Domitianum ſcripſit Alexander Monachus: Δομιτιανὸν δὲ ἀπέστειλεν εἰς ἐκστρατείαν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. *Domitianum amiſit in exteram militiam contra barbaros.* De expeditionibus Domitiani legi poteſt c. 6. Suet. Dio frag.46. Vtut eſt, carmen hoc adulationis plenum eſt: nam Muciano, & Cerali veteranis ducibus ſpreta fuit Domitiani iuuenta, nec in curas publicas admiſſus, Tacitus 4.Hiſtoriarum. Lipſius in Tac. de Mor.Germ.legit:

*At puer auricomo iam formidate Batauo.*

SACRILEGAS INTER FLAMMAS SERVABERE TERRIS. ] *Flammas ſacrilegas*: quòd iis Capitolium domus Deorum, & ſedes conflagrauerit bello Veſpaſianum inter,& Vitellium. Tacitus lib.3. Hiſtor. apprimè his narratibus conducit,& Domitiano ſeruato, eóque repræſentandus: *Domitianus prima irruptione apud æditum occultatus ſolertia liberti lineo amictu turbæ ſacricolarum immiſtus, ignarúſque apud Cornelium Primum paternum clientem iuxta Velabrum delituit. Ac potiente rerum patre disjecto æditus contubernio modicum ſacellum IOVI CONSERVATORI arámque poſuit, caſúſque ſuos in marmore expreſſit. Mox imperium adeptus IOVI CVSTODI templum augens*, (fortè *ingens.*) *ſeque in ſinu Dei ſacrauit.* Conſule Suet.c.1. Statius 1. Syluarum:

*An noua contentus ſurgant Palatia flammis*
*Pulcrius?*

HINC LAXOS ARCVS OLIM. ] Adi ad Suet.c.13. & corride. Naſamones tamen ad Domitianum veniſſe fidem facit Frag. Dionis 49. Ὅτι Μάσυος ὁ Νασαμώνων βασιλεὺς, καὶ γάννα παρθένος ἦν μετὰ τὴν Βελήδαν ἐν Κελτικῇ θειάζουσα ἦλθον πρὸς τὸν Δομιτιανὸν, καὶ τιμῆς παρ' αὐτοῦ τυχόντες ἀνεκομίσθησαν. *Maſyus Naſamonũ rex, & Ganna virgo poſt Beleda in Celtica Dea fuit habita. Hi ad Domitianum venerunt, & honorificè excepti, reuerſi ſunt.* Quo tamen loco legi poteſt Σεμνόνων cùm præfuerit Σεμνόνων.

VACVASQVE OSTENDENT BACTRA PHARETRAS. ] Numo apud Occonem Domitianus Coſ.v. cuſus eſt,& Parthus reſtituens ſigna militaria, qualis & Auguſto Goltzii. Hiſtoria reapſe eſt de Auguſto, quæ Domitiano non per αἰσχροποιίαν, ſed per impudentem adulationem affingitur vel à Silio, vel à Papinio lib.4.

*Nunc magnos oriens dabit triumphos,*
*Ibis quà vagus Hercules, & Euan*
*Vltra ſidera, flammámque Solem.*

HIC ET AB ARCTOO CVRRVS AGET AXE PER VRBEM. ] Sueton. c.6. *De Cattis, Daciſque poſt varia prælia duplicem triumphum egit.* Martialis ſubſcribit huic victoriæ l.8. Epigr.65.

*Hic ſtetit Arctos formoſus puluere belli*
*Purpureum fundens Cæſar ab ore decus.*

SARMATICIS VICTOR COMPESCET SEDIBVS ISTRVM. ] Sarmatæ legatum cum legione ceciderant, Suet. c.6. ideo neceſſariam in eos ſuſcepit expeditionem Domitianus: Opinor Sarmatis nec impunitam fuiſſe ce-

dem commiſſam, nec Domitiani victoriam incruentam: quare placebat *Cædibus* legi, aut *legibus*: eas enim amant victis victores imponere. Certè ad Domitianum referendum illud primæ Thebaidos:

*— bis adactum legibus Iſtrum.*

*Bis* ſemel ante rebellionem, iterum vt perdomiti fuere. Hæc hiſtoriæ conuenientiſſima coniectura eſt: altera propior vocis veſtigia: neutra tamen ſequenda, quod vt *maris ſedes* Æn. 1. legerat Silius ſic *Iſtri ſedes* imitatione poſuit. Extat in repræſentatis ab Occone numis Domitiani, Germaniæ captæ typus humi ſedentis, *De Sarmatis lauream modo Capitolino Ioui retulit*, Suet. cap. 6. *Lauream* iſtam *ſecretos triumphos*, ni fallor, appellat Martialis li. 8. Epigr. 15.

*Hos quoque ſecretos memorabit Roma triumphos,*
*Nec minor iſta tua laurea pacis erit.*

ROMVLEOS SVPERABIT VOCE NEPOTES. ] Domitiani cap. 20. hiſtoricum agit Suetonius non adulatorem, vel de eius facundia.

MELIORQVE LYRA, CVI SVBSTITIT HEBRVS. ] Domitianus lyram Orphei, cui ſubſtitit Hebrus, lyra ſua vincet. Ad haſce binas lyras refero numiſma 17. loco poſitum ab Occone, in quo duæ lyræ cum noctua cum hac inſcriptione

ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ ΕΤΟΥϹ ΙΔ. ΠΑΤΟΙ.

Alterámque mihi lyram dicam Orphei, alteram Domitiani.

ILLA ETIAM, QVA PRISCA FIDES STAT, REGIA. ] Silii lib. 1. Saguntinorum legati Romanis:

*Sacrata gens clara Fide*

Nec multò priùs:

*Heu priſcis Numen populis, ac nomine ſolo*
*In terris iam nota Fides!* Lib. 6.
*Nec leuior mihi diua Fides*

Sic Plautum Ciſtellaria erudio:

*— per Fidem, quod creditum eſt.*

Dii námque iuribus iurandis præſentes adſunt Valerii Max. lib. 3. cap. 2. *In ædem Fides publicè conuocati patres.* Idem lib. 6. cap. 6. *Venerabile Fidei numen,* Ibidem: *Fides templum* legitur. Quæ fides hic *Regia* dicitur, quod Numa rex illi primus templum erexerit. Dionyſius Halic. lib. 2. Antiq. Rom. Πρῶτος ἀνθρώπων ἱερὸν ἱδρύσατο Πίστεως δημοσίας, καὶ θυσίας αὐτῇ κατεστήσατο, καθά περ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς δημοτελεῖς. *Primus hominum templum fidei publica ſtatuit, & ſacrificia ex ærario velut aliis Diis.* Item Plut. in Numa. Cicero 2. de legib. *Bene verò quod Mens, Pietas, Virtus, Fides conſecratur manu: quarum omnium, Romæ dedicata publicè templa ſunt.* Ob eandem cauſam *Priſca*. Agathocles tamen Cyzicenarum rerum compoſitor aut Rhomam Aſcanii filiam primam omnium conſecraſſe in Palatio *Fidei* templum. Tertullianum igitur Apologia de Numæ temporibus: *Nondum tamen aut ſimulacris, aut templis res diuina apud Romanos conſtabat*, intelligo de operoſioribus, & ſumtuoſioribus, quemadmodum Varronem apud Auguſtinum libro quarto de [illegible] non multis remolis, non multis ſimulacris olim [illegible]. Conſ[illegible]tatur Prud. lib. 2. contra Sym.

Quin & *Fidei* ſimulacrum Ioui proximum fuit in Capitolio, Cicero 3. de Off. conſecratum ab Attilio Galatino, vt idem teſtatur lib. 2. de Nat. Deorum. *Fidei* in Capitolio meminit Plin. li. 35. c. 10. Plautus in Aulularia. Aulus Gellius lib. 5. cap. 21. Modius vel quid eſſet ex hiſtoria, vel quid in rem præſentem, nullus videns, *fidem* ſolio detraxit, & τῇ *Videi* regnare iuſſit. *Fidem* fugitiuam Heynſius non adſpexit, & monſtrum iſtud alterum ſinu complexus eſt, ac Mineruæ peplo, ſiue Poëmati Siliano auſus eſt intexere. Fidem veſtram, boni viri! Vnde tam multis Romanorum in numis. *Fidem publicam* legimus? vnde *fidei* templa numis inſculpta, inciſáve? Virgiliana verba, que Silius affectauit, vos cur inducitis? Ille Æn. 6

*Heu pietas! heu priſca fides!*

AVREA TARPEIA PONET CAPITOLIA RVPE. ] Capitolium primum deflagratum eſt bello Mariano, D. Aug. l. 2. de Ciuit. c. 24. M. Tullius 3. in Catilinam, & 1. de Diuin. Dio l. 37. Appianus p. 191. Plut. in Sylla, Dionyſius Hal. li. 4. Arſit & bello Vitelliano, cuius reſtituendi cura in L. Veſtinū collata eſt, Tacitus li. 4. Hiſtor. At Veſtinus ſubſecundarius erat reſtaurator: princeps ipſe Domitianus, cui hæc ex vero Silius arrogat, & Statius l. 1. Syluarum.

*Dum ſtabit tua Roma, dúmque terris,*
*Quod reddis Capitolium, manebit.*

Sueton. c. 2. Iterum Stat. l. 4. vbi de via Domitiani.

ET IVNGET NOSTRO TEMPLORVM CVLMINA COELO. ] Quæ templa? *Flauia templum gentis*, Suet. c. 5. Martialis li. 9. Epig. 35. & eiuſdem libri Epig. 4. reliqua templa, ædéſque addit:

*Pro Capitolinis quid enim tibi ſoluere templis*
*Et pro Tarpeiæ frondis honore poteſt?*
*Quid pro culminibus geminis matrona Tonantis?*
*Pallada prætereo: res agit illa tuas.*
*Quid loquar Alciden, Phœbúmque pióſque Laconas?*
*Addita quid Latio Flauia templa polo?*

En cur Domitianum adulatur li. 6. Epigr. 3.

*Tot naſcentia templa, tot renata.*

TVNC Ô NATE DEVM, DIVOSQVE DATVRE. ] Palpus. Papinius æquè obtruſit li. 4. Syluarum:

*Salue dux hominum, & parens Deorum,*
*Præuiſum mihi, cognitúmque numen.* & lib. 1.
*Salue magnorum proles, genitórque Deorum.*

TARDA SENECTAM HOSPICIA EXCIPIENT COELI. ] Statius:

*— te tum ſtatione peracta*
*Aſtra petes ſerus*

MEDIVMQVE PARENS, FRATERQVE LOCABVNT. ] Veſpaſianus, ac Titus.

SIDEREI IVXTA RADIABVNT TEMPORA NATI. ] Quos natos odioſè blanditus eſt Poëta. Suet. c. 3. *Dein vxorem ſuam Domitiam, ex qua in ſecundo ſuo conſulatu filium tulerat.* Saltim hoc inſeram filiam Longinam vocitatam:

Vetus

Vetus numus: ΔΟΜΙΤΙΑ ΛΟΝΓΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Alter etiam filio inſcriptus eſt: DIVVS CÆSAR IMP. DOMITIANI F. Sed alterum cedo. Anquires fruſtra. Deinde ægrè capi poteſt de iſto filio in *ſecundo conſulatu* ſublato, quod nonnemo animaduertit, cùm Domitianus nondum Imperator, & matre filii iſtius repudiata parum illi potuit accepta eſſe eius filii commemoratio. Scio poſt illa domum reuocatam, ſed diſcidii tædio, non ſumma Domitiani voluntate. Dico itaque hoc carmen blanditias propius eſſe, quàm veritatem. Tantundem pronuncio de Papinij locis, vbilibet Domitiano tribuit Deorum progeniem: tantundem de illo Martialis lib. 6. Epigr. 2. vbi Poëtæ vota ſcribuntur, nihil aliud:

*Naſcere Dardanio promiſſum nomen Iulo,*
*Vera Deum ſoboles naſcere magne puer.*
*Cui pater æternas poſt ſecula tradas habenas:*
*Quique regas orbem cum ſeniore ſenex.*

Quæ aliter torqueri poſſunt, non explicari. Nam & Silius, & Statius, & Martialis iſta ſcriptitauere Domitiano regnante.

NOTA. ] Deinde illud:

— *radiabunt tempora nati*

Domitiani ingenio datum, cui in deliciis fuit corona radiata, cuius exemplo & filius eam tribuit. Apud Occanem numus refert ita coronatum Domitianum: IMP. KAIC. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VI. Alter etiam eſt, vbi Domitianus capite radiato eſt, hoc titulo Græco:

ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ.
ΕΤΟΥΣ ΔΕΥΤΕΡΟΥ.

Quæ refero ad Sueton. c. 4. de Domitiano: *Germanicam capite geſtans coronam auream cum effigie Iouis, ac Iunonis, Mineruæque.* Radii verò Deorum inſigne. Lucanus:

*Fulminibus manes, radiis ornabat, & aſtris.*

Ouidius:

*Quòd ſit auus frontem radiis vallatus acutis.*

*Vallaris* quoque corona fuit radiata, videndus Liuius lib. 10. & 30. Palatium igitur inſigne filius dedit Poëta.

*Dum pandit ſeriem venturi Iuppiter æui,*
*Ductor Agenoreus tumulis delatus iniquis*
*Lapſantem dubio deuexa per inuia niſu*
*Firmabat greſſum, atque humentia ſaxa premebat,*
*Non acies, hoſtiſue tenet, ſed prona minaci*
*Prærupto turbat, & cautibus obuia rupes.*
*Stant clauſi, merêntque moras, & dura viarum:*
*Nec refouere datur torpentia membra quiete,*
*Noctem operi iungunt, & robora ferre coactis*
*Approperant humeris, ac raptas collibus ornos.*

*Iámque vbi nudarunt ſylua denſiſſima montu,*
*Aggeſſere trabes, rapidíſque accenſus in orbem*
*Excoquitur flammu ſcopulus, mox proruta ferro*
*Dat gemitum patiens reſoluto pondere moles,*
*Atque aperit feſſis antiqui regna Latini.*
*His tandem ignotas tranſgreſſus caſibus Alpes*
*Taurinis ductor ſtatuit tentoria campus.*

PRÆRVPTO TVRBAT, ET CAVTIBVS OBVIA RVPES. ] Sic Aſc. Gr. & alii rectè. P. N. *De cautibus*. malè. B. *Turbant* σολοικοειδῶς τοῦτο.

DAT GEMITVM PATIENS RESOLVTO PONDERE MOLES. ] Modjus conſultis membranis Col.

*Dat gemitum putris*

Adiuuaré poſſum hiſtoria, & dictione Liuiana. Lib. 21. *Ardentiáque ſaxa infuſo aceto putrefaciunt: ita torridam incendio rupem ferro pādunt.* Prius enim aceto macerata, & tabefacta rupes. Iuuenalis Sat. 10.

*— oppoſuit natura Alpéſque, niuémque,*
*Diduxit ſcopulos, & montem rupit aceto.*

v. Plin. l. 22. c. 1. Adſerenda nihilominus altera lectio: Silius námque aceti, aut maceratæ rupis non meminit. Eſt ergo *rupes patiens* venuſtè dictum pro *reluctari neſcia*, *cedens & cædua* modò', licet antè incædua, & prætérquam vni Herculi inuia, atque ex ea rupium patientia dicta Δίοδος Ἀννίβου, *Tranſitus Annibalis*, autor Appianus Annibalicis. Ita vulgò obtinuit, tamen Alpes non infrequenter antè tranſitas maximis copiis Polybius ſancit libro tertio rationibus adāmantis.

*Interea voces Iouis, atque oracula portans*
*Emenſis aderat Garamantum lætus arenis*
*Boſtar, & vt viſo ſtimulabat corda tonante.*
*Maxime Belida patrius qui à mœnibus arces*
*Seruitium dextra, Libycas penetrauimus oras,*
*Nos tulit ad ſuperos perfundens ſidera ſyrtis.*
*Nos penè æquoribus tellus violentior hauſit,*
*Ad finem cæli medio tenduntur ab ore*
*Squalentes campi, tumulum natura negauit*
*Immenſis ſpatiis, niſi quem caua nubila torquens*
*Conſtruxit turbo, impacta glomeratus arena:*
*Vel ſi perfracto populatus carcere terras*
*Africus, aut pontum ſpargens ſuper æthera Corus*
*Inuaſere truces capientem prælia campum,*

*Inque vicem ingeſto cumularunt puluere montis:*
*Has obſeruatis valles enauimus aſtris.*
*Nanque dies confundit iter, peditémque profundo*
*Errantem campo, & ſemper media arua videntem*
*Sidonijs Cynoſura regit fidiſſima nautis.*

GARAMANTVM LÆTVS ARENIS. ] Reuertit ab Ammonis oraculo, ſiue ab *arenis Garamantum*: nam Garamantes templum Iouis Ammonis accolunt. Lucanus lib. 9.

*Ventum erat ad templum, Libycis quod gentibus vnum*
*Inculti Garamantes habent*

TVRBO IMPACTA GLOMERATVS ARENA. ] Idem literis mandauere Solin. c. 40. Salluſt. Iugurtino, Curtius lib. 7. Diodorus lib. 17. Omnium χαριεστάτα Lucanus li. 9. cuius veneres ſpectandas dabo:

— *patet omne ſolum, libérque meatu*
*Æoliam rabiem totis exercet arenis:*
*Et non imbriferam contorto puluere nubem*
*In flexum violentus agit: pars plurima terræ*
*Tollitur, & nunquam reſoluto vertice pendet.* poſt:
*Qui ſuper ingentes cumulos inuoluit arenæ,*
*Atque operit tellure viros: vix tollere miles*
*Membra valet, multo congeſtu pulueris hærens.*
*Alligat & ſtantes affuſus magnus arenæ*
*Agger, & immoti terra ſurgente tenentur.*

Stupendum loci ingenium: vide ſis reſtantia, item & Arrianum, & Herodotum Gellius l. 16. c. 11. *Atque ita profectis* (Pſyllis) *ventum Auſtrum magno ſpiritus agmine veniſſe obuiam. Eóque vniuerſos cum omnibus copiis, armiſque, cumulis montibuſque arenarum ſuperiectis operuiſſe.* Sic *immoti terra ſurgente tenentur.* Non igitur immerito ab arenis habet nomen Iupiter Ammon. Conſule feſtum in *Hammon.* Ideóque Propertius li. 4. Eleg. 1.

*Hoc neque arenoſum Libyci Iouis explicat antrum* Dionyſius:
Καὶ τέμενος Λιβυκοῖο Θεοῦ ψαμάθῳ ὑπὸ πολλῇ,
*Atque Iouis Libyci lucus multam inter arenam.*

vbi Euſtathius conſulēdus. Alii ab Ammone paſtore, qui templi ſtatuendi fuerit autor, vel quod Ἀμοῦν Iouem vocent Ægyptii teſte Herodoto, אמון Hebraicè *nutritus*: quandoque multitudo.

HAS OBSERVATIS VALLES ENAVIMVS ASTRIS. ] Curtius: *Itaque qui tranſeunt campos nauigantium modo noctu ſidera obſeruant, ad quorum curſum iter dirigunt.* Lucanus:

— *vter ſunt diſcrimina terræ*
*Vlla, niſi ætheriæ medio velut æquore flammæ*
*Sideribus nouere viæ* Cauſa:

NAMQVE DIES CONFVNDIT ITER. ] Curtius: *Ergo interdiu in-*

*uia eſt regio; quia nec veſtigium, quod ſequantur, inueniunt, & niter ſiderum caligine abſconditur.* Silius

*Obligat hiſtorica ſic ſua verba fide!*

*Verùm vbi deſeſſi lucos, nemoroſáque regna*
*Cornigeri Iouis, & fulgentia templa columnis*
*Aduenimus magnis, quam læta fronte ſacerdos*
*Exceptos, hoſpes tectis inducit Arisbas,*
*Stat fano vicina (nouum & memorabile) lympha,*
*Quæ naſcente die, quæ deficiente tepeſcit,*
*Quæque riget, medium cum ſol accendit olympum.*
*Atque eadem rurſus nocturnis feruet in vmbris.*
*Tum loca plena deo, dites ſine vomere glebas*
*Oſtentat ſenior, lætáque ita mente profatur.*
*Has vmbras nemorum, & connexa cacumina cælo,*
*Calcatóſque Ioui lucos, prece Boſtar adora.*
*Nam cui dona Iouis non diuulgata per orbem*
*In gremio Thebes geminas ſediſſe columbas?*
*Quarum, chaonias pennis qua contigit oras,*
*Implet fatidico Dodonida munere quercum.*
*At quæ Carpathium ſuper æquor vecta, per auras*
*In Libyen niueis tranauit concolor alis.*
*Hanc ſedem primo Cytherеia condidit ales,*
*Hic vbi nunc aras, lucóſque videtis opacos*
*Ductore electo gregis (admirabile dictu)*
*Lanigeri capitis media inter cornua perſtans,*
*Marmaricis ales populis reſponſa canebat.*
*Mox ſubitum nemus, atque annoſo robore lucus,*
*Exiluit, qualéſque premunt nunc ſidera quercus*
*A prima venere die, priſco inde fauore*
*Arbor numen habet, colitúrque tepentibus aris.*
*Dúmque ea miramur, ſubito ſtridore (tremendum)*
*Impulſæ patuere fores, maiorq; repente*
*Lux oculos ferit, ante aras ſtat veſte ſacerdos*
*Effulgens niuea, & populi concurrere certant.*
*Inde vbi mandatas effudit pectore voces,*
*Ecce intrat ſubitus vatem deus, alta ſonoro*
*Colliſis trabibus voluuntur murmura luco,*

*Ac maior nota iam vox prorumpit in auras,*
*Tenditis in Latium, bellóque agitare paratis*
*Aſſaraci prolem, Libyes cœpta aſpera cerno,*
*Gradiuumque trucem currus iam ſcandere, & atram*
*In latus Heſperium flammam exſpirare furenteis*
*Cornipedes, multóque fluentia ſanguine lora.*
*Tu qui pugnarum euentus, extremáque fati*
*Depoſcis, claroque ferox das vela labori,*
*Inuade Aetoli ductoris Iapyga campum.*
*Sidonios augebis auos, nullique relinques*
*Altius Auſoniæ penetrare in viſcera gentis,*
*Donec victa tibi trepidabunt Dardana regna.*
*Nec ponet pubes vnquam Saturnia curam,*
*Dum carpet ſuperas in terris Annibal auras.*
*Talia portabat lætis oracula Boſtar,*
*Implebátque viros pugnæ propioris amore.*

FVLGENTIA TEMPLA COLVMNIS ADVENIMVS MAGNIS.] Solens Poëtis rem vnam vocabulo Pluriũ efferre: verùm ex hiſtoriæ adytis *fulgentia templa* cecinit Silius. Diodorus lib. 17. vbi de ſumma arce Ammoniorum triplici muro cincta hæc: *Primus huius arcis ambitus habet veterum dynaſtarum regias, alter aulam puerorum, vxorum, cognatorúmque habitationi adſignatam, & locorum cuſtodiam, prætereáque* (Nota) *Dei templum, fontémque ſacrum, &c. Extra verò arcem non procul inde alterum ſtat templum Ammonis, multis, atque ingentibus arboribus inumbratum.* Cauſa dicendi Silio:

— — *nemoroſáque regna*
*Cornigeri Iouis.*

Hec ita dedimus linguæ Græcæ ignaris. Modius quaſi templis diſconuenirent columnæ, iis hic disiectis ſubſtituit: *Subimus*. quò ruat verſus ſequens Heynſius mancipium frugi Modio eam coniecturam exoſculatur. Fruſtrà. quæ ſubeunt, lego cum interrogandi nota:

— — *quàm læta fronte Sacerdos*
*Exceptos hoſpes tectis inducit Ariſbas?*

Si quid rationis contuliſſent in id, excuterem: nunc quia nihil paret, vniuerſos chalcotypos libros obiiciam vnis fruſtis M. S.

ADVENIMVS MAGNIS.] Gloſſema τῶ *Attigimus*, aut *Appulimus*, ſimiliſue: quod præfuiſſe debuit. Ouid. Metam. 14.

— *Circea ad mœnia miſit.*
*Quæ ſimul attigimus.*

Verrina 4. Silii præceptor: *Omnia iſta antè facta ſunt, non modò quam ego Siciliam, verùm etiam quàm iſte Italiam attigit.* Epiſt. 1. ad Q. Fratrem. *Vt primùm Aſiam attigiſti.* Ad Brutum ep. 14. *Qui ſi Italiam attigerit.* Curt. lib. 7. *Nunquam terram tuam attigimus.*

NOVVM, ET MEMORABILE LYMPHA.] Transformationum lib.15.

— — *medio tua corniger Ammon*
*Vnda die gelida eſt, ortúq. obituq. caleſcit.*

Plinius lib.2.c.103.qui & lib.15. c.5. locat eum fontem in Cyrenaica regione. Mela lib.1. c.8.D. Auguſt. lib.21.c.5. Herodotus Melpomene. Iſidorus lib.Originum 14.c.5. Antigonus Ariſtotele laudato in Synagoga hiſtoriarum Paradoxarum. Diodorus lib.17. ex quo tráſfudit hęc in librum ſuum quartum Curtius, vt alia pleráque. *Eſt aliud Ammonis nemus* (ſi plura ibi nemora iure meritiſſimo dixerit Silius *nemoroſáque regna Cor. Iouis*) *in medio habet fontem, Solis aquam vocant: ſub lucis ortum tepida manat: medio die, cuius vehementiſſimus eſt calor, frigida eadem fluit: inclinato in veſperam caleſcit: media nocte feruida exæſtuat: quoque nox propius vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decreſcit, donec ſub ipſum diei ortum aſſueto tepore langueſcat.* Lucretius lib.6.cauſas harumce mutationum ſtatarum venatur, nec nihil facit, etſi non ſatis mihi. Perſimilis miraculi meminit Apollonius li.3. propter Aetæ regiam. I. ad D. Aug.lib.21.c.5.

DITES SINE VOMERE GLEBAS.] Caue auri, argentíue arenis glebas reſperſas putes: nam Lucanus lib.9.de hac ora:

*In nullas vitiatur opes, non ære, nec auro*
*Excoquitur, nullo glebarum crimine, pura*
*Sed penitus terra eſt.*

Quid ego? ſterilis? minimè; idem paullò ante:

— *Libycæ quod fertile terræ eſt*
*Vergit in occaſus.*

Amplius etiam Silius: *Sine vomere*, quod ἀνήροτα, καὶ ἄσπαρτα. *Inarata, non ſata.* prouenirent, quæ merebant.

DODONIDA MVNERE QVERCVM.] Claudianus de tertio Conſulatu Honorii:

*Celſaque Dodone ſtupuit, rurſúſq. locuta*
*In te Chaoniæ mouerunt carmina quercus.*

Adeundus Strabo lib.7. Homerus Od.Ξ. Pauſanias Phocicis. Nec reiiculum, quod Modius è membranis offert: *Murmure.*

IN LIBYEN NIVEIS TRANAVIT CONCOLOR ALIS.] Heynſius vulnus hîc agnouit, ſed auxiliatricem manum abſtinuit: ego ſine ferro, ſine cautere perſano ſubſtituto *Liueis* pro *niueis*, hoc eſt, πελίαις. Lib.7. *Liuentia terga* pro *Nigris*. Lib.7. *Liuenti dorſo* de elephanto. A me ſunt illa Herodoti in Euterpe. τὴν δὲ ἐς τὰς Λίβυας οἰχομένην πελειάδα λέγουσι Ἄμμωνος χρηστήριον κελεῦσαι τὰς Λίβυας ποιέειν. *Quæ verò in Africam venit columba, dicunt Ammonis oraculum, vt facerent, hortatum Africanos.* Vide ſis Euſtathium loco indicato.

HANC SEDEM PRIMO.] Modius *Templo*. Prætulerim.

PRISCO INDE FAVORE.] Membranæ *Pauore*. Non nolo.

ARBOR NVMEN HABET.] *Et apud Celtiberos.* Appianus Ibericis: Κελτοὶ σέβουσι μὲν Δία, ἄγαλμα δὲ Διὸς Κελτικὸν ὑψηλὴ δρῦς: *Iouem colunt Celtæ, ſimulacrum verò Iouis Celticum celſa quercus.* Q. Curtius de Indis lib.8. *Deos putant, quidquid colere cœperunt, arbores maximè, quas violare capitale eſt.* Sulpitius Seuerus hiſtoriæ D.Martini lib.1.memorat ab eo ſuccifam pinum, & euerſam, cui nu-

men adſcribebant gentiles. D. Gregorius M. lib. 7. Epiſt. 5. ad Brunichildam reginam Francorum: *Vt idolis non immolent, cultores arborum non exſiſtant:* Plin. lib. 16. c. vltimo: *Arbores fuere numinum templa, priſcóque ritu ſimplicia etiam: nunc Deo præcellentem arborem dicant. Nec magis auro fulgentia, atque ebore ſimulacra, quàm lucos, & in iis ſilentia ipſa adoramus.* Decem omnino ante annos in Moſcouiæ finib. exciſæ præcelſæ, & annoſæ arbores, in quib. ille populus neſcio quid numinis parum ominatè ſuſpicabatur.

ASSARICI PROLEM.] Ita libri plures. malè. *Aſſarici proles* Roma, ſeu Romani. Vide Cononem Narratu 12:

IN LATVS HESPERIVM.] Horatius:

*Quod latus mundi nebulæ, malúſq.*
*Iupiter vrget.*

---

IN LIB. IIII. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO

### *Claud. Dauſqueij Can. Tor.*

COMMENTARIVS.

*FAMA per Auſoniæ turbatas ſpargitur vrbes*
*Nubiferos montes, & ſaxa minantia cælo*
*Accepiſſe iugum, Pœnóſque per inuia vectos:*
*Aemuláque Herculei iactatur fama laboris,*
*Deſcendiſſe ducem, diros canit improba motus,*
*Et gliſcit greſſu, volucrique citatior Euro*
*Terrificis quatit attonitas rumoribus arces.*
*Aſtruit auditis docilis per inania rerum*
*Paſcere rumorem vulgi pauor: itur in acreis*
*Bellorum raptim curas. ſubitúſque per omnem*
*Auſoniam Mauors ſtrepit, & ciet arma viróſque:*
*Pila nouant, ac deterſa rubigine ſaeuus*
*Induitur ferro ſplendor: iuuenúmq. repoſta*
*Inſtaurant galeæ coni decus: haſta iuuatur*
*Amento, renouántque noua fornace bipennes.*
*Conſcritur tegmen laterum impenetrabile, multas*
*Paſſurus dextras, atque irrita vulnera thorax,*
*Pars arcu inuigilant, domitat pars verbere anhelum*

*Cornipedem in gyros, ſaxóque exaſperat enſem.*
*Nec verò muris, quibus eſt luctata vetuſtas,*
*Ferre morantur opem: ſubuectant ſaxa, cauáſque*
*Retractant turres, edit quas longior ætas.*
*Hinc tela accipiunt arces, & robora portis,*
*Et fidos certant obices acceſſere ſylua.*
*Circundant foſſas, haud ſegnis cuncta magiſter*
*Præcipitat timor, ac vaſtis trepidatur in aruis.*
*Deſeruere larem, portant ceruicibus ægras*
*Attoniti matres, ducenteíſque vltima fila*
*Grandæuos rapuere ſenes: tum crine ſoluto*
*Ante agitur coniux, dextra, læuáque trahuntur*
*Parui, non æquo comitantes ordine, nati.*
*Sic vulgus, tradúntque metus, nec poſcitur author.*
*At patres quanquam exterrent immania cœpta,*
*Inque ſinu bellum, atque Alpes, & peruia ſaxa*
*Accepere, tamen crudam contra aſpera mentem,*
*Et magnos tollunt animos, iuuat ire periclis*
*Ad decus, & dextra memorandum condere nomen,*
*Quale dedit nunquam rebus fortuna ſecundis.*

DOCILIS PER INANIA RERVM PASCERE RVMOREN VVLGI PAVOR.] Explicatiùs id Cæſar pro rei natura deſcripſit lib. 2. de bello Ciuili: *Nam in variis hominum ſermonibus celenter augetur* (timor) *vnuſquiſque enim opiones fingebat: & ad id, quod ab alio audiuerat, ſui aliquid timoris addebat. Hoc vbi vno auctore ad plures permanauerat, atque alius alij tradiderat, plures auctores eius rei videbantur.* Silius poſtea:

— *tradúntque metus, nec poſcitur auctor,*

Aptè Aeſchilus Agamemnone:

*Φήμη γε μέν τοι δημόθρους μέγα σθένει:*
*Vulgi poteſt pollicitue fama plurimum.*

IVVENVMQ. REPOSTÆ INSTAVRANT GALEÆ CONI DECVS.] Modius *Niueúmque*. An omnibus galeis niueum coni decus? nullis alternis coloris? an fortè ſolæ illæ renouantur? Reſcribo:

— *iuueneſque repoſtæ*
*Inſtaurant g. c. decus.*

Ea namq. ætas armis, decoribus, & niridis potiſſimum capitur.

RENOVANTQ. NOVA FORNACE BIPENNES.] Potuit noua fornax armis renouandis inſtitui. Res nulli obſcura. Colonienſes tamen membranæ: *Reuocant.*

SVBVECTANT SAXA.] Maro:

*Saxáque ſubuectare humeris.*

HAVT SEGNIS CVNCTA MAGISTER PRÆCIPITAT TIMOR.] M. Tullius prima

prima in Antonium: *Quanquam te bonum timor faciebat non diuturnus magiſter officii.* & alibi: *Imbecillus eſt pudoris magiſter timor, qui ſi aliquando paululum aberrauit, ſtatim ſpe impunitatis exultat.* Sic à magiſtro accepta. Silius parcè, & cum gratia detorſit aliò. At Liuius lib. 34. *Diſciplina erat cuſtos infirmitatis, quam inter validiores optimè timor continet.*

ACCEPERE, TAMEN.] B. ſimiliter. Aſc. & P. N. *Decepere*, quod Modius ſequitur: aliquantò certè efficaciùs. Nec alterum tamen iure culpabile.

CAPTI SENSERE QVIRITES.] Conciſa eſt, abruptáque oratio. Pleniùs Annibal: Et nos, qui quotidianis propè congreſſionib. Gallos vicimus à Romanis *metui* meremur.

*Sed Libyæ ductor tuto fouet agmina vallo*
*Feſſa gradum, multoque gelu torpentia neruos,*
*Solandíque genus, lætis oſtentat ad vrbem*
*Per campos ſupereſſe viam, Romámque ſub ictu.*
*At non & rerum curas, conſultáque belli*
*Stare probat ſolúſque nequit perferre quietem.*
*Armiferæ quondam priſca inter tempora gentes*
*Auſonium inuaſere latus, ſedéſque beatas,*
*Et metus peperere manu, mox impia bella,*
*Tarpeius pater, & capti ſenſere Quirites.*
*Hic dum ſollicitat donis & inania corda,*
*Ac fluxam morum gentem fouet, armáque iungit,*
*Iam Conſul volucri peruectus littora claſſe*
*Scipio, Phocaicus ſeſe referebat ab oris.*
*Ingentéſque duces, pelagi, terræque laborem*
*Diuerſum emenſos, propiora pericula vallo*
*Iungebant, magnaque aderant primordia cladis.*
*Nanque vt collatis admoto Conſule caſtris*
*Suſtulerat fortuna moras, ſignúmque furoris*
*Accenſæ viſo poſcebant hoſte cohortes,*
*Debellata procul, quæcunque vocantur Iberis*
*Ingenti Tyrius, nemoroſa per agmina, ductor*
*Voce ſonat, non Pyrenem, Rhodanúmue furentem,*
*Iuſſa aſpernatos, rutulam fumaſſe Saguntum,*
*Raptum per Celtas iter, & quà ponere greſſum*
*Amphitryoniadæ fuerit labor, iſſe ſub armis*
*Pœnorum turmas, equitémque per ardua vectum*
*Inſultaſſe iugo, & fremuiſſe hinnitibus Alpeis.*

HIC DVM SOLICITAT DONIS.] Fortè: *Sic*, tu mihi orationis ſeriem perſpice.

ARMIFERÆ QVONDAM PRISCA INTER SECVLA GENTES AVSONIVM INVASERE LATVS.] Quænam illæ? Siculæ, tum Aborigenes longo bello tandem priſcis incolis Italiam ademere, deinde Pelaſgi Græcis permiſti Siculam gentem manu adſertum iuere, & quidquid Lirim, Tiberimque interiacet, ſubegerunt. Dionyſius auctor lib. 1. Antiq. Rom, Poſſunt & capi de diuerſarum nationum hominibus, qui Aſylum Romuli refugio habuere, & vicinis terrorem intulere. Nec malè de Pelaſgis, Lydis, Tyrrhenis, ſiue Thuſcis. Aeneid. 8.

*— — Vbi Lydia quondam*
*Gens bello præclara iugis inſedit Etruſcis.*

SCIPIO PHOCAICIS SESE REFEREBAT AB ORIS.] A Maſſilia reueniebat Phocenſium colonia, de qua Iuſtinus lib. 43. *Temporibus Tarquinii regis ex Aſia Phocenſium iuuentus oſtio Tiberis inuecta amicitiam cum Romanis iunxit: inde in Vltimos Galliæ ſinus nauibus profecta Maſſiliam inter Ligures, & feras Gallorum gentes condidit.* Deſeruerunt verò patriam metu Cyri, teſte Strabone lib. 3. & Euſtathio in Dionyſium, Marciano Heracleota, qui & annum apponit:

— — Μασσαλία δ' ἐστ' ἐχομένη
Πόλις μεγίστη Φωκαέων ἀποικία.
Ἐν τῇ Λιγυστικῇ δὲ ταύτην ἔκτισαν
Πρὸ τῆς μάχης τῆς ἐν Σαλαμῖνι γενομένης
Ἔτεσιν πρότερον, ὥς φασιν, ἑκατὸν εἴκοσι.
Τίμαιος οὕτως ἱστορεῖ δὲ τὴν κτίσιν.

*Maſſilia conſequens*
*Permaxima Vrbs, Phocenſium colonia,*
*Liguſticis, quàm condidere finibus*
*Salaminiam ante pugnam, Vti ferunt, diu.*
*Sol ante Viginti Vias confecerat,*
*Centúmq. Sic Timæus auctor fidus eſt.*

Vide Liuium lib. 5. Gell. lib. 10. c. 16. Melam lib. 2. c. 5.

PELAGI, TERRÆQ. LABOREM DIVERSVM EMENSOS.] Superatis enim Pyrenæis, & Alpibus circumpadana Annibal obtinebat, & à Maſſilia Scipio reuectus per oram Liguſticam eò tendebat. Vide Liuium lib. 21.

SIGNVMQ. FVRORIS... POSCEBANT COHORTES.] Romanis manum cum hoſte conſerendi ſignum fuit vel is coccinea. Modum & poſituram Plutarchus in Marcello aperit. Ἅμα ἡμέρᾳ τὸ τῆς μάχης σημεῖον ἐξέθηκεν. (Varro) ἔστι δὲ χιτὼν κόκκινος ὑπὲρ τῆς στρατηγικῆς σκηνῆς διατεινόμενος: *Simul illuxit pugnæ ſignum extulit. Illud autem eſt ſagum coccineum ſupra imperatorium tabernaculum expanſum.*

DEBELLATA PROCVL QVÆCVNQVE VOCANTVR IBERIS.] Debellatã Iberiam trahebat [illegible] los Annibal. Aemylius Probus: *Imperator factus proximo triennio omn[illegible] Hiſpaniæ bello ſubegit.* Polybius lib. 3. Liuius lib. 21.

INGENTI TYRIVS NEMOROSA PER AGMINA.] Repugnantibus codicibus [illegible] ſcribendum: *Numeroſa per a.* Marſi codex *Nemoroſa*: Commentarius *Numeroſa.*

INGENTI... VOCE.] Ad Homeri regulam:

*Ὑψαγόρην τ' ἐμεναι, καὶ θαρσαλέως ἀγορεύειν.*
*Grandiloquum cluere, intrepidóque ore profari.*

Dixit & Maro Georg. 3.

*— magno nunc ore ſonandum.*

EQVITEMQ. PER ARDVA VECTVM.] Equus vehit, eques vehitur: hîc ergo *Eques* vſu cognitiſſimo pro *Inſeſſore*, non pro *Equo*, quod voluit Marſus. Silii narratum graue ſuſtinet Polyb. lib. 3.

*Contra pulcra ſuos vocat ad diſcrimina Conſul.*
*Hoſtem miles habes fractum, ambuſtúmque niuoſis*
*Cautibus, atque ægre torpentia membra trahentem,*
*En age, qui ſacros monteis, rupéſque profundas*
*Tranſiluit, diſcat quanto ſtat celſius arce*
*Herculea vallum, & maius ſit ſcandere colleis,*
*An noſtros rupiſſe globos, det inania famæ.*
*Dum magna fuſa pugna, retróque ruenti*
*Qua ventum eſt, obſtent Alpes, ſuper ardua ductum*
*Huc egere Dei, Latios vt ſanguine fines*
*Imbueret, tellúſque hoſtilis conderet oſſa.*
*Scire libet, noua nunc nobis, atque altera bellum*
*Cartago, an ne eadem mittat, quæ merſa ſub æquor*
*Egates inter vaſto iacet obruta ponto.*
*Hæc ait, atque agmen Ticini flectit ad vndas.*
*Cæruleas Ticinus aquas, & ſtagna, vadoſo*
*Perſpicuus ſeruat turbari neſcia, fundo,*
*Ac nitidum viridi lente trahit amne liquorem.*
*Vix credas labi, ripis tam mitis opacis*
*Argutos inter volucrum certamina cantus.*
*Somniferam ducit lucenti gurgite lympham.*
*Iámque ſub extremum noctis fulgentibus vmbris*
*Lux aderat, ſomnúſque ſuas confecerat horas.*
*Explorare locos Conſul, colliſque propinqui*
*Ingenium, & campis quæ ſit natura, parabat.*
*Par ſtudium Pœno, ſimiléſque in pectore curæ.*
*Ergo aderant, rapidis equitum comitantibus alis.*

CONTRA PVLCHRA SVOS VOCAT AD DISCRIMINA CONSVL.] *Pulchra*, honeſta, vt:

*— pulcrúmq. mori ſuccurrit in armis.*

Aptius dicas: *Fortia*, vt ibi:

*— — ſatus Hercule pulchro*

*Pulcher Auentinus.*

Fortem creatum è forti dicit Maro. Hinc eorum opinio firmatur, qui *pulcher* adſpirant, quaſi πολύχειρ, qui manu valens eſt. Tota verò Conſulis oratio ſtimulus eſt fortitudinis: honeſtatis veſtigium in ea nullum.

FRACTVM, AMBVSTVMQ. NIVOSIS.] Xenophon lib. 4. Ἀναβ: Ἄνεμος Βορρᾶς ἐναντίος ἔπνει παντάπασιν ἀποκαίων καὶ πηγνὺς τοὺς ἀνθρώπους. *Ventus Boreas ex aduerſo flabat prorſus adurens mortales, ac torpentes reddens.* Virgil.

*— — Boreæ penetrabile frigus adurit.*

Frigoris vi quid vri poſſe multis probauimus notis ad Baſilium Seleucenſem.

TELLVSQ. HOSTILIS CONDERET OSSA.] Exſecrandum, & deteſtabile priſcis ſeculis. Ex eo tam ſoliciti fuere, vt oſſa patriæ redderentur. Ouid. lib. 3. Triſt. Eleg. 4 ideo mori Romæ optat: nam tunc

*— — cinis in tumulo poſitus iacuiſſet auito,*
*Tactaque naſcenti corpus haberet humus.*

Idem funeſtam vindictam interminatur Annibali lib. 13.

*— patria non oſſa quieſcent.*

VIRIDI LENTE TRAHIT AMNE LIQVOREM.] Alii amnes virides aquas, alii voluunt violaceas. Euſtathius notauit ad Iliad. A. Αὐχμοῦ ὄντος γινομένου φασί ποτε περὶ τὸν Νεῖλον ἐῤῥύη τὸ ὕδωρ ἰῶδες, καὶ ἦν φαῦλον καὶ αὐτὸ τέρας. πολλοὶ γὰρ τῶν Αἰγυπτίων ἀπώλοντο. καὶ τὸ τοῦ Βορυσθένους δέ φασι κατά τινας χρόνους ἰοβαφὲς ὁρᾶται. Εἰ δὲ ποσὶν ὕδασι καὶ πρασίνοις ὤφθαι συμβεβηκὸς χρῶμα, ἀλλ' αὐτὸ πάθος ἀπὸ γῆς φυμάτων πιντοχόων. *Torrido quondam cœlo circa Nilum aiunt aquam fluxiſſe violæ colore, quod prodigium inter infauſta fuit. Ægyptiorum namq. multi perierunt. Et Boryſthenis flumen quandóq. violaceum videri aiunt. Euenit & in quibuſdam aquis viridis color ſed hoc fuit à ſoli tumulis, quibus talis color.*

FVLGENTIB. VMBRIS.] Vt primùm lux emicat, nonnihil vmbræ fulgent. *Fugientibus vmbris* à Modio, & Heynſio ſuppoſitum aptum eſt: non debuere tamen alterum de veteri poſſeſſione deturbare abſque Prætoris edicto. quorſum?

SOMNVSQ. SVAS CONFECERAT HORAS.] Georgicωn lib. 1.

*Libra die, ſomnique pares vbi feceris horas.*

*Duas* ſcribit Heynſius. Prius ſcribit quoq. *Fugientibus vmbris*, & Poëta ſubiicit: *Lux aderat*: ergo naſcebatur dies primo crepuſculo, atque adeo tota nox exacta, *omnéſque ſuas horas ſomnus confecerat*, ne duas duntaxat. Immò de ſententia Poëtæ prima luce cùm ambo exploratum locos eunt, congrediuntur: quod duabus ſomni horis peractis fieri non poteſt, cùm primæ vigiliæ horæ duę reſtent, ſitque tempeſtas prœlio intempeſta. Hæc adſerere, eſt & loqui ſecum pugnantia, & quem defendendum ſuſceperis, aperto Marte inuadere.

COLLISQ. PROPINQVI INGENIVM.] Gellius dixit *Lactis ingenium*, Salluſtius *Locorum*: hoc eſt, τὸ ἔμφυτον, τὴν φύσιν.

*Verum vbi commoto docuerunt puluere nubes*
*Hoſtem ferre gradum, & propius propiúſque ſonoro*
*Quadrupedum cornu tellus gemit, ac ſimul acer-*

*Vincentum lituos, hinnitus ſæuit equorum,*
*Arma viri, rapite arma viri, dux inſtat vterque.*
*Ambobus velox virtus, geminúſque cupido*
*Laudis, & ad pugnas, Martémq; inſania concors.*
*Haud mora iam tantum campi dirimebat ab ictu,*
*Quantum impulſa valet comprendere lancea nodo,*
*Cùm ſubitum liquida, non vllis nubibus, æthra*
*Augurium, mentes, oculóſque ad ſidera vertit.*
*Accipiter medio tendens à limite ſolis,*
*Dilectas Veneri, notáſque in honore Diones*
*Turbabat violentus aues. atque vnguibus idem,*
*Idem nunc roſtro, duris nunc ictibus alæ,*
*Ter quinas dederat, ſæua inter vulnera letho:*
*Nec finis, laſſéſve noui, ſed ſanguinis ardor*
*Gliſcere, & vrgebat trepidam iam cæde priorum,*
*Incertámque fugæ, pluma labente, columbam,*
*Donec Phœbeo veniens Iouis ales ab ortu,*
*In tenues tandem nubes dare terga coëgit.*
*Tum victrix lætos ſigna ad Romana volatus*
*Conuertit, proléſque ducis, qua parte decora*
*Scipio quaſſabat puerilibus arma lacertis,*
*Clangorem bis térque dedit, roſtróque coruſcæ*
*Perſtringens conum galeæ, ſe reddidit aſtris:*
*Exclamat Liger, huic ſuperos ſentire monentes*
*Ars fuit, ac penna monſtrare futura magiſtra.*
*Pœne bis octonos Italis in finibus annos*
*Audaci ſimilis volucri; ſectabere pubem*
*Auſoniam, multámque feres cum ſanguine prædam,*
*Sed compeſce minas, renuit tibi Daunia regna*
*Armiger ecce Iouis: noſco te ſumme deorum,*
*Adſis ô, firméſq; tuæ pater alitis omen.*
*Nam tibi ſeruantur, ni vano caſſa volatu*
*Mentitur ſuperos præpes, poſtrema ſubactæ*
*Fata puer Libyæ, & maius Cartagine nomen.*
*Contra læta Bogus Tyrio canit omnia regi.*
*Et fauſtum accipitrem, cæſáſque in nube volucres*
*Aeneadis cladem, & Veneris portendere genti.*
*Tum dictis comitem contorquet primus in hoſteis*
*Ceu ſuadente Deo, & fatorum conſcius haſtam.*

*Illa volans patuli longe per inania campi*
*Lethum perdiderat ſpatio, ut fuſus habenas*
*Dum primæ decus affectat decerpere pugnæ,*
*Obuia quadrupedis præceps Catus ora tuliſſet.*
*Sic elangueſcens, & iam caſura, petitum*
*Inuenit vulnus, cædémque recepit ab hoſte*
*Cornus, & oblatæ ſtetit inter tempora frontis.*

TANTVM CAMPI DIRIMEBAT AB ICTV, QVANTVM IMPVLSA VALET COMPRENDERE LANCEA NODO. ] Græci μεταίχμιον dicunt autore Euripidis Scholiaſte in Phœniſſis: vel quòd iactu teli metiri ſit id ſpatium, vel quòd inter duorum exercituum cuſpides tantum iaceat. Alii aliı. Appianus lib. 5. Αὐτὸ δὲ τὸ μεταίχμιον τῶν στρατοπέδων ἑκατέρων. *Interuallum, quod vtriſque inter milites.* Homerus Iliad. O.

— γεφύρωσεν δὲ κέλευθον
Μακρὴν, ἠδ᾽ εὐρεῖαν, ὅσον τ᾽ ἐπὶ δουρὸς ἐρωὴ
Γίνεται, ὁππότ᾽ ἀνὴρ σθένεος πειρώμενος ἧκε.
*Ponte viam longam, & latam muniuerat haſtæ*
*Commenſam iactæ, quam vir dum roboris edit*
*Ipſe ſui ſpecimen, iacit*

Æneid. 10.

*Atque oculis ſpatium emenſus, quantum ſatis haſtæ.*

Silius lib. 12. — *Mediúmque iacebat*
*Tantum ad bella loci, quantum tranſmittere iactæ*
*Sufficerent haſtæ*

Dicunt & Græci δουρηνεκές.

CVM SVBITVM LIQVIDA NON VLLIS NVBIB. ÆTHRA AVGVRIVM. ] Fictum ad augurium 12. Æneidos:

*Námque volans rubra fuluus Iouis ales in æthra*
*Litoreas agitabat aues*

NEC FINIS, SATIESVE ] *Satias* ſcribo principe vocali. Lucret. p. 141.

— *Ad ſatiatem terra ferarum*
*Nunc etiam ſcatit*

non ad *ſatietem*. Terent. Eunucho: *Vbi ſatias cæpit fieri, muto locum*, & Hecyra. Tacitus ſimiliter, quin & Liuius lib. 33. *Cædiſq; ceperat ſatias*, ex Terentio, cámque lectionem codici Spirenſi Rhenanus arrogat. Apud Ciceronem 3. de Nat. Deorum: *Pœnis luendis dabitur ſatias supplicii? Quorum crudelitatem nūquam vlla explet ſatias ſanguinis.* Accius Aſtyanacte. Lucil. li. 29. *Quid mihi proderit, quem ſatias iam omnium rerum tenet?*

ADSIS, O! FIRMESQVE. ] Conſideratè hæc Turnebus expendit lib. 3 Aduerſ. ca. 26.

CONTRA LÆTA BOGVS TYRIO CANIT OMNIA REGI. ] Indubiè *Omina* fuerit augurio accommodatius. Et verò præceſſit

— *tua pater alitu omen.*

Tamen nihil eſt, cur *Omnia læta* legi nequeat. Vtut legeris, eandem exſcul-

pes ſententiam.

TVM DICTIS COMITEM. ] Suidas adagione tritum ſcribit: Ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον. *Vnà vox, vnà opus*. Homero breuiùs, Ἐμμαπέως, quod Callimacho Ἐι-νεπής. Noſtrates, *Außi toſt dit, außi toſt fait.*

LÆTHVM PERDIDERAT SPATIO. ] Spatio perdiderat vires lethi inferendi. Vt paſſim haſta dicitur *lethum & mortem ferre*, ita nunc perdidiſſe. Sophocles Electra de ſagittis Philoctetæ: Ἰοὺς ἀφύκτους, καὶ προπέμποντας φόνον. *Sagittas ineffugibiles, ac præferentes mortem*. Sic de Annibale Silius li. I.

— *famam lethalis amare lacerti;*

gaudebat vtique dici lacerto eſſe, qui lethum inferret. Sic Æneid. 9.

*Lethifer arcus*

Aſcanii, cùm Remulum traiecturus erat. Verbo Siliano:

— *lethum perdiderat ſpatio.*

haſta: quia *elangueſcens, & iam caſura.*

*Incurrunt acies, magnóque fragore per æquor*
*Suſpendunt cuncti frenis ſublime reductos*
*Cornipedes, vltróq; ferunt, erectus in auras*
*It ſonipes, rapidáque volans per aperta procella*
*Tenuia vix ſummo veſtigia puluere ſignat.*
*Boiorum ante alias Chryxo duce mobilis ala.*
*Arietat in primos, obiicitque immania membra*
*Ipſe tumens, ataui Brenni ſe ſtirpe ferebat,*
*Chryxus, & in titulos capitolia capta trahebat.*
*Tarpeióque iugo demens, & vertice ſacro*
*Penſanteis aurum Celtas, vmbone ferebat.*
*Colla viri fuluo radiabant lactea torque,*
*Auro virgatæ veſtes, manicæque rigebant*
*Ex auro, & ſimili vibrabat criſta metallo,*
*Sternitur impulſu vaſto perculſa Camertum*
*Prima phalanx, ſpiſſæque ruunt conferta per arma*
*Vndæ Boiorum, ſociata examina denſant*
*Infandi Senones, colliſáque quadrupedantum*
*Pectoribus, toto voluuntur corpora campo.*
*Arua natant, altúſq. virûm cruor, altus equorum*
*Lubrica belligeræ ſorbet veſtigia turmæ,*
*Semineçum lethum peragit grauis vngula pulſis,*
*Et circumuolitans tetros è ſanguine rores*
*Spargit humo, miſeríſque ſuo lauit ora cruore.*
*Spicula prima, puer tumidi Tyrrhene Pelori*

*Purpureo moriens victricia ſanguine tingis.*
*Nam tibi cùm ſtimulas cornu, atque in prælia mentes*
*Accendis, renouáſque viros ad vulnera cantu*
*Hæſit barbaricum ſub anhelo gutture telum.*
*Et clauſit raucum lethali vulnere murmur.*
*At ſonus extremo morientis fuſus ab ore,*
*Feſſa pererrauit mutis iam cornua labris.*
*Chryxus Picentem, Laurúmque, nec eminus ambo,*
*Sed gladio Laurum, Picenti raſilis haſta*
*Ripis lecta Padi, lethum tulit. auia nanque*
*Dum petit, ac læuo meditatur fallere gyro,*
*Haſta viri femur, & pariter per anhela volantis*
*Ilia ſedit equi, geminam dedit horrida mortem.*
*Idem ſanguinea Venuli ceruice reuellens,*
*Sternit præcipitem trepido te Farfare telo.*
*Et te ſub gelido nutritum Tulle Velino,*
*Egregium Auſoniæ decus, ac memorabile nomen*
*Si dent fata moras, aut ſeruent fœdera Pœni.*

IN TITVLOS CAPITOLIA CAPTA TRAHEBAT. ] Iactantiùs: fuit enim duntaxat obſeſſum. A me hiſtoria Polybii li.1. & 2. *ἐκτὸς τοῦ Καπιτωλίου*, *Extra Capitolium*, & aliorum.

CELTAS VMBONE FEREBAT, ] Inſcriptos.

COLLA VIRI FVLVO RADIABANT LACTEA TORQVE. ] Gallorum nobiliores torquatos teſtatur hiſtoria Torquati Romani à Liuio, Gellio, aliiſque relata. Lacteos eoſdem docet Euſtathius in Dionyſium, & Maro lib.8.

*— tum lactea colla*
*Auro inuectuntur*

Nec deſunt, qui Gallos, & Galatas à lacteo candore nomen retuliſſe cenſeant: alii à Galate, Diodorus Siculus lib. 5. Similiter Euthathiæ Hunnorum populi cognominati λευκοὶ teſte Photio, & Procopio.

AVRO VIRGATÆ VESTES. ] Reconditè locum hunc aperit. M. Velſerus l.1. Rerum Boicarum: qua in Hiſtoria ſectantem læuia ita nerui firmant, vt valentiora miſcentem ſtyli nitor venuſtet. Felix Velſerus gemina ſcribendi virtute!

MANICÆQVE RIGEBANT EX AVRO. ] Romanorum iudicio luxus erant, & probri plenæ *Veſtes manicatæ*, ſeu *manuleatæ*. Inde illud:

*Et tunicæ manicas*

Mutauit ea conſuetudo teſte D. Auguſtino lib.3. de Doctr. Chriſtiana, qui flagitium olim ſcribit fuiſſe talares, & manicatas habere tunicas: ſuo autem æuo vel honeſto loco natis eas geſtaſſe nullum eſſe flagitium. Vide Tertull. de Pallio. Aptius fortè *manicas* dixerim *armillas*, quib. Gallorum

ſtrategi

ſtrategi niteſcebant. Polyb. li. 2. Πάντες δ' οἱ τὰς πρώτας κατέχοντες σπείρας (non σπέιρας) χρυσοῖς μανιάκοις, καὶ περιχείροις ἦσαν κατακεκοσμημένοι. Perottus improbè vertit. *Quippe tota acies torquib. aureis, & virgatis ſagulis fulgebat.* Nam quid iſtud prius ornamenti fuerit, ſi requiris, dicit ibidem Polybius: τὸ μὲν Καπιτώλιον ἐκόσμησε ταῖς τε σημαίαις, καὶ τοῖς μανιάκοις. Τοῦτο δ' ἐστὶ χρυσοῦν ψέλλιον, ὃ φοροῦσι περὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὸν τράχηλον οἱ Γαλάται, hoc eſt: *Capitolium ſignis ornauit, & maniacis: ſunt autem maniaci torques Gallorum, manus, & collum obeuntes.* Nō *virgata ſagula.*

ET SIMILI VIBRABAT CRISTA METALLO.] P. N. *Rutilabat.* Æneid. 6.

— *& ſimili frondeſcit virga metallo.*

VNDÆ BOIORVM.] Dulces è fontibus vndæ. Georg. 2.

— — *domus alta ſuperbis*
*Mane ſalutantum totis vomit ædibus vndam.*

Statius Thebaidos 2.

*Vnda fremit vulgi* —

Pari γεγγρήτη Silius lib. 12.

*Vmbrarum huc agitur torrens* —

TIBVRTES MAGNOS.] Tiburtum, & Catillum, plura mox ibi:

*Quóſque ſub Herculeis taciturno flumine muris*
*Pomifera arua creant.*

ARVA NATANT, ALTVSQ. VIRVM CRVOR, ALTVS EQVORVM.] Ilid. K. Vlyſſes, & Diomedes:

Βάν ῥ' ἴμεν ὥστε λέοντε δύω διὰ νύκτα μέλαιναν
Ἂν φόνον, ἂν νέκυας, διά τ' ἔντεα, καὶ μέλαν αἷμα. Vertimus:
*Per cædes, per corpora ſtrata, per arma feruntur,*
*Pérque atram ſaniem, gemini ceu noctè leones.*

LVBRICA BELLIGERÆ SORBET VESTIGIA TVRMÆ.] Grauiter peccant exemplaria, quib. eſt *Sorbent* pluratiuè.

AT SONVS EXTREMO MORIENTIS FVSVS AB ORE FESSA PERERRAVIT MVTIS IAM CORNVA LABRIS.] Ariſtoteles de Partibus Animalium lib. 3. negat abſciſſo capite, aut intercepta arteria formari vocem poſſe: Ἀδύνατον δὲ φθέγγεσθαι κεχωρισμένης τῆς ἀρτηρίας, καὶ ἄνευ τῆς ἐκ τοῦ πνεύμονος κινήσεως. παρὰ δὲ τοῖς βαρβάροις, παρ' οἷς ἀποτέμνουσι ταχέως τὰς κεφαλάς, οὐδέν πω τοιοῦτον συμβέβηκεν. ἔτι δ' ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων διὰ τίν' αἰτίαν οὐ γίνεται: *Sciſſa arteria, & citra motionem pulmonis loqui non poteſt. Nec apud barbaros, quibus citiſſimè decollandi ſunt artifices, tale quidquam olim contigit; nec in vllis animalibus quacunque ex cauſa.* Si ab deſciſſo capite voces plures articulari, aut orationem integram pertexi poſſe quis opinetur, vt apud Phlegontem Trallianum filii caput Polycrito parenti, quamuis multis verbis nimia nugamenta erunt: at verò vocem vnicam, vel cœptam iam perfici poſſe, nimis expeditum eſt. Aër ſiquidem vocis formator, qui iam mouetur in gutture, aut in ore, non continenter pendet à ſubſidio inferiorum partium, vt promoueatur, eáque ratione intercl[illegible]am arteria vox confieri, ac reddi poteſt. Satis hanc rationem ſequi ſ[illegible]erit, ſatis Papinius lib. 11.

*Cum ſubitum obliquo deſcendit ab aëre vulnus,*
*Vrgentique ſonum læua manus aure retenta eſt:*

*Sicut erat, fugit in vacuas iam ſpiritus auras:*
*Iam gelida ora tacent; carmen tuba ſola peregit.*

Sermo eſt de Enipeo ſpeculatore. Ouid. Metam. 5.

*Decutit enſe caput, quod protinus incidit aræ:*
*Atque ibi ſemianimis verba exſecrantia lingua*
*Edidit, & medios animam exſpirauit in ignes.*

Quo cognito nonnulli legerunt Iliad. K.

Φθεγγομένη δ' ἄρα τῆγε κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη.
— — *huius*
*Dum loquitur, caput offenſa turpatur arena.*

Quam lectionem non recipit Euſtathius, quòd Poëtæ inſuetum fœminino genere *κάρη* vſurpare: eorum verò ſenſum admittit, & ſimili peridoneo explicat, vt ſi toto canali fluat aqua, tu valida vi ſeces, indubiè reliquum effluet: ſic vox. Adde ſupra apud Ariſtotelem decollati caput indicium feciſſe percuſſoris.

Fessa pererravit.] Modius: *Flexa.* non malè: nam qui laſſentur inanima? Niſi dicas *Feſſa* viribus deſtituta flatore ipſo conatum deſtituente: ideóque nihil innouo. Sic vento remittente Statius 2. Syl.

— *ponunt hîc laſſa furorem*
*Aequora, & inſani ſpirant clementius Auſtri.* Idem:
*Cùm iam feſſa dies.*

*Tum Romulum, atque olim celeberrima nomina bello*
*Tyburteis magnos, Hiſpellatémque, Metaurumq,*
*Et Damum, dubia meditatus cuſpide vulnus.*
*Nec locus eſt Tyriis belli pugnæue, ſed omnem*
*Celticus impleuit campum furor: irrita nulli*
*Spicula torquentur, ſtátq; omne in corpore ferrum.*
*Hic inter trepidos immane Quirinius audens,*
*Cui fugere ignotum, atq. inuicta mente placebat*
*Rebus in aduerſis exceptum pectore lethum,*
*Cuſpide flammat equum, ac diſpergit geſa lacerto.*
*Si reſerare viam, atq; ad regem rumpere ferro*
*Detur iter, certúſq; necis, petit omnibus auſis,*
*Quod nequeat ſentire decus: cadit inguine foſſo*
*Teutalus, & vaſto quatitur ſub pondere tellus.*
*Occumbit Sarmens, flauam qui ponere victor*
*Cæſariem, crinémque tibi Gradiue vouebat*
*Auro certantem, & rutilum ſub vertice nodum.*
*Sed Parcæ intonſa non exaudita vouentem*
*Ad manes traxere coma: per candida membra*
*It fumans cruor, & tellus perfuſa rubeſcit.*
*At non tardatus iaculo occurrente Lycaunus*

*Irruit, aduerſúmque viro rotat obuius enſem.*
*Et ferit inſurgens, humero quà brachia lenti*
*Annectunt nerui, deciſáq; vulnere læua*
*Laxatis paulum moribunda pependit habenis.*
*Dúmq; micans tremulo conatu lora retentat*
*Flectentem aſſuetos imitatur neſcia frenos:*
*Demetit auerſi Veſagus tum colla, iubáq;*
*Suſpenſam portans galeam, atq; incluſa perempti*
*Ora viri, patrio diuos clamore ſalutat.*

TVM ROMVLVM, ATQ. OLIM.] Conſenſu codicum. Fors *Remulum*: pòſt ita comperior in P. N. codice.

CRINEMQ. TIBI GRADIVE VOVEBAT.] Non vni Deo crinem vouebãt. Sarmens hic Marti: Eucolpus Phœbo, Mart. li. 1. Epig. 32. apud Virgilium Baccho Bacchæ: Dardanus Simoënti Dionyſiac. lib. 3. & lib. 21. Carpus Mæandro. Nec vanè votum Sarmenti Gallo Silius affingit: nam vt ſcribit Tacitus de Mor. Germ. *Apud Cattos in conſenſum vertit, vt primùm adoleuerint crinem, barbámque ſummittere: nec niſi hoſte caſo exuere votiuum, obligatúmq. virtuti oris habitum.* Catti porro non ſemel Gallis accenſi.

CRINEM AVRO CERTANTEM.] Dixi Sarmentem Gallum, idq; Silii iudicio. Addo Gallis comæ rutilandę non poſtremam fuiſſe curam. Diododorus lib. 5. Τιτάνῳ γὰρ ἀποπλύματι σμῶντες τὰς τρίχας συνεχῶς: *Glaſto crinem eluunt, tergúntq. aſſidue.* Nec colore: ſed auro iſti ſtudebatur elegantiæ. Verus Imp. inquit Capitolinus: caput auri ramentis inſpergebat, quo magis coma illuminata flaueſceret. Valerius Flaccus lib. 6. Arg. de Myrace:

*Et grauida maduere coma, quos flore Sabao*
*Nutrierat, liquidóq. parens ſignauerat auro.*

Euſtath. in Dion. καίτοι νομαδικῶς ζῶντες οἱ Μαυρούσιοι καλλωπίζεσθαι ἱστόρηνται κόμης τε ἐμπλοκῇ, καὶ χρυσοφορείᾳ. *Mauruſii Nomadum in morem modúmq. viuant licet, comtiùs ornari feruntur, & comarum cincinnis, & auri geſtatione.*

SVB VERTICE NODVM.] Diod. καὶ ἀπὸ τῶν μετώπων ἐπὶ τὴν κορυφὴν, καὶ τοὺς τένοντας ἀνασπῶσιν, ἵνα διαφανεῖς ὦσι: *áque fronte in verticem, & occiput retrahunt, quò ſint illuſtriores.* Signatè igitur Silius:

— *ſub vertice nodum.*

ſic enim coma ſubrectior. Aeneid. 10.

— *fuſos ceruix cui lactea crines*
*Accipit, & molli ſubnectit circulus auro.*

Homerus Il. P. de Euphorbi coma:

Πλοχμοί θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο.
*Nexúſque argento ſimul implectuntur, & auro.*

Huic circulo ſiue nodo crinem colligenti, & in occipitium verſus ſuſtinenti inſerta quandóq. gemma maioris decoris ſtudio. Ibidem:

*Qualis gemma micat, fuluum qua diuidit aurum*
*Aut collo decus, aut capiti.*

Vetitum id à Phocylide:

Μὴ κορυφῶν πλέξῃς.

Tacitus de Mor. Germ. *Inſigne gentis obligare crinem, nodóq. ſubſtringere. Sic Sueui à Germanis: ſic Sueuorum ingenui à ſeruis ſeparantur.*

PORTANS GALEAM, ATQ. INCLVSA FERENTI ORA VIRI PATRIO DIVOS CLAMORE SALVTAT.] Æneid. 11.

*Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchon*
*Portat ouans.*

At Veſago Celtæ id arrogari à Poëta eſt ex Hiſtoria. Polybius lib. 2. τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ (Coſ.) πρὸς τοὺς βασιλέας ἐπανήνεγκαν τῶν Κελτῶν. Lib. 3. de Gallis: Τέλος δὲ τὰς κεφαλὰς ἀποτεμόντες τῶν πιθανώτων ἀνεχώρησαν πρὸς τοὺς Καρχηδονίους. Diodorus lib. 5. τῶν δὲ πεσόντων πολεμίων τὰς κεφαλὰς ἀφαιροῦντες περιάπτουσι τοῖς αὐχέσι τῶν ἵππων: Vniuerſè de Gallis ita ille: *Vt hoſtes ceciderunt, capita equorum ceruicibus annectunt.* Magis barbarum illud: τῶν δ᾽ ἐπιφανεστάτων πολεμίων κεδρώσαντες τὰς κεφαλὰς, ἐπιμελῶς τηροῦσιν ἐν λάρνακι, καὶ τοῖς ξένοις ἐπιδεικνύουσι, σεμνυνόμενοι διότι τῆσδε τῆς κεφαλῆς τῶν προγόνων τις, ἢ πατὴρ, ἢ καὶ αὐτὸς πολλὰ χρήματα διδόμενα οὐκ ἔλαβε. φασὶ δέ τινας αὐτῶν καυχᾶσθαι διότι χρυσὸν ἀντίσταθμον τῆς κεφαλῆς οὐκ ἐδέξαντο, βάρβαρόν τινα μεγαλοψυχίαν ἐπιδεικνύμενοι: *Illuſtriorum hoſtium capita cedro perſperſa in capſis accuratè ſeruant, hoſpitibúſque oſtentant, & gloriantur maiorum aliquem, aut parentem, aut ſemet hoc pro capite vim oblatam pecuniæ non accepiſſe. Nec defuerunt, qui pro capitis pondere auri tantundem penſantes repulerint in barbaricæ cuiuſdam animoſitatis oſtentationem.* Strabo lib. 15. de Carmanis: Γαμεῖ δ᾽ οὐδεὶς πρὶν ἂν πολεμίου κεφαλὴν ἀποτεμὼν ἀνενέγκῃ ἐπὶ τὸν βασιλέα. Vide cætera. Pòſt: Ἐνδοξότατος δ᾽ ἐστὶν, ᾧ πλεῖσται κεφαλαὶ ἀνηνέχθησαν. Dicam latinè, ne quem fallat interpres: *Nec ducit vxorem quiſquam, priuſquam inimici caput amputatum regi retulerit. Qui verò plura retulerit, ſumma ei gloria.*

..

*Dúmque ea Gallorum populi dant funera campo*
*Accitas propere caſtris in prælia Conſul*
*Raptabat turmas, primúſque ruebat in hoſtem*
*Candenti ſublimis equo, trahit vndique lectum*
*Diuitis Auſoniæ iuuenem, Marſóſque, Corámque,*
*Laurentúmque decus, iaculatorémque Sabellum,*
*Et Gradiuicolam celſo de colle Tudertem,*
*Indutóſque ſimul gentilia lina Faliſcos,*
*Quóſque ſub Herculeis taciturno flumine muris*
*Pomifera arua creant, Anienicolæque Catilli,*
*Quóſque in prægelidis duratos Hernica riuis*
*Mittebant ſaxa, & nebuloſi rura Caſini,*
*Ibant in Martem terræ dominantis alumni*
*Damnati ſuperis, nec iam reditura iuuentus,*

MARSOSQ. ... IACVLATOREMQ. SABELLVM.] Hic lectus Auſoniæ miles ex ſecundo Georgicωn campo. ibi Maro de Italia:

*Hæc genus acre virûm Marſos, pubémque Sabellam ...*
*Extulit.*

Facit & Maronis loco,& Silii illuſtrando Strabonis narratus lib.5. Sabini diu cum Vmbris conflictati, Diis illius anni fructus vouerunt, ſoluerunt: tum inſecuta ſterilitate monuiſſe quendam prolem quoque fuiſſe dicandam: paruere Sabini, cóque anno editos filios Marti nuncuparunt & iam viros ad nouas ſedes quærendas miſerunt: illi in Opicis veteribus pulſis habitatorib. conſedere. Addit Strab. Εἰκὸς δὲ διὰ τοῦτο καὶ Σαβέλλοις αὐτοὺς ὑποκοριστικῶς ἀπὸ τῶν γονέων προσαγορευθῆναι: *Ideo videri Sabellos deminutè dictos à parentibus Sabinis.*

CELSO DE COLLE TVDERTEM ] Horat.

*Deuexum lateri pendet Tuder*

Vnde celſitudinem cognoſcas.

QVOSQVE SVB HERCVLEIS TACITVRNO FLVMINE MVRIS POMIFERA ARVA CREANT. ] Tiburi intelligo. De Tiburis pomo Horat.

*Et præceps Anio, & Tiburti lucus, & vda*
*Mobilib. pomaria riuis.*

Columella *Pomoſum* nominat. Horar.li.2. Serm.Sat.4.

*Picenis cedunt pomis Tiburtia poma.*

Macrob.li.3.c.19. pomi genus vocat *Tibur*. Plin.li.17. c.16. *Tot modis inſitam arborem vidimus apud Tiburtes Tiliam omni genere pomorum onuſtam, alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, ficis, piris, Punicis, malorúmque generibus.* Malim equidem, *Puniciſque* malorum generibus: nam malorum Punicorum plura genera docet ipſe Plinius. An verò Herculeum Tibur? Prop. lib. 2. Eleg.32.

*Curve te in Herculeum deportant eſſeda Tibur?*

An ab Hercule conditore? minimè gentium. Nam Plin.li.16.c.44. *Tiburtes quoque originem,* inquit, *multo ante vrbem Romam habent. Apud eos exſtant ilices tres, etiam Tiburto conditore eorum vetuſtiores, apud quas inauguratus traditur. Fuiſſe autem eum tradunt filium Amphiaraï, qui apud Thebas obierit vna ætate ante Iliacum bellum.* Conditor alter Catillus. Silius li.8.

*Hinc Tibur Catille tuum*

Tiburti germanus. Æn. 7.

*Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt*
*Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,*
*Catillúſque acérque Coras Argiua iuuentus.*

Ex his Ouidio lux Faſtor.4.

*— iam mœnia Tiburis vdi*
*Stabant, Argolicæ quæ poſuere manus.*

Hor.l.1.Oda.18. Clarabit Poëtarum locos. Solinus c.8. *Tibur, ſicut Cato facit teſtimonium, à Catillo Arcade præfecto claſſis Euandri: ſicut Sextius ab Argiua iuuentute. Catillus enim Amphiarai filius poſt prodigialem patris apud Thebas interitum Oecles aui iuſſu cum omni fœtu vel ſacro miſſus tres liberos in Italia procreauit; Tiburtum, Coram, Catillum, qui depulſis ex oppido Siciliæ veterib. Sicanis à nomine Tiburti fratris natu maximi vrbem vocarunt.* Cur ergo Tibur *Herculeum*? quòd ibi templo auctus Hercules: Strabo lib.5. Τίβουρος, μὲν ἐν ᾧ τὸ Ἡράκλειον. *Tiburis,*

*vbi Herculeum*. Vetus ara: HERCVLI TIBVRTINO VICTORI.

QVOSQVE IN PRÆGELIDIS DVRATOS HERNICA RIVIS MITTEBANT SAXA. ] Æn.7.

*— roſida riuis*
*Hernica ſaxa colunt.*

Idem de more hoc barbaro lib.9.

*— natos ad flumina primùm*
*Deferimus, ſæuóque gelu duramus & vndis.*

Barbarum morem clamo, quia talis Galeno. *Hernici autem dicti à Saxis, quæ Marſi Herna vocant*, Sext. Pōpeius. *Hernici* igitur rupices erant, & petrones.

NEBVLOSI RVRA CARINI. ] *Nebuloſi* vicinia Sunbruuiorum ſtagnorum. Tacitus innuit lib.14. Annal. vbi Sunbruuiorum portionem *Sublacum* vocat. Ita ſcribo: etſi in Plinio *Sublaqueum* ſit. Vide Geſta D. Benedicti.

*Scipio, quà medius pugnæ vorat agmina vortex,*
*Infert cornipedem, atq; inſtinctus ſtrage ſuorum*
*Inferias cæſis mactat, Labarúmq;, Padúmque,*
*Et Camum, & multo vix fuſum vulnere Brennum,*
*Gorgoneóq. Larum torquentem lumina vultu,*
*Occidis & triſti pugnans Lepontice fato.*
*Nam dum fræna ferox, obiecto corpore prenſas,*
*Atque æquas celſus reſidentis conſulis ora*
*Ipſe pedes, frontem in mediam grauis incidit enſis,*
*Et diuiſum humeris iacuit caput: Abbatus amens*
*Qui luctatur equo, parmáque incurſibus obſtat,*
*Ictu quadrupedis fulua porrectus arena*
*Eliſa incuſſus amiſit calcibus ora.*
*Perfurit Auſonius turbata per æquora ductor,*
*Ceu gelidus Boreas totum cùm ſubſtulit imo*
*Icarium fundo victor mare, nauita vaſto*
*Iactatur ſparſus, lacerata claſſe, profundo,*
*Cunctáq; canenti perfunditur æquore Cyclas:*
*Chryxus vt in tenui ſpes, exiguúmque ſalutis*
*Iam videt eſſe ſuæ, mortémque aſtare propinquam,*
*Armat contemptu mentem necis: horrida barba*
*Sanguinea rutilat ſpuma, rictúſque furentis*
*Albet, & effuſo ſqualent à puluere crines,*
*Inuadit Tarium, vicino conſule, pugnas*
*Miſcentem, ſæuíſque virum circumtonat armis.*
*Voluitur ille ſolo: nam pronum effundit in armos*
*Fata extrema ferens abies, rapiturque pauore*

*Tractus equi, vinctis connexa ad cingula membris.*
*Longa cruor ſparſo liquit veſtigia campo,*
*Et tremulos cuſpis ductus in puluere ſignat,*
*Laudabat lethi iuuenem, egregióſq. parabat*
*Vlciſci Conſul manes, cùm dira per auras*
*Vox venit, & Chryxum ferri clamoribus audit*
*Haud notum vultu, ſurgit violentior ira*
*Comminus, atque oculos optato in corpore figit.*
*Tum ſtimulans grato plauſæ ceruicis honore*
*Cornipedem alloquitur, vulgum, Martémq. minorem*
*Hactenus, & letho dedimus ſine nomine gentem,*
*Nos Gargane vocant Superi, ad maiora, vidésne*
*Quantus eat Chryxus? iam nunc tibi præmia pono*
*Illum Sidonio fulgentem ardore tapeta,*
*Barbaricum decus, & fuluis donabere frenis.*
*Sic fatus, magno Chryxum clamore ciebat*
*In pugnam, ac vacuo poſcebat prælia campo.*
*Nec detrectantem par ira accenderat hoſtem.*
*Vt iuſſæ ceſſere retro, ſpatiúmq. dederunt*
*Hinc atque hinc alæ, medio ſtetit æquore pugna.*
*Quantus Phlegræis telluris alumnus in aruis*
*Mouit ſigna Mimas, & cælum exterruit armis,*
*Tantus ſemifero Chryxus ſub pectore murmur*
*Torquet, & horriſonis vlulatibus erigit iras.*
*Nemóne incenſæ, captæq. ſuperfuit vrbi,*
*Vt tibi quas Brenni populus ferremus in arma*
*Narrares dextras? diſce en nunc, inquit, & vnà*
*Contorquet nodu, & obuſto robore, diram*
*Vel portas quaſſaſſe trabem, ſonat illa tremendum*
*Ac nimio iactu ſeruaſſe improuida campi*
*Diſtantis ſpatium, propiorem tranſuolat hoſtem.*

LEPONTICE FATO. ] P. N. *Leopontice.* malè. *Lepontius* Tacito Romanum nomen eſt, & Plinius Lepontinos, aut Leponticos circa Alpes agnoſcit l. 5. Hic verò Celtarum vnus erat: ex acie diſcas, & membris immanibus, quibus pedes equitem conſulem æquabat. Solet etiam propria nomina Silius facere, quæ gentium paſſim occurrunt.

CORNIPEDEM ALLOQVITVR.] Verba familiariter facta ad domeſticum aliquod brutum finxiſſe gaudent Poëtæ: Quare demiror I. Scaligerum in Homerũ calumniã præcipitaſſe, & improbaſſe, quòd cũ ariete Polyphemũ loqui fecerit. Eadẽ plaga M. Tull. iugulauit, cui cõmẽtum idẽ adeo placuit,

& Theocritum, qui imitand æmulus Idyllio 8. vide ibi, ὦ τράγε. *Hirce.* Æmulus & peringeniosus Homeri imitator Virgilius, apud quem Rebo equo ſuo Turnus:

*Rebe, diu (res ſiqua diu mortalibus vlla eſt)*
*Viximus*

cum bruto tam ſapienter? Eundem ludum luſit Nonnus Dion. l. 16. vbi cani loquitur Bacchus. Quid quod non abhorruit Apollonius Argonauticon primo Arieti Pryxeo vocem dare? Vide inibi Scholiaſten.

QVANTVS PHLEGRÆIS.... IN ARVIS. ] Phlegræos campos & in Thracia, & in Campania æquè agnoſcit Euſtathius in Dionyſium: Καὶ Φλεγραῖον ἱστορεῖται πεδίον εἶναι καὶ ἐκεῖ (in Campania) καθὰ καὶ ἐν Θράκῃ εἴρηται. καὶ τὰ περὶ γιγαντομαχίαν δὲ οὐ μόνον περὶ τὴν Θράκην, ἀλλὰ καὶ αὐτόθι δοκεῖ τὸ ἐπίμαχον τῆς χώρας, μυθεύεται συμπεσεῖν. *Phlegræus quoque campus in Campania narratur, ſicut in Thracia. Et gigantum pugna non in Thracia tantum, ſed et ibi commemoratur contigiſſe ob inuidendam ſoli bonitatem.* Hauſit & quinto Geographi.

AC NIMIO IACTV SERVASSE IMPROVIDA CAMPI DISTANTIS SPATIVM.] Manifeſto viriũ argumento Chryxus tanta vi πλεῦδολον haſtam tam procul propulit, Sic Odyſſeæ Θ. Vlyſſes iaculandæ haſtæ peritia ſagittario ſeſe præfert:

Δουρὶ δ' ἀκοντίζω, ὅσον οὐκ ἄλλος τις ὀϊστῷ.
*Tantum haſta iaculor, quantum haud æquare ſagitta*
*Quiſquam alius potis eſt*

Prouide Poëta, vt liberiùs vires experiantur Chrypus, & Conſul, illud fidei præſtruxit:

*Vt iuſſæ ceſſere retro, ſpatiúmque dedere*
*Hinc, atque hinc alæ*

*Cui Conſul. ferre hoc vmbris, proauóque memento*
*Quàm procul occumbas Tarpeia à ſede, tibíq;*
*Haud licitum ſacri Capitolia cernere montis,*
*Tum nodo, curſúq. leui ſimul adiuuat haſtam*
*Dignam mole viri nixus, fugit illa per ora*
*Multiplicis lini, ſubtectáq tegmina neruis,*
*Atque altum tota metitur cuſpide pectus.*
*Procumbit lata porrectus in arma ruina,*
*E percuſſa gemit tellus ingentibus armis.*
*Haud aliter ſtructo Tyrrhena ad littora ſaxo*
*Pugnatura fretis, ſubter cæciſque procellis*
*Pila immane ſonans, impingitur ardua ponto.*
*Immugit Nereus, diuiſáque cærula pulſu*
*Illiſum accipiunt irata ſub æquora montem.*
*Ductore amiſſo pedibus ſe credere Celtæ*

*Vna*

*Vna ſpes animæ, tantúſque pependerat ardor.*
*Ac veluti ſummo venator denſa Picano*
*Cùm luſtra exagitat, ſpiſsiſque cubilibus atram*
*Immittit paſsim dumoſa per inuia peſtem.*
*Dum tacitas vires, & flammam colligit ignis,*
*Nigranti piceus ſenſim caligine vertex*
*Voluitur, & pingui contorquet nubila fumo,*
*Mox ſubita in toto lucent incendia monte,*
*Fit ſonitus, fugere feræ, fugere volucres,*
*Atque vna longe trepidant in valle iuuencæ.*
*At Mago vt vertiſſe globos, primúmque laborem,*
*Qui ſolus genti eſt, caſſum videt, arma ſuorum,*
*Ac primum in pugnas equitem vocat, vndique nudi*
*Aſsiliunt frenis, infrenatique manipli.*

CVRSVQ. LEVI, SIMVL ADIVVAT HASTAM.] Teſtis & Liuius lib. 34. *quòd procurſu plurimùm tela concitentur.*

HASTAM DIGNAM MOLE VIRI NIXVS.] Dignam, ἀξίαν, parem, quæ ſatis virium habeat ſternendæ tantæ moli. Lux ſine nube; quam cur amoliatur Modius, non adſequor. Si coniecturis vacandum, ea vterer:

*— — haſtam*
*Dignam mole viri, viſus fugit illa per ora*
*Multiplicis lini.*

qua enim ſui parte ſubibat arma, vel corpus hoſtile haſta, non patebat, oculos fugiebat.

PER ORA MVLTIPLICIS LINI.] *Trilicem*, aut *Triloram*, aut *Quadriloram* propriè dixeris.

SVBTECTAQ. TEGMINA NERVIS.] Nemo iure damnet: & ſi cui duriuſcula videtur ſtructura verborum: *Subtectáq. tegmina*, ſciat poſſe ſuffulciri his: *Subiectáq. t.* vel *Subtextáq.* Alieniùs à literarum veſtigiis, *Suppactaq* licet non inuenuſtiùs.

ATQ. ALTVM TOTA METITVR CVSPIDE PECTVS.] An *ac latum pectus* legendum? tale commendat in milite Vegetius lib. 1. c. 6. Tale Silius in Scipione non procul hinc:

*Et latum obiectat pectus.*

Verùm nihil demuto: nam & *altum pectus* (licet non ventrem, quem prominulum militia Vegetius abdicat) in laude eſt. Aeneid. 9.

*— ſtomachóq. infixa ſub altum*
*Pectus iit.*

Siliùs lib. 10. de Paulo:

*— — iacet altum pectus & ingens*
*Dextra.*

Et verò Chryxo conuenit altum pectus, vtpote viro alto, qui

*Procumbitq. alta porrectus in arma ruina.*

PORRECTVS IN ARMA RVINA.] *Γαστυχίαν Totius corporis armatum.* loqui videtur. Sed quianam Chryxo cadente non potuit clypeus, gladius, aliáq; induta arma cũ eo concidere, & ſuccumbere, vt ſic in arma porrigi dicatur? Deinde ſi in ſubiectum clypeum cadit, vtique in arma primo contactu, tum in ſolum, qui prolapſionis ordo his indicatur.

*Et percuſſa gemit tellus ingentibus armis.*

Modius tamen, quod & alibi facit in loco non diſſimili, ſcribi voluit: *Porrectus in arua.*

PILA IMMANE SONANS IMPINGITVR ARDVA PONTO.] Seneca de Hercule furente in ſolum prolapſo:

*Flexo genu iam totus ad terram ruit,*
*Vt cæſa ſyluis ornus, aut portus mari*
*Datura moles.*

*Moles* Senecæ eſt Siliana *pila*. Confer & illa Virgilii lib. 9.

*Qualis in Euboïco Cumarum litore quondam*
*Saxea pila cadit.*

DVCTORE AMISSO PEDIBVS SE CREDERE CELTÆ.] Non nouum in prœliis, vt defecto capite membra concidant. Caſus ſimilis imago in Homero Iliad. π. vbi cæſo Sarpedone Lycii fugam capeſſunt:

Ἐνθ' ὐδ' ἴφθιμοι Λύκιοι μένον, ἀλλ' ἐφόβηθεν
Πάντες, ἐπὶ βασιλῆα ἴδον βεβλαμμένον ἦτορ
Κείμενον ἐν νεκρῶν ἀγύρει.
*Hic neq. bellaces Lycii manſere gradu, ſed*
*Vt regem videre, cui cor læſerat hoſtis,*
*Cæſorum in turba, cuncti aufugere.*

Liuius lib. 30. *Donec ſtetit Mago ante ſigna gradum ſenſim referentes ordines tenorem pugnæ ſeruabant: poſteaquam femore transfixo cadentem, auferrique ex prœlio prope exſanguem videre, extemplo in fugam omnes conuerſi.* Idem cæſo Memnone contigit apud Q. Calabrum.

VNA SPES ANIMÆ, TANTVSQ. PEPENDERAT ARDOR.] Modius in carminis huiuſce corpus animam vitámq. indidit reſcripto: *Vna ſpes animæ.* Addo Curtii verba lecta è lib. 10. *Militarem ſine duce turbam corpus eſſe ſine ſpiritu.* Silio calamum præduxerat M. Cicero lib. 8. ad Att. ep. 2. *In vnius hominis, quotannis periculoſè ægrotantis anima, poſitas omnes noſtras ſpes habemus.*

FLAMMAM COLLIGIT IGNIS.] Lucretius:

*— igni prius eſt venarier ortum.*

ATQVE VNA LONGÆ TREPIDENT IN VALLE IVVENCÆ.] *Vnà*: trepidæ námq; feræ occurſantis metu congregantur iuuencæ: quoties obſeruatũ? *Ima*, qui repoſuit, experimento naturæ caruit. *Longè* ſcribendũ aduerbio.

PRIMVMQ. LABOREM, QVI SOLVS GENTI EST.] Gallicanę. Liuius li. 27. ſuper his: *Intolerantiſſima laboris corpora, vix arma humeris gerebant.*

ARMA SVORVM, AC PRIMVM IN PVGNAS EQVITEM VOCAT.] Celtæ fugaces alius aliò dilapſi erant: tum Mago *ſuorum arma* vocat, gentilium *ſuorum*, & popularium. Ex ſuis autem *primùm* equitem vocat, poſt illà peditem, vnde mox:

*Péſque pedem premit.*

Magonis ergo accitu:

*— — nudi*

*Adſiliunt frænis, infrænatíque manipli.*

*Nudos frænis* Numidas volo, Mauros, Maſſylos, Maſæſylos, qui omnes in exercitu Annibalis Silii fide, quíque à nobis libro primo producti ſunt in campum *nudi frænis*, & Libycorum nomine continentur. Sic lib. 3. Polybius τὴν κεχαλινωμένην ἵππον, *frænatum equitatum* opponit equis Numidicis. Ii ergo primi veniunt ordinante Silio, tum Cartaginienſes, quos *infrænatos maniplos* dico. Vt verò hac in pugna Ticinenſi prior in pugnam cooritur eques, tum pedes: ita factum in Cannenſi. Liuius lib. 22. *poſt equeſtris finem certaminis, coorta eſt peditum pugna.* Quare vocem primùm (ſeu nomine, ſeu legas aduerbio, eadem mens) Silio non patiar eripi à Modio: eſt enim poſita ex militaris lege diſciplinę. Et ſatis, ſupérq. intelligitur miles patrius τῷ *Suorum*: minimè námque acciuerit Mago hoſtem ſui defendendi. qua fiducia?

*Nunc Itali in tergum verſis referuntur habenis,*
*Nunc rurſus Tyrias retro pauor aduehit alas,*
*Aut illi dextros lunatis flexibus orbes,*
*Aut illi læuos ſinuant in corpua gyros,*
*Texunt alterno glomerata volumina curſu,*
*Ac cædem refugam, cedentes arte reſoluunt.*
*Hac pontum vice (vbi exercet diſcordia ventos)*
*Fert Boreas, Eurúſque refert, molémque profundi,*
*Nunc huc alterno, nunc illuc, flamine geſtant.*
*Aduolat aurato præfulgens murice ductor*
*Sidonius, circáque metus, terrórq;, furórq;.*
*Iſq; vbi Callaici radiantem tegminis orbem*
*Extulit, & magno percuſſit lumine campos,*
*Spes, virtúſque cadunt, trepidáq; à mente recedit*
*Vertere terga pudor, nec lethi cura decori,*
*Sed fugere infixum eſt, terræque optantur hiatus.*
*Sic vbi Caucaſeis tigris ſe protulit antris,*
*Linquuntur campi, & tutas petit omne latebras*
*Turbatum inſano vultu pecus, illa pererrat*
*Diſiectas victrix valles, iámq. ora reducto*
*Paulatim nudat rictu, vt præſentia mandat*
*Corpora, & immani ſtragem meditatur hiatu.*
*Non illum Metabus, non illum celſior Vfens*
*Euaſere tamen, quamuis hic alite planta,*
*Hic ope cornipedis totis ferretur habenis.*

*Nam Metabum ad manes demiſit cuſpide fulgens*
*Fraxinus, Vſentem collapſum poplite flexo*
*Enſis obit, laudémq, pedum cum ſanguine ademit.*
*Iámque dedit letho Stemium, Laurúmque, domóque*
*Collinum gelida vitreo quem Fucinus antro*
*Nutrierat, dederátque lacum tranſmittere nando.*
*Fit ſocius lethi coniecta Maſſicus haſta*
*Vitiferi ſacro generatus vertice montis,*
*Et Lyris nutritus aquis, qui fonte quieto*
*Diſſimulat curſum, ac nullo mutabilis imbri*
*Perſtringit tacitas gemmanti gurgite ripas.*
*Exoritur rabies cædum, ac vix tela furori*
*Sufficiunt, teritur iunctus vmbonibus vmbo,*
*Péſque pedem premit, & nutantes caſſide criſtæ*
*Hoſtilem tremulo pulſarit conamine frontem.*
*Tergemini primam ante aciem fera prælia fratres*
*Miſcebant, quos Ledæo Sidonia Barce*
*Xanthippo felix vteri inter bella crearat,*
*Res Graiæ, ductórque parens, ac nobile Amycle*
*Nomen, & iniectus Spartanis colla catenis*
*Regulus, inſtabant veteri præcordia fama*
*Marte probare genus, factiſque Lacona parentem*
*Ardebant, gelidóſque dehinc inuiſere montes*
*Taygeta, & tandem bellis innare ſubactis*
*Eurotam patrium, ritúſque videre Lycurgi.*
*Sed Spartam penetrare Deus, fratréſque negabant*

AC CÆDEM REFVGAM CEDENTES ARTE RESOLVVNT.] Μὰ τὸν Ἄρηα, μὰ τὸν ὀπισαμβώ! non eſt hæc lectio gerræ Siculæ, quod effutiit Modius. Fuga captata Romanorum cædes hac lectione exprimitur, quam fugaces eludunt arte. Polybius lib. 3. nobis eſto Opitulus: Τιβέριος δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τοὺς μὲν ἱππεῖς ἀνεκαλεῖτο, θεωρῶν οὐκ ἔχοντας ὅτι χρήσονται τοῖς ὑπεναντίοις διὰ τὸ τοὺς Νομάδας ἀποχωρεῖν μὲν εὐχερῶς, καὶ σποράδην, ἐπικεῖσθαι δὲ πάλιν ἐκ μεταβολῆς τολμηρῶς, καὶ θρασέως. Τὸ γὰρ Νομαδικῆς μάχης ἴδιον ἐστὶ τοῦτο: *Tiberius tum temporis equitē reuocabat, cum animaduerteret hoſti reſiſti non poſſe, quòd Numidæ facilè, ſparſimque abſcederent, & deſubito conuerſi audenter, atque confidenter inſultarent. Siquidem Numidica pugna hoc pr prium eſt.* Id pugnæ genus Serra dicebatur. Feſtus: *Serra præliari dicitur, cum aſsiduè acceditur, receditúrque, neque vllo conſiſtitur tempore.* Tacitus lib. 6. *Modo equeſtris prælij more, frontis, ac tergi vice.* *Tergi:* ita Silius:

*Nunc Itali in tergum verſus referuntur habenis.* Item:
*Nunc rurſus Tyrias retro pauor aduehit alas.*

Vnde Æn. 11.

*Hi fugiunt, penitúſque datis referuntur habenis.*
*Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus*
*Nunc ruit ad terras &c.* Tandem:
*Bis Thuſci Rutulos egere ad mœnia verſos:*
*Bis reiecti armis reſpectant terga tegentes.*

Modius gerras Siculas norit, dum nobis & Silio pugnam hanc fuga reciproca ſtantem non inuideat.

AVT ILLI DEXTROS LVNATIS FLEXIB. ORBES ET. ] Orbem militarem exprimit, de quo Sall. in Iugurt. *Romani veteres, nouique, & ob ea ſcientes belli, ſi quos caſus, aut locus coniunxerat, orbes facere, atque ita ab omnib. partib. ſimul tecti, & inſtructi hoſtium vim ſuſtentabant.*

CAVCASEIS TIGRIS SE PROTVLIT ANTRIS. ] Tigres Caucaſeas nec à tauris, nec à leonib. vinci autor eſt Philoſtratus in Apollonio: quod eis confert nimia pernicitas.

ILLA PERERRAT. ] Oppianus lib. 3. de tigribus:

Θῆλυ δέ πᾶν πέλει τίγρις
*Qualibet eſt tigris fœmina*

Cõttà Therhes? Ἐγὼ δ' ὡς δῆρον ἄῤῥενας ἅπαντας τὰς τίγρεις. *Ego profectò comperi mares eſſe omnes Tigrides* Vtri fides?

DISIECTAS VICTRIX VALLES. ] Modius *Deſertas*. Clarè, & ſtragi ſatis accommodatè. Quid ſi legas *Deiectas valles*, humiles, atque ſummiſſas? Non diſſimiliter l. 2. c. 9. Plinius dixit *Lunam elatam & deiectam.*

IAMQVE DEDIT LETHO STHEMIVM. ] Fortè *Sthenium.*

GELIDA VITREO QVEM FVCINVS ANTRO, ] Æn. 7.

— *vitrea te Fucinus vnda,*
*Te vitrei fleuere lacus*

Fucinum lacum maris magnitudine metitur Strabo li. 5. Res fuit permira inſecutis temporibus Claudii Imp. dum Fucinus lacus exſiccatur, vndecim annos triginta hominum millia ſine intermiſſione operi incubuiſſe.

SIDONIA BARCE. ] Æn. 4. hoc nomen eſt nutricis Sychæi nunc matris tergeminorum.

*Auſonij totidem numero, quos miſerat altis*
*Egeriæ genitos immitis Aricia lucis:*
*Aetatis, mentíſq. pares: at non dabat vltra*
*Clotho dura lacus, arámq; videre Dianæ.*
*Nanque vt in aduerſos impacti turbine pugnæ*
*Eumachus, & Clytias, & lætus nomine patris*
*Xanthippus, iunxere gradus, ceu bella leones*
*Inter ſe furibunda mouent, & murmure anhelo*
*Squalenteis campos, & longa mapalia complent,*
*Omnis in occultas rupes, atque auia pernix*
*Maurus ſaxa fugit, coniúxq. Libyſſa profuſo*

*Vagitum cohibens ſuſpendit ab vbere natos.*
*Illi dira fremunt, perfractáq; in ore cruento*
*Oſſa ſonant, pugnántq; feris ſub dentibus artus.*
*Haud ſecus Egeriæ pubes, hinc Virbius acer,*
*Hinc Capys aßiliunt, paribúſq; Albanus in armis*
*Subſidens paulum perfoſſa proruit aluo.*
*Albanum Clytias. aſt illi cuncta repente*
*Implerunt clypeum miſerando viſcera lapſu.*
*Eumachus inde Capyn, ſed tota mole tenebat*
*Ceu fixum membris tegmen, tamen improbus enſis*
*Ad nexam parmæ decidit vulnere læuam.*
*Inq. ſuo preſſa eſt non reddens tegmina niſu*
*Infelix manus, atque hæſit labentibus armis.*
*Vltima reſtabat fuſis iam palma duobus*
*Virbius, huic trepidos ſimulanti ducere greſſus*
*Xantippus gladio, rigida cadit Eumachus haſta:*
*Et tandem æquatæ geminato funere pugnæ,*
*Inde alterna viris tranſegit pectora mucro,*
*Inq. vicem erepta poſuerunt prælia vita.*
*Felices lethi, pietas quos addidit vmbris,*
*Optabunt ſimiles venientia ſecula fratres,*
*Extremúmq. decus memori celebrabitur æuo*
*Si modò ferre diem, miſeróſq. videre nepotes*
*Carmina noſtra valent, nec famam inuidit Apollo.*
*At Conſul toto palantes æquore turmas*
*Voce tenet, dum voce viget, quò ſigna refertis?*
*Quis vos heu vobis pauor abſtulit: horrida primi*
*Si ſors viſa loci, pugnæq. laceſſere frontem,*
*Poſt me ſtate viri, & pulſa formidine tantum*
*Aſpicite has dextras. capti genuere parentes*
*Quos fugitis: quæ ſpes victis? Alpéſne petemus?*
*Ipſam turrigero portantem vertice muros*
*Credite ſubmiſſas Romam nunc tendere palmas,*
*Natorum paßim raptus, cædémq. parentum,*
*Veſtaléſq, focos extingui ſanguine cerno.*
*Hoc arcete nefas. poſtquam inter talia crebro*
*Clamore obtuſæ, craßóq. à puluere fauces,*
*Hinc læua frenos, hinc dextra corripit arma,*
*Et latum obiectat pectus, ſtrictúmq. minatur*

*Nunc ſibi, nunc trepidis ni reſtent comminus, enſem.* *

EGERIÆ GENITOS IMMITIS ARICIA LVCIS. ] Lucan.li.6.

*Parua Mycenææ quantum ſacrata Dianæ*
*Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma.*

Diſtat autem ſtadiis CLX. Strabo. *Ariciam* cur dixit *immitem*, cùm Hippolyto, ſeu Virbio ibi fuerit peroptimè Æn. 7. Metamorph. 15. Lactantii l. 1. c. 17. *Immitem* ob humanas hoſtias. Indicat Silius:

— *arámque videre Dianæ:*

ſi modò optabilis tantæ diritatis e[illegible] poteſt ara. Nonnus li. 17.

— Ἀνδροφόνῳ παρὰ βωμῷ. *
— *homicidam apud aram.* *

Strabo lib. 5. Τὸ δ' Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι Νέμος, ἐκ τοῦ ἐν ἀριστερᾷ μέρους τῆς ὁδοῦ τοῖς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ τῆς Ἀρικίνης ἱερόν. Λέγουσι δ' εἶναι ἀφίδρυμα τῆς Ταυροπόλου. καὶ γάρ τι βαρβαρικὸν κρατεῖ, καὶ Σκυθικὸν περὶ τὸ ἱερὸν ἔθος. καθίσταται γὰρ ἱερεὺς ὁ γενηθεὶς αὐτόχειρ τοῦ ἱερωμένου πρότερον δραπέτης ἀνήρ. ξιφήρης οὖν ἐστὶν ἀεὶ περισκοπῶν τὰς ἐπιθέσεις, ἕτοιμος ἀμύνεσθαι. Τὸ δ' ἱερὸν ἐν ἄλσει: *Artemiſiū quod Nemus vocant læua via Aricia adſcendentib. in Aricia templum. Aiunt ibi ſtatuas eſſe Dianæ Tauricæ. Etenim barbarici moris neſcio quid obtinet, ac Scythici hoc in tēplo. Stat enim ſacerdos &c.* ideo *Lucos* vocat Silius, Vide præterea feſtum in voce *Manius.* De Egeria conſuli poſſunt. Liuius lib. 1. Plut. in Numa, Ouid. Faſtor. 3. De Diana hac *Nemorenſi*, ſiue Aricina non parcè docet Sext. Pompeius in fragmento ab Vrſino. Solinus cap. 8. *Ariciam ab Archilocho Siculo unde & nomen, vt Caſſio Hemina placet, tractum. Hoc in loco Oreſtes oraculo monitus ſimulacrum Scythicæ Dianæ, quod de Taurica extulerat, priuſquam Argos peteret, conſecrauit.*

CEV BELLA LEONES INTER SE FVRIBVNDA MOVENT. ] Plin. lib. 7. prooemio: *Leonum feritas inter ſe non dimicat.* Diodorus Tarſi libro contra Fatū: Οὐ γὰρ λύκους ὥπλισε κατὰ λύκων. οὔτε λεόντων ξυνεκρότησε φάλαγγας. *Non enim lupos armauit in lupos natura, neque leonum turmas commiſit.* Verùm omnis doctrinæ parentem Homerum autorem habuit Silius lib. 16. Iliados committentem leones ſtimulo eſuritionis:

Τὼ περὶ Κεβριόναο, λέονθ' ὣς δηρινθήτην,
Ὥ τ' ὄρεος κορυφῇσι περὶ κταμένης ἐλάφοιο
Ἄμφω πεινάοντε μέγα φρονέοντε μάχεσθον.
*Circa Cebrionem pugnant, ceu fortè leones*
*Magni animis, quos alta fames in vertice montis*
*Pro cæſa exacuit ceruа*

Et verò lupi, dum eſuriunt, vorant inuicem, quod opinionem iſtam Diodori conuellit.

OPTABVNT SIMILES VENIENTIA SÆCVLA FRATRES. ] Tota res hæc adumbrata eſt ad imaginem pugnæ Curiatiorum, atque Horationum, ſuper qua hiſtorici non tacent.

SI MODO FERRE DIEM, MISEROSQVE VIDERE NEPOTES. ] Ita libri. ſtupidè. τῶ *Diem* literā vltimam geminauerunt Muſis ignauiùs operantes, & cōma, erexerūt in literā I. ita ex eo, quod eſſe debuit *Miſeros* fecere *feros*.

VESTALESQ. FOCOS EXTINGVI SANGVINE. ] Duplex portentū & vtrūque:

HOC ARCETE NEFAS. ] piaculare. Primum veſtales focos exſtingui: alterum *Sanguine:* nam vbique ſanguis nominatum quid. D. Auguſt. l. 3. de Ciuit. c. 28. *Mucius Scæuola Pontifex, quoniam nihil apud Romanos templo Veſtæ ſanctius habebatur, aram ipſam amplexus occiſus eſt: ignémq; illum, qui perpetua cura virginum ſemper ardebat, ſuo pene ſanguine exſtinxit.* Publicè inueterauerat olim Romæ ſuperſtitio quacunque ex cauſa exſtinctos Veſtales ignes, portendere vrbis exitium, autor Dionyſius li. 2. Antiq. Rom. Hinc Liuius lib. 28. *Plus omnibus aut nunciatis peregrè, aut viſis domi prodigiis* (complures Deorum ædes de cœlo tactæ, cruentæ ſpicæ, porcus biceps, agnus mas & fœmina, duo ſoles, lux nocturna, bos locutus, ara ſudans notantur Liuio) *terruit animos hominum ignis in æde Veſtæ exſtinctus: ob quàm cauſam cæſa flagro eſt Veſtalis, cuius cuſtodia noctis eius fuerat, iuſſu P. Licinij Pontificis.* En hoc vnum ſupra iam multa prodigia. Veſtalis ignis reaccendendi rationem tradiderunt Dionyſius li. 2. Plut. in Camillo Tertium crimen fuit, ſi exſtinguerentur ſacri foci ſanguine ſacerdotis. Metam. 15. — *néue*

*Cæde ſacerdotis flammas exſtinguite Veſta,*

ac D. Aug. ſuprà.

HVIC LÆVA FRÆNOS. ] Antoninus Imp. ſcriptum reliquit aſſuetudine fieri vt læua firmiùs teneat frænos quàm dextera. Hinc in ea paſſim habenæ. Silius li. 6.

*Detortis læua celer effugiſſet habenis.*

STRICTVMQVE MINATVR NVNC SIBI, NVNC TREPIDIS ... ENSEM.] Furoris alicuius indicium: vtile tamen ad placandam ſeditionis rabiem. Obſeruo & apud Tacitum Annali primo Germanicum concita ſuorum ſeditione ferrum à latere diripuiſſe, elatúmque deferre in pectus, ni proximi prehenſam dexteram vi attinuiſſent.

*Quas acies alto genitor dum ſpectat olympo,*
*Conſulis egregij mouere pericula mentem,*
*Gradiuum vocat, & patrio ſic ore profatur.*
*Magnanimi mentem viri ... ni bella capeſſis,*
*Haud dubie extremus terret labor: eripe pugnæ*
*Ardentem, oblitúmque ſui dulcedine cædum,*
*Siſte ducem Libyæ, nam plus petit improbus vno*
*Conſulis exitio, tota quàm ſtrage cadentum.*
*Præterea cernis teneræ qui prælia dextræ*
*Iam credit puer, atque annos tranſcendere factis*
*Molitur, longúmq. putat pubeſcere bello.*
*Te duce primitias pugnæ, te magna magiſtro*
*Audeat, & primum hoc vincat ſeruaſſe parentem.*
*Hæc rerum ſator at Mauors in prælia currus*
*Odryſia tellure vocat, tum fulminis atri*
*Spargentem flammas clypeum, galeámque deorum,*

*Haud illi facilem, multóque labore Cyclopum*
*Sudatum thoraca capit, quaſſátq; per auras*
*Titanum bello ſatiatam ſanguinis haſtam,*
*Atq; implet curru campos, exercitus vnà*
*Irarum, Eumenidéſque ſimul, lethíque cruenti*
*Innumeræ facies, frenísque operata regendis*
*Quadriiugos atro ſtimulat Bellona flagello,*
*Fertur ab immenſo tempeſtas horrida cælo,*
*Nigrantéſque globos, & turbida nubila torquens*
*Inuoluit terras, quatitur Saturnia ſedes*
*Ingreſſu tremefacta Dei, ripáſq. relinquit*
*Audito curru, fontíque velabitur amnis.*
*Ductorem Auſonium telis Garamantica pubes*
*Cinxerat, & Tyrio regi noua dona parabat,*
*Armorum ſpolium, & rorantia conſulis ora,*
*Stabat fortunæ non cedere certus, & acri*
*Mole retorquebat crudeſcens cædibus haſtas.*
*Iámque ſuo, iámque hoſtili perfuſa cruore*
*Membra madent, cecidere iubæ, gyróque per orbem*
*Arctato, Garamas iaculis propioribus inſtat,*
*Et librat ſæua coniectum cuſpide ferrum.*
*Hic puer vt patrio defixum corpore telum*
*Conſpexit, maduere genæ, ſubitoq; trementem*
*Corripuit pallor, gemitúmque ad ſidera rupit.*
*Bis conatus erat præcurrere fata parentis*
*Conuerſa in ſemet dextra, bis tranſtulit iras*
*In pœnos Mauors: fertur per tela, per hoſteis*
*Intrepidus puer, & Gradiuum paſſibus æquat.*
*Continuo ceſſere globi, latúſq. repente*
*Apparet campo limes, metit agmina tectus*
*Cæleſti clypeo, & ſternit ſuper arma iacentum*
*Corpora, & autorem teli, multáſque paternos*
*Ante oculos animas, optata piacula, mactat.*
*Tunc rapta propere duris ex oſſibus haſta*
*Innixum ceruice ferens, humeroq. parentem,*
*Emicat, attonitæ tanta ad ſpectacula turmæ*
*Tela tenent, cedítq. loco Libys aſper, & omnis*
*Late cedit Iber, pietáſq. inſignis, & ætas*
*Belligeris fecit miranda ſilentia campis*

*Tum celſo è curru Mauors, Cartaginis arces*
*Excindes inquit, Tyrioſque ad fœdera coges,*
*Nulla tamen longo tanta exorietur in æuo*
*Lux tibi chare puer, macte, ô macte indole ſacra,*
*Vera Iouis proles, & adhuc maiora ſuperſunt*
*Sed nequeunt meliora dari: tum nubila Mauors,*
*Aetheráque, emenſo terras iam ſole capeſſit,*
*Et feſſas acies caſtris clauſere tenebræ.*

PATRIO SIC ORE PROFATVR.] Quia Iupiter vulgo creditus eſt Scipionis Africani pater, dixit Poëta *Patrio ore profatum*, qui hac oratione filii honori conſuluerit. Aen.6.

*Bis patriæ cecidere manus.*

Dædali parentis, dum Icari filii caſus imitatur.

PLVS PETIT IMPROBVS VNO CONSVLIS EXITIO, TOTA QVAM MOLE CADENTVM.] Tantum in vnius publica perſona momentum! Sic de Cæſare noctu auecto per mare procelloſum Lucan. 5. miles quæritur:

*Cum tot in hac anima populorum vita, ſaluſque*
*Pendeat.*

Silius ſuprà de Cryxo Boiorum duce cæſo:

*Vna ſpei anima, tantuſq. pependerat ardor.*

ODRYSIA TELLVRE.] E Thracia.

PRÆCVRRERE FATA PARENTIS.] Id genus locutiones ſunt: *Sed quæ Tibur aqua fertile præfluunt*, Hor. lib.4. Od.3. ita Hunnæi codex.

*— præcurram vt prior*
*Patriam cadentem.*

Seneca Oedipo:

*Præcelerantque duces,*

Statius Theb.4.

*— ſtrictóque vias præfulgurat enſe.*

Flaccus Argonanticon 3. *Proximum exercitum præſidebat*, Tacitus lib. 3. & lib. 13. *Campo, qui caſtra præiacet.* Nec in his quidquam notandum, quod ineptè factum.

INTREPIDVS PVER.] Scipio junior, ac propè impubis. Florus lib. 2. c.6 *Niſi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipſa morte rapuiſſet.* Quibus verbis inſinuat annorum fuiſſe quatuordecim: ea ſiquidem ætate filium, qui hoſtem manu percuſſerat, pertexta inſigniuit Tarquinius Priſcus, li. 1. Sat. c. 6. Macrobii. Gellius autem lib. 10. c. 28. puerum cenſet intra annos ſeptendecim. Scipio [illegible] conuenientiùs eluit puer, quàm Octauianus Auguſtus à Tullio l. Philippica, Attico ad Ciceronem, & Ouidio: nam cum [illegible] regendo ſe impoſuit, annorum erat octodecim, vt viſum Xiphilino aut nouendecim, vt Tacito lib. 13. Velleio lib. 2. eſtq. ita in Ancyrano lapide teſtatum.

INNEXVM CERVICE FERENS, HVMEROQ. PARENTEM.] *Innexum* ſit *iuxta*-

φιλόδα, ἀπρίξ: *Innixum*, quod aliis eſt exemplaribus, Scipionum nomini accommodatiùs, de quo Macrobius lib. 1. c.6.& hiſtoriæ hic a Silio relatæ, libróq. ſexto extremo:

*— fugiat Conſul manante cruore*
*Scipio, & ad ſocios nati ceruice vehatur.*

Meminit & huius pietatis Statius lib.3. Syl. in Lacrymas Etruſci.

PIETASQ. INSIGNIS, ET ÆTAS.] Eóque magis, quod coronam ciuicam *Africanus de patre accipere noluit apud* Trebiam, Plin. lib. 16. c. 4. Quod facinus ad Trebiam quoque ponit Polyb. lib. 15. Silius ad Ticinum, & Val. Max. lib.5.c.4. *Conſulem enim eum apud Ticinum fluuium aduerſis auſpiciis cum Annibale pugnantem grauiter ſaucium interceſſu ſuo ſeruauit.*

NVLLA TAMEN LONGO TANTA.] Vide Senecam lib. 3. de Benef. c. 33. non diſpar huic tantæ pietati pretium reponentem.

MACTE, Ô MACTE INDOLE SACRA.] Edito quo ſtratagemate iſtæ voces honorificentiſſimæ reddebantur. Iterum Sil. lib. 10. ac 12. Liuius lib. 2. *Iuberem* MACTE VIRTVTE *eſſe, ſi pro me patria iſta virtus ſtaret.* Vide Senecam epiſt. 67. Accius Philoctela:

*Macte his armis, macte virtute patrum.*

IAMQVE DIES RAPTI CVRSV, VARIOQ. LABORE.] Scribe, *Raptus*, vt intercurſantes acies diem ſibi non ſenſerint eripi. Niſi ſi mauis *Actus*.

*Condebat noctem deuexo Cynthia curru*
*Fraternis afflata rotis, & ab æquore Eoo*
*Surgebant roſeæ media inter cærula flammæ.*
*At Conſul triſtis campos, Pœníſque ſecundam*
*Planitiem metuens, Trebiam, colléſq. petebat.*
*Iámque dies rapti curſu, varioq. labore,*
*Et medio abruptus fluitabat in amne ſolutis*
*Pons vinclis, qui Dardanium tranſuexerat agmen*
*Eridani rapidas aderat cùm Pœnus ad vndas.*
*Dúmque vada, & molles aditus, per deuia flexo*
*Circuitu petit, & ſtagni languentia quærit,*
*Interdum rapta vicinis ſaltibus aluo*
*Flumineam texit quà tranſuehat agmina claſſem,*
*Ecce aderat, Trebiæq. ſimul vicina tenebat*
*Trinacrio accitus per cærula longa Peloro*
*Gracchorum proles Conſul, gens inclyta, magno*
*Atque animoſa viro, multúſque in imagine claris*
*Præfulgebat auus titulis, belliq. domíq;.*
*Nec Pœni poſitis trans amnem in gramine caſtris*
*Deerant. nánq; animos ſtimulabant proſpera rerum,*
*Increpitánſque ſuper ductor. quis tertius vrbi*

*Sic ait, intorquens directo turbine robur,*
*Et dirum tota tranſmittit cuſpide lumen.*
*Nec leuior dextra generatus Amilcare ſæuit.*
*Huic cadit infelix niueis Varrenus in armis*
*Meuanus Varrenus, arat cui diuitis vber*
*Campi fulginea, & patulis Clitumnus in aruis*
*Candenteis gelido profundit flumine tauros.*
*Sed triſtes Superi, atq; ingrata maxima cura*
*Victima Tarpeio fruſtra nutrita tonanti.*
*Inſtat Iber leuis, & leuior diſcurrere Maurus*
*Hinc pila, hinc Libycæ certant ſubtexere cornus.*
*Denſa nube polum, quantúmq; interiacet æqui*
*Ad ripas campi, tantum vibrantia condunt*
*Tela, nec arctatis locus eſt in morte cadendi.*
*Allius Argyripa, Dauniq; profectus ab aruis*
*Venator rudibus iaculis, & Iapyge campum*
*Perſultabat equo, medióſq. inuectus in hoſtes*
*Appula non vana torquebat ſpicula dextra.*
*Huic horret thorax Samnitis pellibus vrſæ,*
*Et galea annoſi vallatur dentibus apri.*

VT TORRENS CELSI PRÆCEPS. ] Ita Gracchus. Lucan. li. 4.

— *& opum metuenda facultas*
*Tranſuerſo mentem dubiam torrente tulerunt.*

Salluſtius:: *Maiorum mores non paulatim, vt antea. ſed torrentis modo præcipitati:* Velleius: *Intelligo mihi in hac tam præcipiti feſtinatione, qua me rota, proniq; gurgitis, ac vorticis modo nuſquam patitur conſiſtere.*

GNAROS BELLI, VETERESQVE LABORVM. ] Emendationem hanc ſciant poſteri eſſe Lipſii viri termaximi in lib. 1. Taciti, cuius lib. 5. additamentum eſto: *Scientia, cerimoniarumque vetus.*

PROFVNDIT FLVMINE TAVROS. ] Editio Par. *Perfundit.* rectiùs.

ALLIVS ARGYRIPA, DAVNIQVE PROFECTVS AB ARVIS. ] Strabo l. 6. Argyripam docet à Diomede conditam, ac de nomine hæc: Ἐκαλεῖτο δ' ἐξ ἀρχῆς Ἄργος ἵππιον, εἶτ' Ἀργυρίππη, εἶτα νῦν Ἄρποι. *Olim Argos Hippium nominabatur, poſt Argyrippa, tandem hodie Arpi.* Lycophron de Diomede:

Ὁ δ' Ἀργυρίππαν Δαυνίων παγκληρίαν
Παρ' Αὐσονίτην Φυλαμὸν δομήσεται.
*Hic Argyrippam, Dauniósque contigit*
*Sors, præter Auſoniæ domabit incolas*

Dauni autem arua metiamur ex Antonio Liberali Metamorphoſi triceſima tertia: *Exercitum, atque vnà terram tripartitam eſſe voluerunt, & à ſe Daunios, Pencetios, Meſſapios denominarunt. A Taranto ad extrema vſque Italiæ Meſ-*

*ſapiorum regio protenditur, in qua Brunduſium: quidquid vicinum Tarentum complectitur, Peucetiorum ſunt fines: vlterius ad mare porriguntur Daunij, Gentis commune nomen Iapyges*: ſtudio breuitatis Græca prætermitto. Liberalis profectò diſtinctius Plinio li.3.c.5. *Calabriam*, inquit, *peninſulam emittens. Græci Meſſapiam à duce appellauere, & ante Peucetiam à Peucetio Oenotri fratre. Dauni arua* porrò Apulia Strabo li. 5. Ἐπὶ τοὺς Ἀπούλους, οὓς οἱ Ἕλληνες Δαυνίους καλοῦσι. *Ad Apulos, quos Daunios Græci dicunt*. Plin.li.3.c.11. *Huic Apulia Dauniorum cognomine à duce Diomedis ſocero.* Ex Liberale poſſit expleri defectus Polybii locus lib. 3. Τὴν Ἰαπυγίαν. ἧς εἰρημένης εἰς τρεῖς ὀνομασίας, καὶ τῶν μὲν προσαγορευομένων Δαυνίων, τῶν δὲ Μεσσαπίων, εἰς πρώτην ἐνέβαλε τὴν Δαυνίαν. *Cùm Iapygia in tres partes variis affectas nominib. diuiſa ſit, in Daunios, Meſſapios, Peucetios, in Dauniam primùm irrupit.* Adde tertium membrum τῶν δὲ πευκετίων. Conſulatur Sext. Pompeius verbo *Daunia*.

ET GALEA ANNOSI VALLATVR DENTIB. APRI. ] Æneid.11.

> — *caput ingens oris hiatu,*
> *Et malæ texere lupi cum dentibus albis.*

Vallari in talibus Poëtis amica vox. Ouid.de Sole.

> *Quòd ſit auus radiis frontem vallatus acutis.*

Seneca.

> — *cæua Tiſiphone caput*
> *Serpentibus vallata*

*Verum vbi turbantem, ſolo ceu luſtra pererret*
*In nemore, aut agitet Gargano terga ferarum,*
*Hinc Mago, hinc ſæuus pariter videre Maharbal,*
*Vt ſubigente fame diuerſis rupibus Vrſi,*
*Inuadunt trepidum gemina inter prælia taurum,*
*Nec partem prædæ patitur furor: haud ſecus acer*
*Hinc atq. hinc iaculo deuoluitur Allius acto.*
*It ſtridens per vtrunq; latus Mauruſia taxus.*
*Obuia tum medio ſonuerunt ſpicula corde,*
*Incertúmq. fuit lethum, cui cederet haſtæ.*
*Et iam diſperſis Romana per agmina ſignis*
*Palantes agit ad ripas (miſerabile) Pœnus*
*Impellens trepidos, fluuióq. immergere certat.*
*Tum Trebia infauſto noua prælia gurgite feſſis*
*Inchoat, & precibus Iunonis ſuſcitat vndas.*
*Haurit ſubſidens fugientum corpora tellus,*
*Inſidiáq. ſoli fruſtrata voragine ſorbet:*
*Nec niti, lentoq. datur conuellere limo*
*Merſa pedum penitus veſtigia, labe tenaci*
*Hærent deuincti greſſus, reſolutáq. ripa*
*Implicat, aut cæca proſternit fraude paludis.*

*Iámque alius ſuper, atq. alius per lubrica ſurgens,*
*Dum ſibi quiſq. viam per inexplicabile littus*
*Præripit, & putri luctatur ceſpite, lapſi*
*Occumbunt, ſeſéque ſua preſſere ruina.*
*Ille celer nandi, iamiámq. apprendere tuta*
*Dum parat, & celſo connixus corpore prenſat*
*Gramina ſumma manu, liquidíſq. emergit ab vndis,*
*Contorta ripæ pendens affigitur haſta.*
*Hic hoſtem orbatus telo complectitur vlnis,*
*Vndantémq. vado permixta morte coërcet.*
*Mille ſimul lethi facies. Ligus occidit aruis.*
*Sed proiecta viri lymphis fluuialibus ora*
*Sanguineum hauſerunt longis ſingultibus amnem.*
*Enabat tandem medio vix gurgite pulcher*
*Irpinus, ſociúmq. manus clamore vocabat.*
*Quum rapidis illatus aquis, & vulnere multa*
*Impulit aſper equus, feſſúſq. ſub æquora merſit.*
*Accumulat clades ſubito conſpecta per vndas*
*Vis elephantorum turrito concita dorſo.*
*Nanq. vadis rapitur præceps, ceu proruta cautes*
*Auulſi montis, Trebiámq. inſueta trementem*
*Præ ſe pectore agit, ſpumantíq, incubat alueo.*
*Explorant aduerſa viros, pérq. aſpera duro*
*Nititur ad laudem virtus interrita cliuo.*

VT SVBIGENTE FAME DIVERSIS PARTIB. VRSI INVADVNT... TAVRVM.] De pugna vrſæ eſurientis Ælianus hæc l.6. de Animal c.9. Ταύρῳ δὲ λιμώττουσα (ἄρκτος) ὅταν ἐντύχῃ κατὰ μὲν τὸ καρτερὸν, καὶ ἐξ εὐθείας οὐ μάχεται. περισπαλαίσασα δὲ καὶ τὸν τένοντα λαβομένη κλίνει, καὶ ἅμα ἐσθίει. ὁ δὲ πιέζεται, καὶ μυκᾶται, καὶ τελευτῶν, ἀπεῖπε, καὶ κεῖται καὶ ἐκείνη ἐμπίπλαται: *Vrſa præ fame ſi taurum inuaſerit, non toto robore, nec rectà pugnat: ſed per obliquum capto impetu ceruicem dente petit, reclinat, vorat; ille preſſus mugit, tandémque fatigatus ſuccumbit: vrſa verò expletur.*

VIAM PER INEXPLICABILE LITVS.] Coniurant in vitium codices: & Marſi, Modii, Heynſii vbi ſunt? Scribendum: *Inextricabile, Jnexſuperabile, Ineluctabile,* ſimileve. Quid Poëtæ ſederit, quis coniector efferat:

IAM IAMQVE APPRENDERE TVTA DVM PARAT] Vicina ſunt illa Palinuri Æneid.6.

*— & iam tuta tenebam.*
*Prenſantémque vncis manibus capita aſpera montis*
*Ferro inuaſiſſet*

VNDANTEMQVE VADO.] Fluitantem, vt *Vndantia loca* Ma-

roni. Modius non peruidit quæſitam Poëtæ *αἰτίαν*. Alter *affixus ripa* moritur: alter *vndans vado*, iactatus, huc illuc pulſus. *Luctantem* mallebat ille.

NITITVR AD LAVDEM VIRTVS INTERRITA CLIVO. ] *Niti* pro *ferri* priſcæ eſt elegantiæ. Lucret. l. 1.

*Et quæ pondera ſunt ſub terris, omnia ſurſum*
*Nitier.*

Plin. lib. 5. Epiſt. 6. *Latiſſima vitis per omne tectum in culmen nititur, & adſcendit.*

*Nánq. inhonoratam Fibrenus cernere mortem,*
*Et famæ mundam impatiens, ſpectabimur, inquit,*
*Nec fortuna meum condes ſub gurgite lethum.*
*Experiar, ſítne in terris domitare quod enſis*
*Non queat Auſonius, Tyrrhenáq. pernecet haſta.*
*Tum iacit aſſurgens, dextróq. in lumine ſiſtit*
*Spicula ſæua feræ, telúmque in vulnere liquit.*
*Stridore horriſono penetrantem cuſpidis ictum*
*Bellua proſequitur, lacerámq. cruore profuſo*
*Attollit frontem, & lapſo dat terga magiſtro:*
*Tum verò inuadunt iaculis, crebráq. ſagitta,*
*Auſi iam ſperare necem, immenſoſq. per armos*
*Et laterum extenſus, venit atra cuſpide vulnus.*
*Stat multa in tergo, & nigranti lancea dorſo,*
*Ac ſyluam ingentem concuſſo corpore vibrat,*
*Donec conſumptus longo certamine telis*
*Concidit, & clauſit magna depreſſa ruina.*
*Ecce per aduerſum quanquam tardata morantur*
*Vulnere membra virum, ſubit implacabilis amnem*
*Scipio, & innumeris infeſtat cædibus hoſtem.*
*Corporibus, clypeíſq. ſimul, galeíſq. cadentum*
*Contegitur Trebia, & vix cernere linquitur vndas.*
*Mezeus iaculo, Geſtar proſternitur enſe.*

NAMQVE INHONORATAM FIBRENVS CERNERE MORTEM.
ET FAMÆ MVNDAM IMPATIENS. ] Mortem fama carentem intelligo *καθαρὸν* ſic vſurpant Græci. Appianus Libycis: *γινομένης τῆς μάχης καθαρᾶς θηρίων*: *Cùm pugna abſque elephantis eſſet.* Dionyſ. Hal. lib. 6 *καθαρὸς φόνος*. Photius c. 161. *Εἰ γὰρ καὶ μύθων, καὶ τεράτων, ψευδῶν τε, καὶ ἀπιθάνων οὐ καθαρεύει* de Sopatro, *Etſi fabulis, prodigiis, mendaciis, atque incredibilibus non careat.* Vocem Græcam vertunt Latini nunc *τῷ Purus*, Horat. *Sceleriſque purus*: nunc *τῷ Mundus* Silius *mortem famæ mundam.* Fruſtra eſt Modius Epiſt. 16. vbi hæc: *Quæ eſt tandem, vt de reliquis taceam, iſta mors famæ munda?* Planè *legendum ex ſcriptura*

*antiqua*

*antiqua leuiter coniectura noſtra adiuta*: *Et famæ nudam*. Dictionem hanc agnoſco: ex Ouidio Metam. 12.

— — *nudus*

*Arboris Othrys erat.*

quem non producit ille: huc tamen vt infulciatur, nondum mihi deliberatum eſt.

Sed & *Perdere mortem* Modius amplectitur, vtque exponat commodè, torquetur. Alterum expeditiſſimum eſt, & inexpugnabile.

TYRRHENAQ. PERNECET HASTA.] Modius: *permeet*. Plus habet neruorum *Pernecet*.

CLAVSIT MAGNA DEPRESSA RVINA.] Modius:

— *clauſit magna vada preſſa ruina.*

Pulſæ tenebræ: ſed ciuium carmen hoc? Silii non opinor. *Clauſit* pro *Defecit*. Sic apud Terentiũ legunt nõnulli: *Quando ſenſiſti officium, in te claudier meum?* Vel *Clauſit* pro *Clauſa* eſt, ſiue occœcata beſtia. ſuprà:

— — *dextróque in lumine ſiſtit*

*Spicula ſæua feræ, telúmq. in vulnere liquit.*

Hoc verbum iſtud priſcis valuit: ex quo Scripturæ ſacræ interpres Iſaiæ c. 61. v. 1. *Clauſis apertionem*: Græcè eſt: Τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Silius etiam ἐνεργητικῶς vſurpauit lib. 15.

— *quid ceſſas clauſiſſe* (finire) *labores*

*Ingentis belli?*

HINC TORQVET RAPIDO.] Rei ſeries cogit ſcribi: *Huic*.

CORPORIBVS, CLYPEISQ. SIMVL, GALEISQ. CADENTVM CONTEGITVR TREBIA.] Simile illud Mantuani vatis lib. 1.

— *vbi tot Simoïs correpta ſub vndis*

*Scuta virûm, galeaſq. & fortia corpora voluit.*

LONGO FERRI TENVATA MVCRONE PROCEDIT CVSPIS.] Pili, quod ita deſcribit, ac metitur Dionyſ. lib. 5. Ξύλα περιμήκη τε, καὶ χειροπληθῆ τριῶν οὐχ ἧττον ποδῶν σιδηροῦς ὀβελίσκους ἔχοντα προύχοντας κατ' εὐθεῖαν ἑκατέρου τὸ ἄκρον μετρίοις ἀκοντίοις ἴσα σὺν τῷ σιδήρῳ. *Ligna prælonga, quæ manum impleant, minimùm tres longa pedes, ferreis veruculis directim ab vtraq. parte prominentib. modicis ferratis iaculis æqualia*. Ex veru præfixo dicta *Veruta*, Sex. Pompeius. Etiam à pondere vires incrant pilo. Lib. 5. pilis appetiti Pœni:

— *fixóſque repulſi*

*Summittunt clypeos curuati pondere teli.*

NEC IACTO QVÆSITA QVIES.] *Iacto*, βληθέντι; proſtrato, deiecto. Sic ego. Modius *Letho* reponebat. Theodoro Marcilio vtriuſque Mineruę ὄζῳ poſitum viſum eſt *Iacto* pro *Iactato*. Sic enim, inquiebat & *Laxus* pro *Laxatus*, aliáque non pauca: idque Priſciani auctoritate.

ERIDANO, TREBIA, ERIDANVS DEDIT ÆQVORIS VNDIS ILLABIQVE PADO DABITVR.] Tibi, ô Trebia. Silius ergo ſenſit Eridanum, & Padum vnius eſſe fluuii vocabula, qui cum congruere Diodorum lib. 5. comperiere: τὸ νῦν Πάδον καλουμένου ποταμοῦ, τὸ δὲ παλαιὸν Ἠριδανοῦ προσαγορευομένου. *Cùm fluuius hodie Padus dicatur, qui Eridanus olim appellabatur*. Eámque opinionem ſuo tempore receptam in vulgus docet Euſtathius in Dionyſium. Appia-

nus Annibalicis: ἐπὶ τὸν ποταμὸν Ἠριδανὸν τὸν νῦν Πάδον λεγόμενον. *In fluuium Eridanum, cui Pado nomen olim.* Imo quamuis antiquis fuerit Eridanus, idem ſibi nomen putauit vtendum Plutarchus in Mario. Quanquam dixit Polybius lib. 2. ὁ δὲ Πάδος ποταμὸς ὑπὸ δὲ τῶν ποιητῶν Ἠριδανὸς θρυλλούμενος. *Fluuius Padus, à Poëtis Eridanus cantabatur.* Strabo verò, dum Heliadum fabulam auerſatur, vlterius progreſſus Eridanum è rerum natura ſubtrahit. Mirum! cùm Plin. lib. 3. c. 16. (quod quantum, quantum eſt, totum de Pado eſt) ſcribat: *Padus e gremio Veſuli montis . . . à Græcis dictus Eridanus.* Idem lib. 37. c. 2. Aeſchylum notat, qui Eridanum adſcripſerit Iberiæ. Iure dicent, qui Nõnum ſcripſiſſe non credunt Ῥῆνος Ἴβηρ. At Eridanum inter & Rhenum tractus videtur olim Iberiæ nomen obtinuiſſe. Nam quid agas Plutarcho in Marcello? Οἱ δὲ τὴν ὑπαλπείαν νεμόμενοι τῆς Ἰταλίας Ἴβηρες Κελτικὸν ἔθνος.

ÆQVORIS VNDIS.] Adriatici, Plin. lib. 37. c. 21.

VNDÆQ. AD BELLA PATENTES.] Huic lectioni fultura eſto:

— *& ripas perdidit amnis.*

Alii codices *Parentis*, ſenſu meliore. *Vndæ parentis* ſunt Eridani, non Trebiæ. Non quòd ex Eridano Trebia (nam vt ante vidimus, in Eridanum Trebia euoluitur) ſed quia *Fluuiorum rex Eridanus*, quem poſt Silius *patrem* canit:

*Miratur pater æternos ceſſare repente*
*Eridanus curſus.*

Libróque nono:

— *pater ipſe ſuperbus aquarum*
*Auſonidum Eridanus.*

*Dii patrii, quorum auſpiciis ſtat Dardana Roma*
*Talin' me letho tanta inter prælia nuper*
*Seruaſtis? fortunæ animam hanc excindere dextra*
*Indignum eſt viſum? redde ô me nate periclis,*
*Redde hoſti, liceat bellanti arceſſere mortem,*
*Quam patriæ, fratrique probem. tum percita dictis*
*Ingemuit Venus, & rapidas detruſit in amnem*
*Coniugis inuicti vires, agit vndique flammam*
*Diſperſus ripis ignis, multóſque per annos*
*Nutritas fluuio populatur feruidus vndas.*
*Vritur omne nemus, lucóſque effuſus in altos*
*Immiſſis crepitat victor Vulcanus habenis.*
*Iámq. ambuſta comas abies, iam pinus, & alni:*
*Iam ſolo reſtans trunco, dimiſit in altum*
*Populus, aſſuetas ramis habitare volucres,*
*Flamma vorax imo penitus de gurgite tractos*
*Abſorbet latices, ſæuóque vrgente vapore*
*Siccus inareſcit ripis cruor, horrida late*

*Scinditur in rimas, & hiatu rupta dehiſcit*
*Tellus, ac ſtagnis altæ ſedere fauillæ,*
*Miratur pater æternos ceſſare repente*
*Eridanus curſus, nympharúmq; intima mæſtus*
*Impleuit chorus attonitis vlulatibus antra.*
*Ter caput ambuſtum conantem attollere iacta*
*Lampade Vulcanus merſit fumantibus vndis.*
*Ter correpta Dei crines nudauit arundo.*
*Tum demum amiſſæ vires, & voce precantis,*
*Orantíq; datum ripas ſeruare priores.*
*Ac tandem à Trebia reuocauit Scipio feſſas*
*Munitum in collem Graccho comitante cohortes.*
*At Pœnus multo fluuium veneratus honore*
*Gramineas vndis ſtrauit ſocialibus aras.*
*Neſcius heu quanto ſuperi maiora mouerent,*
*Et quos Auſoniæ luctus Thraſimene parares.*
*Boiorum nuper populos turbauerat armis*
*Flamminius, faciliſq. viro tum gloria belli*
*Corde leuem, atque aſtus inopem contundere gentem.*
*Sed labor haud idem Tyrio certaſſe tyranno.*
*Hunc læuis vrbi genitum ad fatalia damna*
*Ominibus, parat imperio Saturnia feſſo*
*Ductorem, dignúmq; virum veniente ruina.*
*Inde vbi prima dies iuris, clauúmq; regendæ*
*Inuaſit patriæ, & ſub nutu caſtra fuere,*
*Vt pelagi rudis, & pontum tractare per artem*
*Neſcius, accepit miſeræ ſi iura carinæ,*
*Ventorum tenet ipſe vicem, cunctiſq; procellis*
*Dat iactare ratem. fertur vaga gurgite puppis*
*Ipſius in ſcopulos dextra impellente magiſtri.*
*Ergo agitur raptis præceps exercitus armis*
*Lydorum in populos, ſedémque ab origine priſci*
*Sacratam Corithi, iunctóſq; à ſanguine auorum*
*Mæonios Italu permixta ſtirpe colonos.*
*Nec regem Aphrorum noſcenda ad cœpta moratur*
*Laude ſuper tanta monitor Deus: omnia ſomni*
*Condiderant, ægriſque dabant obliuia curis,*
*Cùm Iuno in ſtagni iuuenem conuerſa propinqui,*
*Et madidæ frontis crine, circundata fronde*

*Tum celſo è curru Mauors, Cartaginis arces*
*Excindes inquit, Tyrióſque ad fœdera coges,*
*Nulla tamen longo tanta exorietur in æuo*
*Lux tibi chare puer, macte, o macte indole ſacra,*
*Vera Iouis proles, & adhuc maiora ſuperſunt.*
*Sed nequeunt meliora dari: tum nubila Mauors,*
*Aetheráque, emenſo terras iam ſole capeſſit,*
*Et feſſas acies caſtris clauſere tenebræ.*

PATRIO SIC ORE PROFATVR.] Quia Iupiter vulgo creditus eſt Scipionis Africani pater, dixit Poëta *Patrio ore profatum*, qui hac oratione filii honori conſuluerit. Aen.6.

*Bis patriæ cecidere manus.*

Dædali parentis, dum Icari filii caſus imitatur.

PLVS PETIT IMPROBVS VNO CONSVLIS EXITIO, TOTA QVAM MOLE CADENTVM.] Tantum in vnius publica perſona momentum! Sic de Cæſare noctu auecto per mare procelloſum Lucan. 5. miles quæritur:

*Cum tot in hac anima populorum vita, ſalúſque*
*Pendeat.*

Silius ſuprà de Cryxo Boiorum duce cæſo:

*Vna ſpes anima, tantúſq. pependerat ardor.*

OORYSIA TELLVRE.] E Thracia.

PRÆCVRRERE FATA PARENTIS.] Id genus locutiones ſunt: *Sed quæ Tibur aqua fertile præfluunt*, Hor. lib. 4. Od. 3. ita Hunnæi codex.

*— præcurram vt prior*
*Patriam cadentem.*

Seneca Oedipo:

*Praceleran tque duces.*

Statius Theb. 4.

*— ſtrictóque vias præfulgurat enſe.*

Flaccus Argonauticon 3. *Proximum exercitum præſidebat*, Tacitus lib. 3. & lib. 13. *Campo, qui caſtra præiacet.* Nec in his quidquam notandum, quod ineptè factum.

INTREPIDVS PVER.] Scipio junior, ac propè impubis: Florus lib. 2. c. 6 *Niſi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipſa morte rapuiſſet.* Quibus verbis inſinuat annorum fuiſſe quatuordecim: ea ſiquidem ætate filium, qui hoſtem manu percuſſerat, pertexta inſigniuit Tarquinius Priſcus, li. 1. Sat. c. 6. Macrobii. Gellius autem lib. 10. c. 28. puerum cenſet intra annos ſeptendecim. Scipio igitur conuenientiùs cluit puer, quàm Octauianus Auguſtus à Tullio 3. Philippica, Attico ad Ciceronem, & Ouidio: nam cum exercitu regendo ſe impoſuit, annorum erat octodecim, vt viſum Xiphilino: aut nouendecim, vt Tacito lib. 13. Velleio lib. 1. eſtq. ita in Ancyrano lapide teſtatum.

INNEXVM CERVICE FERENS, HVMEROQ. PARENTEM.] *Innexum* ſit *ium-*

φ.κότα, ἀπρίξ: *Innixum*, quod alijs eſt exemplaribus, Scipionum nomini accommodatiùs, de quo Macrobius lib. 1. c.6. & hiſtoriæ hic a Silio relatæ, libróq. ſexto extremo:

> — *fugiat Conſul manante cruore*
> *Scipio, & ad ſocios nati ceruice vehatur.*

Meminit & huius pietatis Statius lib.3. Syl. in Lacrymas Etruſci.

PIETASQ. INSIGNIS, ET ÆTAS.] Eóque magis, quod coronam ciuicam *Africanus de patre accipere noluit apud Trebiam*, Plin. lib.16. c.4. Quod facinus ad Trebiam quoque ponit Polyb. lib.15. Silius ad Ticinum, & Val. Max. lib.5. c.4. *Conſulem enim eum apud Ticinum fluuium aduerſis auſpiciis cum Annibale pugnantem grauiter ſaucium interceſſu ſuo ſeruauit.*

NVLLA TAMEN LONGO TANTA.] Vide Senecam lib. 3. de Benef. c. 33. non diſpar huic tantæ pietati pretium reponentem.

MACTE, ô MACTE INDOLE SACRA.] Edito quo ſtratagemate iſtæ voces honorificentiſſimæ reddebantur. Iterum Sil. lib. 10. ac 12. Liuius lib. 2. *Iuberem* MACTE VIRTVTE *eſſe, ſi pro me patria iſta virtus ſtaret.* Vide Senecam epiſt.67. Accius Philoctela:

> *Macte his armis, macte virtute patrum.*

IAMQVE DIES RAPTI CVRSV, VARIOQ. LABORE.] Scribe, *Raptus*, vt intercurſantes acies diem ſibi non ſenſerint eripi. Niſi ſi mauis *Actus*.

*Condebat noctem deuexo Cynthia curru*
*Fraternis afflata rotis, & ab æquore Eoo*
*Surgebant roſeæ media inter cærula flammæ.*
*At Conſul triſtis campos, Pœníſque ſecundam*
*Planitiem metuens, Trebiam, colléſq. petebat.*
*Iámque dies rapti curſu, varioq. labore,*
*Et medio abruptus fluitabat in amne ſolutis*
*Pons vinclis, qui Dardanium tranſuexerat agmen.*
*Eridani rapidas aderat cùm Pœnus ad vndas.*
*Dúmque vada, & molles aditus, per deuia flexo*
*Circuitu petit, & ſtagni languentia quærit,*
*Interdum rapta vicinis ſaltibus aluo*
*Flumineam texit quà tranſuehat agmina claſſem,*
*Ecce aderat, Trebiæq. ſimul vicina tenebat*
*Trinacrio accitus per cærula longa Peloro*
*Gracchorum proles Conſul, gens inclyta, magno*
*Atque animoſa viro, multúſque in imagine claris*
*Præfulgebat auus titulis, belliq. domiq;.*
*Nec Pœni poſitis trans amnem in gramine caſtris*
*Deerant. nanq; animos ſtimulabant proſpera rerum,*
*Increpitánſque ſuper ductor. quis tertius vrbi*

*Sic ait, intorquens directo turbine robur,*
*Et dirum tota tranſmittit cuſpide lumen.*
*Nec leuior dextra generatus Amilcare ſæuit.*
*Huic cadit infelix niueis Varrenus in armis*
*Meuanus Varrenus, arat cui diuitis vber*
*Campi fulginea, & patulis Clitumnus in aruis*
*Candentes gelido profundit flumine tauros.*
*Sed triſtes Superi, atq; ingrata maxima cura*
*Victima Tarpeio fruſtra nutrita tonanti.*
*Inſtat Iber leuis, & leuior diſcurrere Maurus*
*Hinc pila, hinc Libyeæ certant ſubtexere cornus.*
*Denſa nube polum, quantúmq; intertacet æqui*
*Ad ripas campi, tantum vibrantia condunt*
*Tela, nec arctatis locus eſt in morte cadendi.*
*Allius Argyripa, Dauníq; profectus ab aruis*
*Venator rudibus iaculis, & Iapyge campum*
*Perſultabat equo, medióſq. inuectus in hoſtes*
*Appula non vana torquebat ſpicula dextra.*
*Huic horret thorax Samnitis pellibus vrſæ,*
*Et galea annoſi vallatur dentibus apri.*

VT TORRENS CELSI PRÆCEPS. ] Ita Gracchus. Lucan. li. 4.

*— & opum metuenda facultas*
*Tranſuerſo mentem dubiam torrente tulerunt.*

Salluſtius:: *Maiorum mores non paulatim, vt antea. ſed torrentis modo præcipitati:* Velleius: *Intelligo mihi in hac tam præcipiti feſtinatione, quæ me rota, proniq; gurgitis, ac verticis modo nuſquam patitur conſiſtere.*

GNAROS BELLI, VETERESQVE LABORVM. ] Emendationem hanc ſciant poſteri eſſe Lipſii viri termaximi in lib. I. Taciti, cuius lib. 5. additamentum eſto: *Scientiæ, cerimoniarumque vetus.*

PROFVNDIT FLVMINE TAVROS. ] Editio Par. *Perfundit.* rectiùs.

ALLIVS ARGYRIPA, DAVNIQVE PROFECTVS AB ARVIS. ] Strabo l. 6. Argyripam docet à Diomede conditam, ac de nomine hæc: Ἐκαλεῖτο δ' ἐξ ἀρχῆς Ἄργος ἵππιον, εἶτ' Ἀργυρίππη, εἶτα νῦν Ἄρποι. *Olim Argos Hippium nominabatur, poſt Argyrippa, tandem hodie Arpi.* Lycophron de Diomede:

Ὁ δ' Ἀργυρίππαν Δαυνίων παγκληρίαν
Παρ' Αὐσονῖτιν φυλαμὸν δομήσεται.
*Hic Argyrippam, Daunióſque contigit*
*Sors, præter Auſoniæ domabit incolas*

Dauni autem arua metiamur ex Antonio Liberali Metamorphoſi triceſima tertia: *Exercitum, atque vnà terram tripartitam eſſe voluerunt, & à ſe Daunios, Pencetios, Meſſapios denominarunt. A Taranto ad extrema vſque Italiæ Meſ-*

*ſapiorum regio protenditur, in qua Brunduſium: quidquid vicinum* T*arentum complectitur, Peucetiorum ſunt fines: vlterius ad mare porrigũtur Daunij, Genti commune nomen Japyges*: ſtudio breuitatis Græca prætermitto. Liberalis profectò diſtinctius Plinio li.3.c.5. *Calabriam*, inquit, *peninſulam emittens. Græci Meſſapiam à duce appellauere, & ante* Peucetiam à Peucetio *Oenotri fratre. Dauni arua* porrò Apulia Strabo li.5. Ἐπὶ τοὺς Ἀπούλους, οὓς οἱ Ἕλληνες Δαυνίους καλοῦσι. *Ad Apulos, quos Daunios Græci dicunt*. Plin.li.3.c.11. *Huic Apulia Dauniorum cognomine à duce Diomedis ſocero.* Ex Liberale poſſit expleri defectus Polybii locus lib.3. Τὴν Ἰαπυγίαν. ἧς διῃρημένης εἰς τρεῖς ὀνομασίας, καὶ τὴν μὲν προσαγορευομένων Δαυνίων, τὴν δὲ Μεσσαπίων, εἰς πρώτην ἐνέβαλε τὴν Δαυνίαν. *Cùm Iapygia in tres partes varijs affectas nominib. diuiſa ſit, in Daunios, Meſſapios, Peucetios, in Dauniam primùm irrupit.* Adde tertium membrum τὴν δὲ Πευκετίων. Conſulatur Sext. Pompeius verbo *Daunia*.

ET GALEA ANNOSI VALLATVR DENTIB. APRI. ] Æneid.11.

> — *caput ingens oris hiatu,*
> *Et malæ texere lupi cum dentibus albis.*

Vallari in talibus Poëtis amica vox. Ouid.de Sole.

> *Quòd ſit auus radiis frontem vallatus acutis.*

Seneca:

> — *ſæua Tiſiphone caput*
> *Serpentibus vallata*

*Verum vbi turbantem, ſolo ceu luſtra pererret*
*In nemore, aut agitet Gargano terga ferarum,*
*Hinc Mago, hinc ſæuus pariter videre Mahârbal,*
*Vt ſubigente fame diuerſis rupibus Vrſi,*
*Inuadunt trepidum gemina inter prælia taurum,*
*Nec partem prædæ patitur furor: haud ſecus acer*
*Hinc atq. hinc iaculo deuoluitur Allius acto.*
*It ſtridens per vtrunq; latus Mauruſia taxus.*
*Obuia tum medio ſonuerunt ſpicula corde,*
*Incertúmq. fuit lethum, cui cederet haſtæ.*
*Et iam diſperſis Romana per agmina ſignis*
*Palantes agit ad ripas (miſerabile) Pœnus*
*Impellens trepidos, fluuióq. immergere certat.*
*Tum Trebia infauſto noua prælia gurgite feſſis*
*Inchoat, & precibus Iunonis ſuſcitat vndas.*
*Haurit ſubſidens fugientum corpora tellus,*
*Inſidáq. ſoli fruſtrata voragine ſorbet:*
*Nec niti, lentóq. datur conuellere limo*
*Merſa pedum penitus veſtigia, labe tenacè*
*Hærent deuincti greſſus, reſolutáq. ripa*
*Implicat, aut cæca proſternit fraude paludis.*

*Iámque alius ſuper, atq. alius per lubrica ſurgens,*
*Dum ſibi quiſq. viam per inexplicabile littus*
*Præripit, & putri luctatur ceſpite, lapſi*
*Occumbunt, ſeſéque ſua preſſere ruina.*
*Ille celer nandi, iamiámq. apprendere tuta*
*Dum parat, & celſo connixus corpore prenſat*
*Gramina ſumma manu, liquidíſq. emergit ab vndis,*
*Contorta ripæ pendens affigitur haſta.*
*Hic hoſtem orbatus telo complectitur vlnis,*
*Vndantémq. vado permixta morte coërcet.*
*Mille ſimul lethi facies. Ligus occidit aruis.*
*Sed proiecta viri lymphis fluuialibus ora*
*Sanguineum hauſerunt longis ſingultibus amnem.*
*Enabat tandem medio vix gurgite pulcher.*
*Irpinus, ſociúmq. manus clamore vocabat.*
*Quum rapidis illatus aquis, & vulnere multa*
*Impulit aſper equus, feſſúſq. ſub æquora merſit.*
*Accumulat clades ſubito conſpecta per vndas*
*Vis elephantorum turrito concita dorſo.*
*Nanq. vadis rapitur præceps, ceu proruta cautes*
*Auulſi montis, Trebiámq. inſueta trementem*
*Præ ſe pectore agit, ſpumantiq. incubat alueo.*
*Explorant aduerſa viros, pérq. aſpera duro*
*Nititur ad laudem virtus interrita cliuo.*

VT SVBIGENTE FAME DIVERSIS PARTIB. VRSI INVADVNT... TAVRVM.] De pugna vrſæ eſurientis Ælianus hæc l.6. de Animal c.9. Ταύρῳ δὲ λιμώττουσα (ἄρκτος) ὅταν ἐντύχῃ κατὰ μὲν τὸ καρτερόν, καὶ ἐξ εὐθείας οὐ μάχεται. περιπαλαίει δὲ καὶ τοῦ τένοντος λαβομένη κλίνει, καὶ ἅμα ἐσθίει. ὁ δὲ πιέζεται, καὶ μυκᾶται, καὶ τελευτῶν, ἀπεῖπε, καὶ κεῖται καὶ ἐκείνη ἐμπίπλαται: *Vrſa præ fame ſi taurum inuaſerit, non toto robore, nec rectà pugnat: ſed per obliquum capto impetu ceruicem dente petit, reclinat, vorat; ille preſſus mugit, tandémque fatigatus ſuccumbit: vrſa verò expletur.*

VIAM PER INEXPLICABILE LITVS.] Coniurant in vitium codices: & Marſi, Modii, Heynſii vbi ſunt? Scribendum: *Inextricabile, Inexſuperabile, Ineluctabile*, ſimileve. Quid Poëtæ ſederit, quis coniector efferat:

IAM IAMQVE APPRENDERE TVTA DVM PARAT] Vicina ſunt illa Palinuri Æneid.6.

*— & iam tuta tenebam.*
*Prenſantémque vncis manibus capita aſpera montis*
*Ferro inuaſiſſet*

VNDANTEMQVE VADO.] Fluitantem, vt *Vndantia loca* Ma-

*antiqua leuiter coniectura noſtra adiuta: Et famæ nudam.* Dictionem hanc agnoſco: ex Ouidio Metam. 12.

*— — nudus*

*Arboris Othrys erat.*

quem non producit ille: huc tamen vt infulciatur, nondum mihi deliberatum eſt.

Sed & *Perdere mortem* Modius amplectitur, vtque exponat commodè, torquetur. Alterum expeditiſſimum eſt, & inexpugnabile.

TYRRHENAQ. PERNECET HASTA.] Modius: *permeet.* Plus habet neruorum *Pernecet.*

CLAVSIT MAGNA DEPRESSA RVINA.] Modius:

*— clauſit magna vada preſſa ruina.*

Pulſæ tenebræ: ſed ciuium carmen hoc? Silii non opinor. *Clauſit* pro *Defecit.* Sic apud Terentiũ legunt nonnulli: *Quando ſenſiſti officium, in te claudier meum?* Vel *Clauſit* pro *Clauſa* eſt, ſiue occæcata beſtia. ſuprà:

*— — dextróque in lumine ſiſtit*

*Spicula ſaua fera, telúmq. in vulnere liquit.*

Hoc verbum iſtud priſcis valuit: ex quo Scripturæ ſacræ interpres Iſaiæ c. 61. v. 1. *Clauſis apertionem*: Græcè eſt: Τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Silius etiam ἐνεργητικῶς vſurpauit lib. 15.

*— quid ceſſas clauſiſſe* (finire) *labores*

*Ingentis belli?*

HINC TORQVET RAPIDO.] Rei ſeries cogit ſcribi: *Huic.*

CORPORIBVS, CLYPEISQ. SIMVL, GALEISQ. CADENTVM CONTEGITVR TREBIA.] Simile illud Mantuani vatis lib. 1.

*— vbi tot Simoïs correpta ſub vndis*

*Scuta virûm, galeaſq. & fortia corpora voluit.*

LONGO FERRI TENVATA MVCRONE PROCEDIT CVSPIS.] Pili, quod ita deſcribit, ac metitur Dionyſ. lib. 5. Ξύλα περιμήκη τε, καὶ χειροπληθῆ τριῶν οὐχ ἧττον ποδῶν σιδηροῦς ὀβελίσκους ἔχοντα προύχοντας κατ' εὐθεῖαν ἑκατέρωθεν ἀπ' ἄκρων μετρίοις ἀκοντίοις ἴσα σὺν τῷ σιδήρῳ. *Ligna prælonga, quæ manum impleant, minimùm tres longa pedes, ferreis veruculis directim ab vtraq. parte prominentib. modicis ferratis iaculis æqualia.* Ex veru præfixo dicta *Veruta*, Sex. Pompeius. Etiam à pondere vires incrant pilo. Lib. 5. pilis appetiti Pœni:

*— fixóſque repulſi*

*Summittunt clypeos curuati pondere teli.*

NEC IACTO QVÆSITA QVIES.] *Iacto*, βληθέντι; proſtrato, deiecto. Sic ego. Modius *Letho* reponebat. Theodoro Marcilio vtriuſque Mineruę ὄζῳ poſitum viſum eſt *Iacto* pro *Iactato.* Sic enim, inquiebat & *Laxus* pro *Laxatus*, aliáque non pauca: idque Priſciani auctoritate.

ERIDANO, TREBIA, ERIDANVS DEDIT ÆQVORIS VNDIS ILLABIQVE PADO DABITVR.] Tibi, ô Trebia. Silius ergo ſenſit Eridanum, & Padum vnius eſſe fluuii vocabula, qui cum congruere Diodorum lib. 5. comperiere: τὸ νῦν Πάδον καλούμενον ποταμὸν, τὸ δὲ παλαιὸν Ἠριδανὸν προσαγορευόμενον. *Cùm fluuius hodie Padus dicatur, qui Eridanus olim appellabatur.* Eámque opinionem ſuo tempore receptam in vulgus docet Euſtathius in Dionyſium. Appia-

*Scinditur in rimas, & hiatu rupta dehiſcit*
*Tellus,ac ſtagnis alta ſedere fauillæ,*
*Miratur pater æternos ceſſare repente*
*Eridanus curſus,nympharúmq; intima mœſtus*
*Impleuit chorus attonitis vlulatibus antra.*
*Ter caput ambuſtum conantem attollere iacta*
*Lampade Vulcanus merſit fumantibus vndis.*
*Ter correpta Dei crines nudauit arundo.*
*Tum demum amiſſæ vires,& voce precantis,*
*Orantíq; datum ripas ſeruare priores.*
*Ac tandem à Trebia reuocauit Scipio feſſas*
*Munitum in collem Graccho comitante cohortes.*
*At Pœnus multo fluuium veneratus honore*
*Gramineas vndis ſtrauit ſocialibus aras.*
*Neſcius heu quanto ſuperi maiora mouerent,*
*Et quos Auſoniæ luctus Thraſimene parares.*
*Boiorum nuper populos turbauerat armis*
*Flamminius, facilisq. viro tum gloria belli*
*Corde leuem,atque aſtus inopem contundere gentem.*
*Sed labor haud idem Tyrio certaſſe tyranno.*
*Hunc læuis vrbi genitum ad fatalia damna*
*Ominibus,parat imperio Saturnia feſſo*
*Ductorem,dignúmq; virum veniente ruina.*
*Inde vbi prima dies iuris,clauúmq; regendæ*
*Inuaſit patriæ,& ſub nutu caſtra fuere,*
*Vt pelagi rudis,& pontum tractare per artem*
*Neſcius,accepit miſeræ ſi iura carinæ,*
*Ventorum tenet ipſe vicem, cunctiſq; procellis*
*Dat iactare ratem,fertur vaga gurgite puppis*
*Ipſius in ſcopulos dextra impellente magiſtri.*
*Ergo agitur raptis præceps exercitus armis*
*Lydorum in populos,ſedémque ab origine priſci*
*Sacratam Corithi,iunctóſq; à ſanguine auorum*
*Mæonios Italu permixta ſtirpe colonos.*
*Nec regem Aphrorum noſcenda ad cœpta moratur*
*Laude ſuper tanta monitor Deus:omnia ſomni*
*Condiderant,ægriſque dabant obliuia curis,*
*Cùm Iuno in ſtagni iuuenem conuerſa propinqui,*
*Et madidæ frontis crine, circundata fronde*

*Populea ſtimulat ſubitis præcordia curis,*
*At rumpit ducis haud ſpernenda voce quietem:*

TALIN' ME LETHO.] Inter aquas. Heſiod. lib. 2.

Δεινὸν δ' ἐστὶ θανεῖν μετὰ κύμασι.
*Inter aquas periſſe graue eſt.*

Mortis hoc genus horrent Argonautæ apud Flaccum, Achilles Iliad. φ. Vlyſſes in Odyſſea, Æneas lib. 1. operis cognominis, Ouidius ipſe lib. 1. Triſt. Eleg. 2. Quianam? an prædam venire piſcibus verebantur? an hac ratione, quibus *igneus eſt vigor, & cœleſtis origo*, exſtingui rebantur? an quia *nil nobile auſos pontus, ac vnda ferent*? Senec. Agame. an quia merſis aqua minùs eſt ſperabilis honor ſepulcri? Singulatim fidem adſtruemus in tempore.

CONIVGIS INVICTI VIRES AGIT, VNDIQ. FLAMMAM.] Homeri inuentum, qui Scamandri æſtum, ac inundationem torrentiſſimam inimico ignis à Vulcano exciti æſtu reſtinguit, & deprehenſo penéque obruto fluuii violentia Achilli præces affingit, cuiuſmodi noſter Scipioni, Iliade 21. Profuerit loca contendiſſe, cui ludus iſte placet.

NVTRITAS FLVVIO POPVLATVR FERVIDVS VNDAS.] *Vmbras* Modius: robur illi multiplex à Silio:

*Vritur omne nemus, lucóſq.* item:
*Iámq. ambuſta comas abies, iam pinus, & alni,*

Vmbras autem arbores vmbrantes interpretatur. Sed & vulgariæ lectioni patrocinatur Silius:

*Flamma vorax imo penitus de gurgite tractos*
*Abſorbet latices.*
*Miratur pater æternos ceſſare repente*
*Eridanus curſus.*

Non ſolum fauillarum affluentia curſum amnis requieuit: verùm magis exinanitus aquis, exinanitus vi ignis, qui

*Nutritas* (in) *fluuio populatur feruidus vndas.*

Nihilominus velim *Vmbras* adſerere, & *Vndas* diffluere: nam quæ *Vmbris* faciunt, verſui examinato proximiora ſunt. Sic etiam loquitur in Hippolyto Seneca:

— *vt nunc cauæ frigora brumæ*
*Nudent ſyluas: nunc arbuſtis Redeant vmbræ.*

BOIORVM NVPER POPVLOS.. FLAMMINIVS.] Cùm Galli Aſtriouico duce vouiſſent de militum Romanorum præda Marti ſuo torquem, *intercepit Iupiter votum*, inquit Flor. lib. 2. c. 4. *nam de torquibus eorum aureum tropaum Ioui Flamminius erexit.* Hoc exiſtimo à Silio *gloriam belli* vocari. Belli huius & victoriæ meminit in Marcello Plutarchus.

ASTVS INOPEM CONTVNDERE GENTEM.] Tacitus: *Gens non aſtuta, nec callida, aperit adhuc ſecreta pectoris.*

TYRIO CERTASSE TYRANNO.] Annibalem ſepicule regis nomine decorat Poeta: hîc itidem ἀφήμως capio; præſertim quia Maronem id ſequi videtur:

*Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.*

Strabo li.7. Ἐκαλοῦντο δ' οἱ τύραννοι, καίπερ οἱ πλείους ἐπιεικεῖς γεγονότες: *Tyranni vocabantur, etſi plures æqui boniq́ue fuerint.* Seneca lib. 1. de Clementia ca. 12. *Tyrannus autē à rege diſtat factu, non nomine.* D. Aug. li.5. de Ciuit. c.19. *Tyranni* verò inominalis appellatio fluxit à Tyrrhenis, ſi Feſto credimus: *Turrhenos Etruſcos appellari ſolitos ait Verrius à Turrheno duce Lydorum à cuius gentis præcipua crudelitate etiam tyrannos dictos*: Alii à Tyriis.

IVNCTOSQVE A SANGVINE AVORVM. ] *Αἱμομιξίαν* id Græci vocant. De re libro inſequente, ipſo in limine.

CVM IVNO IN STAGNI IVVENEM CONVERSA PROPINQVI. ] In quem *iuuenem*? Thraſimenum. Silius fine orationis Iunoniæ:

*Nāmque ego ſum celſis, quem cinctum montibus ambit*
*Tmolo miſſa manus ſtagnis Thraſimenus opacis.*

& lib.5. Thraſimenum

*Litore correptum ſtagnis demiſit Agylle.* *Nympha*

Nec nouum fœminas mentiri viros, Homero Pallas fit Mentes, Virgilio Iuturna Metiſcus. Satis, ſupérque Silius indicat vocibus *ſtagni propinqui*: nam quod aliud ſtagnum propinquum? qui lacus his oris? In aliam tamen lectionem Colonienſes paginæ tolluntur, quibus eſt: *ſtagni numen*: lectio non furcillis exigenda: potior tamen altera, quod Agylle nympha ſtagni quoque ſit numen, & Silius numen illud velit Thraſimenum.

*O felix famæ, & Latio lacrymabile nomen*
*Annibal, Auſoniæ ſi te fortuna creaſſet*
*Ad magnos venture deos, cùm fata tenemus,*
*Pelle moras: breuis eſt magni fortuna fauoris.*
*Quantam vouiſti cùm Dardana bella parenti*
*Iurares, fluet Auſonio tibi corpore tantum*
*Sanguinis, & patrias ſatiabis cædibus vmbras.*
*Nobis perſolues merito ſecurus honores,*
*Nánq. ego ſum celſis, quem cinctum montibus ambit*
*Tmolo miſſa manus, ſtagnis Traſimenus opacis.*
*His agitur monitis, & lætam numine pubem*
*Protinus aerij præceps rapit aggere montis.*
*Horrebat glacie ſaxa inter lubrica, ſummo*
*Piniferum cælo miſcens caput Apenninus:*
*Condiderat nix alta trabes, & vertice celſo*
*Canus apex ſtricta ſurgebat ad aſtra pruina.*
*Ire iubet, prior extingui, labiq. videtur*
*Gloria poſt Alpes, ſi ſtetur montibus vllis.*
*Scandunt prærupti nimboſa cacumina ſaxi,*

*Cùm Gætula ducem portaret bellua luſcum.*

Marc. Tull. li. 1. de Diuin. *Annibalem Cælius ſcribit, cùm columnam auream quæ eſſet in fano Iunonis Laciniæ, auferre vellet, dubitarétque vtrum ea ſolida eſſet an extrinſecus inaurata, perterebrauiſſe: cúmque ſolidam inueniſſet, ſtatuiſſetque tollere, ſecundum quietem viſam eſſe Iunonem prædicere, ne id faceret, minitarique ſi id feciſſet, ſe curaturum vt eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret.* Hic Silius, & Liuius li. 22. Cornelius verò Nepos paulum abit in diuerſum: *Adeo graui morbo afficitur oculorum, vt poſtea nunquam dextro æquè bene vſus ſit.*

FLAGRANTIB. ARIS (INFANDVM DICTV!) PARVOS IMPONERE NATOS.] Meritiſſimo iure *funeſta ſacra* Cartaginienſium vocauit Silius l. 2. & l. 1. diros *templi ritus, adſperſáque tabo limina.* Peſcenius Feſtus in libris Hiſtoriarũ per Satyram refert Cartaginienſes Saturno humanas hoſtias ſolitos immolare, & cùm victi eſſent ab Agathocle rege Siculorum iratum Deum ſibi putauiſſe. Itaque vt diligentius piaculum ſoluerent ducentos nobiliũ filios immolaſſe. Reperies id apud Diod. quoq; l. 20. Ennius Annali primo.

*Poinei ſunt ſolitei ſos ſacrificare puellos.*

De qua immanitate vbertim ibi, ac reconditè Hieronymus Columna æternum Italiæ decus. Lege Plutarchi Theſeum, & noſtras ad Baſilium Seleuciæ Notas. Infamat & Albanos Strabo lib. 11. Ægyptios l. 3. contra Hæreſes Epiphanius exactè. Gallos Cæſar l. 6. de Bello. Tullius Orat. pro M. Fonteio, Plin. l. 30. Omnium vberrimè Euſebius l. 4. de Euangelica Proparaſceue, vbi moris impii obſeruantes ſcribit Cartaginiẽſes, & eorum maiores Phœnices, Rhodios, Salaminios, Heliopolitas, Chios, Tenedios, Lacedæmonios, Curetas, Laodicenſes, qui in Syria, Arabes, Tauros, Scythas, Thracas, Pellenſes, Lyctios, Lesbios, Phocenſes, Tyrrhenos, Romanos, Italos, Celtas, Græcos vniuerſos. Sed vt ad Cartaginienſes reuoluamur, culpantur & à Lactantio l. 1. de falſa Religione, Curtio l. 4. *quod ſacrilegium,* inquit, *verius quàm ſacrum,* à Dionyſio Halicarnaſſeo l. 1. Macrobio, Arnobio l. 8. contra gentes, qui cerimoniam ſacris iſtis exſecrandis adhibitam docet: *Meritò ei* (Saturno) *in nõnullis Africæ partibus à parẽtibus infantes immolabantur blanditiis, & oſculo cõprimente vagitum, ne flebilis hoſtia immolaretur.* Flere ideo inominale, quòd nõ volẽtes parẽtũ deuotioni viderẽtur obſequi.

SACRA TOANTEÆ, RITVSQVE IMITATA DIANÆ.] Dianæ Tauricæ humana litatum hoſtia prodidere. Strabo l. 5. Euſeb. l. 4. ſuprà, Cicero Tuſculanis, Ouid. ſexcentis locis. Itẽ Dianæ Aricinæ, ſiue Nemorali, ſiue Nemorenſi prodiximus. Quæ cognomẽto *Taurica,* Græcis Ταυρώ dicta, Heſich.

ASPAR AD HÆC FOEDATA GENAS.] Non ignoro *Aſpar* viri eſſe proprium, didici ex libro extremo Salluſtii de Iugurthino, & Photio c. 79. Verùm hic diſconuenire pronuncio. Lectori impoſuit ſimilium Punicorum nominũ congeries. *Geſtar, Boſtar, Amilcar, Gabar.* Scribo ergo: *Aſpera ad hæc f. g. . . Imilce.* Eodem fert Modii correctio: *Aſperat hæc f. g.* Lilius Gyraldus Syntag. 17. putauit *Aſpar* filium Imilces, & Annibalis. ἀστόχως. Potius cõiiciendum fuit Imilces eſſe parentẽ, quaſi dictum *Imilce* τοῦ *Aſpar* quod aſperrimũ iudico hoc equidẽ loco. Gyraldũ ſequi videtur Mariana. li. 2. c. 12.

QVÆ PORRO HÆC PIETAS.] Curt. l. 4. *Sacrum quoque quod equidem diis minimè cordi eſſe crediderim.* vide reſtantia.

*Spes ô nate meæ, Tyriarumque vnica rerum*
*Heſperia minitante ſalus, terráq;, fretóque,*
*Certare Æneadis, dum ſtabit vita, memento.*
*Perge, patent Alpes, noſtróque incumbe labori.*
*Vos quoque Dii patrii, quorum delubra piantur*
*Cædibus, atque coli gaudent formidine matrum,*
*Huc lætos vultus, totáſque aduertite mentes.*
*Nánque paro ſacra, & meliores molior aras.*
*Tu Mago aduerſi conſide in vertice montis.*
*Tu læuos propior colles accede Choaſpe.*
*Ad clauſtra, & fauces ducat per opaca Sychæus.*
*Aſt ego te Thraſimene vago cum milite præceps*
*Luſtrabo, & Superis quæram libamina belli.*
*Nánque haud parua Deus promiſſis ſpondet apertis,*
*Quæ ſpectata viri patriam referatis in vrbem.*

EDONIS VT PANGÆA.] Iſtius vocis modus alius in Claudiano lib. 1. de Laudibus Stiliconis:

— — *quoties ſub pellibus egit*
*Edonas hyemes.*

Vbi non rectè alii legunt *Edonias*, ſi Seruio fides hoc nomine carpenti Donatum, quòd Aeneid. 12. legat:

*Ac velut Edonij* Boreæ. —

Vbi legendum cenſet *Edoni*. Propertio lib. 1. Eleg. 3.

*Nec minùs aſsiduis Edonis feſſa choreis.*

Horatius lib. 2. Od. 7.

— — *non ego ſaniùs*
*Bacchabor Edonis.*

Lucanus cum Silio concinit:

*Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo.*

Ouid. lib. 2. Medicinæ:

*Ibat vt Edonio referens trieterica Baccho.*

Vbi fruſtra ſunt catillones, qui malunt: *Aonio.*

NATVRAM NESCIRE DEVM.] Seneca Hippolyto:

O *magna parens natura Deûm!* Orpheus:
Ὦ Φύσι παμμήτειρα Θεά.

IVSTA ITE PRECARI THVRE PIO.] Suffitionem è thure non antiquitùs Romanis vſitatam multa cum facunditate pertendit Arnob. lib. 7. Veteríſque moris veſtigium eſt in Plinii Prol. *Mola tantum ſalſa litant, qui non habent thura.* Itum ad Arabas igitur. ex Arabib. autem, quos penes eſt thuris legendi poteſtas, *Sacri* audiuere, Plin. l. 12. c. 14. Cum Silio congruit Macrob. l. 1. Sat. c. 7. *Nunquam fas fuit Ægyptiis pecudib. aut ſanguine, ſed precib. & thure ſolo placare Deos.*

MITE, ET COGNATVM EST HOMINI DEVS.] M. Tull. lib. 1. de legib. *Animum eſſe ingeneratum à Deo, ex quo verè vel agnatio nobis cum cæleſtib. vel genus vel ſtirps appellari poteſt.* Ibidem: *Homines Deorum agnatione, & gente tenentur.* Item in Somno Scipionis: *Deum te igitur ſcito eſſe: ſiquidem eſt Deus, qui viget, qui ſentit, qui meminit, qui prouidet, qui tam regit, & moderatur, & mouet id corpus, cui præpoſitus eſt, quàm hunc mundũ ille princeps Deus.* Arrian. Epicteti lib. 1. c. 3. 9. Polyb. Ecl. 25. Θεῶν, καὶ τῶν ἔγγιστα τούτοις πεφυκότων ἀνδρῶν ἐστι. Coronidis vicem Lucianus Βίων πρᾶσις. Ἀγ. Τί δαί οἱ ἄνθρωποι; Ηρ. Θεοὶ θνητοί. Ἀγ. Τί δαί οἱ Θεοί; Ἄνθρωποι ἀθάνατοι.

---

## IN LIB. V. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO

### *Claud. Dauſqueij Can. Tor.*

### COMMENTARIVS.

*C*EPERAT *Hetruſcos occulto milite colles*
*Sidonius ductor, perq; alta ſilentia noctis*
*Syluarum anfractus cæcis inſederat armis.*
*At parte è læua reſtagnans gurgite vaſto*
*Effigiem in pelagi lacus exundabat inerti*
*Et late multo fœdabat proxima limo,*
*Quæ vada Faunigenæ regnata antiquitus Auno,*
*Nunc voluente die Thraſimeni nomina ſeruant.*
*Lydius huic genitor Tmoli decus, æquore longe*
*Mæoniam quondam in Latias aduexerat oras*
*Tyrrhenus pubem, dederátque vocabula terris.*
*Iſque inſueta tuba monſtrauit murmura primus*
*Gentibus, & bellis ignaua ſilentia rupit.*
*Nec modicus voti, natum ad maiora fouebat.*
*Verùm ardens puero, caſtumq; exuta pudorem*
*(Nam forma certare Deis Thraſimene valeres)*
*Littore correptum ſtagnis demiſit Agylle*
*Flore capi iuuenum primæuo lubrica mentem*
*Nympha, nec Idalia lenta incaluiſſe ſagitta.*
*Sollicita viridi penitus fouere ſub antro*

*Naiades, amplexus vndoſáque regna trementem.*
*Hinc dotale lacus nomen, latéque hymenæo*
*Conſcia laſciuo, Thraſimenus dicitur vnda.*

QVÆ VADA FAVNIGENÆ REGNATA ANTIQVITVS AVNO.] Aunum è Fauno procreatum Silius *Faunigenam*: Maro à ſedibus *Appenninicolam* ſcripſit lib. 11.
— *Appenninicolæ bellator filius Auni.*
Membranæ *Arno* intolerandum in modum.

EFFIGIEM IN PELAGI.] E Tullio lib. 1. ad Q. Fratrem ep. 1. *Cyrus ille à Xenophonte non ad hiſtoriæ fidem ſcriptus, ſed ad effigiem iuſti imperij.*

EFFIGIEM IN PELAGI LACVS EXVNDABAT, INERTI ET LATE MVLTO FOEDABAT PROXIMA LIMO.] Lugdunenſe exemplar, *Humectabat*, deteriùs eſt. Non defuit, qui coniiceret *Inertis pelagi.* Sane ſi ingenium lacus conſulemus, pigro & inerti potius, quàm æſtuanti mari comparabimus. Verùm hoc loco Thraſymenus:
— *latè multo fœdabat proxima limo,*
*Corporib. galeiſq. virum.*
& armis, hauſerat quæ plurima, arctatus iter innantem ſummis aquis ſaniem, & limum funditus egeſtum latè effundebat in proxima. Nec tamen Poëta *Fundendi* voce vſus: quia nonnihil alienior limo, qui adſtricto quàm fluenti propior, ac idcirco legendum, vt antè,
— — *lacus exundabat, inerti*
*Et late m. f. p. limo.*

TYRRHENVS PVBEM, DEDERATQVE VOCABVLA TERRIS.] Antecedente libro:
— *iunctóſque à ſanguine auorum*
*Mæonios Italis permiſta ſtirpe colonos.*
Tertull. lib. de Spect. *Lydos ex Aſia tranſuenas in Etruria conſediſſe Timæus refert duce Tyrrheno, qui fratri ceſſerat* (ita reponunt, non *deceſſerat*) *regni contentione.* Deſinit in colubrum. Reſcribo, *Regni contentione*, Cæſaris, & Taciti voce. Nulla enim inter eos contentio ſuper regno dicitur eandem referentib. hiſtoriam, quos non grauatè dabo, quo verum pernoteſcat. Plinius lib. 3. c. 5. *Vmbros inde exegere antiquitus Pelaſgi. Hos Lydi, à quorum rege Tyrrheni, mox à ſacrifico ritu lingua Græcorum Thuſci ſunt cognominati.* Euſtathius in Dionyſium: Καλοῦνται δὲ Τυῤῥηνοὶ ἀπὸ Τυῤῥηνοῦ Λυδοῦ, υἱοῦ Ἄτυος, ὃ πολὺν λαὸν ὁ πατὴρ συνήσας ἐν καιρῷ λιμοῦ ἐξαπέστειλεν, ἀφ' οὗ ἡ χώρα Τυῤῥηνία ἐκλήθη, ιβ' πόλεις κτίσαντος, αἷς οἰκιστὴν ἐπέστησε Τάρκωνα. *Tyrrheni nominantur à Tyrrheno Lydo Atyos filio, cui multum populum fame graſſante cum parens commendaſſet, à ſe amiſit, ex quo prouincia Tyrrheniæ nomen inuenit: vrbes condidit duodecim, quib. frequentandis Tarcontem præfecit.* Vides prouidè, & capto conſilio rerum penuria, non fraterna contentione compulſum Tyrrhenum nouas ſedes quæritare? Idem leges Strab. lib. 5. Sed vtrique interpretem citabo Velleium lib. 1. qui & fortiò terras alias aditas vulg.: *Lydus & Tyrrhenus*, inquit, *fratres* (Atyos filii) *cùm regnarent in Lydia* (ergo patre iam victa functo, aut regni gubernacula filiis permittente, vel regni tædio, vel ſenio, vel amore ſuorum) *ſterilitate frugum compulſi, ſortiti ſunt, vter cum parte multitudinis patria decederet. Sors Tyrrhenum*

*contigit. Peruectus in Italiam & loco, & incolis, & mari nobile, ac perpetuum à ſe nomen dedit.* Nam à Tyrrheno Tyrrhenia, Tyrrheni, Tyrrhenum mare: adeo non iniuria Silius *dederátque vocabula.* Promtiorem Tyrrhenum ad regni contemtionem virtus faciebat, & *generoſo incoctum pectus honeſto.* Vnde eſt illud Æneid. 8.

*— vbi Lydia quondam*
*Gens bello præclara iugis inſedit Etruſcis.*

Coloniam hanc perducat Marcianus Heracleota:

— — Πελασγοὶ δ' εἰσὶν οἱ
Πρότερον κατοικήσαντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος,
Κοινὴν δὲ Τυρρηνοῖσι χώραν νεμόμενοι.
Τυρρηνίαν δ' ὁ Λυδὸς Ἄτυος ἔκτισεν
Τυρρηνὸς ἐπὶ τοὺς Ὀμβρικοὺς ἐλθών ποτε.

*— — Pelaſgi erant, prius*
*Ex Græcia coloniam quàm ducerent.*
*Habuere communem cum Etruſcis pòſt locum.*
*Tyrrheniam Lydus ſatus Aty condidit*
*Tyrrhenus, Vmbricas vt oras attigit.*

Vide apud Feſtum *Sardi venales*, & *Turrhenos Etruſcos.*

TVBA MONSTRAVIT MVRMVRA PRIMVS.] Elucidauimus ſcriptis in librum ſecundum. NAM FORMA CERTERE DIIS THRASYMENE VALERES.] Iliad. γ. de Helena:

Αἰνῶς ἀθανάτῃσι Θεοῖς εἰς ὦπα ἔοικεν.
*Eſt perquam ſimilis Diis immortalibus ore.*

STAGNIS DEMISIT AGYLLE.] Quę & Etruriæ vrbi nomen reliquit, in cuius vrbis nauali Pyrgis templum erat opulentiſſimum, in quod ſæuiit Dionyſii piceata manus teſte Diodoro lib. 5.

SOLLICITÆ VIRIDI.] Modius: *Solata* legit. aptius puero mulcendo: *Sollicitæ* amori, & ſtudio in Agyllen. Vt *neutrum* ineptum, ita τὸ *Sollicita* ſuffragio plurium codicum regnet.

THRASYMENVS DICITVR VNDA.] Variat nonnihil apud Polybium nomenclatio: lib. 3. Ταρσιμένην καλουμένην τὴν λίμνην. *Thraſymenum vocatum lacum.*

*Et iam curriculo nigram nox roſcida metam*
*Stringebat, nec ſe thalamis Tithonia coniux*
*Protulerat, ſtabátque nitens in limine primo*
*Cum minus annuerit noctem deſiſſe viator,*
*Quàm cœpiſſe diem, Conſul carpebat iniquas*
*Prægrediens ſigna ipſa vias, omniſq. ruebat*
*Mixtus eques, nec diſcretis lenia arma maniplis,*
*Inſertíque globo pedites, & inutile Marti*
*Lixarum vulgus, præſago cuncta tumultu*
*Implere, & pugnam fugientum more petebant.*
*Tum ſuper ipſe lacus denſam caligine cæca*

*Exhalans nebulam, late corruperat omnem*
*Proſpectum miſeris, atq. atra noctis amictu*
*Squalebat preſſum picea inter nubila cælum.*
*Nec Pœnum liquere doli. ſedet enſe repoſto*
*Abditus, & nullis properantem occurſibus arcet*
*Incuſtoditum mox irremeabile littus.*
*Nanq. ſub anguſtas arctato limite fauces*
*In fraudem ducebat iter, geminúmq. receptis*
*Exitium, hinc rupes, hinc undæ clauſtra premebant.*
*At contrà umbroſo ſeruabant vertice montis*
*Hoſtilem ingreſſum, refugos habitura ſub ictu.*
*Haud ſecus, ac vitreas ſolers piſcator ad vndas,*
*Ore leuem patulo texens de vimine naſſam*
*Cautius interiora ligat, mediámq. per aluum*
*Senſim faſtigans, compreſſa cacumina nectit,*
*Ac fraude arctati remeare foraminis arcet*
*Introitu facilem, quem traxit ab æquore, piſcem.*

CVM MINVS ANNVERIT NOCTEM DESISSE VIATOR QVAM COEPISSE DIEM. ] Modius: *Abnuerit.* Vtrouis verbo lux ambigua ſignificabitur. quę Homero eſt *ἀμφιλύκη νύξ, crepera nox.* Apollonio *ἄγχαυρον,* aliis *λυκόφως,* antiquiſſimis *λύκη,* ex quo *luci,* ſeu *lux,* teſte Macrobio l. 1. Sat. c. 17. Modiũ tamẽ ſequi mauelim, cùm ſit matutini, non veſpertini crepuſculi. *ὑπογραφή* Poteſt conſuli cum Homeri, & Apollonii Commentariis. Eam tempeſtatem Ouidius ingenioſè depinxit in Epiſtolis:

*— modò facta crepuſcula terris:*
*Vltima pars lucis, primáque noctis erat.*

Metam. 4.

*Iámq; dies exactus erat, tempúſque ſubibat,*
*Quod tu nec tenebras, nec poſſes dicere lucem:*
*Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.*

S. Cyprianus Sodoma:

*Et bicolor cœli facies de nocte, diéq; eſt.*

Eſt enim duplex *Crepuſculum,* & vtriuſque Heſperi. Porro *Crepuſculum* ambigua, dubiáque lux eſt Cenſorino interprete, qui *Crepera* dici ait omnia *dubia.* Iterum Ouidius:

*Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo*
*Aut vbi nox abijt, nec tamen orta dies.*

Huic Ouidiano propius reſponderet Modiana lectio: *Cùm minus abnuerit:* Et viator annuat, aut abnuat, dubitabit, quia *iam nocte pulſa dubius effulſit dies.* Oedipo Senecæ. Apollonius lib. 2. Arg. matutinum *Crepuſculum* venuſtè expreſſit:

*Ἦμος δ' οὔτ' ἄρπω φάος ἄμβροτον, οὔτ' ἔτι λίην*

MEDIAMQVE PER ALVVM

SENSIM FASTIGANS COMPRESSA CACVMINA NECTIT. ] Ita cuncti codices. Heynſius annotat: *Faſtigans* μονηρῶς *dicto.* Lecta mihi tamen apud Sidonium Apollinarem Carmine 2.

— *quanquam diademate crinem*
*Faſtigatus eas.*

*Ocyus interea propelli ſigna iubebat*
*Excuſſus Conſul fatorum turbine mentem:*
*Donec flammiferum tollentes æquore currum*
*Solis equi ſparſere diem, iámq; orbe renato*
*Diluerat nebulas Titan, ſenſimq; fluebat*
*Caligo in terras nitido reſoluta ſereno.*
*Tunc ales, priſcum populis de more Latinis*
*Auſpicium, cùm bella parant, mentéſq; deorum*
*Explorant ſuper euentus, ceu præſcia luctus*
*Damnabit veſci, planctúq; alimenta refugit.*
*Nec rauco taurus ceſſauit (flebile, ad aras*
*Immugire ſono, preſſámq; ad colla bipennem*
*Incerta ceruice ferens, altaria liquit.*
*Signa etiam effuſa certant dum vellere mole,*
*Teter humo lacera nitentum erupit in ora*
*Exultans cruor, & cædis documenta futuræ*
*Ipſa parens miſeris gremio dedit atra cruento:*
*Ac ſuper hæc diuûm genitor, terráſq; fretúmq;*
*Concutiens tonitru, Cyclopum rapta caminis*
*Fulmina, Tyrrhenas Thraſimeni torſit in vndas:*
*Littus & ætherea per ſtagna patentia flamma*
*Fumauit lacus, atq; arſerunt fluctibus ignes.*
*Heu vani monitus, fruſtráq; morantia Parcas*
*Prodigia! heu fatis Superi certaſſe minores.*

TVNC ALES PRISCVM ... AVSPICIVM, CVM BELLA PARANT. ] M. Tull. lib. 2. de Diuin. *Bellicam rem adminiſtrari maiores noſtri, niſi auſpicatò noluerunt.*. Valer. Maxim. lib. 1. ac 2. Idem Cicero lib. 1. de Diuin. vberius, vbi hanc ipſam refert auſpiciorum contentionem. Domi quoque tanta fuit auſpiciis reuerentia, vt ſi delecti milites præſtituta die non adeſſent auſpiciis impediti, legitima fuerit cauſa, Polyb. li. 6. Gell. lib. 16. ca. 4.

ALES ... DAMNABIT VESCI. ] Tum cœpta confieri nefas. Eiuſmodi verò aues autore Sext. Pompeio dictæ *Remores.* *Remores aues in auſpicio dicuntur, quæ actutum aliquid remorari compellunt.* Item *Inebræ.* Idem:

*Inebra aues, quæ in auguriis aliquid fieri prohibent: & prorſus omnia inebra appellantur, quæ tardant, vel morantur agentem.*

NEC RAVCO TAVRVS CESSAVIT FLEBILE AD AVRAS IMMVGIRE SONO. ] Pleriſque omnibus flebilis, & inominatus inter ſacrificandum viſus eſt tauri mugitus: Ionibus aliter. Strabo li. 8. Τότε γὰρ νομίζουσι καλλιερεῖν περὶ τὴν θυσίαν ταύτην Ἴωνες, ὅταν θυόμενος ὁ ταῦρος μυκήσηται. *Tum enim ſe perlitare eo ſacrificio Iones putant, cùm taurus inter operandum mugit,* Interpres.

BIPENNEM INCERTA CERVICE. ] Æneid. 2.

*Incertam excuſſit ceruice ſecurim.*

TAVRVS ... ALTARIA LIQVIT. ] Infauſta quoque ad aras tauri icti fuga. Æneid. l. 2.

*Quales mugitus fugit cùm ſaucius aram*
*Taurus & incertam excuſſit ceruice ſecurim.*

Plura Choulius de veteri Religione Romanorum.

SIGNA ETIAM EFFVSA TENTANT DVM VELLERE MOLE. ] *Tentant*, circumſpectè, nam prius effundunt, quod erat conſtipati ſoli, *effuſa mole*, deinde quia reapſe non vellerunt. M. Tullius 1. de Diuinat. *Ita ſigna conuelli, & ſe ſequi iuſſit. quo tempore cùm ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet mouere loco, nec quidquam proficeret, plures cùm acceſſiſſent: Flamminius re nunciata ſuo more neglexit.*

HVMO LACERA NITENTVM IRVPIT IN ORA EXVLTANS CRVOR. ] An horum idea Æneid. l. 3. ad Polydori tumulum præmonſtrata?

LITVS, ET ÆTHERIA PER STAGNA PATENTIA FLAMMA FVMAVIT LACVS. ] Modius: *Ictus.* Sed prodigii inſolentioris erit: *Intus & ætheria p. ſt. p. f. f. l.* ex eo: *Arſerunt fluctibus ignes*: vt aquæ ipſæ fulminatæ ignem pauerint. Fit quandoque non diſſimiliter arte, atque ingenio mechanicorum. Sic pene loquitur Val. Maximus lib. 3. c. 7. *Thraſimenum lacum dira inuſtum memoria.* Plinius l. 2. c. 107. *Thraſimenum lacum arſiſſe totum.* Verùm inuſtus ſit lacus, inuſta intima, cur non credibile quoque partem ripæ aduſtam? cur tunc non retinebitur antiqua lectio:

*Litus, & æth. p. ſt. p. ſt. fumauit lacus?*

quia corrigendi furor pleróſq; omnes Autores deprauauit. Quid quod Homerus Iliad. φ. ex quo hæc efficta, Vulcanum campum & litus primum deſiccare facit?

Πρῶτα μὲν ἐν πεδίῳ πῦρ δαίετο
*Primulùm in campo dominatur ignis.*

*Atq; hic egregius linguæ, noménq; ſuperbum*
*Coruinus, Phœbea ſedet cui caſſide fulua*
*Oſtentans ales proauitæ inſignia pugnæ,*
*Plenus & ipſe deûm, ſocium terrente pauore*
*Immiſcet precibus monita, atq; his vocibus infit.*
*Iliacas te per flammas, Tarpeiáq; ſaxa,*
*Per patrios Conſul muros, ſuſpenſáq; noſtræ*

Euentu

*Euentu pugnæ natorum pignora, cedas*
*Oramus Superis, tempúſque ad prælia dextrum*
*Opperiare, dabunt iidem tempuſque, diémque*
*Pugnandi, tantùm ne dedignare ſecundos*
*Expectare Deos, cùm fulſerit hora, cruentam*
*Quæ ſtragem Libya poſcet, tum ſigna ſequentur*
*Nulla vulſa manu, veſcíque interritus ales*
*Gaudebit, nullóſque vomet pia terra cruores.*
*An te præſtantem bellis fugit, improba quantum*
*Hoc poſſit fortuna loco? ſedet obuius hoſtis*
*Aduerſa fronte, ac circa nemoroſa minantur*
*Inſidias iuga, nec læua ſtagnantibus vndis*
*Effugium patet, & tenui ſtant tramite fauces.*
*Sit certare dolis, & bellum ducere cordi.*
*Interea rapidus aderit Seruilius armis,*
*Cui par imperium, & vires legionibus æquæ.*
*Bellandum eſt aſtu leuior laus indice dextra.*
*Talia Coruinus, primoréſque addere paſſim*
*Orantum verba, & diuiſus quiſque timori*
*Nunc ſuperos de Flamminio, nunc deinde precari*
*Flamminium, ne cælicolis contendere perſtet.*
*Acrius hoc accenſa ducis ſurrexerat ira,*
*Audiróque furens ſocias non deſore vires:*

CORVINVS, PHOEBIA SEDET CVI CASSIDE FVLVA OSTENTANS ALES.] *Caſside fulua* auratam aut æream intelligam? quippini? Strabo illo è lib. 7.

*Gens Cadmi Cleadas, fulua cui plurima paſsim*
*Caſside, & aurato fulgebat gemma monili.*

Hic enim totus auro nitens. Claudianus li. 2. de Raptu Proſerpinæ:

— *Tritania caſside fulua*
*Celatum Typhona gerit.*

Eadem *Minerua flaua* Ouidio eſt tutela Triſt. lib. 1. Eleg. 9.

— *& à picta caſside nomen habes.*

Errat igitur Heynſius, & vehementer errat, qui non viderit τὸ *fulua* necti cum *caſside*, eóque *furuam* alitem voluit. Non norat, coruum ab ingenio non eſſe non nigrum. Qui *coruus ales Phœbea* eſt: quia è coruo captantur augeria. Cicero 1. de Diuin. *Cur à dextra coruus, à ſiniſtra cornix faciat ratum?* Euclio Plautianus: *Non temerè eſt, quod coruus cantat mihi nunc à læua manu.* Hinc *Oſcen coruus* audit Horatio 3. Carm. Od. 27.

ALES PROAVITÆ INSIGNIA PVGNÆ.] Præter Hiſtoricos Liuium lib. 7. Florum lib. 1. c. 13. Gellium vide lib. 9. c. 11. Coruus Coruino galeæ fuit inſigne, Flamminio Scylla. Silius li[illegible]on alio:

*Scylla ſuper fracti contorquens pondera remi*
*Inſtabat, ſæuóſque canum pandebat hiatus.*

Inſigne ad galeam primus adiecit Ammon arietini capitis cornua. Diodor. lib. 3. Παραδεδόσθαι δὲ τὸν Ἄμμωνα χεῖν κριοῦ παράσημον ἐσχηκότα αὐτοῦ τὸ κράνος. *Traditum eſſe Ammonem arietis habuiſſe inſigne galeam occupantis.* Nec honori, ſed terrori quóque decus iſtud exquiſitum. Idem Diod. lib. 5. de Celtis: Κράνη δὲ χαλκᾶ περιτίθενται μεγάλας ἐξοχὰς ἐξ αὑτῶν ἔχοντα παμμεγέθη φαντασίαν ἐπιφέροντα τοῖς χρωμένοις. τοῖς μὲν γὰρ πρόσκειται συμφυῆ κέρατα, τοῖς δὲ ὀρνέων, ἢ τετραπόδων ζῴων ἐκτετυπωμέναι προτομαί: *Galeis ex ære ingentes circumponunt prominentias, eáq. re intuentium animos vehementer commouent. Quibuſdam enim connata adhærent cornua, quibuſdam auium, aut quadrupedum ferarum expreſſa formis ora.* Sic Ammonis in effigiem galeatus erat Hiarbos lib. 1. Silii:

*Tu quoq. fatidicus Garamanticus accola lucis*
*Inſignis flexo galeam per tempora cornu.*

Inſignita eſt & Liuii hiſtoria huius rei memoria lib. 27. *In arborem illatus* (Philippus Macedo) *impetu equi ad eminentem ramum cornu alterum galeæ perfregit. Id inuentum ab Ætolo quodam, perlatúmque in Ætoliam ad Scerdiletum, cui notum erat inſigne galeæ, famam interfecti regis vulgauit.*

ILIACAS TE PER FLAMMAS.] Lib. 4.

*Veſtaléſque focos.* —

Lucanus lib. 11.

— *& quorum lucet in aris*
*Ignis adhuc Phrygius.*

Dicta hæc Veſtæ periphraſi. Ouid. 6. Faſt.

*Nec tu aliud Veſtam, quàm viuam intellige flammam.* Iterúmq.
*Eſſe diu ſtultus Veſtæ ſimulacra putaui:*
*Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo.*
*Ignis inexſtinctus templo celatur in illo:*
*Effigiem nullam Veſta, nec ignis habent.*

D. Aug. lib. 7. de Ciuit. c. 16. non ignem quemuis, ſed leuiorem: *Veſtam quoq. ipſam propterea Dearum maximam putauerunt, quòd ipſa ſit terra, quamuis ignem mundi leuiorem, qui pertinet ad vſus hominum faciles, non violentiorem, qualis Vulcani eſt, ei deputandum eſſe crediderunt.* Plutarchus in Numa, & Camillo retulit eorum opinionem, qui rati ſunt Veſtalium curæ extra ignem nihil eſſe creditum. Orpheus ad Veſtam:

Ἑστία εὐδυνάτοιο Κρόνου θύγατερ βασίλεια,
Ἣ μέσον οἶκον ἔχεις πυρὸς ἀενάοιο μεγίστου.
*Regnatrix Veſta, & Saturni nata potentis,*
*Ignis perpetui, magnique tenens penetrale.*

Maro lib. 2. *Veſtam* diffindit, &, *æternum ignem*, aliíque.

SVSPENSAQ. NOSTRÆ EVENTV PVGNÆ NATORVM PIGNORA.] Suidas dixit ἀπὸ λεπτοῦ μίτου τὸ ζῆν ἠρτῆσθαι. *Tenui filo vitam pependiſſe.* Apud Plutarch. in Demoſthene: Γράμματα γὰρ ἐξέπεσεν αὐτοῦ (Demadis) δι' ὧν παρεκάλει Περδίκκαν ἐπιχειρεῖν Μακεδονίᾳ, καὶ σώζειν τοὺς Ἕλληνας, ὡς ἀπὸ σαπροῦ, καὶ παλαιοῦ στήμονος (λέγων τὸν Ἀντίπατρον) ἠρτημένους. *Eius exciderunt literæ, quibus Perdiccum hortabatur, Macedoniam vt inuaderet, Græcóſque ſeruaret* [illegible] *ut à putri veterique ſtamine (An-*

*tipatrum intelligebat) ſuſpenſi eſſent.*

TEMPVSQ. DIEMQ. PVGNANDI.] Volenti hæc ſeparare patet via generis, ac ſpeciei diſcrimine: nolenti ſubſidio erit par apud alios verboſitas. Apud Florum lib. 2. c. 9. *Statim, & è veſtigio itur in Syriam.* Liuium lib. 24. *Apertè ac propalam claues portarum repoſcunt.* Polyb. lib. 5. πρὸς δὲ ταῖς ἐπὶ τὸν Πτολεμαῖον παρασκευαῖς ὅλος, καὶ πᾶς ἦν, *In apparatu belli cum Ptolomæo totus, & omnis erat.* Apul. 11. Metam. *Ergo igitur imperiis iſtis meis animum intende ſolicitum.* Modium eapropter:

— *campóſque diémque.*

ſupponentem non exaudio. Et verò *pugna*, quàm *pugnandi campos* mauelim. Alioqui res nouas molienti pronum ſcriptu eſt:

— *tempúſque locúmque.*

trahíque in partes poteſt Polyb. lib. 3. Οὐ τόπον, οὐ καιρὸν προορώμενος, *Non locum non tempus prouidens.* de Flaminio.

SIT CERTARE DOLIS, ET BELLVM DVCERE CORDI.] Id Auguſtum ſeruaſſe eſt Appiani Annibalicis: Οὗ δὴ καὶ ὁ Σεβαστὸς ὕστερον πολλάκις ἐμέμνητο, οὐκ ὢν εὐχερὴς, οὐδ' ὅπῃ ἐς μάχας, ἢ μᾶλλον τέχνης τόλμῃ χρῆσθαι: *Cuius poſtea ſæpe meminit Auguſtus, cùm non magis vteretur audacia quàm arte, neque in prælia promtiſſim⁹.*

BELLANDVM EST ASTV.] Rationem dat Polybius lib. 9. Ὅτι μὲν οὖν ἐστι τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἔργων ἐλάττω τὰ προδήλως, καὶ μετὰ βίας ἐπιτελούμενα τῶν μετὰ δόλου, καὶ σὺν καιρῷ πραττομένων, εὐχερὲς τῷ βουλομένῳ καταμαθεῖν ἐκ τῶν ἤδη γεγονότων. *Rerum bello geſtarum quæ palam vique geruntur, iis, quæ cum dolo, & occaſione fiunt, minùs illuſtres eſſe pronum eſt volenti diſcere ex rebus modò geſtis.* Ex eo eſt additamentum Silii:

— *leuior laus indice dextra.*

LEVIOR LAVS INDICE DEXTRÆ.] Seu, cuius index eſt dextra. Nec propudioſa ſit diuinatio. *In duce*: ſed appoſitiſſima:

DIVISVS QVISQ. TIMORI.] Dictum, vt Iliad. Ι᾽ ἰῶτα:

Ὣς ἐδαΐζετο θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν.

*Sic in pectoribus animus diuiſus Achiuûm.*

Vbi Euſtathius: Οἱ δαΐζονται, ὃ ἐστι μερίζονται βουλαῖς. *Qui diuiduntur conſiliis, ſeu in partes eunt diuerſas.* Sic Baſil. Seleucenſis Orat. 1. de Abraham, cuius firmus, fixúſque, atque cum Dei voluntate conſentiens animus: Οὐκ ἐμερίσθη βουλεύμασιν. *Non eſt conſiliis diuiſus.*

NVNC SVPEROS DE FLAMINIO, NVNC DEINDE PRECARI FLAMINIVM, NE COELICOLIS CONTENDERE PERSTET.] Mihi ſic optatius: *Nunc ſuperos, ne Flaminio* contendere perſtent ſcilicet: immo ſuperi omnia in meli⁹ referant. Seneca in Hippolyto:

*Conuerte triſtes omnium in melius minas.*

Raphelengii editio prauè *Omnium.* Machab. li. 2. c. 5. viſis per inane equitibus, haſtatis, armatis, *omnes rogabant in bonum monſtra conuerti.* Ab eadem mente illud Flori lib. 2. c. 2. *P. Claudius conſul non ab hoſtibus, ſed à Diis ipſis ſuperatus eſt, quorum auſpicia contemſerat.* Superos igitur precantur Romani, ne cum Flaminio contendant, ne eum ſuperatum velint: & Flaminium, ne *cum cælicolis contendere perſtet* ſæua minantibus omnia.

FLAMINIVM, NE COELICOLIS.] Liuius lib. 21. *Non cum ſenatu modò, ſed cum*

*Dijs immortalibus C. Flaminium bellum gerere: comitia prætorum, & capitolium, & ſollemnem votorum nuncupationem fugiſſe, ne Latinas indiceret, Iouique Latiali commune ſacrum in monte Albano faceret.*

*Siccine nos, inquit, Boiorum in Bella ruenteis*
*Spectaſtis, cùm tanta lues, vulgúſque tremendum*
*Ingrueret, rupéſque iterum Tarpeia paueret?*
*Quas ego tunc animas, dextra quæ corpora fudi*
*Irata tellure ſata, & vix vulnere vitam*
*Reddentes imo? iacuere ingentia membra*
*Per campos, magníſque premunt nunc oſſibus arua.*
*Scilicet has ſera ad laudes Seruilius arma*
*Adiungat, niſi diuiſo viciſſe triumpho.*
*Vt nequeam, & decoris contentus parte quieſcam.*
*Quippe monent ſuperi, ſimiles ne fingite vobis*
*Claſſica qui tremitis, diuos, ſat magnus in hoſtem*
*Augur adeſt enſis, pulchrúmque & milite dignum*
*Auſpicium Latio, quod in armis dextera præſtat.*
*An Coruine ſedet, clauſum ſe Conſul inerti*
*Vt teneat vallo, Pœnus nunc occupet altos*
*Arreti muros, Corithi nunc diruat arcem?*
*Hinc Cluſina petat, poſtremo ad mœnia Romæ*
*Illæſus contendat iter? deforme ſub armis*
*Vana ſuperſtitio, Dea ſola in pectore virtus*
*Bellantum viget, vmbrarum me noctibus atris*
*Agmina circunſtant, Trebiæ qui gurgite, quíque*
*Eridani voluuntur aquis, inhumata iuuentus.*
*Nec mora, iam medio cœtu, ſigníſque ſub ipſis*
*Poſtrema aptabat nulli exorabilis arma.*
*Aere, atque æquorei tergo flauente iuuenci*
*Caſſis erat munita viro, cui vertice ſurgens*
*Triplex criſta, iubas effundit crine Sueuo:*
*Scylla ſuper fracti contorquens pondera remi*
*Inſtabat, ſauóſque canum pandebat hiatus*
*Nobile Gargani ſpolium, quod rege ſuperbus*
*Boiorum cæſo capiti illacerabile victor*
*Aptarat, pugnáſque decus portabat in omneis*
*Loricam induitur: tortos huic nexilis hamos*
*Ferro ſquama rudi, permixtóq. aſperat auro.*
*Tum clypeum quatit, aſperſum quem cædibus olim*

*Celticus ornarat cruor, humentíq; ſub antro*
*Ceu fœtum lupa permulcens puerilia membra,*
*Ingentem Aſſaraci cælo nutriebat alumnum.*
*Hinc enſem lateri, dextræq; accommodat haſtam.*
*Stat ſonipes, vexátq. ferox humentia frena,*
*Caucaſiam inſtratus virgato corpore tigrim:*
*Inde exceptus equo, quà dant anguſta viarum*
*Nunc hos, nunc illos adit, atq; hortatibus implet.*

QVÆ CORPORA FVDI. ] Quib. torques ademi. Flor. l. 2. c. 4. *Ariouiſto, duce vouere de noſtrorum militum præda Marti ſuo torquem. Intercepit Iupiter votum: nam de torquib. eorum aureum trophæum Ioui Flaminius erexit.* Vide Plut. in Flam. & Polyb.

IRATA TELLVRE SATA. ] Velut in fabulis Spartani, ſiue σπαρτοὶ quib. à ſatu nomen Euripidis veriloquio, irata tellure ſati fuere.

IACVERE IMMANIA MEMBRA. ] Plut. in Marcello: Οἱ δὲ τὴν ὑπώρειαν νεμόμενοι τῆς Ἰταλίας Ἴβηρες Κελτικὸν ἔθνος, μεγάλοι. *Qui ſubalpina accolunt Italiæ Iberes Celtica gens, vaſti ſunt.* Diodor l. 5. Florum audiamus li. 1. c. 13. de Gallis Senonibus: *Ipſa corporum mole, perinde ac armis ingentib. adeo omni genere terribilis fuit, vt planè nata ad hominum interitum, vrbium ſtragem videretur.* Ipſum illud eſt, quod Silius:

*Irata tellure ſata*

quaſi tum nouercam, non parentem ageret Tellus.

POENVS NVNC OCCVPET ALTOS ARRETI MVROS. ] Durabiliores Arreti muri, quòd è latere, Plin. l. 35. c. 14.

CORITI NVNC DIRVAT ARCEM. ] Euſtathius in Odyſſ. δ. opinionis eorum meminit, qui Coritum Alexandri, & Helenes filium voluere. Fuit is Thuſciæ regnator, & Coritum non procul Arretio condidit. Silio congruenter, qui alibi *ſedes Coriti* dixit. Æn. 3.

— *Coritum, ſedéſq; requirit*
*Auſonias;*

Meminitque li. 9.

AD MOENIA ROMÆ ILLÆSVS CONTENDAT ITER. ] Polyb. lib. 3. Τῆς μὲν χώρας καταφθειρομένης σχεδὸν ἕως πρὸς αὐτὴν τὴν Ῥώμην, *Regione deuaſtata ad ipſam ferè vſque Romam*, quę Flaminio dicta tribuit.

. DEFORME SVB ARMIS VANA SVPERSTITIO. ] Maſcula vox Hectoris Iliad. μ. Polydamantem auſpicem pari contentione refutantis:

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ πάτρης.
*Pro patria pugnare, volucris & optima, & vna.*

Capanei Thebaidos 3.

— *hodie volucrum quæ tanta poteſtas*
*Experiar.*

Curt. li 7. *Quo inhibito (extiſpice) non ira ſolùm, ſed etiam pudore confuſus, quòd ſuperſtitio quã celauerat, detegebatur.* Flaminio creſcebat audacia ex bello Gallico, in quo contemtis auſpiciis feliciter depugnauerat, nec ſine honore

triumphi, Plut. & Silius paſſim. Addit Plut. in Marcello ob auſpicia ſiniſtra Romam reuocatum, nec antè de induſtria ſoluiſſe literas quàm viciſſet. Ibidem docet, quanta religione Romani ſeruarint auſpicia. Dicit & Or. 3. in Antonium Orator: *Seruabant auſpicia reges.* Porro Romanos nunciatis etiam auſpiciis non ſecundis quandoque pugnaſſe mihi perſuaſum eſt ex illo Macrobii lib. 1. Satur. cap. 16. *Sciendum eſt tamen, eligendi ad pugnam diem Romanis tunc fuiſſe licentiam, ſi ipſi inferrent bellum. At cum exciperent, nullum obſtitiſſe diem, quo minus vel ſalutem ſuam, vel publicam defenderent dignitatem Quis enim obſeruationi locus, cùm eligendi facultas non ſuperſit?* Idem eſto de auſpiciis iudicium. Vt ad contemtam religionem redeam, æquè generoſus Annibal, æquè promptus extiſpiciis irridendis. Notant M. Tullius li. 2. de Diuin. *Rex Pruſias cùm Annibali apud eum exulanti pugnare placeret: negabat ſe audere, quòd exta prohiberent. An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mauis, quam imperatori veteri credere.* Retulit & Valerius Max. li. 3. c. 7. Porro ſeruata, contemtáque & auſpicia, & auguria promiſcuo euentu vide apud S. Cypria. lib. de Vanitate Idolorum pag. 289.

DEFORME SVB ARMIS VANA SVPERSTITIO.] Tullius l. 1. ad Quintum Fratrem epiſt. 1. *Nihil eſt tam deforme, quàm ad ſummum imperium acerbitatem naturæ adiungere.* Val. Max. l. 2. c. 2. *Eorum dignitatem domi collabi indignum, ſibique deforme eſſe arbitrabantur.*

ÆQVOREI TERGO FLAVENTE IVVENCI CASSIS ERAT.] Diſertim iuuenci exuuiis vides caſſidem emuniri. Pluribus in more fuit ferinas pelles in galeam formare. De Albanis Strabo li. 11. Περικεφάλαια δὲ θήρεια παραπλησίως τοῖς Ἴβηρσι: *Galeas ferinas itidem, vt Iberi, geſtant.* Ibidem de Amazonibus: Δορὰς τε θηρίων ποιεῖσθαι περικεφάλαια. *E ferarum pellibus confieri galeas.* Particulatim bouis, ſeu iuuenci corium huic vſui. Strabo l. 7. de Roxolanis: Χρῶνται δὲ ὠμοβοΐνοις κράνεσι. Vbi etiam habes è crudo corio. Item lupi Metamorphoſeωs 12.

*Additur his Dorylas, qui tempora tecta gerebat*
*Pelle lupi*

Thraces è vulpina geſtabant apud Herodotum Polyhymnia. Muſtelam, & Canem iis vſibus cutem commodaſſe monſtrant etymologiæ, κυνέη, & γαλῆ. Heſychius: ταυρείην, ἐκ ταυρείου δέρματος κατεσκευασμένην περικεφαλαίαν. *Tauriniam, & taurino tergo galeam compoſitam.* Quid quod ouem manſuetam in hos vſus decoriarunt? Sex. Pomp. *Molleſtras dicebant pelles ouillas, quib. galeas extergebant.* Fors *Extegebant*, extrorſum operiebant.

TRIPLEX CRISTA.] Inerat ergo τριλοφία, cuiuſmodi caſſidem abs re Græci Τρυφάλειαν dixere, geſtabat Alexander, aliíque. Coni tres erant, ſupra frontem, & ad tempora, ſingulis conis iniectæ plumæ, aut iubæ, aut caudæ, λόφοι, & criſtæ dicebantur. Si quarta acceſſerat criſta ad ceruicem, galea eiuſmodi τετράφαλος erat à quarto cono, ſiue ἀμφίφαλος. Nam & ego φάλον conum volo. & à λόφῳ ſeu criſta ſeduciorem. Deprauatus Heſychius: φάλος ὁ λόφος τῆς περικεφαλαίας, reſcribo, ᾧ λόφος. hoc eſt: *Phalus, in quo (ᾧ, vbi) caſſidis criſta.* Si vndequaque à criſta vacua, dicebatur ἀπήλητος ἄφαλος, ἄλοφος. & propriè καταῖτυξ, Homero. Τριλοφίαι geſtaſſe Luſitanos teſtis Strabo libro tertio, Plutarch. in Artoxerxe Caras à Perſis vocatos tradit Alectryonas, ſeu Gallos à criſtis, quibus galeas inſigniebant.

IVBAS EFFVNDIT. ] Silius li.12. de Marcello:

*Sanguineas de more iubas*

A iuba galea eſt ἱππουρις, ἱπποδάσεια, Homerus paſſim

IVBAS EFFVNDIT CRINE SVEVO. ] Veras iubas volo, vt iam aperui: ſed *crine Sueuo*, ſeu *Sueuo* concolores. Color *Sueuus flauus*. Lucanus Pharſaliæ ſecundo:

*Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos.*

Poëta ſecum congruit: caſſidem *tergo flauente* integit, & conis criſtas flauas aptat. Aut *iubas* dicam ex *crine Sueuo*, quippe is prædurus, ac prælongus. Prædurus: παχύνονται γὰρ αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κατεργασίας, ὥστε μηδὲν τῆς τῶν ἵππων χαίτης διαφέρειν: *Studio námque crines denſantur, nec ab equinis differunt.* Vera igitur iuba. De Gallis, quidem hæc Diodorus lib.5. At Flamminius bello Gallico victor hanc caſſidem reportauerat, in eo verò Boii (vides in Silio) & Suevi fortaſſe: quos vt ſeponas, crinis eorum caſſidi apponitur, quem dicam *prælongum* fuiſſe, dictante Tacito: *Apud Sueuos vſque ad canitiem horrentem capillum retro ſequuntur . . . in altitudinem quandam & terrorem adituri bella comti, vt hoſtium oculis, ornantur.*

NOBILE GARGANI SPOLIVM. ] Magiſque à Poëta nobilitatum. M. Velſerus li. 1. Boicarum rerum legit altera vocali: *Gargeni*: & Marſi codex. Eſt & qui biuocali Gargæni.

HVIC NEXILIS HAMOS
FERRO SQVAMA RVDI. ] Sidonius Apollinaris Carm.2,

— *nec ſutilis ille*
*Circulus impactis loricam texuit hamis.*

Lego in Strabone cum vulgariis codicibus li.5. de Perſis: θώραξ δ' ἐστὶν αὐτοῖς φολιδωτός: *Lorica illis eſt ſquamea*, ſerpentis in morem. Dionyſius adiuuat. ὁλκὸς ἀπειρεσίοισιν ἐπηρέφεται φολίδεσσιν. *Horrentes ſquamis exuuiæ innumeris.* Contrà ſerpentes loricati audiunt in effigiem armati bellatoris. Ouidius de ſerpente, quîcum Cadmo res fuit l.2. Metam.

*Loricaq; modo ſquamis defenſus, & atræ*
*Duritia pellis validos cute repulit ictus.*

Cauſa cur ἁπλῶς *ſquama* pro lorica li. 8. poſuit Silius:

*Horridus & ſquamis, & equina Curio criſta.*

INGENTEM ASSARICI COELO NVTRIEBAT ALVMNAM. ] Exemplaria peccant non vice ſimplici. Repono, *Aſſaraci*, & *Nutribat* cum Marſo.

CAVCASIAM INSTRATVS. ] Adeundus Lipſius V.C.l.3. de Militia Romana capite vltimo.

*Veſtrum opus eſt, veſtrúmq; decus, ſuffixa per vrbem*
*Pœni ferre ducis ſpectanda parentibus ora.*
*Vnum hoc pro cunctis ſat erit caput. aſpera quiſq;*
*Hortamenta ſibi referat: Meus, heu! meus acris*
*Ticini frater ripis iacet, ac meus alta*
*Metitur ſtagna Eridani ſine funere natus.*
*Hæc ſibi quiſq; : ſed eſt veſtrum cui nulla doloris*

*Priuati rabies, is verò ingentia ſumat*
*E medio, fodiant quæ magnas pectus in iras,*
*Perfractas Alpes, paſſámq. infanda Saguntum,*
*Quóſq. nefas vetiti tranſcendere nomen Iberi,*
*Tangere iam Tybrin. nam dum vos augur, & extis*
*Quæſita fibræ, vanúſq. moratur aruſpex*
*Solum iam ſupereſt Tarpeio imponere caſtra.*
*Turbidus hæc, viſóq. arctis in millibus atras*
*Bellatore tubas aptante, eſt Orphite munus,*
*Eſt, ait, hoc certare tuum: quis opima volenti*
*Dona Ioui portet pheretro ſuſpenſa cruento?*
*Nam cur hæc alia pariatur gloria dextra?*
*Hinc prouectus equo, poſtquam inter prælia, notam*
*Accepit vocem, procul hinc te Martius, inquit,*
*Murrane oſtendit clamor, videóq. furentem*
*Iam Tyria te cæde: venit laus quanta: ſed oro*
*Hæc anguſta loci ferro patefacta relaxa,*

MEVS, HEV! MEVS ACRIS. ] Solemnis querimoniarum pars, ademta bona dequeri. Verba ſunt hic cuiuſdam fratrem, & eiuſdem acris militis caſum dolentis: nam viles animæ, inhonoráque pectora turbæ non flendæ accenſentur. Modius: *Atris* voluit: nolui.

AC MEVS ALTA. ] Modius: *At*, cui bono?

FODIANT MAGNAS QVÆ PECTVS IN IRAS. ] Ductum à leone, qui appetente pugna oſſeo ſtimulo, qui in cauda, iterum, iterúmque latera fodicat, & iras ſuſcitat. De Annibale infra:

*Aduolat, & fodiens pectus* Hinc illud:
*fœcundum concute pectus.*

De leone multi veterum meminere. Homerus Iliados Y.

*Οὐρῇ δὲ πλευράς τε, καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν*
*Μαςίεται, ἑὲ δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι.*
*Cauda vtrumq; latus, femur atq; flagellat vtrumque*
*Dum ſeſe ad pugnas acuit vis ſæua leonis.*

Heſiodus Clypeo:

*Γλαυκιόων δ' ὄσσοις δεινὸν πλευράς τε, καὶ ὤμους*
*Οὐρῇ μαστιόων ποσὶ γλάφει, οὐδέ τις αὐτὸν*
*Ετλη ἐς ὦπα ἰδὼν σχεδὸν ἐλθεῖν, οὐδὲ μάχεσθαι.*
*Caſius obtutu torno diuerberat armos*
*Atque latus cauda, & pedib. leo, nullus in illum*
*Auſit depugnare, nec obuius ora tuiſci.*

Tam bellæ Poëtarum ζωωειδῆ Claudianus erit mihi ſuccenturiatus interpres li.2. de Raptu Proſerpinæ

*Armen-*

*— Armentique iuuencam*
*Cùm leo poſſedit, nudatáque pectora fodit*
*Vnguibus, & rabiem totos exegit in armos.*

Plura qui ſitit, bibat ex Euſtathio, Theocrito, Hercule Leontophono, Nonno. Dionyſ. lib. 6. Catullo, Galliambo.

BELLATORE TVBAS APTANTE.] Orphitum equum hîc affatur Flamminius (vt Achilles Xanthum, & Rebum ſuus Turnus) qui viſo hoſte leui manu iubam equi componente, Orphito oſtentat inimici ornamenta, & ſpolia:

*Nam cur hæc alia* [addit] *pariatur gloria dextra,*
quàm mea?
*— eſt Orphite munus*
*Eſt ait, hoc certare tuum.*

Adſtruo ex illo libri 12. de Marcelli famulis:

*— aptántq. frementi*
*Sanguineas de more iubas.*

Ibi famuli: ſed nec viri magni ab officio ſuo putarunt id abhorrens. Propertius lib. 4. Eleg. 4.

*Ille equum, ille meos in caſtra reponet amores,*
*Cui Tatius dextra collocat ipſe iubas.*

Eſt enim amicum, & fidum homini equus. Ex vtroque illud oritur Virgilii Georg. lib. 3. de equo:

*Tum magis, atque magis blandis gaudere magiſtri*
*Laudibus, & plauſæ ſonitum ceruicis amare.*

Hunc igitur locum reſtituo ſic:

*Bellatore iubas aptante.* —

Quibus conſignatis, pro ἑρμαίῳ fuit Modii coniectura eaſdem iubas reponentis in ſtatione, quamuis ſine teſte. Nec me fugit Orphitum, Aeneid. 11. nomen equitis eſſe: Et præfecti vrbis apud Capitolinum in Antonino, & Scipionis cognomentum apud Apuleium Florid. 3. vbi per F. ſcribitur: atque in veteri Epigraphe, quam poſtea repræſentamus. At Silius hîc equi eſſe vocabulum voluit.

DONA IOVI PORTET FERETRO.] Feretrum, omne quo quid fertur. lib. 17. de Scipionis triumpho:

*Antè Syphax feretro reſidens.*

Item & *Ferculum* Macr. lib. 1. Sat. c. 23. *Vehitur enim ſimulacrum Dei Heliopolitani ferculo, veluti vehuntur in pompa ludorum Circenſium Deorum ſimulacra.* Hinc Iupiter *Feretrius*, de quo ante Polyb. lib. 8. ἔχοντα τὸν ὗν ἐν τῷ φερέτρῳ. *Suem feretro portantem.* de venatore.

*Tum Soracte ſatum præſtantem corpore, & armis*
*Aequanum noſcens, patrio cui ritus in aruo*
*Cum pius arcitenens accenſis gaudet aceruis*
*Exta ter innocuos late portare per ignes,*

*Sic in Apollinea ſemper veſtigia pruna*
*Inuiolata teras, victórq; vaporis ad aras*
*Dona ſerenato referas ſolennia Phœbo.*
*Concipe, ait, dignum factis Aequáne furorem,*
*Vulneribúſque tuis, ſocio te cædis, & iræ.*
*Non ego Marmaridum mediam penetrare phalangem,*
*Cinyphiæque globos dubitarim irrumpere turmæ.*
*Nec iam vltra monitus, & verba morantia Martem*
*Ferre valet, longo Aeneadis quod flebitur æuo.*
*Increpuere ſimul feralia claſſica ſignum.*
*At tuba terrificis fregit ſtridoribus auras.*

EXTA TER INNOCVOS LATE PORTARE PER IGNES.] Hauſit è Marone Aeneid. 11.

*Summe Deûm ſancti,* &c.

Plinius lib. 7. c. 2. *Haut procul vrbe Roma in Faliſcorum agro familiæ ſunt paucæ, quæ vocantur Hirpiæ, quæ ſacrificio annuo, quod fit ad montem Soracte Apollini, ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulantes non aduruntur. Et ob id perpetuo Senatuſconſulto militiæ, omniúmque aliorum munerum vacationem habent.* Solin. c. 8. Magna id Romanorum admurmuratione creditum. Strabo lib. 5. ὑπὸ δὲ τῷ Σωράκτῳ ὄρει Φερωνία πόλις ἐστὶν ὁμώνυμος ἐπιχωρεία τινὶ δαίμονι τιμωμένη σφόδρα ὑπὸ τῶν περιοίκων, ἧς τέμενός ἐστιν ἐν τῷ τόπῳ θαυμαστὴν ἱεροποιΐαν ἔχον. γυμνοῖς γὰρ ποσὶ διεξίασιν ἀνθρακίαν, καὶ σποδιὰν μεγάλην οἱ κατεχόμενοι ὑπὸ τῆς δαίμονος ταύτης ἀπαθεῖς, καὶ συνέρχεται πλῆθος ἀνθρώπων ἅμα τῆς τε πανηγύρεως χάριν, ἣ συντελεῖται κατ' ἔτος, καὶ τῆς λεχθείσης θέας. *Sub Soracte monte Feronia ciuitas eſt indigenæ cuidam Deæ cognominis, quæ ab incolis honoratur admodum, cuius lucus inibi eſt, in quo mira ſacra fiunt. Nudis namque pedibus carbones calcant, exeúntque, & cinerum ingentes aceruos, qui ab ea Dea occupantur, idque abſque noxa, & mortales multi vna conueniunt Feſtiuitatis annuæ cauſa; & ſpectaculi.* Vides, quo à cæteris Strabo diſſentiat. Addit Strabo li. 12. apud Caſtabaala Cappadociæ Peraſiæ Dianæ fanum eſſe, vbi ſacrificæ mulieres illæſis pedibus per prunas tranſeant. Habeat ergo vocabulum ἐν τῷ θράσει.

SEMPER VESTIGIA PRVNA INVIOLATA TERAS.] *Veſtigia*, quod ante monui, *pedes* hîc & *plantæ*. *Terere veſtigia*. Silio eſt, quod Maroni *premere*; non ſaltim, & in tranſcurſu, ſed lento itu prunas calcare. Non intellectum Heynſio, dum τῷ *teras*, ſubſtituit *geras*? Si dixiſſet *feras*, vtiq; ferri potuiſſet: *geras veſtigia*? qui veterum præiuit?

VICTORQ. VAPORIS.] Id eſt, Ne quidem prunarum afflatum ſentias. Heynſius hic aliud agit: nam etſi iuramentum per ignem agnoſcimus, & innocentiam tranſitu tactuue innoxio teſtatam, tamen non agnoſcimus è Plinio, Virgilio, Strabone, alioue iuratos id tentaſſe Apollinis ſacerdotes, aut innocentiæ adſerendæ, aut ſacerdotii: ſed Heynſio pernotuit. Remittendus ad Honorii tertii reſponſum lib. 5. Decret. Rubrica de purgatione vulgari, vt alio modo, quàm per ignem ſuam nobis probet adſertio-

nem,& Silii interpretamentum.

LONGO ÆNEADIS QVOD FLEBITVR ÆVO.] Reſpicit dies Nefaſtos, ſuper quibus dicet Plutarchus in Camillo & in Quæſtionibus Romanis. Græci vocant ἀποφράδας. Adiri poteſt quoque Macrobius lib.1.Saturn.c. 16.Feſtus verbo *Nonarum*.

SOCIO TE CÆDIS, ET IRÆ NON EGO MARMARIDVM.] Redolet illud Diomedis Iliados K. de Vlyſſe:

*Τῦτε δ' ἑσπομϑύοιο, καὶ ἐκ πυρὸς αἰϑομϑύοιο*
*Ἄμφω νοστήσαιμϑυ.*
*Hoc ſocio, ex atro furiata vortice flamma*
*Ambo reddemur caſtris.*

Homeri carmen Octauius de Tiberio pronuntiabat. Nec diſpar illa Iaſonis fiducia ex ſociorum alacritate nata, Apollonii lib.2.

*Τοιῶισι σὺν, ἤδ' εἴκε δὴ κ' Ἀΐδαο βερέθρων*
*Σπελλοίμην, ἔπι τάρβος ἀνάψομαι.*
*Hoc ſocio vaſtos erebi tranare receſſus*
*Haut trepidem, ſi miſſus ero.*

*Heu dolor, heu lacryma, nec tot poſt ſecula ſere.*
*Horreſco vt pendente malo, ceu ductor ad arma*
*Excitet Tyrius, latebroſis collibus Aſtur,*
*Et Libys, & torta Balearis ſæuus habena,*
*Erumpunt multúſque Maces, Garamáſq. Nomáſq;*
*Tum quo non alius venalem in prœlia dextram*
*Ocyor attulerit, conductáque bella probarit,*
*Cantaber, & galeæ contempto tegmine Vaſco.*
*Hinc pariter rupes, lacus hinc, hinc arma, ſimúlque*
*Conſona vox vrget, ſignum clamore viciſsim*
*Per colleis Tyria circunfundente corona.*
*Auertere Dei vultus, fatóque dederunt*
*Maiori non ſponte locum: timet ipſe tyranni*
*Fortunam Libyci Mauors, diſiectáq; crinem*
*Illacrymat Venus, & Delum peruectus Apollo*
*Triſtem mœrenti ſolatur pectine luctum.*
*Sola Appennini reſidens in vertice, duras*
*Expectat cædes inimico pectore Iuno.*
*At velut erepto metuendi libera cælo*
*Ipſa ſuis manibus præſumpta piacula mittens,*
*Infertas mactat bellis accenſa iuuentus.*
*Prima Picentum (rupto ceu turbine) fuſa*
*Agmina, & Annibalem ruere vt videre cohortes,*
*Inuadunt vltro, & pœnas pro morte futura*

*Turbato victore petunt, Martémque repoſcunt.*
*Funditur vnanimo niſu, & concordibus auſis*
*Pilorum in Pœnos nimbus, fixóſque repulſi*
*Submittunt clypeos curuati pondere teli.*
*Acrius hoc rurſum Libys, & præſentia ſæui*
*Extimulat ducis, hortantes ſe quiſque viciſſim*
*Incumbunt, preſſóque impellunt pectore pectus,*
*Ipſa facem quatiens, ac flauam ſanguine multo*
*Sparſa comam, medias acies Bellona pererrat,*
*Stridit tartareæ nigro ſub pectore diuæ*
*Lethiferum murmur, feralique horrida cantu*
*Buccina, lymphatas agit in certamina mentes.*
*His iras aduerſa fouent, crudúſque ruente*
*Fortunæ ſtimulus, ſpem proieciſſe ſalutis.*
*Hos dexter Deus, & læto Victoria vultu*
*Arridens acuit, Martiſque fauore fruuntur.*

CEV DVCTOR AD ARMA EXCITET TYRIVS.] Alii quoque codices: P. N. *Excipiet*, ineptè. Vt *exitum* media longante, ita *Excitare* inde ortum poſſit eſſe. Quod cui minus ridebit, ſcribat: *Excieat*, vel *Excutiat*.

TORTA SÆVVS BALEARIS HABENA.] Nemo vberius, nemo gentis iſtius εὐστοχίαν *Iaculandi dexteritatem*, & cauſas retulit expreſſiùs Diodoro Sicceliota lib.5. Rem mutuabimus è Græco narratu: Armatus illis eſt fundæ tres, quarum vnam capiti circumpoſitam, alteram vmbilico, tertiam manu gerunt: atque vbi belli vſus tulerit, iaciunt grandiores, quàm alii lapides, tanta virium contentione, vt è catapulta ferri videantur. Quare in murorum oppugnatione irruentes feriunt, & conuulnerant ſtantes ante propugnacula: in acie verò ſcuta, galeas, & quidquid armorum tegit, conterunt; ſcopo etiam vix vnquam aberrant: tanta iis iaculandi felicitas! tantum ſtudium! Cauſa: perpetua à puero exercitatio, quam ſubire coguntur à matribus abſque vlla iaculandi remiſſione. Scopus illis proponitur pendens è ſude panis: nec ante exercitanti ſeſe, quod edat, conceditur, quàm pane icto, eius exedundi fiat à matre poteſtas. Ab ea iaculandi dexteritate Baleares indigitati ſunt. Idem Diodorus, & Euſtathius in Dionyſium vocantem eas inſulas γυμνησίας ab exercitatione, ἢ διὰ τὸ γυμνοὺς, ἢ ἀχλαίνους κατὰ τὸν Λυκόφρονα ἐκεῖ ἐξενεχθῆναι διὰ ναυαγίαν τινὰς τῶν Βοιωτῶν. ἢ ὅτι γυμνοὶ διάγουσιν οἱ ἐκεῖ. *Aut quòd Bœotorum nonnulli ſecundum Lycophronem naufragio ſint eò delati nudi, ac ſine veſte, aut quod incolæ nudi agunt*, aut *quia æſtatem nudi agant*, Epitoma Liuii lib. 60. In quo Euſtathio, etſi Strabonem autorem habet lib.3. parum probo tres illas fundas capiti alligatas. Florus lib.3.c. 8. pleraq. tradit eadem Diodoro. At funda, qua parte caput cingit? mediáne latiore, an ſtrictioribus extremis frontem occupat? duo extrema coibant in ceruicem, pars media frontem vinciebat. Conficio è diuerſo poſitu ἐπιδε-

σφενδόνης, quam Euſtathius in Dionyſium ſic inuoluit, & euoluit: Ἦν δέ φασι καὶ ὀπισθοσφενδόνη παρὰ τοῖς Κωμικοῖς, ἐκ τοῦ ἐναντίου τῇ τοιαύτῃ σφενδόνῃ διὰ τὸ γελοιότερον περιτιθεμένη τῇ κεφαλῇ, καὶ ὀπίσω μὲν ἔχουσα τὰ πλατύτερα, τὰ δ' ὀξύτερα, καὶ τὸν δεσμὸν περὶ τὸ ἔμπροσθεν. *Erat, vt aiunt, Opiſtophendone apud Comicos aduerſum obtinens poſitũ, quàm funda, riſus maioris cauſa. Igitur capiti ſic apponebatur, vt latior pars retro adduceretur, ſtrictior pars, & vinculũ circa frontem eſſent.* Eo ipſo quoque poſitu fundam gerunt capiti circumligatam funditores in veterib. monumẽtis. Curtius quoque lib. 5. de Mardis: *Funda vinciunt frontem: hoc & ornamentum capitis, & telum eſt.*

PRIMÆ PICENTVM. ] Strabo li. 5. tradit à Pico nominitari Picentes, quòd picus fuerit viæ dux eorum ductoribus è Sabinis in eam proficiſcentibus regionem. quæ Picentum eſt. Nec diuerſus abit Feſtus: *Picena regio, in qua eſt Aſculum: dicta quòd, Sabini cùm Aſculum proficiſcerentur, in vexillo eorum picus conſederit.*

IPSA SVIS MANIB. PRÆSVMTA PIACVLA MITTENS. ] Lugdunenſis liber, optimè, item P. N. *Manibus ipſas ſuis p. p. m.*

ET PRÆSENTIA SÆVI EXSTIMVLAT DVCIS . . . INCVMBVNT. ] Efficacius ab hac emendatione, & nota:

*— vt præſentia ſæui*
*Exſtimulat ducis!*

Æneid. 9.

*Tum verò incumbunt: vrget præſentia Turni.*

*Arreptus pulchro cædum Lateranus amore*
*Dum ſequitur dextram, in medios penetrauerat hoſteis.*
*Quem poſtquam florens æquali Lentulus æuo*
*Conſpexit, nimium pugnæ, nimiũmq; cruoris*
*Infeſtas inter non æquo Marte cateruas*
*Fata irritantem, niſu ſe concitat acri,*
*Immitémq; Bagam, qui iam vicina ferebat*
*Vulnera pugnantis tergo, velocior haſta*
*Occupat, & ſocium durus ſe caſibus addit.*
*Tunc alacres, arma agglomerant, gemináq; coruſci*
*Fronte micant, paribus fulgent capita ardua criſtis,*
*Actus in aduerſos caſu (namq; obuia ferre*
*Arma quis auderet? niſi quem Deus ima colentum*
*Damnaſſet ſtygiæ noctis) præfracta gerebat*
*Syrticus excelſo decurrens robora monte,*
*Et quatiens acer nodoſi pondera rami,*
*Flagrabat geminæ nequicquam cædis amore.*
*Non hic Egates, inſidáq; littora nantis*
*O iuuenes, motũmq; nouis ſine Marte procellis*

*Fortunam bello pelagus dabit: æquoris olim*
*Victores, media ſit qualis diſcite terra*
*Bellator Libys, & meliori cedite regno.*
*Ac ſimul infeſto Lateranum vulnere truncæ*
*Arboris vrgebat iungens conuitia pugnæ.*
*Lentulus hic frendens ira: Thraſimenus in altos*
*Aſcendet citius colleis, quàm ſanguine rores*
*Iſte pio ramus, ſubſidens ilia niſu*
*Conantis ſuſpenſa fodit: tum feruidus atro*
*Pulmone exundat per hiantia viſcera ſanguis.*
*Nec minus accenſis in mutua funera dextris*
*Parte alia campi ſæuit furor, altus Hiertes*
*Obtruncat Nerium, Rullo ditiſſimus agri*
*Occumbis generoſe Volunx, nec clauſa repoſtis*
*Pondera theſauris, patrio, nec regia quondam*
*Præfulgens ebore, & poſſeſſa mapalia ſoli*
*Profuerint: quid rapta iuuant? quid gentibus auri*
*Nunquam extincta ſitis? modo quem fortuna fouendo*
*Congeſtis opibus, doniſq; referſit opimis,*
*Nudum tartarea portauit nauita cymba.*

ARREPTVS PVLCRO CÆDVM LATERANVS AMORE. ] Gemina exemplaria Abreptus. quod præſtabilius. Marſus: *Abrectus*. Rectum fuerit *Arrectus*.

HOS DEXTER DEVS, ET LÆTO VICTORIA VVLTV. ] Aliquanto poſt memorabit Silius ſagittarios ab Hierone ſubmiſſos Romanis: nunc videtur ad auream Hieronis victoriam Romanis miſſam alludere, de qua Liuius l.22. *Victoriam, oménque accipere, ſedémque ei ſe Diuæ dare, dicare Capitolium, templum Iouis Opt. Maxim. In ea arce vrbis Romæ ſacratam, volentem, propitiámque firmam, ac ſtabilem fore populo Romano.* Vide Sex. Pompeii fragmentum.

DVM SEQVITVR DEXTRAM. ] Manum: cur potius, quàm latus dextrum, aut pedem? Prætulerim: *dextrà*. Aut commodiùs maturato cõmate.

*Dum ſequitur, dextram in medios penetrauerat hoſtes.*

Firmant illa:

*Infeſtas inter non æquo Marte cateruas*
*Fata irritantem*

QVI IAM VICINA FEREBAT VVLNERA ] Plagas vulnerantes inferebat. Maro lib.11. eodem dicendi genere:

— *Partes rimatur apertas,*
*Quà vulnus lethale ferat*

Lib.12. — *plagamque ferenti*
*Occupat os flammis*

Lucanus lib.8.

*Et quò ferre velint, permittere vulnera ventis.*

Stat. Theb. 11. *Cùm ſubitum obliquo deſcendit ab aëre vulnus.*

Longè fallitur Modius præferens: *Sertb.11.* Eiuſdem verbi ignoratione relabitur, dum *Pondere* reponit in his:

*— lateranum vulnere trunca*
*Arboris vrgebat*

Virgilius diuini operis li. 9.

*Intorquet ſummis adnixus viribus haſtam,*
*Excepere auræ vulnus*

Infelices auræ excepto vulnere: Haſta vulnerans capienda, cui vulnerandi vis ab intorquente indita. Lib. 12.

*— dirum*
*Exitium haſta ferens*

Sic *vulnus truncæ arboris*, quod illa impacta faciebat. Æn. 2.

*— infeſto vulnere Pyrrhus*
*Inſequitur*

Vbi Seruius: *Bonum ſchema Vulnus pro Telo.*

VELOCITER HASTA OCCVPAT. ] L. & Pat. *Velocior.*

TRVNCÆ ARBORIS. ] Ambitu, pro *Claua.* Antè:

*— nodoſi pondera rami.*

Pòſt *Ramum* dicet ἁπλῶς. Sic πόρθος μέγας, pro Herculis claua in Epigrammatis.

THRASYMENVS IN ALTOS ADSCENDET CITIVS COLLES. ] Id natura fieri nefas: ſi quando verò fluuius ortum petiit, fuit hominibus terrendis ſupera vi, & portantis adſcriptum. Dionyſius Halicarnaſſeus, cuius in exponendis rebus Romanis accurationem celebrat Euſebius lib. 4. Euangelicæ Proparaſceues, l. 6. Ποταμοὶ Οὐολτουρνὸς καὶ Γλάνις ἀφέντες τὰς κατὰ φύσιν ὁδοὺς ἐδόκουν ἀναστρέφεσθαι τὰ νάματα, καὶ ἀπὸ στομίων ἀναχωροῦντες ἐπὶ τὰς πηγάς. *Vulturnus, & Glanis omiſſo alueo videbantur fluxum conuertere, & ab oſtiis in fontes remeare.* M. Tullius l. 1. de Diuinat. *Fluminàque in contrarias partes fluxerint.* Plin. li. 2. c. 63. *Amnes retro fluere, & noſtra vidit ætas Neronis ſupremis, ſicut in rebus eius retulimus.* Item Zonaras. Lucan. l. 6.

*— de rupe pependit*
*Abſciſſa fixus torrens, amniſq; cucurrit,*
*Non quà pronus erat*

ſed in diuerſum capto impetu.

ALTVS HIERTES. ] P. N. *Hiantem.* vitioſè.

OCCVMBIS GENEROSE VOLVNX. ] Vide Lipſium ad 14. Ann. Tac.

PROFVERINT? QVID RAPTA IVVANT? ] *Profuerunt* indicandi modo ſcriptum oportuit.

*Iuxta bellator iuuenilibus Appius auſis*
*Pandebat campum cæde: atq; vbi plurima virtus,*
*Nulliúque aſpirare vigor, decus inde petebat.*
*Obuius huic Atlas, à ſanguine clarus Ibero*
*Nequicquam extremæ longinquus cultor arenæ.*

*Impetit os haſta, leuitérq; è corpore ſummo*
*Deguſtat cuſpis generoſum extrema cruorem.*
*Intonuere minæ, violentáq; lumina flammis*
*Exarſere nouis, furit, & diffulminat omnem*
*Obſtantum turmam, & clauſum ſub caßide vulnus*
*Martia commendat mananti ſanguine membra.*
*Tum verò aſpiciens pauitantem, & condere ſemet*
*Nitentem ſociis iuuenem, ceu tigride ceruæ*
*Hircana cum preſſa tremit, vel territa pennas*
*Colligit accipitrem cernens in nube columba:*
*Aut dumos ſubit, albenti ſi ſenſit in æthra*
*Librantem viſus aquilam lepus ore citato.*
*Enſe ferit tum colla viri, dextrámq; micantem*
*Demetit. ac mutat ſucceſſu ſauior hoſtem.*
*Stabat fulgentem portans in bella bipennem*
*Cinyphius: ſocerq; miſer Magonis inire*
*Optabat pugnam ante oculos, ſpe laudis Iſalces*
*Sidonia tumidus ſponſa, vanóq; ſuperbus*
*Fœdere promiſſæ poſt Dardana prælia tedæ.*
*Huic immittit ouans violentas Appius iras,*
*Conantíq. grauem fronti librare ſecurim,*
*Altior inſurgens, galeam ſuper exigit ictum,*
*Et fragilis valido conamine ſoluitur enſis*
*Aëre in Cinyphio: nec diſpar ſortis Iſalces*
*Vmbonem incerto detorſit futilis ictu.*
*Tum quòd humo haud vnquam valuiſſet vellere ſaxum,*
*Ni vires trux ira daret, torquebat anhelans*
*Appius, & lapſu reſupina in terga cadentem*
*Mole premit ſcopuli, perfractiſq; oßibus vrget.*
*Vidit coniuncto miſcens certamina campo*
*Labentem ſocer, & lacrymæ ſub caßide fuſæ*
*Cum gemitu, rapidúſq; ruit: data fœdera nuper*
*Accendunt animos, expectatiq; nepotes.*
*Iámq; aderat, clypeúmq; viri, atq. immania membra*
*Luſtrabat viſu, propiórq; à fronte coruſcæ*
*Lux galeæ ſæuas paulum tardauerat iras,*
*Haud ſecus è ſpecula præceps delatus opaca*
*Subſidens campo ſummiſſos contrahit artus,*
*Cùm vicina trucis conſpexit cornua tauri,*

*Quamuis*

*Quamuis longa fames ſtimulet leo: nunc ferus alta*
*Surgentes ceruice toros, nunc torua ſub hirta*
*Lumina miratur fronte, ac iam ſigna monentem,*
*Et ſparſa pugnas meditantem ſpectat arena.*
*Hic prior intorquens telum ſic Appius inſit:*
*Si qua tibi pietas, ictum ne deſere fœdus,*
*Et generum comitare ſocer. per tegmina velox*
*Tunc, æriſque moras, læuo ſtetit haſta lacerto.*
*At contra non dicta Libys, ſed feruidus haſtam*
*Perlibrat, magni donum memorabile fratris:*
*Cæſo quam victor ſub mœnibus ille Sagunthi*
*Abſtulerat Durio, ac ſpectatæ nobile pugnæ*
*Germano dederat portare in prœlia pignus*
*Telum ingens. perq; arma viri, perq; ora, doloris*
*Adiutum niſu, lethalem protulit ictum:*
*Exanguéſque viri conantis vellere ferrum*
*In vulnus cecidere manus: iacet æquore nomen*
*Clarum Mæonio, atque Italæ pars magna ruinæ*
*Appius: intremuere lacus, corpúſque refugit*
*Contractis Thraſimenus aquis: telum ore cruento*
*Expirans premit, atque admorſæ immurmurat haſtæ.*

A SANGVINE CLARVS IBERO.] Col. memb. A *littore c. I.*

IVVENILIBVS APPIVS AVSIS.] Laudabiliter *Iuuenilibus*, qualia iuuenem fortem decent, iuxta illud:

Ἔργα νέων, βουλαὶ τε μέσων, εὐχαὶ τε γερόντων.
*Sunt iuuenum acta, virum conſulta, ſenum pia vota.*

Quia ſcilicet *iuuenibus integer æui ſanguis* ſtimulus eſt ad fortia. Vnica comprehenſione virum iuuenem νεανίαν vſurpant quandoque. Græci pro *Forti*: Hoc ipſo libro:

— — *Cateruas*
*Cæſorum iuuenum.*

Fortium interpretor lib. 9.

*Verùm vbi victorem iuuenili robore.* ſimiliter

DEGVSTAT CVSPIS GENEROSVM EXTREMA CROREM.] Æneas Il, ε.

— — ἀλλ' ἄγε θᾶσσον
Γευσόμεθ' ἀλλήλων χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν.
— *Age, ocyus guſtemus haſtis inuicem*
*Quibus mucro æratus.*

Vbi Euſtathius: γευσώμεθα, τὸ τῆς ἀνδρείας ἀλλήλων ἀποπειρασώμεθα. Aeneid. 12. lancea.

— *ſummum deguſtat vulnere corpus.*

Hoc eſt, ſemiputata cute pupugit veriùs, quàm lacerauit; non hianti ſexquiplaga cruorem hauſit. Lucret. lib. 1.

*Et celeri flamma deguſtat tigna, trabéſque.*

OBSTANTŪM TVRMAM.] Membranæ: *Turbam*, magis appoſitè.

LIBRANTEM VISVS AQVILAM.] Aquila leporem ſuperſtans librat in varias partes vi. us, dum tandem circumſpectiùs in prædam deuolet. Res experimento cognitiſſima. Modii coniectatio futilis: *Librantem niſus*, quod ſtructuræ genus hoc? Græcorum, & Latinorum parens à me II. P.

— — ὥς τι αἰετὸς, ὅν ῥά τέ φασιν
Ὀξύτατον δέρκεσθαι ὑπουρανίων πετεηνῶν,
Ὅν τε καὶ ὑψόθ' ἐόντα πόδας ταχὺς οὐκ ἔλαθε πτὼξ
Θάμνῳ ὑπ' ἀμφικόμῳ κατακείμενος. Conamur reddere.
*Reginam volucrum, ſuperam quacunque per æthram*
*Labuntur pennis, aquilam ſuperare (tam acutum*
*Cernit!) & ex alto leporem, pedib. licet incitus vmbras*
*Dumorum ſubeat, oculis defigere prædam*
*Fama refert.*

ET FRAGILIS VALIDO CONAMINE SOLVITVR ENSIS.] Aeneid. lib. 12.

*Mortalis mucro glacies ceu futilis ictu*
*Diſſiluit.*

Membranæ habent: *At fragilis.* non ſpreuerim.

VMBONEM INCERTO DETORSIT FVTILIS ICTV.] Rectè Modius: *Detersit*, & correctiores libri.

NI VIRES TRVX IRA DARET.] Ira fortitudinis aculeus teſte in Ethicis Ariſtotele lib. 3. c. 1.

Ἐκστατικὸν γὰρ ὁ θυμός.
Item: Ὅμως δὲ μάλιστα φυσικὴ ἡ τοῦ θυμοῦ (ἀνδρεία.)
*Hominem namq. à ſe alienandi vim habet ira.*
*Tamen à natura maximè eſt fortitudo ab ira profecta.*

Vide & capite octauo.

PVGNAS MEDITANTEM SPECTAT ARENA.] *Taurum.* Aeneid. 10.

— *meditantem prælia taurum.*

Deque tauro Georg. 3.

— *& ſparſa ad pugnam proludit arena.*

LETHALEM PROTVLIT ICTVM.] Ita libri quatuor, qui mihi reliqui. *Pertulit* alii legunt.

ITALÆ PARS MAGNA RVINÆ APPIVS.] Reſpexit illud Aeneid. 7.

— — *magnum*
*Agmen agens Clauſus, magniq. ipſe agminis inſtar.*

Hoc ſi rem: ſin verba ſpectes, illud Aen. 10.

— *Lauſus*
*Pars ingens belli.*

aut è ſecundo:

*Et quorum pars magna fui.*

*Nec fati melior Mamercus, corpore toto*
*Exoluit pœnas, nulli non ſaucius hoſti.*
*Nanque per aduerſos, qua Luſitana ciebat*
*Pugnas dira manus, raptum eum ſanguine cæſi*
*Signiferi, magna vexillum mole ferebat,*
*Et trepida infelix reuocabat ſigna ſuorum:*
*Sed furiata cohors, auſiſque accenſa ſuperbis*
*Quodcunque ipſa manu geſtabat miſſile, quicquid*
*Præbebat tellus ſparſis vix peruia telis*
*Iniecit pariter, pluréſque in corpore nullo*
*Vnius hæſerunt Romani militis haſtæ.*
*Aduolat interea fraterni vulneris ira*
*Turbatus Libyæ ductor, viſóque cruore,*
*Num lateri cuſpis, num toto pondere telum*
*Sediſſet, fremuítque amens, ſociósque rogabat.*
*Vtque metum lethi procul, & leniora pauore*
*Cognouit, proprio tectum geſtamine præceps,*
*Ex acie rapit, & tutis à turbine pugnæ*
*Conſtituit caſtris: medicas hinc ocyus artes,*
*Et ſenioris opem Synali vocat: vngere vulnus*
*Herbarum hic ſuccis, ferrúmq; è corpore cantu*
*Exigere, & ſomnum toto miſiſſe chelydro*
*Anteibat cunctos, noménque erat inde per vrbes,*
*Pérque Parethoniæ celebratum littora Syrtis.*
*Ipſe olim antiquo primum Garamanticus Hammon*
*Scire pater dederat Synalo, morſúſque ferarum,*
*Telorúmque graues ictus ſedare medendo.*
*Atque is deinde ſuo moriens, cœleſtia dona*
*Monſtrarat nato, natúſque hæredis honori*
*Tranſmiſit patrias artes: quem deinde ſequutus*
*Haud leuior fama Synalus, Garamantica ſolers*
*Monſtrata augebat ſtudio, multáque vetuſtum*
*Hammonis comitem numerabat imagine patrem.*
*Tum proauita ferens, leni medicamina dextra*
*Ocyus intortos de more aſtrictus amictus,*
*Mulcebat lympha purgatum ſanguine vulnus.*
*At Mago exutas ſecum, cæſique volutans*
*Hoſtis mente necem, fraternas pectore curas*
*Pellebat dictis, & caſum laude leuabat:*

*Parce metu germane, meis medicamina nulla*
*Aduerſis maiora feres: iacet Appius haſta*
*Ad manes pulſus noſtra: ſi vita relinquat,*
*Sat nobis actum eſt, ſequar hoſtem lætus ad vmbras.*

CVM SANGVINE CÆSI SIGNIFERI.] Malè P. N. *Teli*: niſi ſigniferi nomen id eſſe velis, quod non diſconueniens.

PLVRESQ. IN CORPORE NVLLO VNIVS HÆSERVNT ROMANI MILITIS HASTÆ.] Abeſt quibuſdam libris, cuius vice Colonienſes membranæ ſufficiunt iſtud:

*Inuenere locum perfractis oſſibus haſtæ.*

FREMVITQ. AMENS, SOCIOSQ. ROGABAT.] Modius: *Fratrémq. amens.* De Magone ab Appio vulnerato, & Annibale modò fratrem, modo circumſtantes de vulneris altitudine anxiè rogante ſermo eſt. Oratio expedita, minimé q. neceſſaria mutatio. *Fremere* in talib. vox pera commoda. Ioannis c. 11. Saluator *Infremuit ſpiritu*, item *Fremens in ſemetipſo*, ἐμβριμώμενος.

FERRVMQ. E CORPORE CANTV EXIGERE.] Nonni Ballari. ωn 29. Sanguis cantu ſiſtitur:

*Καὶ Σταφύλης χυτὸν αἷμα κατεπρήϋνεν ἀοιδῇ:*
*Sanguineos Staphylæ ſiſtebat carmine riuos.* Vel:
*Leníbat Staphylæ fuſum per membra cruorem*
*Carmine.*

Sophocles: *Οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θροεῖν*
*Ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.*
*Dolori acuto immurmurare carmine*
*Haud à medente prouenit docto, & cato.*

Suidę, & Heſychio: *Ἐπῳδὸς, ἡ ἐπάδουσα τοῖς νοσοῦσι παισί.* *Epodus eſt, qui pueris ægris incinit.* Lege Odyſſeam lib. 19. quem locum laudat hiſce verbis Plin. lib. 28. c. 2. *Dixit Homerus profluuium ſanguinis vulnerato femine Vlyſſem inhibuiſſe carmine.* Alexander Trallianus cunctos pene morbos ſanat etiam carmine, aut ſuperſtitione.

ET SOMNVM TOTO MISISSE CHELYDRO.] Sic vt parte nulla moueatur ſopitus totus chelydrus. Correctionem, *Torto*, Marſo pridem proditam, Heynſio probatam nullus audio. Virium multo plus cantui eſt, ſi totus ſerpens ſit conſopitus, quàm ſi ſcribatur *tortus*; ingenitum hoc nimis chelydro. Quod Modius reſcribat *tacto*, non putaui præferendum. Eſt enim cùm cantu, eſt cùm tactu ſolo (antè poſitum) eſt cùm vtroq. modo ſerpens excantatur: ſi dicam cantu ſolo rem hîc geri fultus antegreſſo carmine, quis me franget?

PERQ. PARÆTHONIÆ CELEBRATVM LITORA SYRTIS.] Vetus Inſcriptio: ΠΑΡΑΙΤΩΝΙΩΝ ΤΗϹ ΙΕΡΑϹ ΚΑΙ ΑϹΥΛΟΥ.

LENI MEDICAMINA DEXTRA.] Homerus lib. 4. de Machaone Menelaum medicante:

— *Ἐπ' ἄρ' ἤπια φάρμακα εἰδὼς*
*Πάσσε.* —

*— medicamina mollia gnarus*
*Explicuit*

MVLCEBAT LYMPHA. ] Frigida námq; ſiſtitur ſanguis. Apuleius *in octauo: Hunc cruorem præterfluentis aquæ rore diluere, ille ſpongys madidatis timore: comprimere.*

PVRGATVM SANGVINE VVLNVS. ] Tota Siliana medicandi ratio hauſta videtur ex homero. Ille igitur ibidem:
Αἷμα ἐκμυζήσας exterſo aut purgato ſanguine.

VITA RELINQVAT. ] Deficiat, ἀπολείπῃ.

*Quæ, dum turbatos auertunt æquore campi*
*Ductores, vallóq; tenent ex agmine Pœnum,*
*Cedentem Conſul tumulo ſpeculatus ab alto,*
*Atque atram belli caſtris ſe condere nubem,*
*Turbidus extemplo trepidanteis milite mæſto*
*Inuadit cuneos ſubitóq; pauore relaxat*
*Iam rareſcenteis acies, tum voce feroci*
*Poſcit equum, ac mediæ ruit in certamina vallis.*
*Sic vbi torrentem crepitanti grandine nimbum*
*Illidit terris, moltus Iuppiter, altas*
*Fulmine nunc Alpes, nunc mixta Ceraunia cælo*
*Intremuere ſimul tellus, & pontus, & æther,*
*Ipsáq. commoto quatiuntur tartara mundo.*
*Incidit attonitis inopino turbine Pœnis*
*Haud ſecus improuiſa lues, gelidúſq. ſub oſſa*
*Peruaſit miſeris conſpectus Conſulis horror.*
*It medius, ferróq. ruens denſiſſima, latum*
*Rumpit iter, clamor vario diſcrimine vocum*
*Fert belli rabiem ad Superos, & ſidera pulſat.*
*Ceu pater oceanus cùm ſæuior æthere, Calpen*
*Herculeam ferit, & exeſa in viſcera montis*
*Contortum pelagus, latrantibus ingerit vndis.*
*Dant gemitum ſcopuli, fractáſq. in rupibus vndas*
*Audit Tarteſſos latiš diſtermina terris.*
*Audit non paruo diuiſus gurgite Lixus.*
*Ante omneis iaculo tacitas fallente per auras*
*Occumbit Bogus, infauſtum qui primus ad amnem*
*Ticini, rapidam in Rutulos contorſerat haſtam.*
*Ille ſibi longam Clotho, turbámq. nepotum*
*Crediderat, vanis deceptus in alite ſignis.*
*Sed non augurio Parcarum impellere metas*

*Conceſſum cuiquam, ruit inter tela cruentis*
*Suſpiciens oculis cælum, ſuperòſq. repoſcit*
*Tempora promiſſæ media iam morte ſenectæ.*
*Nec Baſago exultare datur, ne impune relictum*
*Conſulis ante oculos victum ſpoliaſſe Libonem.*
*Laurigeris decus illud auis, vanáq. iuuenta*
*Florebat: ſed Maſſylus ſucciderat enſis*
*Pubeſcente caput mala, properóq. virentes*
*Delerat letho bellator barbarus annos.*
*Flamminium imploraſſe tamen iam morte ſuprema*
*Haud fruſtra fuit: auulſa eſt nam protinus hoſti*
*Ore ſimul ceruix, inuit punire feroci*
*Victorem exemplo, monſtratum reddere lethum,*

QVÆ DVM TVRBATOS AVERTVNT ÆQVORE CAMPI DVCTORES. ] Iliad. δ.

Ὄφρα τι ἀμφιπένοντο βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον,
Τόφρα δ' ἐπὶ Τρώων στίχες ἤλυθον ἀσπιστάων:
*Dum fortem circa Menelaum ſtrenui anhelant,*
*Dardanidum clypeata ruit longo ordine turba.*

FVLMINE NVNC ALPES, NVNC MISTA CERAVNIA COELO. ] Dioniſ.

Οὐρέων τ' ἠλιβάτων, τὰ Κεραύνια κικλήσκουσι:
*Montes excelſi, quoi rite Ceraunia dicunt:*

quia crebro afflantur fulmine quod Græci κεραυνὸν vocant. Vide inibi Euſtathium. Apollon. li: 4.

— Οἱ δ' ἐν ὄρεσσιν
Ἐνναίουσιν, ἅπερ τε Κεραύνια κικλήσκονται
Ἐκ τόθεν, ἐξότε τούσγε Διὸς Κρονίδαο κεραυνοὶ
Νῆσον ἐς ἀντιπέραιαν ἀπέτραπον ὁρμηθῆναι.
*Hos, perhibent montes habitare Ceraunia dictos,*
*Ex quo torta Iouis de cælo fulmina dextra*
*Inſula in oppoſita propulerunt quærere ſedes.*

CALPEN HERCVLEAM. ] Quia Calpe columnarum Herculis vna. Quid eæ fuerint, olim quoque dubitatum eſt: quibuſdam Herculis ſtatuas eſſe volentibus, aliis vrbes illi cognomines, aliis inſulas, nonnullis immanes montes, quæ opinio ferè obtinuit, ſequiturque Silius: dum ait.

— *exeſa in viſcera montis.*

Calpe Europæa columna eſt, ſeu mons barbarico vocabulo Græco, Alyba, [illegible] in Dionyſium Euſtathius. Dionyſius:

— Ἔ δέ οἱ ἀκρ[illegible]
Στήλαο Ἀ[illegible]
*Una columnarum [illegible] Alybe ſtans vertice ſummo.*

Malè reponit C[illegible]us [illegible]: eſt enim hæc ciuitas alio in tractu, nec vſquam ita vocatur [illegible]. Alybam vero etiam Nonnus dicit lib. 17.

*Ἤλυθε Bacchus) εἰς Ἀλύβης πόσοτολβιον*
*In felicem Alybia campum venit*
Inde Bacchus tendens in Indiam auxilia duxit: nam li. 24.
*Ἀ λλος ἀνὴρ Ἀλύβηθεν ἐμάρπτασε Διονύσῳ.*
*Ex Alybia veniens alius Dionyſio adhæſit.*
Eam lib. .. ciuitatem vocarat:
*Ἵξομεν εἰς Ἀλύβης ἀγχι πόλιν*
*In vicinam Alybes vrbem properemus*
Lib. 17. Ἀλύβης πέδον ὄλβιον. Item li. 34. Verbo: Alyba eſt columna Europæa, qualem loquitur Dionyſius: Abyla verò Libyca aduerſa in oſa. Ita & Geographus li. 17. Τὸ ὑποκείμενον ὄρος ὄνομα Ἀβύλη πολύθηρον, καὶ μεγαλόδενδρον. *Monti nomen Abyla feris abundans, atque ingentib. arboribus.* Qui Geographus li. 3. alteram columnarum, quæ Libyca eſt, ſitam contra *Calpen*, *Abylicem*, nominat. Philoſtratus libro quarto de Vita Apollonii *Abinna*. Euſtathius in Dionyſium vtrumque nomen agnoſcit: Εὐρωπαίαν Κάλπην, καὶ τὸ ἀντικείμενον αὐτῇ ὄρος ἐκ Λιβύης τὴν Ἀβύλην, ἢ Ἀβυλίκα. *Europaam Calpen, & obiacen. em montem à parte Libya Abylen, ſeu Abylicem.* Docet & hanc columnam à Græcis *Cynegeticen* appellari. Cauſam vides in Strabone: *Feris abundat, & ingentibus arboribus*: ibi igitur venari eſt. Idē cognoſcito ex Photio ca 241. Bibliothecæ Philoſtrati fide: nam λέοντες ὑποφαίνονται περὶ τὰς ὀφρῦς τοῦ ὄρους. *Summa montium leones occupant.* Non ſatis etiam attentè nuperæ in Photium. Note pro Ἄβιννα reponunt Ἀβύλη: vtrumque enim probè. Iri poteſt ad Melam l. 1. c. 5. qui commeminit *Herculem ipſum iunctos olim perpetuo iugo diremiſſe colles, atque ita excluſum antea mole montium oceanum, ad quæ nunc inundat, admiſſum.* Idē *Calpe Herculea*

HERCVLEAM CALPEN FERIT, ET EXESA IN VISCERA MONTIS. ] Rectè, nec mutare debuit ea copula. Infrà lib. 9.
*Nec vllum deſit teli genus*
Claudianus Giganthomachia:
*— iam ſigna ruendi*
*Bis æther, bis terra dedit*
Apud Ouidium Paris Helenæ:
*Nec tibi per vſquam Phrygiam, quæ ſolis ab ortu.*
Inaniter ſudant, qui correctionem moliuntur. Græci ſolitant monoſyllaba talia protrahere: cur non Romanis *licet eſſe tam diſertos*?

CONTORTVM PELAGVS. ] Fretum Gaditanum. Adiiciunt Geographi & Hiſtoria. Iam videbis.

AVDIT TARTESSOS LATIS DISTERMINA TERRIS. ] Europæ, atque Libyæ. Marcianus Heracleota: Τὴν γὰρ δὲ Εὐρώπην ἀπὸ τῆς Λιβύης διορίζει τὸ κατὰ γάδειρα στόμα τοῦ ὠκεανοῦ, ὃ καὶ Ἡράκλειον καλοῦσι πορθμόν. *Europam à Libya diſterminat vicinum Gadib. Oceani oſtium, quod Herculeum fretum dicunt.* Cicero lib. 3. de Natura Deorum:
*Quid oceani feruore illis in locis*
*Europam, Libyamque rapax vbi diuidit vnda?*
Atqui ab hoc freto, vt conſtat è Marciano, bidui Tarteſſus diſtat, quod ſpatium minimum eſt ingentium terrarum adſpectu: vt diſcrimen earum

æque Tarteſſo, ac freto Gaditaneo metiri liceat. Quid quod Salluſtius li.2. Hiſt. dicat *Tarteſſum* à Tyriis mutato nomine *Gadir* appellari? Iterùm Silius lib.1.

*At qua diuerſus clementior* (Libya) *adſpicit Arctos*
*Herculeo dirimente freto* (ſeu Gaditano) *deducta propinquis*
*Europes videt arua iugis*

Heſychius: Ταρτησσὸς πόλις περὶ τὰς Ἡρακλέους πύλας. *Tarteſſus ciuitas ad Herculeas columnas.*

NON PARVO GVRGITE LIXVS. ] Scylax Caryandenus in Periplo: Μετὰ δὲ Ἀνίδιβοντα ἐστὶν ἄλλος ποταμὸς μέγας Λίξος, καὶ πόλις Φοινίκων Λίξος, καὶ ἑτέρα πόλις Λιβύων ἐστὶ πέραν τοῦ ποταμοῦ καὶ λιμήν. *Poſt Anidienta ingens aliud flumen eſt Lixus & vrbs Lixus Phœnicum opus, & altera Libya ciuitas eſt cum portu vltra flumen.* Explicatiùs in li.3. ibi:

*Et Tingim rapido mittebat ab æquore Lixus*

NEC BASAGO EXVLTARE DATVR, NE IMPVNE RELICTVM. ] Alio poſitu commatis, & mutatione literæ erigo ſententiam:

*Nec Baſago exultare, datúrve impune relictum*, &c.

LIBONEM LAVRIGERIS DECVS ILLVD AVIS. ] *Auis* triumphalibus. Inclaruit Libonum ſplendor ex illo Corneliæ ad Paulum Propertii verbis lib. 4. Eleg. 12.

*Altera maternos exæquat turba Libones,*
*Et domus eſt titulis vtraq; fulta ſuis.*

Druſum Libonem admodum fuiſſe nobilem iudex eſt Seneca epiſt. 70. Anno item V.C. CDLXXXVI. M. Atilium, L. Iunium Libonem Coſ. Eutropius ſuggerit. Anno DVII XXXVIII. M. Druſum Coſ. nominat Caſſiodorus Faſti Siculi Libonem; vnus idémque eſt autore Dione, ac Seneca ſuprà. Ludorum Libonis meminit Plinius lib.36.c.15. Atque ibidem Libones ſunt ex familia Albanorum, ſeu Troianorum. eſt & *Libonis puteal* Horatio nobilitatum.

VANAQVE IVVENTA. ] Quia Libo breuis æui, & iuuenis cadit. Non *Noua*: nec enim eg[illegible]m in pugna Libonis facinus vllum memorabile video cantatum P[illegible]. Ab auis laudat triumphalibus: at

— *Genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi*
*Vix ea noſtra voco*

A iuuentæ flore: hoc eſt, ab ætate, quæ cur *Vana*, iam diximus. Cui tamen fixum eſt refigere τὸ *Vana*, & *Naua* figere, illi à me pax.

ORE SIMVL CERVIX. ] Græciſmus etiam Tacito vſitatus Annali tertio:

*Quindecimuiri Septemuiris ſimul.*

Apul.1. Florid. *Simul campis pecua, ſimul montib. feras, ſimul homines vrbibus.* Silius lib.6.

*Obuia captiuo cunctis ſimul vrbib. ibat*
*Auſonia*

*Quis Deus ô Muſæ par[illegible]us tot funera verbis*
*Euoluet, ta[illegible]q. vmbris in carmine digna*

Quis

*Quis lamenta ferat? certanteis laude cadendi*
*Primæuos iuuenes, mortíſque in limine crudæ*
*Facta virûm, & fixis rabiem ſub pectore telis?*
*Sternitur alternus vaſtus concurſibus hoſtis,*
*Nec ſpoliare vacat, prædæque aduertere mentem.*
*Vrget amor cædum, clauſis dũm detines hoſtem*
*Fraternum caſtris vulnus, funditque ruitque*
*Nunc iaculis, nunc enſe, modo inter millia Conſul*
*Bellantum conſpectus equo, modo Marte feroci*
*Ante aquilas, & ſigna pedes. fluit impia riuis*
*Sanguineis vallis, tumulíque, & concaua ſaxa*
*Armorum ſonitus, flatúſq. imitantur equorum.*
*Miſcebat campum membrorum in prœlia portans*
*Celſius humano robur, viſáque pauentes*
*Mole Gigantei vertebat corporis alas*
*Othrys Marmarides, lati ſuper agmen vtrunque*
*Ingens tollebant humeri caput, hirtáque toruæ*
*Frontis cæſaries, & crinibus æmula barba*
*Vmbrabat rictus: ſqualore huic hiſpida diro*
*Et villoſa feris horrebant pectora ſetis.*
*Aſpirare viro, propiorémq; addere Martem*
*Haud viſum cuiquam. laxo ceu belua campo*
*Inceſſebatur cunctis ex agmina telis.*
*Tandem veſanos palantum in terga ferenti*
*Cum fremitu vultus, tacita per nubila penna*
*Intrauit toruum Gortynia lumen arundo,*
*Auertítq; virum, fugientis ad agmina Conſul*
*Intorquet tergo iaculum, quod tegmine nudas*
*Irrumpit coſtas, hirtóque à pectore primum*
*Mucronem oſtentat. rapidus conuellere tentat*
*Quà naſci ferrum fulgenti cuſpide cernit,*
*Donec abundanter defuſo ſanguine late*
*Procubuit moriens, & telum vulnere preſſit:*
*Spiritus exundans vicinum puluere moto*
*Perflauit campum, & nubem diſperſit in auras.*
*Nec minor interea tumulis, ſyluíſq; fremebat*
*Diuerſus Mauors, variáque per ardua pugna.*
*Et ſaxa, & dumi rorantes cæde nitebant.*
*Exitium trepidis, lethíque, & ſtragis acerbæ*

*Cauſa Sychæus erat: Murranum ille eminus haſta*
*Perculerat, quo non alius, cùm bella ſilerent,*
*Dulcius Oeagrios pulſabat pectine neruos,*
*Occubuit ſylua in magna, patrióſque ſub ipſo*
*Quæſiuit monteu letho, ac felicia Baccho*
*Aequana, & Zephyro Surrentum molle ſalubri.*

BELLANTVM CONSPECTVS EQVO.] Præferocem Flamminio equum fuiſſe autumo ex M. Tullio lib. 1. de Diuin. Plut. in Fabio, Liuio, Plinio, qui prodigiis pugnam anteuertentibus apponunt Flamminii prolapſionem ex equo irrequieto. Ipſo hoc libro Poëta:

*Stat ſonipes, vexatque ferox humentia fræna.*

SAXA ARMORVM SONITVS, FLATVSQ. IMITANTVR EQVORVM.] Vocem igitur repercuſſam, quam Echo Græci, rectè Latini dixere *vocis imaginem*, vt Horatius, quaſi *imitaginem*, quia vocem *imitatur*.

BARBA VMBRABAT RICTVS.] Quæ in ſuperiore labro: Homerus μύστακα nominat.

ET VILLOSA FERIS HORREBANT PECTORA SETIS.] Roboris vtique ac vitium argumento. Radit Silius Aeneïdem octauam.

— *villoſáq. ſetis*
*Pectora ſemiferi.*

de Caco. Nonnus lib. 26.

Φρικτὰ δασυστέρνων ἐκορύσσετο φῦλα Σαβείρων,
Τοῖσιν ἐπὶ κραδίῃ λασίαι τρίχες, ὧν χάρις αἰεὶ
Ψυχῆς θάρσος ἔχουσι, καὶ οὐ πλώουσιν Ἐνυώ:
*Armatiq. Sabiri aderant, gens obſita ſetis*
*Pectora tondenſis: hinc nata audacia nunquam*
*Deſtituit, nunquam pugnas ignauiùs horrent.*

Ex hac audacia confit Adamãtium malè ab Heynſio tractatum reponente ἀψύχους hoc in loco: Στέρνα δ' αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ πεπυκασμένα θριξὶ δασείαις θερμοβούλους καὶ εὐψύχους σημαίνει. *Pectora ipſa ex ſe horripilantia denſiter, calidos, audacéſque notant.* Ptolomæus Hephestio narrat de Ptolomæo Cane, ὡς μετὰ τὴν πλάνην ἀνατμηθεὶς, τὴν καρδίαν εὑρέθη ἔχων πεπυκασμένην. ἦν δὲ τὸ γένος Μολοσσὸς ὄνομα Βριάρεως. *A morte deartuatus inuentus eſt corde horripilanti: Erat autem Moloſſus genere, Briareus nomine.* De Stichio Herculis amaſio idem narrat lib. 7. Marius apud Velleium audit *hirtus, atq. horridus.* Plura ſuppeditabunt variæ Lect. Mureti lib. 12. c. 10. & Adrianus Iunius Commentario de Coma.

HAVT VISVM CVIQVAM.] Modius: *Haud auſum cuiquam.*

DVLCIS OEAGRIOS... NERVOS.] Ab Orpheo ſic dictos: Orpheus enim Oeagro progenitus. Apollonius lib. 1.

— τήν ῥά ποτ' αὐτὴ
Καλλιόπη Θρήϊκι φατίζεται εὐνηθεῖσα
Οἰάγρῳ σκοπιῆς Πιμπληΐδος ἄγχι τεκέσθαι.
*Haut procul excelſa Pimpleïde Calliope olim*
*Threïcio ſociata viro (eluit Oeager) Orphea*

*Progenuit.*

Conon Narratu 45. Ὡς Ὀρφεὺς ὁ Οἰάγρου, καὶ Καλλιόπης μιᾶς τῶν Μουσῶν. *Orpheus Oeagri, & Calliopes Muſarum vnius filius.* Diodorus lib. 3. Item carmen Epitaphium: Θρήικα χρυσολύρην Οἰάγρου παῖδα θανόντα de Orpheo. *Thraicium Oeagro natum aurolyram, & denatum.* Maximus Tyrius λόγῳ κϛ', Non. Baſſaric. lib. 19.

*Addiderat miſero comitem, pugnæq; ferocis,*
*Gaudebat triſti victor nouitate Sichæus.*
*Pallanteis nam dum ſequitur, peruaſerat altam*
*In ſyluam, & priſcæ recliuis ab ictibus vlmi*
*Terga tuebatur trunco, fruſtráque relictos*
*Tauranus comites ſuprema voce ciebat.*
*Tranſegit iuuenem, ac perfoſsis incita membris*
*Hæſit in oppoſito cuſpis Sidonia ligno.*
*Quid vobis? quænam ira Deûm, vel mente ſiniſtra*
*Quæ ſedit formido viri? qui marte relicto*
*Ramorum quæſiſtis opem, non æquus in arctis*
*Nimirum rebus ſuaſor metus, arguit aſper*
*Exitus euentu praui conſulta timoris.*
*Annoſa excelſos tendebat ad æthera ramos*
*Eſculus, vmbroſum magnas ſuper ardua ſyluas*
*Nubibus inſertans altis caput, inſtar (aperto*
*Si ſtaret campo) nemoris, latéq; tenebat*
*Frondoſi nigram tellurem roboris vmbra.*
*Par iuxta quercus longum molita per æuum*
*Vertice canenti proferre ſub aſtra cacumen*
*Diffuſas patulo laxabat ſtipite frondes,*
*Vmbrabátque coma ſummi faſtigia montis.*
*Huc Aetnea cohors, Triquetris quam miſerat oris*
*Rex Arethuſa tuus, defendere neſcia morte*
*Dedecus, & mentem nimio mutata pauore,*
*Certatim ſeſe tulit, aſcendénſque viciſsim*
*Preſsit nutantes incerto pondere ramos.*
*Móxq; alius ſuper, atq; alius conſiſtere tuto*
*Dum certant, pars excuſsi. nam fragmine putri*
*Ramorum, & ſenio male fida fefellerat arbor.*
*Pars trepidi celſo inter tela cacumine pendent.*
*Turbatos ima properans conſumere peſte*
*Corripit æratam iamdudum in colla bipennem*
*Depoſito clypeo mutatus tela Sychæus.*

*Incumbunt ſociæ dextræ, magnóq. fragore,*
*Pulſa gemit crebris ſuccumbens ictibus arbos.*
*Fluctuat infelix concuſſo ſtipite turba,*
*Ceu Zephyrus quatit antiquos vbi flamine lucos,*
*Fronde ſuper tremuli vix tota cacuminis hærens*
*Luctatur, nido pariter luctante, volucris.*
*Procubuit tandem multa deuicta ſecuri*
*Suffugium infelix miſeris, & inhoſpita quercus,*
*Eliſitque viros ſpatioſa magna ruina.*

ET ZEPHYRO SVRRENTVM MOLLE SALVBRI.] Lux erit à Statio, qui in Pollu Surrentium ita ludit:

*Mira quies pelagi, ponunt hîc feſſa furorem*
*Aequora, & inſani ſpirant clementius Auſtri.*
*Hic præcepi minus audet hyems, nullóque tumultu*
*Stagna modeſta iacent.*

RECLIVIS AB ICTIBVS VLMI.] Exemplaria conſpirant in vitium. Reſcribo *Reclinis*. Nota vox Prudentio in Vincentio:

*Ergo vt recline mollibus reiecit aulæis caput,*

& hic adſerenda propter illud:

*— Vlmi*
*Terga tuebatur trunco:*

ergo *reclinis*, non *reclivis*. Reſcribo & apud S. Cyprianum tom. 3. de Chriſti baptiſmo: *Horret tamen Ioannes, & accline ſibi eſſe Chriſti caput non patitur.*

NON ÆQVVS IN ARCTIS NIMIRVM REBVS SVASOR METVS.] Prius enotauimus in lib. 4. ibi:

*— haut ſegnis cuncta magiſter*
*Præcipitat metus.*

LATEQVE TENEBAT.] Vmbra late ſe explicabat, multum ſoli ſpatium occupabat. Heynſius nouandi ſtudio: *Tegebat.*

TRIQVETRIS QVAM MISERAT ORIS REX ARETHVSA TVVS.] Hiero Syracuſarum rex è Sicilia ſubmiſerat auxilio Romanis funditores; quo numero alibi dicimus.

TVRBATOS IMA PROPERANS CONSVMERE PESTE.] Quia vicina radici feriebat. Colon. *Vna*: quia vno lapſu omnes proturbati.

IAMDVDVM IN COLLA BIPENNEM.] Exſibilanda lectio. B. *In Colle*. Non malè ſiquidem *Æſculus* Siliana *in colle*:

*— — inſtar (aperto*
*Si ſtaret campo) nemoris.*

In *colle* igitur euerſor Aeſculi. Melius tamen leges: *In bella*. Iuuat τὸ *Æratam iamdudum*: ac ſi dicat olim in vſus belli præparatam. Hoc ipſo libro ſuperiore:

*Stabat fulgentem portans in bella bipennem*
*Cinyphius.*

Alià sbipennem aptat ruris vſi us: Silius li. 8,

— *factaq; ad rura ſecures.*

Quam autem Silius *æratam bipennem*, Varro Parmenone dixit :

*Ferens ferream humero bipennem ſecurim.*

SVCCVMBENS ICTIBVS ARBOR. ] Suffugium arboris non temere poſitum: norat ex hiſtoria ſui æui Poëta paria euenta. Norimus & nos e Tacito Annalium ſecundo de pugnatoribus Arminii: *Quidam turpi fuga (dedecus Silius vocat) in ſumma arborum niſi, ramiſque ſe occultantes (ideo frondoſi roboris vmbra) admotis ſagittariis per ludibrium figebantur: alios prorutæ arbores afflixere.*

LVCTATVR NIDO PARITER LVCTANTE VOLVCRIS. ] Modius appoſitè ſanè:

*Jactatur nido pariter nutante volucris.*

Æquè tamen vulgata lectio placita.

*Inde aliæ cladum facies, contermina cædis*
*Collucet, rapidóq; inuoluitur Eſculus igni.*
*Iámq; inter frondes arenti robore gliſcens*
*Verticibus ſæuis, torquet Vulcanus anhelos*
*Cum feruore globos flammarum, & culmina torret.*
*Nec tela interea ceſſant, ſemiuſta gementum*
*Atq; amplexa cadunt ardentes corpora ramos.*
*Hæc inter miſeranda virûm certamina, Conſul*
*Ecce aderat voluens iram, exitiúmq; Sychæo.*
*At iuuenis ſubito tantæ diſcrimine pugnæ*
*Occupat euentum telo tentare priorem,*
*Cui medio leuiter clypeo ſtetit æris in ora*
*Cuſpis, & oppoſitas vetita eſt tranſmittere crates.*
*Sed non & Conſul miſſo concredere telo*
*Fortunam optatæ cædis parat, ac latus enſe*
*Haurit, nec crudæ tardarunt tegmina parmæ.*
*Labitur infelix, atq; oppetit ore cruento*
*Tellurem exſpirans, tum diffundente per artus*
*Frigore ſe ſtygio, manantem in viſcera mortem*
*Accipit, & longo componit lumina ſomno.*
*Atq. ea dum variis permixtus triſtia Mauors*
*Caſibus alternat, iam caſtris Mago relictis,*
*Iam Libyæ ductor properantia ſigna, citato*
*Raptabat curſu, & ceſſata reponere auebant*
*Tempora cæde virûm ac multo penſare cruore.*
*It globus intorquens nigranti turbine nubem*

*Pulueris, & ſurgit ſublatis campus arenis,*
*Quáue ferens greſſum flectit veſtigia ductor*
*Vndanti circum tempeſtas acta procella*
*Voluitur, atq. altos operit caligine monteis.*

OPPOSITAS VETITA EST TRANSMITTERE CRATES. ] Clypei crates non pectoris. Clypeus è corio (vnde *Scuti* nomen, (κύτος) vimine, & ferro vel ære quandoque fuit. idque dupliciter: aut enim metallum in extima facie occurrebat hominum oculis, & ſuberant pelles ac vimina: aut pelles inducebantur ſubiecto æri, ferróve. In Pallantis clypeo Æneid. 10. pellis prominebat

*— & clypeum tot ferri terga, tot æris*
*Cùm pellis toties obeat circumdata tauri.*

Contrà Iliados ρ.

Τὼ δ' ἰθὺς σύντην βοέης εἰλυμένω ὤμους
Αὔησι στερεῇσι, πολὺς δ' ἐπελήλατο χαλκός
*Concurrunt, humeros velabant taurea terga*
*Firma, exſucca, quibus facies multo ære nitebat.*

Diſertim Homerus ſuperſternit æs pellibus ſiccis. Signatè Euſtathius: ἤγουν ἔξω περὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἐλατὸς ἐκεῖνος, *extrorſum circa ſcuti faciem æs inductum,* obicularim ſcilicet, de quo Plut. in Camillo. Non omittendus Diodorus lib. 23. Ecl. 3. Ὅτι Ῥωμαῖοι πρῶτον ἀσπίδας τετραγώνους εἶχον εἰς τὸν πόλεμον. ὕστερον ἰδόντες Τυῤῥηνοὺς χαλκᾶς ἀσπίδας ἔχοντας ποιήσαντες ὁμοίας ἐνίκησαν αὐτούς. *Romani primulùm clypeos quadrangulos in belli vſu habebant: poſt Tyrrhenorum ex ære clypeos conſpicati, & idipſum æmulati Tyrrhenos vicere.*

AC LATVS ENSE HAVRIT. ] Indubitanter melius: *At.*

NEC CRVDÆ TARDARVNT TEGMINA PARMÆ. ] Huius parmæ tabulam crates operimentum habebant è crudis exuuiis: crudæ enim pellis lentore mora telo obiectum iri ſperabant. Talia tegmina nihil hîc valuere: quia per latus enſe petitus cecidit.

CESSATA REPONERE AVEBANT TEMPORA. ] Ouid. 4. Faſtorum:

*Largáq; prouenit ceſſatis meſſis in armis.*

Hor. lib. 1. Ep. 2.

*Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam,*

vt deſiit cithara ſtrepere.

*Occubuere ſimul Fontanus, Bucca canorum*
*Transfixi guttur, preſſóq; è vulnere cuſpis*
*Proſpexit terga, hunc triſtes miſere Fregellæ*
*Multiplicem proauis, hunc mater Anagnia fleuit.*
*Haud diſpar fortuna tibi Leuine: ſed auſo*
*Non eadem: neq; enim Tyrio concurrere regi*
*Tentas, ſed lectus par ad certamen Hiremon*
*Aut ololum moderator erat, quem poplite cæſo*

*Dum ſpolias, grauis immiti cum turbine coſtas*
*Fraxinus irrumpit, collapſáq; membra ſub ictu*
*Hoſte ſuper fuſo ſubita cecidere ruina.*
*Nec Sidicina cohors deſit. Viridaſius armat*
*Mille viros, nulli melius vel ponere caſtra,*
*Vel iunxiſſe ratem, duróq. reſoluere muros*
*Ariete, & in turrim ſubitos immittere pontes.*
*Quem poſtquam Libyæ ductor virtute feroci*
*Exultare videt (namq. illi vulnere præceps*
*Terga dabat leuibus diffiſus Auaricus armis)*
*Acrius hoc pulchro Mauorte accenſus in iram,*
*Et dignum ſeſe ratus in certamine ſæuo*
*Comminus ire viro referenti è corpore telum,*
*Aduolat, & fodiens pectus, laudande laborum*
*Quiſquis es haud alia decuit te occumbere dextra.*
*Ad manes lethi perfer decus, Itala gentis*
*Ni tibi origo foret, vita donatus abires.*
*Hinc Fadum petit, & veterem bellare Labicum,*
*Cui Siculis quondam terris congreſſus Amilcar*
*Clarum ſpectato dederat certamine nomen,*
*Immemor annorum, ſeniúmq. oblitus, in arma*
*Ille quidem cruda mente, & viridiſſimus iræ*
*Ibat: ſed vani frigentem in Marte ſenectam*
*Prodebant ictus, ſtipula crepitabat inani,*
*Ignis iners, caſſámq; dabat ſine robore flammam.*

BVCA CANORVM. ] Modius: *Buta.* bene ominatè: nam *Buta*, ſeu *Butes* nomen eſt vnius è primis Italiæ accolis Æneid. 5. Verùm nihil emuto. *Buca* enim Italiæ vrbs Straboni lib. 9. & 5.

Μετὰ δὲ Ἄτερνον Ὄρτων ἐπίνειον Φρεντανῶν, καὶ Βοῦκα

ex qua militi miſero nomen ductum volo. Id námque amat Silius, vt li. 2.

*Iam Grauium audacémque Tyrum, pariterq; ruentes,*

aliáque ſexcenta procudit è ciuitatibus nomina. Quid quod Pœnis Silius *Buten* adiungit, hic autem Romanus eſt? Lib. 7.

*Inde ruens Turin, & Buten, & Marin & Arſen.*

MISERE FREGELLÆ. ] Membranæ: *Luxere.*

MVLTIPLICEM PROAVIS. ] Velleius lib. 2. Sentium *Saturninum virum multiplicem in virtutibus, nauum, agilem prouidum.* Notum, quos Hebræi vocent רַבִּים.

NVLLI MELIVS VEL PONERE CASTRA. ] Modius è membranis: *Victus.* Rectè. Nec tamen alterum deſpuo: Nulli *melius* fuit, ſeu, nulli magis profuit ponere caſtra, aliáque.

VEL IVNXISSE RATEM. ] Vt deinde iunctis nauibus turrim imponat, Sic in Marcello, quam Plutarchus *machinam* nominat, *turrim* fuiſſe autumo: Υ'πὸ δὲ μεγάλῳ ζεύγματος νεῶν ὀκτὼ, πρὸς ἀλλήλας συνδεδεμένων μηχανὴν ἄρας: *Super ingenti iugo nauium octo colligatarum inter ſe coniunctione machinam Marcellus extulit.* Cur verò Plutarchum aliter explicem à Silio li.4. in eadem Syracuſarum obſidione à Marcello:

*— nam textam robore turrim*
*Attulerant nexæ ferri compage triremes.*

Iugum verò nauium duarum pluriumue in hos tales vſus *Sambucam* nominat Appianus in Mithridatico, aliique.

DVROQVE RESOLVERE MVROS ARIETE, ET IN TVRRIM SVBITOS IMMITTERE PONTES. ] Duas potiſſimum poliorceticæ turris partes exſequitur, *arietem*, quæ pars ima, & *pontem*, quæ media. Vegetius lib.4. ca.17. de turri loquitur: *Nam in inferiorib. habet arietem, cuius impetu deſtruit muros: circa mediam verò partem accipit pontem factum de duab. trabibus, ſeptúmque de vimine, quem ſubitò prolatum inter turrim, murúmque conſtituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatem tranſeunt, & occupant muros.* Erigamus & partem ſummam turris ex eodem loco: *In ſuperiorib. autem turris illius partibus contati, & ſagittarij collocantur, qui defenſores vrbis contis, miſſilibus, ſaxíſque proſternant.* Silii igitur Viridaſius gnarus erat de turri ſua in hoſtilem

*— turrim ſubitos immittere pontes*
*Æneæ magni dextra cadit.*

VETEREM BELLARE LABICVM. ] Poſteriùs:

*— veteres ad aratra Labici.*

Tertium Labicorum decus Æneid.7.

*— & picti ſcuta Labici.*

*Veteres*: quod hoc temporis euerſi, miniméque quod olim, florentes. Strabo lib 5. Τῷ παλαιῷ Λαβικῷ, κτίσματι κατεσπασμένῳ. *Veteri Labico, diruto opido.*

STIPVLA CREPITABAT INANI IGNIS INERS. ] Georg.3.

*Vt quondam in ſtipulis magnus ſine virib. ignis*
*Incaſſum furit*

*Quem poſtquam accepit patrio monſtrante ſuperbus*
*Armigero Pœnûm ductor, certamini a primæ*
*Hic lue nunc, inquit, pugnæ: te notus Amilcar*
*Hac trahit ad manes dextra: tum librat ab aure.*
*Intorquens iaculum, & verſantem in vulnere ſeſe*
*Tranſigit, extracta fœdauit cuſpide ſanguis*
*Caniciem, & longos finiuit morte labores.*
*Nec minus Herminium primis obtruncat in armis,*
*Aſſuetum Thraſimene tuos, prædantibus hamis*
*Exhaurire lacus, patriæq; alimenta ſenectæ*
*Ducere ſuſpenſo per ſtagna latentia lino*
*Interea exanimem mæſti ſuper arma Sychæum*

Porta-

*Portabant Pœni, corpúſque in caſtra ferebant.*
*Quos vbi conſpexit triſti clamore ruenteis*
*Ductor, præſago percuſſus pectora luctu,*
*Quinam, inquit, dolor ô ſocii, quæue ira Deorum*
*Eripuit nobis? num te dulcedine laudis*
*Flagrantem, & nimio primi Mauortis amore*
*Atra Sychæe dies properato funere carpſit?*
*Atque dato gemitu, lacrymæ aſſenſere ferentum.*
*Et dictus pariter cædis mærentibus author,*
*Cerno, ait, aduerſo pulchrum ſub pectore vulnus*
*Cuſpidis Iliacæ, dignus Carthagine, dignus*
*Haſdrubale ad manes ibis, nec te optima mater*
*Diſſimilem lugebit auis, Stygiáue ſub vmbra*
*Degenerem cernens noſter vitabit Amilcar.*
*At mihi Flaminius tam mœſti cauſa doloris*
*Morte ſua minuet luctus, hæc pompa ſequetur*
*Exequias, ſeróq; emptum volet impia Roma*
*Non violaſſe mei corpus mucrone Sychæi.*
*Sic memorans torquet fumantem ex ore vaporem,*
*Iráque anhelatum proturbat pectore murmur:*
*Vt multo accenſis feruore exuberat vndis*
*Clauſis vbi exuſto liquor indignatur aheno.*
*Tum præceps ruit in medium, cælúmque fatigat*
*Flaminium inceſſens: nec dictu ſegnius ille*
*Bella capeſſebat, propiórq; inſurgere Mauors*
*Cœperat, & campo iunctus iam ſtabat vterque,*
*Cùm ſubitus per ſaxa fragor, motique repente*
*Horrendum colles, & ſumma cacumina totis*
*Intremuere iugis, nutant in vertice ſyluæ*
*Pinifero, fractæque ruunt ſuper agmina rupes.*
*Immugit penitus conuulſis ima cauernis*
*Diſſiliens tellus, nec paruos rumpit hiatus:*
*Atque vmbras late Stygias immenſa vorago*
*Faucibus oſtendit patulis, manéſque profundi*
*Antiquum expauere diem: lacus alter in altos*
*Sublatus monteis, & ſede excuſſus auita*
*Lauit Tyrrhenas ignota aſpergine ſyluas:*
*Iámque eadem populos, magnorúmq; oppida regum*
*Tempeſtas, & dira lues ſtrauitque, tulitque.*

*Ac ſuper hæc reflui pugnarunt montibus amnes,*
*Et retro fluctus torſit mare, monte relicto*
*Appenninicolæ fugêre ad littora Fauni.*
*Pugnabat tamen (heu belli vecordia) miles*
*Iactatus titubante ſolo, tremebundáque tela*
*Subducta tellure ruens, torquebat in hoſtem,*
*Donec pulſa vagos curſus ad littora vertit*
*Mentis inops, ſtagníſque latebat Daunia pubes.*

QVÆVE IRA DEORVM.] Modius: *Quæ te.* Præſtabilius: *Quemue.* Videt Annibal ex frequentia cæſum præſignem aliquem: *Quinam*, inquit, *dolor*, *ô ſocÿ?* quis vobis cauſa doloris? & affectu repetitio,

*— quémue ira Deorum*
*Eripuit nobis?*

Vt Annibali in mentem venit Sychæi, rogat: *Num te Sychæe dies carpſit?* tum *lacryma adſenſere ferentum.* Vbi dolore fauces reportantium fingit obſtructas Poëta: nam dolor magnus non eſt, ſi loqui potes. Neque ſatis cohærent:

*O ſocÿ? quæ te?* —

ATQVE DATO GEMITV.] *Atque* hoc loco valet *Eueſtigio.* Plautus Moſtellaria: *Capio conſilium, vt ſenatum congerronum conuocem, quem cùm conuocaui, atque illi me è Senatu ſegregant:* Item in XII. *Si quis in ius vocarit, atque ito.* Continuò ito. Georgicωn primo:

*— ſi brachia fortè remiſit,*
*Atque illum in præceps prono rapit alueus amni.*

Ita Gellius explicat lib. 10. c. 29. Eſto igitur gloſſema, quod obtendunt membranæ: *Vtque.* Auienus fab. 25.

*Ille ſibi abrupti fingens diſcrimina funis,*
*Atque auri queritur deſiluiſſe cadum.*

Terentianus interprete Briſſæo:

*Atque I. geminum ſcribere nos docent magiſtri.*

Neque mirum id in voce ſimplici, cùm id valeat paſſim vox combinata *Simulátque.*

SEROQVE EMTVM VOLET IMPIA ROMA.] Imago illius in Aeneide 10.

*Turno tempus erit, magno cùm optauerit emtum*
*Intactum Pallanta.*

CLAVSVS VBI EXVSTO LIQVOR INDIGNATVR AHENO.] Homerus Iliad. Φ.

Ὡς δ' ὅ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ
Κνίσσην μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο.

Aeneid. 7.

*— veluti magno cùm flamma ſonore*

*Virgea ſuggentur coſtis vndantis aheni.*

Calaber lib. 5.

> Ῥοιβδηδὸν μαίνεται ὑπαὶ πυρὸς αἰθομένοιο,
> *Cum ſtridore furit tanta eſt Vulcania peſtis!*

COELVMQVE FATIGAT FLAMMINIVM INCESSENS. ] *Cælum fatigat*, querelis auras implet (ſuper Sichæo, )& minis(in Flamminium.) Modio expeditus viſum: *Solúmque fatigat Fl.* Tum quid agas illo: *Inceſſens*? Iuuatur hæc mea lectio ſecutura correctione.

NEC DICTV SEGNIVS ILLE BELLA CAPESSEBAT. ] Aſc. & L. *Dicto*. Optimè. Hoc eſt dictis querelis, & minis.

FRACTÆQ. RVVNT SVPER AGMINA RVPES. ] Seriò dicit Silius, non tragicè. Plutarchus in Fabio: Κρημνοὺς ὑπωρείας διεῤῥάγησαν: *Rupium ſumma prærupta.*

IAMQVE EADEM POPVLOS, MAGNORVMQVE OPPIDA REGVM TEMPESTAS, ET DIRA LVES STRAVITQVE TVLITQVE. ] Hiſtoriæ fide, quam Tullio magiſtro dedit Silius lib. 1. de Diuinatione: *Magnum illud etiam, quod addidit Cœlius eo ipſo tempore, cùm hoc calamitoſum fieret prælium tantos terræ motus in Ligurib. Galliáq. compluribúſque inſulis* [ noto verſum primum ] *totáque in Italia factos eſſe, vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terraque deſederint.* Fruſtra igitur Florus equitum, virorúmque diſcurſibus, & motis vehementiùs armis illum horrorem ſoli adſcribit.

REFLVI PVGNARVNT MONTIBVS AMNES. ] Portentum! Plut. in Fabio: Ἅμα τῷ καιρῷ τῆς μάχης συνέπεσε σεισμὸς, ὑφ᾽ οὗ καὶ πόλεις ἀνετράπησαν, καὶ ῥεύματα ποταμῶν ἐξ ἕδρας μετέστη: *Sub ipſam pugnam ſoli horror natus eſt, quo ciuitates euerſæ, & flumina ſuis auerſa ſunt curſibus.*

PVGNABAT... MILES IACTATVS TITVBANTE SOLO. ] Tantus enim pugnæ ardor erat, vt neque Pœni, neque Romani ſenſerint teſte Plinio lib. 2. c. 84. Quod curioſe Liuius lib. 22. ſignauit, conſignemus: *Tantúſque fuit ardor animorum, adeo intentus pugnæ animus, vt eum terræ motum, qui multarum vrbium Italiæ magnas partes proſtrauit, auertitque curſu rapido amnes, mare fluminibus inuexit, montes lapſu ingenti proruit, nemo pugnantium ſenſerit.* E Liuio mutuatus videtur Zonaras tom. 2. Annal.

DONEC PVLSA VAGOS CVRSVS AD LITORA VERTIT MENTIS INOPS, STAGNISQVE LATEBAT DAVNIA PVBES. ] Modius pro *Latebat* retulit nobis *Illata eſt*. An ſuboffenſus temporum differentiate? Certè ea ſignata opus fuit: miles enim fugax *curſum vertit* rapidiſſimè, *latebat* verò diutulè: alterum rei præteritæ, alterum ſuſpenſæ argumento eſt. Verùm ita in membranis. Veritas eſt adamantina: cedant membranæ.

*Queis Conſul terga increpitans, nam turbine motæ*
*Ablatis terræ inciderat, quid deinde, quid oro*
*Reſtat iò profugis? vos en ad mœnia Romæ*

*Ducitis Annibalem, vos in Tarpeia tonantis*
*Tecta faces, ferrúmq; datis, ſta miles, & acreis*
*Diſce ex me pugnas, vel ſi pugnare negatum*
*Diſce mori: dabit exemplum non vile futuris*
*Flamminius, ne terga Libys, ne Cantaber vnquam*
*Conſulis aſpiciat, ſolus, ſi tanta libido*
*Eſt vobis, rabiéſque fugæ, tela omnia ſolus*
*Pectore conſumo, & moriens fugiente per auras*
*Hac anima, veſtras reuocabo ad prælia dextras.*
*Dúmq; ea commemorat, denſóſque obit obuius hoſteis,*
*Aduolat ora ferus, mentémque Ducarius, acri*
*Nomen erat gentile viro, fuſiſque cateruis*
*Boiorum quondam patriis, antiqua gerebat*
*Vulnera barbaricæ mentis, noſcénſque ſuperbi*
*Victoris vultus, túne, inquit, maximus ille*
*Boiorum terror? libet hoc cognoſcere telo*
*Corporis an tanti manet de vulnere ſanguis.*
*Nec vos pœniteat populares fortibus vmbris*
*Hoc mactare caput, noſtros hic curribus egit*
*Inſiſtens victos alta ad Capitolia patres.*
*Vltrix hora vocat. pariter tunc vndiq. fuſis*
*Obruitur telis, nimbóq. ruente per auras*
*Contectus, nulli dextra iactare reliquit*
*Flamminium cecidiſſe ſua: nec pugna perempto*
*Vlterior ductore fuit. nanque agmine denſo*
*Primores iuuenum ſæua ad diſcrimina Martis*
*Infenſi Superis, dextríſq;, & cernere Pœnum*
*Victorem plus morte rati, ſuper ocyus omnes*
*Membra ducis, ſtratóſque artus certamine magno*
*Teláque, corporáq;, & non fauſto Marte cruentas*
*Iniecere manus, ſic denſi cædis aceruo*
*Ceu tumulo texère virum. tum ſtrage per vndas,*
*Per ſyluas ſparſa, perq; altam ſanguine vallem*
*In medias fratre inuectus comitante cateruas*
*Cæſorum iuuenum Pœnus, quæ vulnera cernis?*
*Quas mortes? inquit, premit omnis dextera ferrum,*
*Armatúſq, iacet ſeruans certamina miles.*
*Hos en, hos obitus, noſtræ ſpectare cohortes,*
*Fronte minæ durant, & ſtant in vultibus iræ,*

*Et vereor ne quæ tanta creat indole tellus*
*Magnanimos fæcunda viros, huic fata dicarint*
*Imperium, atq; ipſis deuincat cladibus orbem.*
*Sic fatus ceſſit nocti, finémq; dedere*
*Cædibus, infuſæ ſubducto ſole tenebræ.*

QVIS CONSVL TERGA INCREPITANS. ] Cur non terga fugacium fodit Conſul imperterritus? Haut potis:
*— nam turbine motæ*
*Ablatis terræ inciderant*
Conſulis deſertores auferebantur fuga: intereadum deſederant terræ. Conſul, qua vna poteſt pollérue voce, increpitat.

RESTAT IO PROFVGIS. ] Rectius fuerit *Iam pr.*

DABIT EXEMPLVM NON VILE FVTVRIS. ] Memorabile, & faciendum maximi. Pari venuſtate Claudianus lib. 2. de Raptu Proſerpinæ
*— viles paſtorum deſpicit* (leo) *iras*:
non tanti.

FVTVRIS. ] Et *Poſt futuri* dicunt. Salluſtius primo Hiſtoriarum: *Qui ſolus hominum poſt hominum memoriam ſupplicia in poſtfuturos compoſuit.* Homerus Iliad. Z.
— Ὡς καὶ ὀπίσσω
Ἀνθρώποισι πελώμεθ᾽ ἀοίδιμοι ἐσσομένοισι.
*Vt populis olim cantemur forte futuris.*
Compoſitè Theocr. Idy. ιβ.
— Ἐσσομένοις δὲ γενώμεθα πᾶσιν ἀοιδά.
*Vt poſt forte futuris declamatio ſimus.*
Quod poſtremum vertas ex Satyra Iuuenalis:
*— Vt declamatio fias.*

NOSTROS HIC CVRRIBVS EGIT INSISTENS VICTOS ALTA AD CAPITOLIA PATRES. ] Hoſtem Flaminius quidem triumphauit; ſed priuatus, & indignante plebe: contemſerat námque auſpicia, prodigia, literas, quibus Romam arceſſebatur, quas ſepoſitas non ante victoriam legit, Plutarchus in Marcello. Vide & Liuium lib. 22. Ἐμφατικὸν τὸ *Egit*, & ex Romano more, quo pecudum inſtar triumphatos agebant ad Capitolium *victimas*, ſiue *hoſtias*: vnde Ouidius
*Hoſtibus à victis hoſtia nomen habet;* & *Victima.*

SÆVA AD DISCRIMINA MARTIS. ] Membranæ: *Læua ob d. M.*

TELAQVE, CORPORAQVE. ] Eorum crebritate nullum Flamminii cadauer agnoſci potuit ab Annibale ad honorem funeris, virtutis ergo queritante, Plut. in Fab. Maximo. Porro cum flamminio viginti millia cecidiſſe teſtis Appianus Annibalicis: Καὶ σὺν αὐτῷ δισμύριοι.

IACET SERVANS CERTAMINA MILES. ] Sæpe id in ſingulis pugnatoribus animaduerſum: non æquè in exercitu integro. Tacitus l. 19. de Vitellianis: *Cecidere omnes contrariis vulneribus verſi in hoſtem. Ea cura etiam morientibus decori exitus fuit.* Salluſtius Catilinariis tantundem laudis arrogat. Eu-

ſtathius notat ad viceſimam ſecundam Iliadem, quòd Laconibus οὐ θέμις ὁσίας τυχεῖν ἄνδρα νεκρὸν βεβλημένον τὰ ὀπίσω: *Nefas fuiſſe iuſta fieri auerſis vulneribus mortuo.* Epitoma lib. 13. Liuii: *poſt id prælium, cùm corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inſpiceret, omnia verſa in hoſtem inuenit.*

HOS EN, HOS OBITVS, NOSTRÆ SPECTATE COHORTES. ] Fortè

*Hoſtéſne hos obitus? noſtræ ſpectate cohortes.*

Non muto tamen: videtur enim illud Æneid. 11. Silius æmulari:

*Hos aditus, iámque hos aditus*

FRONTE MINÆ DVRANT, ET ADHVC IN VVLTIB. IRÆ. ] Annibali dat Silius, quæ Pyrrho Florus l. 1. c. 18. *Omnium vulnera in pectore, quidam hoſtibus ſuis immortui omnium in manibus enſes, & relictæ in vultibus minæ, & in ipſa morte ira viuebat.*

ET VEREOR, NE QVÆ TANTA CREAT INDOLE TELLVS. ] Nec à pari cæſorum Romanorum laude ſe Pyrrhus abſtinuit: *O quàm facilè erat orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me rege Romanis.*

---

## IN LIB. VI. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO

### *Claud. Dauſqueij Can. Tor.*

### COMMENTARIVS.

*IAm Tarteſſiaco quos ſoluerat æquore Titan*
*In noctem diffuſus equos, iungebat Eois*
*Littoribus primíq; nouo Phaëonte retecti*
*Seres lanigeris repetebant vellera lucis.*
*Et fœda ante oculos ſtrages, propiúſq; patebat*
*Inſani Mauortis opus, ſimul arma, viríq;,*
*Ac mixtus ſonipes, dextræq; in vulnere, cæſi*
*Hærentes haſtis paſſim clypeíque, tubæque,*
*Atque artus trunci capitum, fractúſq. iacebat*
*Oſſibus in duris enſis, nec cernere deerat*
*Fruſtra ſeminecum quærentia lumina cælum.*
*Tum ſpumans ſanie lacus, & fluitantia ſummo*
*Aeternum tumulis orbata cadauera ponto.*

IAM TARTESSIACO QVOS SOLVERAT ÆQVORE TITAN. ] Alibi Silius

— *Tarteſſus ſtabulantis conſcia Phœbo.*

Ouid. Metam. 14.

*Preſſerat occiduus Tarteſſia* (bis peccatum *Tartheſia*) *littora Phœbus.*

SERES LANIGERIS REPETEBANT VELLERA LVCIS. ] Lib: 14.

— *depexáque vellera ramis.*

Seneca Hippolyto:

*Quæ fila ramis vltimis Seres legunt.*

Fortè legendum *vltimi. Lucis*: vellitur námque byſſus de arboribus. Georg. 2.

*Quid nemora Æthiopum molli canentia lana,*
*Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres?*

Pimpontium vide. Plinius l. 5. c. 1. fide Suetonii Paulini de Syluis ad Atlantem refert *tenui eas obduci lanugine, quibus addita arte poſſe, quales bombyce, veſtes confici.* De corticibus Euſtathius in Dion. φασὶ δὲ σηρικὰ παρ' Ἰνδοῖς γίνεσθαι ἔκ τινων φλοιῶν ξαινομένης βύσσου. ἐπανθεῖν δὲ καὶ δένδροις ἀγρίοις ὡς ἔριον καλλονῇ, καὶ ἀρετῇ διαφέρον τοῦ ἐκ τῶν προβάτων, ἐξ οὗ φασι καὶ εὐτελεῖς σινδόνας ὑφαίνονται τουτέστιν ὀθόναι: *Et apud Indos aiunt Serica fieri abraſa è quibuſdam corticibus byſſo. Agreſtibus quoque arboribus inhærere lanæ in modum, quæ pulcritudine, ac præſtantia ouinæ antecellat, ex qua etiam Sindones perbellè contexantur.* Præiuerat Euſtathio Strabo lib. 15. De floribus Dionyſius:

Αἴολα δὲ ξαίνοντες ἐρήμης ἄνθεα γαίης
Εἵματα τεύχουσι πολυδαίδαλα τιμήεντα
Εἰδόμενα χροιῇ λειμωνίδος ἄνθεσι ποίης:
*Flores deſerti pectunt, quîs non color vnus,*
*Deinde & honoratas vario ſubtegmine veſtes,*
*Quîs prati facies bene verſicoloris, adornant.*

Strabo ſuprà ex Ariſtobulo: Καὶ τῶν ἐριοφόρων δένδρων φησὶ τὸ ἄνθος ἔχειν πυρῆνα· ἐξαιρεθέντος δὲ τούτου ξαίνεσθαι τὸ λοιπὸν ὁμοίως ταῖς ἐρέαις: *Lanigerarum arborum flori nucleum eſſe, quo exemto, quod reliquum, inſtar lanæ carminari.* Denique byſſi arborem deſcribit Photius cap. 241. ſupra Indum, inquit, βύσσῳ τοὺς φανερωτέρους ἐσταλθαι. τὴν δὲ βύσσον φύεσθαι δένδρον φάσιν ὅμοιον μὲν τῇ λεύκῃ τὴν βάσιν, παραπλήσιον δὲ τῇ ἰτέᾳ τὰ πέταλα, *illuſtriores byſſo niteſcere, byſſum verò ex arbore produci, cuius ima albam populum referant, folia ſalicem.* Meminitque Epiſtola ad Galathonem. Vide Plin. l. 12. c. 11. & 10. Solin. c. 63.

PASSIM CLYPEIQVE TVBÆQVE. ] Ab aliis repoſitum *Iubæque* Alicubi *tubas* iacuiſſe non abhorret ab imagine veri, ſed *paßim.*

*Nec tamen aduerſis fuerat fracta Itala virtus.*
*Brutius ingenti miſerandæ cædis aceruo*
*Non æquum oſtentans confoſſo corpore Martem,*
*Extulerat vix triſte caput, truncóſq. trahebat*
*Per ſtragem neruis interlabentibus artus,*
*Tenuis opum, non patre nitens, linguáve, ſed aſper*
*Enſe, nec è Volſca quiſquam vir gente redemit*

*Plus æui, nec magnanima puer abdere ſeſe*
*Pubeſcente gena caſtris optarat, & acer*
*Flamminio ſpectatus erat, cùm Celtica victor*
*Obrueret bello diuis melioribus arma.*
*Inde honor, ac ſacræ cuſtodia Marte ſub omni*
*Alitis, hinc cauſam nutriuit gloria lethi.*
*Nanq. necis certus, captæ prohibere nequiret*
*Cùm Pœnos aquilæ, poſtquam ſubſidere fata*
*Viderat, & magna pugnam inclinare ruina,*
*Occulere interdum, & terræ mandare parabat.*
*Sed ſubitus victus telis, labentia membra*
*Proſtrauit ſuper, atq. illecta morte tegebat.*
*Verum vbi lux nocte è Stygia, miſeróq. ſopore*
*Reddita, vicini de ſtrage cadaueris haſta*
*Erigitur, ſolóq. ingens conamine, late*
*Stagnantem cæde, & facilem diſcedere terram*
*Enſe fodit, clauſámque aquilæ infelicis adorans*
*Effigiem, palmis languentibus æquat arenas:*
*Supremus feſſi tenueis tum ceſſit in auras*
*Halitus, & magnam miſit ſub tartara mentem.*

NEC MAGNANIMA PVER ABDERE SESE PVBESCENTE GENA CASTRIS OPTARAT. ] Vitiata mea exemplaria, itaque legit Marſus, ac cæteri: ego diuulsè, *Nec magna anima puer*, vt *animaque magnæ prodigum Paulum* cecinit Horàtius. Silius de hoc eodem Brutio

— *magnam miſit ſub tartara mentem.*

Cur enim *gena magnanima* præ frontem aut oculis? Deinde negationem *Nec* vim proferre volo in τὸ *Optarat caſtris ſeſe abdere*, ſiue tutius in caſtris agere, & deliteſcere non optarat. Quid ergo? *At acris* in aciem ruens

*Flamminio ſpectatus erat*

*Nec pubeſcente gena* remotius eſt, & ſi laudis id quoque. Hoc dictum volo in reponentem *Addere* pro *Abdere*.

OCCVLERE INTERDVM, ET TERRÆ MANDARE PARABAT. ] Neceſſaria aquilifero cura, ὅτι τοὺς μὴ ἀνασώσαντας τὰ σημεῖα ὑπὸ τῶν στρατηγῶν δεῖ σὺν αἰσχύνῃ ἀποθανεῖν, *quia ſigno perdito ducum imperio fuit ſignifero cum dedecore moriendum*, teſte Dionyſio li.2. Antiq. Rom. Laudatus eſt & Floro li.4.c.12. ſignifer, qui clade Variana merſam intra balthei ſui latebras abdidit. Quòd ſi è ligno aut metallo ea fuit aquila, aut non potuit balthei operimento fideliter tegi, aut tam fuit exigua, multum vt eius venerationi paruitas ademerit, multum animi militi ſeductiori. Etſi ergo aquila deſculpta quandoque fuit, & figurata è materia robuſtiore: quādoque etiam velo à texente infixa, aut per artem affixa. Diſertim Etymologus Autor: Σημαίας λέγ. τὰ Σίγνα

ἐν ταῖς τάξεσιν ἐπίσημα, ἃ κοντοῖς ἠρτημένα, ἀετῶν, ἢ λεόντων, ἢ δρακόντων ὑφάσμασι ποικίλα, καὶ παρασήμοις καθ᾽ ἕκαστα ἑκάστην τῶν τάξεων παραδηλοῦντα: *Semaas Itali Signa vocant, & quæ Banda dicuntur, quæ in ordinibus inſignia contis ſuſpenduntur aquilarum, aut leonum, aut draconum textis variegata, & notis interpuncta quemque ordinem ſignificabant.* Sic Etymologus profectò de Signis loquitur, vt etiam Aquilas è texto faciat. Sic *vexillorum* nomen in vetere quoque memoria perfrequens à *Velo* ortum perſuadet.

ILLECTA MORTE TEGEBAT.] Cùm Bruttius labentia membra ſuper aquilam proſtrauit, quia ſtudio aquilæ mortuus videri voluit, mortem illiciebat: hinc *illecta morte.* Nonnemo voluit *Illata morte.*

CLAVSAMQ. AQVILÆ INFELICIS ADORANS EFFIGIEM.] Tertull. c. 16. Apol. *Religio Romanorum tota caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna iurat, omnibus Dijs præponit.* Dionyſius Hal. lib. 6. Ant. Rom. Τιμιώτατα γὰρ ταῦτα Ῥωμαίοις ἐπὶ στρατείας, καὶ ὥσπερ ἱδρύματα θεῶν ἱερὰ νομίζονται. *Signa nánque maximo ſunt in honore Romanis in caſtris, & veluti Deorum ſtatuæ ſacra putantur.* Herodianus lib. 4. Εἰς τὸν νεὼν, ἔνθα τὰ σημεῖα, καὶ τὰ ἀγάλματα τοῦ στρατοπέδου προσκυνεῖται. *In ædem, vbi ſigna, & exercitus ſimulacra adorantur.* Adi Volfangum Lazium lib. 7. c. 6. Commentariorum Reip. Rom.

*Iuxta cernere erat, merito ſibi poſcere carmen*
*Virtutis ſacram rabiem, Leuinus, ab alto*
*Priuerno, vitis Latiæ perſignis honore*
*Exanimum Naſamona Tyren ſuper ipſe iacebat*
*Exanimis, non haſta viro, non enſis, in arctis*
*Abſtulerat fors arma, tamen certamine nudo*
*Inuenit Marti telum dolor, ore cruento*
*Pugnatum, ferríque vicem dens præbuit iræ.*
*Iam laceræ nares, fœdatáque lumina morſu,*
*Iam truncum raptis caput auribus, ipſáq; diris*
*Frons depaſta modis, & ſanguine abundat hiatus,*
*Nec ſaties donec mandentia linqueret ora*
*Spiritus, & plenos rictus mors atra teneret.*
*Talia dum præbet triſtis miracula virtus,*
*Diuerſo interea fugientes ſaucia turba*
*Iactantur caſu, ſyluíſque per auia cæcis*
*Ablati furtim, multo cum vulnere ſolos*
*Per noctem petantur agros, ſonus omnis, & aura*
*Exterrent, pennáque leui commota volucris:*
*Non ſopor, aut menti requies, agit aſper acerba*
*Nunc Mago attonitos, nunc arduus Annibal haſta,*
*Serranus, clarum nomen, tua Regule proles,*

*Qui longum ſemper fama gliſcente, per æuum,*
*Infidis ſeruaſſe fidem memorabere Pœnis,*
*Flore nitens primo, patriis heu Punica bella*
*Auſpiciis ingreſſus erat, miſeramque parentem,*
*Et dulceis triſti repetebat ſorte penates*
*Saucius: haud illi comitum ſuper vllus, & atris*
*Vulneribus qui ferret opem: per deuia fracta*
*Innitens haſta, furtóque ereptus opacæ*
*Noctus, iter tacitum Peruſina ferebat in arua:*
*Hic feſſus parui (quæcunque hic fata darentur)*
*Limina pulſabat tecti: tum membra cubili*
*Euoluens non tarda Marus, vetus ille parentis*
*Miles, & haud ſurda tractarat prœlia fama.*
*Procedit renouata focis, & paupere Veſta*
*Lumina prætendens: vtq; ora agnouit, & ægrum*
*Vulneribus durus ac (lamentabile viſu)*
*Lapſanteis fultum truncata cuſpide greſſus,*
*Funeſti rumore mali iam ſaucius aures,*

AB ALTO PRIVERNO. ] *Antiquo*, me interprete ex 11. Virg. lib.

*Priuerno antiqua Metabus cùm excederet vrbe.*

Sic Poëta vſus etiam eſt lib. 8.

— — *ab alto*
*Saturno.* priſco.

LATIÆ VITIS PERSIGNIS HONORE.] Quia Maronianæ dictionis amantior Silius, ſcribo: *Præſignis*, quo verborum ambitu *Centurio* notatur, cui inſigne vitis. lib. 12. de Ennio:

— *Latiaque ſuperbum*
*Vitis adornabat dextra decus.*

Ibidem de Centenio:

— *vitis honore*
*Perfunctus Latiæ.*

Martialis vetus codex lib. 10. Epigr. 26.

*Vare Parætonias Latia modò vite per vrbes*
*Nobilis, & centum dux memorande viris.*

Centurionem clamat. Plin. lib. 14. c. 1. *Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit Aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipſam honorat.* Rectè: nam ſi Romanus erat, in quem animaduertebatur, vitibus: ſi extraneus, fuſtibus cecidit Scipio diſciplinam militarem ad Numantiam corrigens, Epitoma Liuii lib. 56. Hinc illud Lucilii Centurionis lib. 1. Taciti: *Cedo alteram.* Euſeb. lib. 7. Hiſtor. c. 14. Τιμή τις ἐστι παρὰ Ῥωμαίοις

*τὸ κλῆμα, ἢ τοὺς τυχόντας φασὶν ἑκατοντάρχους. Vitis quiſpiam honor eſt apud Romanos, quam qui adſecuti, centuriones vocant.* Κλῆμα verò eſt *vitis palmes* S. Ioannis c. 15. Inde *κλῆμα ἑκατοντάρχου, Vitis centurionis* Plutarcho in Galba. Inde *ſub vitem præliari* dicuntur milites Feſto: aliter alii. Hac de animaduerſione vide Lipſium lib. 4. Milit. Rom. & de inſigni Centurionis lib. 5. De Centurionum munere docebit Lazius lib. 4. c. 10. Com. Reip. Rom. Addo denique *vitem poſcere* Iuuenali eſſe Centurionatum exambire.

SONVS OMNIS, ET AVRA EXTERRENT. ] Maro lib. 2.

*Nunc omnes terrent auræ, ſonus excitat omnis.*

SERRANVS CLARVM NOMEN. ] Gemina in hoc nomine claritudo: patrita, Reguli fortitudine, ac conſtantia; & proauita, quæ nomine exprimitur, quo de Plin. lib. 18. c. 3. Serentem inuenerunt dati honores Seranum, vnde cognomen. Adi Ciceronem Orat. pro Roſcio Amerino, vbi, & in epiſt. lib. 4. ſecunda ad Atticum geminans r r comperior, quod rectiùs, verſui congruentius, & conſonantius; obſtrepente licet etymo. *Volue cothurnati grande Maronis opus.*

ATRIS VVLNERIBVS QVI FERRET OPEM. ] *Atris*, ſeu denſante ſanguine: non apertis aut hiantibus plagis: tunc enim

— *ſanguiſque animuſque ſequantur.*

QVÆCVNQVE HIC FATA DARENTVR. ] Amica domus, aut infeſta.

RENOVATA FOCIS, ET PAVPERE VESTA LVMINA PRÆTENDENS. ] Marum dicit lumina per noctis horam exſtincta reluminaſſe, ac renouaſſe, qua fuit hoſpitalitate. Marſus legit: *Paupere veſte.* Aliud poſtulat copula.

FVLTVM TRVNCATA CVSPIDE GRESSVS. ] Haſtæ ſemiputatæ in fragmine cuſpis reliqua erat: hinc *cuſpis* hîc pro toto ſuſtentaculo. Nec diſſimiliter Græcis *αἰχμὴ* cuſpis eſt, & haſta.

*Quod ſcelus ô nimium vitæ, nimiúmq; ferendis*
*Aduerſis genitus cerno? te maxime vidi*
*Ductorum, cùm captiuo Carthaginis arcem*
*Terreres vultu, crimen, culpámq; tonantis*
*Occidere, atque hauſi, quem non Sydonia tecta*
*Expulerint euerſa, meo de corde, dolorem.*
*Eſtis vbi en iterum ſuperi? das pectora ferro*
*Regulus? an ſtirpem tantæ periura recidit*
*Surgentem Carthago domus? inde ægra reponit*
*Membra toro, nec ferre rudis medicamina (quippe*
*Callebat bellis) nunc purgat vulnera lympha,*
*Nunc mulcet ſuccis, ligat inde, ac vellera molli*
*Circundat tactu, & torpentes mitigat artus.*

*Exin cura ſeni, triſtem depellere feſſo*
*Ore ſitim, & parca vires accerſere menſa.*
*Quæ poſtquam properata, ſopor ſua munera tandem*
*Applicat, & mitem fundit per membra quietem:*
*Necdum exorta dies, Marus inſtat vulneris æſtus*
*Expertus medicare modis, gratúmque teporem*
*Exutus ſenium, trepida pietate miniſtrat.*
*Hic iuuenis maſtos tollens ad ſidera vultus*
*Cum gemitu, lacrymíſque ſimul: Si culmina nondum*
*Tarpeia exoſus damnaſti ſceptra Quirini,*
*Extremas Italûm res, Auſoniámq; ruentem*
*Aſpice, ait, genitor, tandémq; aduerte procellis*
*Aequos Iliacis oculos, amiſimus Alpes,*
*Nec deinde aduerſis modus eſt: Ticinus, & ater*
*Stragibus Eridanus, túque inſignite trophæis*
*Sidoniis Trebia, & tellus lacrymabilis Hanni.*

QVOD SCELVS? Ô NIMIVM VITÆ! NIMIVMQVE.] Ea poſita nota ſententiam meliùs ſtatuet. Alioqui Modius Nouantiquis concinniùs:

— *ô nimiùs vitæ, nimiúmque.*

OCCIDERE; ATQVE AVSI.] Scribo: *Hauſi.* Itáque eſt in Baſilienſi.

PERIVRA RECIDIT.] P. N. *Peritura. Periura* eſt à commoriori pectore, & accuſati Dii probant magis.

PARCA VIRES ARCESSERE MENSA.] E naturæ cognitione. Nihil enim ineptius ſtomacho laſſi, nihil valetudini inimicum magis, quàm cibus vberior. Gnarum id quoque Flacco Argon. lib. 2.

— *Lapſas*
*Reſtituunt* [ Argonautæ. qui viri? ] *vires, & parco corpora Baccho.*

Item Silius lib. 15. de Claudio Nerone, ciuſque milite poſt pugnam, & victoriam:

*Cùm vires parco victu, ſomnóque reducunt.*

TELLVS LACRYMABILIS HANNI.] Non tam liquidum eſt mare, cùm Halcyonia ſunt, quàm reſcribendum : *Auni.* Silius lib. 5.

*Quæ vada faunigenæ regnata antiquitus Auno.*

Hîc enim recenſitis à Silio fluuiis vicina habuerat Aunus olim. Firmari poteſt & ex Aeneide vndecima, ex qua aliorſum in lib. 5. verba protulimus. Nec ferendæ Col. Membr. quibus eſt *Arni.*

*Sed quid ego hæc? grauior quanto vis ecce malorum,*

*Vidi creſcenteis Thraſimeni cædibus vndas,*
*Proſtratáq; virûm mole, inter tela cadentem*
*Vidi Flamminium : teſtor mea numina, manes,*
*Dignam me pœnæ tum nobilitate paternæ*
*Strage hoſtis quæſiſſe necem, ni triſtia lethum*
*Vt quondam patri nobis quoque fata negaſſent.*
*Cætera acerbantem queſtu, lenire laborans*
*Effatur ſenior, patrio fortiſſime ritu*
*Quicquid adeſt duri, & rerum inclinata feramus,*
*Talis lege deûm cliuoſo tramite vitæ*
*Per varios præceps caſus, rota voluitur æui,*
*Sat tibi ſat magna , & totum vulgata per orbem*
*Stant documenta domus, ſacer ille, & numine nullo*
*Inferior tuus ille parens, decora alta parauit,*
*Reſtando aduerſis, nec virtutem exuit vllam,*
*Ante reluctantes liquit quàm ſpiritus artus.*
*Vix puerile mihi tempus confecerat ætas,*
*Cum primo malas ſignabat Regulus æuo,*
*Acceſſi comes, atque omneis ſociauimus annos,*
*Donec dijs Italæ viſum eſt extinguere lumen*
*Gentis, in egregio cuius ſibi pectore ſedem*
*Cœperat alma fides, mentémq. amplexa tenebat.*
*Ille enſem nobis magnorum, en, inſtar honorum*
*Virtutiſq. ergo dedit, & ſordentia fumo*
*Quæ cernis nunc frena, ſed eſt argenteus ollis*
*Fulgor, nec cuiquam Marus eſt poſt talia dona*
*Non prælatus eques. Verùm ſuperauit honores*
*Omneis haſta meos. cui me libare Lyæi,*
*Quod cernis, latices, dignum eſt cognoſcere cauſam.*

TESTOR MEA NVMINA MANES &c. ] Par illa Æneæ iactatio li. 2.

*Teſtor in occaſu veſtro, nec tela, nec vllas*
*Vitauiſſe vices Danaûm : &, ſi fata fuiſſent,*
*Vt caderem, meruiſſe manu.*

Fuit & illa ridicularia ſuperſtitio coniugum, parentúmque manes Deorum loco habere. Andromacha apud Senecam:

*— Teſtor immites Deos.*
*Deóſque veros coniuges manes mei.*

NI TRISTIA LETHVM, VT QVONDAM PATRI NOBIS QVOQVE FATA NEGASSENT. ] *Triſtia fata*, dico *Irata*. Sic Afranius Epiſtola: *Iactauit ſeſe,*

*tacet: mihi eris triſtior.* Vbi Nonius: *Iratior.*

SACER ILLE, ET NVMINE NVLLO INFERIOR TVVS ILLE PARENS.] Curtius quoque ab Alexandro M. & exercitu antequam cum Dario prœlium iniretur, ſcribit l.3. *Victor ad hæc Athenienſium Philippus pater inuocabatur*, tanquam de cœlite nouo dictum.

ITALÆ VISVM EST EXSTINGVERE LVMEN GENTIS. ] Æneid.12.

*Lumina tot cecidiſſe ducum*

Paterculus li.2. venuſtiſſimè de Pompeio: *Effoſſúmque alterum imperij Romani lumen.*

SORDENTIA FVMO QVÆ CERNIS NVNC FRÆNA, SED EST ARGENTEVS OLLIS FVLGOR. ] Si ſordent fumo, ſi argentea frænorum facies non viſitur, quanam ratione *fulgor illis argenteus* ? quia facilè deraſa fuligine poſſunt in fulgorem priſtinum indui. Philoſophi *potentia* dicant ineſſe fulgorem, non *actu.*

HASTA... CVI ME LIBARE LYÆI QVOD CERNIS, LATICES. ] Maro igitur haſta pro Deo. Non abſimilis Cæneus, qui ab Apollonii Scholiaſte in li.1. ſcribitur ad ſe adeuntibus impoſuiſſe cultum haſtæ ſuæ, & per eam iuſiurandum. Quem etiam alium in ſexum cenſet reuolutum ἀλλὰ τὸ μήτε θύειν τοῖς Θεοῖς, μήτε εὔχεσθαι, ἀλλὰ τῷ ἰδίῳ δόρατι. *Quod neque dijs ſacrificaret, neque oraret, ſed haſtæ ſua ea præſtaret.* Apud Valerium Flaccum li. 3. Argonauticωn:

*Hanc ego magnanimum ſolium Didymaonis haſtam*
*Teſtor, & hoc omni ductor tibi numine firmo.*

Iuſtin. l. 43. *Nam ab origine rerum pro Dijs immortalib. veteres haſtas coluere: ob cuius religionis memoriam adhuc Deorum ſimulacris haſta adduntur.* Arnob. l. 6. cõtra Gentes : *Pro marte Romanos haſtam* coluiſſe. Sext. Pompeius: *Delubrum dicebant fuſtem delibratum, hoc eſt, decorticatum, quem venerabantur pro Deo.*

*Turbidus arenteis lento pede ſulcat arenas*
*Bragada, non vllo Libycis in finibus amne*
*Victus limoſas extendere latius vndas,*
*Et ſtagnante vado patulos inuoluere campos.*
*Hic ſtudio laticum, quorum eſt haud prodiga tellus,*
*Per ripas læti ſæuis conſedimus aruis:*
*Lucus iners iuxta Stygium, pallentibus vmbris,*
*Seruabat ſine ſole nemus, craßúſque per auras*
*Halitus erumpens tetrum expirabat odorem,*
*Intus dira domus, curuóq. immanis in antro*
*Sub terras ſpecus, & triſtes ſine luce tenebræ,*
*Horror mente redit, monſtrum exitiabile, & ira*
*Telluris genitum, cui par vix viderat ætas*
*Vlla virûm, ſerpens centum porrectus in vlnas*
*Lethalem ripam, & lucos habitabat auernos:*
*Ingluuiem immenſi ventris, grauidámq. venenis*

*Aluum, deprenſi ſatiabant fonte leones,*
*Aut acta ad fluuium torrenti lampade ſolis*
*Armenta, & tractâ fœda grauitate per auras,*
*Ac tabe afflatus volucres, ſemeſa iacebant*
*Oſſa ſolo informi, latéq; repletus, & aſper*
*Vaſtatis gregibus, nigro ructabat in antro.*
*Iſq; vbi feruenti concepta incendia paſtu*
*Gurgite mulcebat rapido, & ſpumantibus vndis,*
*Nondum etiam toto demerſus corpore in amnem,*
*Iam caput aduerſæ ponebat margine ripæ.*
*Imprudens tantæ peſtis gradiebar Aquino*
*Appenninicola, atq. Vmbro comitatus Hauente,*
*Scire nemus, pacémq; loci explorare libebat.*
*Iámq; propinquantum tacitus penetrauit in artus*
*Horror, & occulto riguerunt frigore membra.*
*Intramus tamen, & nymphas, numénq; precamur*
*Gurgitis ignoti, trepidósq; & multa pauenteis*
*Arcano greſſus audemus credere luco.*
*Ecce è veſtibulo, primíſq; è faucibus antri*
*Tartareus turbo, atq; inſano ſæuior Euro*
*Spiritus erumpit, vaſtóq; è gurgite fuſa*
*Tempeſtas oritur, mixtam ſtridore procellam*
*Cerbereo intorquens, pauefacti clade viciſſim*
*Aſpicimus reſonare ſolum, tellúſq; moueri,*
*Atque antrum ruere, & viſi procedere manes:*
*Quantis armati cælum petiere Gigantes*
*Anguibus, aut quantus Lernæ laſſauit in vndis*
*Amphitryoniadem ſerpens, qualíſq; comantes*
*Auro ſeruauit ramos Iunonius anguis,*
*Tantus diſiecta tellure ſub aſtra coruſcum*
*Extulit aſſurgens caput, atq. in nubila primam*
*Diſperſit ſaniem, & cælum fœdauit hiatu.*

HORROR MENTE REDIT. ] Æneid. 2. vbi de Laocoontis anguibus:
*Horreſco referens*
πάθος ineſt.

SERPENS CENTVM PORRECTVS IN VLNAS. ] Zonaras Annal. tom. 2. de hoc noſtro ſerpente: Ῥηγούλῳ δὲ παρὰ τὸν Βαγράδαν ποταμὸν στρατοπεδευομένῳ δράκων ἐπεφάνη ὑπερμεγέθης, οὗ τὸ μῆκος λέγεται εἰς ποδῶν ἑκατὸν εἴκοσι, καὶ γὰρ ἡ λεβηρὶς αὐτοῦ εἰς τὴν Ῥώμην κεκόμισται δι' ἐπίδειξιν. *Regulo ad Bagradam fluuium caſtra metanti immanis draco ſe in conſpectum dedit, cuius longitudo fuiſſe fertur pedum viginti ſupra*

*centum: nam eius exuuiæ ad oſtentationem Romæ perlatæ ſunt.* Cur cedaneum interpretem Plinium ſufficio li. 8. c. 14. *Nota eſt in Punicis bellis ad flumen Bagradam à Regulo Imp. balliſtis, tormentiſque vt opidum aliquod expugnata ſerpens ex x. pedum longitudinis. Pellis eius, maxillæque vſque ad bellum Numantinum durauere Romæ in templo.* A. Gellius ex Tuberone li. 6. c. 3. Vibius Sequeſter eodem menſu ſerpentem porrigit. Addam, quibus huic monſtro ſit fides. Eccleſiaſtica Hiſtoria l. 7. c. 25. draconem occiſum à S. Donato tradit magnitudine parem cum Indis ſerpentibus. Indi autem ſerpentes porriguntur in ſeptuaginta cubitos autore Philoſtrato: Ὅτι ὁ Ἰνδὸς τρέφει ὄφεις πηχῶν ἑβδομήκοντα. *Indus ſerpentes alit cubitum, ſeptuaginta.* Et Braſiliæ Prouincialis mihi adſeruit etiamnum hodie immani illa vaſtitate ſerpentes illic ſæuire. Maximus Tyrius Sermone 38. Δράκων ἦν μῆκος πεντάπλεθρον. *Draco erat procerus quinque iugera.* Nonus li. 25. Baſſaricon πεντηκοντάπλεθρος ὄφις. *Quinquaginta iugerum ſerpens.* Monſtrum horrendum ingens! *Draconem porrigi in quinquaginta iugera?* Oneſicritus Strabone li. 15. diſſentientiente narrat de octoginta cubitum ſerpentibus, item de quadraginta ſupra centum. Conſuli poſſunt Olaus, & hiſtoriarum prodigioſarum ſartores.

INGLVVIEM IMMENSI VENTRIS. ] Æneid. 3. de Harpyis:

— *fœdiſſima ventris*
*Proluuies*

INTRAMVS TAMEN, ET NYMPHAS, NVMENQVE PRECAMVR. ] Æn. 3.

— *nymphas venerabar agreſtes,*
*Gradiuumq; patrem,*

MISTO STRIDORE PROCELLAM. ] Non. Baſſar. li. 25. de ſerpente:

Ὁλκαίην ἐλέλιζε δυσηνέμοιο ὁμίχλην.
— *caudam voluebat tempeſtatis tenebroſæ*
*Inſtar*

ARMATI COELVM PETIERE GIGANTES. ] Rectè diſputauit Apollonius apud Philoſtratum ridicularia illa bella: ideóque cœlo, ac Diis pugnaſſe Gigantes dici, quod expilarint templa, & ſacra profanauerint: Ἐγὼ μὲν γίγαντας γεγονέναι φημὶ, καὶ πολλαχοῦ τῆς γῆς ἀναδείκνυσθαι τὰ σώματα ῥαγέντων τάφων. οὐ μὴν εἰς ἀγῶνα ἐλθεῖν τοῖς Θεοῖς, ἀλλ' ὑβρίσαι μὲν ἴσως εἰς τοὺς ναοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ ἕδη. οὐρανῷ δὲ ἐπιπηδῆσαι, καὶ μὴ συγχωρεῖν τοὺς Θεοὺς ἐπ' αὐτοῦ εἶναι μανία μὲν λέγειν, μανία δὲ οἴεσθαι. Meretur interpretamentum: *Gigantas exſtitiſſe adſero quidem, & multis locis talia monſtrari corpora ruptis tumulis: non tamen in Deos pugnaſſe, ſed forte in eorum ſedes, ac templa iniurios fuiſſe. Cœlo verò eos inſultaſſe, nec ibi Deos agere permiſiſſe, id verò dicere dementia eſt, aut cogitare.*

COMANTES AVRO SERVAVIT RAMOS IVNONIVS ANGVIS. ] Ladon illi vocabulum. Apollon. li. 4. Arg.

— λάδων
Εἰσέτι που χθιζὸν [illegible] μῆλα
Χώρῳ ἐν Ἄ[illegible] ὄφις
*Aurea mala tuebatur telluris alumnus*
*Serpens, cui Ladon nomen, prope Atlanticæ regna.*

Τὸν τὰ [illegible] α Ἑσπερίδων φρουροῦντα (*præpoſuerant operæ* φρουροῦντα) ὄφιν Κηπουρὸν [illegible] *urſorum malorum Heſperidum cuſtodem ſerpētem Cepurum nominauit.*

Eupho-

Euphorion:ſed ludibundus hoc egit,& ambigui curioſus. Attentè χθόνιον ὄφιν dixit Apollonius:nam in eo tractu paluſtres grauiores terrigenis ſcribit Philoſtratus. Fabulam de hoc ſerpente habes & Æneid.4.ibi:

*Hinc mihi Maſſylæ gentis.*

*Diffugimus tamen, atq. metu conamur anheli*
*Tollere clamorem fruſtra. nam ſibila totum*
*Implebant nemus, ac ſubita formidine cæcus,*
*Et facti damnandus Hauens (ſed fata trahebant)*
*Antiquæ quercus ingenti robore ſeſe*
*Occulit, infandum ſi poſſet fallere monſtrum,*
*(Vix egomet credo) ſpiris ingentibus, arcte*
*Arboris abſtraxit molem, penitúſq. reuulſam*
*Euertit fundo, & radicibus eruit imis.*
*Tum trepidum, ac ſocios extrema voce cientem*
*Corripit, atq. hauſtu ſorbens, & faucibus atris*
*(Vidi reſpiciens) obſcœna condidit aluo*
*Infelix fluuio ſeſe, & torrentibus vndis*
*Crediderat, celeríq. fuga iam nabat Aquinus.*
*Hunc medio inuaſit fluctu, ripæq. relatus*
*(Heu genus infandum lethi) depaſcitur artus.*
*Sic dirum nobis & lamentabile monſtrum*
*Effugiſſe datur, quantum mens ægra ſinebat*
*Appropero greſſum, & ductori ſingula pando.*
*Ingemuit, caſus iuuenum miſeratus acerbos.*
*Vtq. erat in pugnámq. & Martem, & prælia, & hoſtem*
*Igneus, & magno audendi flagrabant amore*
*Ocyus arma rapi, & ſpectatum Marte ſub omni*
*Ire iubet campis equitem, ruit ipſe citatum*
*Quadrupedem planta fodiens, ſcutatáq. raptim*
*Obſequitur iuſſu manus, & muralia portat*
*Baliſtas tormenta graueis, ſuetámq. mouere*
*Excelſas turres immenſæ cuſpidis haſtam.*
*Iamque vbi feralem ſtrepitu circumtonat aulam.*

DIFFVGIMVS TAMEN, ATQVE METV CONAMVR ANHELI TOLLERE CLAMOREM FRVSTRA. ] *Res, & libri meliores, ſuadent, vt legamus; Diffugimus, tenuémque metu c.a. Tollere c.f. Hac enim eſt natura metus inopinati & magni, vt clamandi facultatem adimat.* Hæc Modius Epiſt.22. At nihil agit. Hæc equidem tanti metus eſt natura:ſed & hoc ingenium hominum vt quam contentiſſimum deſiderent clamorem tollere, quoque minus

poſſunt,conentur magis:nemo in anguſtis *tenuem tollere clamorem* conatur. Præterea vix *clamor tenuis tolli* poteſt,*elatus* enim clamor cum *tenuis* pugnat. Immo non ſola formidine anheli, ſed clamore exhauſti: quorum tamen clamor obruebatur monſtro ſibilante:

*— nam ſibila totum*
*Implebant nemus.*

Vulgata igitur lectio eò,vnde vi,reſtituatur.

INFAMDVM SI POSSIT FALLERE MONSTRVM. ] Maronis προχάραγμα: *præmonſtratio:*

*— infandum, ſi fallere poßit Amorem,*

λελῆθέναι.

ARBORIS ABSTRAXIT MOLEM. ] Non.ſuprà:

Ἄσπετον αὐτόρριζον ὑπὸ πνοιῇσιν ὀδόντων
Δένδρεον ὀρφνώσσαν κατέκρυφεν ἐνὶ φρεάνι.
*Emotam radice ſimul putri ſub gutture ſtirpem*
*Occuluit ſerpens, quam traxerat halitus oris*

CORRIPIT, ATQVE HAVSTV SORBENS. ] Mirum, quanta in ſerpentibus ſorbendi vis. Plin. lib.8.c.14. *Faciunt his fidem in Italia appellatæ Boæ, in tantam magnitudinem exeuntes, vt D.Claudio principe occiſa in Vaticano ſolidus in aluo ſpectatus ſit infans. Aluntur primo bubuli lactis ſucco, vnde nomen traxere.* Solin.c.8. Apud eundem Plinium:*Megaſthenes ſcribit in India ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcere, vt ſolidos hauriant ceruos, taurósque.* Quo nomine mendacii incuſatur à Strabone li.2. Megaſthenes. Poſidonius apud Strabonem li.16. Ἐν τούτῳ δὲ Ποσειδώνιος ἱστορεῖ τὸν δράκοντα πεπτωκότα ὁραθῆναι νεκρόν, μῆκος χεδὸν καὶ πλεθριαῖον, πάχος δ' ὥσθ' ἱππέας ἑκατέρωθεν παρεστῶτας ἀλλήλοις μὴ καθορᾶν, χάσμα δὲ, ὥς' ἔφιππον δέξασθαι: τῆς δὲ φολίδος λεπίδα ἑκάστην ὑπεραίρουσαν θυρεοῦ. Vertamus, rem euertat, cui lubido. *In campo Macra refert Poſidonius lapſum, mortuúmque viſum draconem*, cuius longitudo *iugeri inſtar habebat; craßities erat eiuſmodi, vt adſtantes vtrâque equites mutuo prohiberentur adſpectu; hiatus tam immanis, qui equitem caperet. ſquama cuiuſque orbis clypeum ſuperabat.* Meret in caſtris Plinii, atque Megaſthenis D. Hieronymus D. Hilarionis Vita: *Siquidem draco miræ magnitudinis, quos gentili ſermone Boas vocant, ab eo, quòd tam grandes ſint, vt boues glutire ſoleant, omnem latè vaſtabat prouinciam, & non ſolùm armenta, & pecudes, ſed agricolas quoque & paſtores tractos ad ſe vi ſpiritus abſorbebat.* Cùm vltimis illa Nonni li.25.concinunt de ſerpente:

Ἄσθμασιν ἑλκομένοις προφορεύμενος ἐς στόμα σύρον
Τηλεφανὴς ὅλον ἄνδρα κεχηνότι δέξατο λαιμῷ.
*Ille inteſtinis procul actus flatibus, ori*
*Inſertátque virum ſolidum, caua guttura pandens.*

VIDI RESPICIENS. ] Parili energia Æneid.3.

*Vidi egomet, duo de numero cùm corpora noſtro*
*Frangeret ad ſaxum*

RIPÆQVE RELATVS. ] Locus minimè ſolicitandus. Apprimè cohærent: *Hunc*(Hauentem)*medio inuaſit*(ſerpens)*fluctu*:tum quò arctiùs complexus

cutò deuoret, idem ſerpens *ripæ relatus depaſcitur artus.* Modius voluit: *Ripæque relatos,* Vtrumque fuit: det Silio, quod ſcripſerat, pax erit. Neque ignoro ſcriptum lib. 9. *ripæque relatos* de fluctib.

VTQVE ERAT IN PVGNAMQVE, ET MARTEM, ET PROELIA ] Maluiſſem
*Vtque erat in pugnam, Martémque & p.*

MAGNO AVDENDI FLAGRABAT AMORE. ] Venuſtius erit, ſi legas: *Magna,* inquit Modius, Addo, Et laudis plenioris.

FERALEM STREPITV CIRCVMTONAT AVLAM. ] Ecquæ tam repente ad Bagradam ſurrexit aula? Serpentis antrum immane, & vaſtum, ventiſque peruium. Athenæus lib. 5. Ὁ γὰρ διαπνεόμενος τόπος Αὐλὴ λέγεται, καὶ διαυλωνίζειν φαμὲν τὸ δεχόμενον ἐξ ἑκατέρου πνεῦμα χωρίον: *Flatus locus Aula dicitur, & διαυλωνίζειν locum dicimus, qui vtraque ventos excipit.* Aulam Virgilius poſuit pro apicularum domiciliis li. 4.

— *Auláſque, & cerea regna refingunt.*

At quia regna loquitur, certius eloquatur & Virgilii, & Silii magiſter. Odyſſeæ li. 15.

— χῆνα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον
Ἥμερον ἐξ αὐλῆς
*Ingentem, ac cicurem pedibus fert anſerem ab aula.*

Habe quoque pro ouili poſitum. In Euangelio S. Ioannis ca. 10. Ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης. Interpres: *Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili.*

*Cornea gramineum perſultans vngula campum,*
*Percitus immani ſerpens euoluitur antro,*
*Et Stygios æſtus fumanti exibilat ore,*
*Terribilis gemino de lumine fulgurat ignis:*
*At nemus, arrecta & procera cacumina ſaltus*
*Exuperant criſtæ, trifido vibrata per auras*
*Lingua micat motu, atq. aſſultans æthera lambit.*
*Vt verò ſtrepuere tubæ, conterritus alte*
*Immenſum attollit corpus, tergóque reſidens*
*Cætera ſinuatis glomerat ſub pectore gyris.*
*Dira dehinc in bella ruit, rapidéq. reſoluens*
*Contortos orbes, directo corpore totam*
*Extendit molem, ſubitóq. propinquus in ora*
*Lato diſtantum ſpatio venit, omnis anhelans,*
*Attonitus ſerpente & equus, frenóq. teneri*
*Impatiens, crebros expirat naribus ignes.*
*Arduus ille ſuper tumidis ceruicibus altum*
*Motat vtroque caput, trepidos inde ictus ira*
*Nunc ſublime rapit, nunc vaſto pondere gaudet*
*Eliſiſſe premens, nunc fractis oſſibus a.ram*

*Abſorbet ſaniem, & tabo manante per ora*
*Mutat hians hoſtem, ſemeſáq; membra relinquit.*
*Cedebant iam ſigna retro, victáſq; cateruas*
*Longius auectas afflatus peſte premebat,*
*Cùm ductor propere reuocatam in prælia turmam*
*Vocibus impellens, ſerpentine Itala pubes*
*Terga damus, Libycíſque parem non eſſe fatemur*
*Anguibus Auſoniam? ſi debellauit inertes*
*Halitus, ac viſo mens ægra effluxit hiatu,*
*Ibo alacer, ſolúſq; manus componere monſtro*
*Sufficiam: clamans hæc, atq; interritus haſtam*
*Fulmineo volucrem torquet, primúmq. lacerto,*
*Venit in aduerſam non vano turbine frontem*
*Cuſpis, & haud paulum vires adiuta ruentis*
*Contra ardore feræ capiti tremebunda reſedit,*
*Clamor ad aſtra datus, vocéſque repente profuſæ*
*Ætherias adiere domos, furit ilicet ira*
*Terrigena impatiens dare terga, nouúſque dolori,*
*Et chalybem longo tum primum paſſus in æuo.*
*Nec fruſtra rapido ſtimulante dolore fuiſſet*
*Impetus, alato ni Regulus arte regendi*
*Inſtantem eluſiſſet equo, curſúque ſequutum*
*Cornipedis gyros, flexi curuamine tergi,*
*Detortis læua celer effugiſſet habenis.*
*At non ſpectator Marus, inter talia ſegni*
*Torpebat dextra, mea tantq. in corpore monſtri*
*Haſta ſecunda fuit, iam iámque extrema triſulca*
*Lambebat lingua, feſſi certamine terga*
*Quadrupedis, torſi telum, atque ingentia velox*
*In memet ſæui ſerpentis prælia verto:*
*Hinc imitata cohors certatim ſpicula dextris*
*Congerit, alternáſq. ferum diducit in iras,*
*Donec murali baliſta coërcuit ictu.*

PERCITVS IMMANI SERPENS EVOLVITVR ANTRO. ] Modius: *Hinnitu*, pro *Immani*. Vicinum enim:

*Vngula perſultans campum*

Hoc eſt: Ego è turri piſces in ſubiecto flumine deſpicio: ergo piſces alati volant per inane. Eadem opera ferrata quadrupedantum calce potuit exciri: an factum, intactum Silio.

TERRIBILIS GEMINO DE LVMINE FVLGVRAT IGNIS.] Philoſtratus vita Apollonii de Indiæ draconibus: πῦρ αὐτοῖς αἴθει λαμπάδος πλεῖον. *Ignis eorum ſupra lampades ſplendet.*

AT NEMVS.] P. N. Ac.]

ARRECTÆ PROCERA CACVMINA SALTVS EXSVPERANT CRISTÆ.] Sed ſerpentis ſubrecto corpore: nefas enim criſtas ſolas tam ſublime tolli: de quarum magnitudine vt eximia ſic Philoſtratus: Νέοις μὲν ὑπανίσχουσα μέτριον, συναυξανομένη δὲ πλειουμένοις, καὶ αἴρουσα ἐπὶ πολύ, ὅτε δὴ πυρσοί τε, καὶ πριονωτοὶ γίνεται: *Criſta illis eſt modicè elata cùm iuuentam agunt: vbi proceſſit ætas, vnà creſcit, longéque porrigitur, quæ & rutila euadit, & ſerræ facie.* Non igitur, quæ ſaltus, & nemora ſuperet.

SVBITOQ. PROPINQVVS IN ORA.] Ignea ſerpentium pernicitas. Philoſtratus de Indiæ campeſtribus draconibus (hic *Terrigena* dicitur) ταχύτεροι τῶν ὀξυτάτων ποταμῶν φέρονται, καὶ διαφεύγει αὐτοὺς οὐδέν: *Celerrimis fluuiis feruntur ocyus, nec vllum ab iis effugium.*

LATO DISTANTVM SPATIO.] Nonnus Τηλεφανής.

ATTONITVS SERPENTIS EQVVS.] Ita præferunt membranę Col. & codex Pariſius.

PRIMVMQVE LACERTO.] Primùm in frontem impacta eſt haſta, deinde vlteriùs ita peruaſit, inibi vt reſederit. Fuit qui ſtatueret *Per inane*: tum rectè carmen ſit mollius.

DONEC MVRALI BALLISTA COERCVIT ICTV.] Quali muros ſolet diſiicere. Hoc eſt, quod de ſerpente Bagradano literis mandauit Val. Max. lib. 1. c 8. *Telorum tactu perforari nequiſſe, ſed ad vltimum balliſtarum tormentis petitum, ſilicum crebris, & ponderoſis verberib. procubuiſſe.* Quem locum viſiſſe iuuerit.

*Tum fractus demum vires (nec enim amplius ægra*
*Conſuetum ad niſus ſpina præſtante vigorem*
*Vt ſolito in nubes tollit caput) acrius inſtat.*
*Iámque aluo penitus demerſa Phalarica ſedit,*
*Et geminum volucres lumen rapuere ſagittæ:*
*Iam patulis vaſto ſub vulnere faucibus aër*
*Tabificam exſpirat ſaniem, ſpecus vltima, iámque*
*Ingenti cauda, & iaculis, & pondere conti*
*Hæret humi, laxóq; tamen minitatur hiatu,*
*Donec tormentis ſtridens, magnóq; fragore*
*Diſcuſſit trabs acta caput, longóq; reſoluens*
*Aggere ſe ripæ, tandem exhalauit in auras*
*Liuentem nebulam fugientis ab ore veneni.*
*Erupit triſti fluuio mugitus, & imis*
*Murmura fuſa vadis, ſubitóq, & lucus, & antrum,*
*Et reſonæ ſyluis vlularunt flebile ripæ.*

*Heu quantis luimus mox triſtia prælia damnis,*
*Quantáque ſupplicia, & qualeis exhauſimus iras.*
*Nec tacuere pii vates, famulúmque ſororum*
*Naiadum, tepida quas Bragada nutrit in vnda,*
*Nos violaſſe manu, ſeris monuere periclis.*
*Hæc tunc haſta decus nobis, pretiúmque ſecundi*
*Vulneris, à veſtro Serrane tributa parente,*
*Princeps quæ ſacro bibit è ſerpente cruorem.*
*Iamdudum vultus lacrymis, atque ora rigabat*
*Serranus, medióque viri ſermone profatur,*
*Huic ſi vita duci, noſtrum duraſſet in æuum*
*Non Trebia infauſtas ſuperaſſet ſanguine ripas,*
*Nec Thraſimene tuus premeret tot nomina gurges.*

AER TABIFICAM EXSPIRAT SANIEM SPECVS VLTIMA, ] Fortè quis verbi, & moduli parum gnarus comperto: *Vltima ſpecula*, vocem retraxit, conciditque ſcripto: *Specus vltima.* Profectò cùm ſerpens hactenus vires, & ſpiras experta, dentéſque, tantis deinde vulneribus concideretur, præſidium vitę vltimum exhalauit venenum. Quare ab hac ſcriptura non abhorreo:

*Tabificam exſpirat ſaniem, vltima ſpecula!*

ſcilicet aër veneno afflatus. Eſt enim Silius plerunque Tullianæ vocis imago. Tullius lib. 2. Epiſt. 15. ad Cœlium: *In communib. miſeriis hac tamen oblectabar ſpecula.* Item pro Cluentio. Alii quoque id vocis vſurpant. Verùm apage mutationem omnem. Non, hoc equidem loco, Tullium, ſed Maronem Silius exprimit Aeneid. 9.

*— reddit ſpecus atri vulneris vndam*
*Spumantem.*

TOT NOMINA GVRGES. ] Tot Romanos milites, quorum ſuperant duntaxat nomina. Vel, Tantam nobilitatem: Flaminium, Appium, Leuinum, alios, qui dignam viris obiere mortem, atque illis inde partum nomen. Liuius lib. 38. *Magna fortuna populi Romani eſt, magnum & terribile nomen.* Silius lib. 11.

*— magnum Latiá inter nomina Paulus*
*Nomen.*

Auſonius in gratiarum actione. *Viros nobilitatis antiquæ: dantur enim multa nominibus.*

*Tunc ſenior, magnas, inquit, de ſanguine pœnas*
*Præcepit Tyrio, & præſumpta piacula mortis.*
*Nam deſecta viris, & opes attrita ſupinas*
*Africa tendebat palmas, cùm ſidere diro*

*Miſit Agenoreis ductorem animoſa Therapne.*
*Nulla viro ſpecies, decoríſque, & frontis, egenum*
*Corpus, at exiguis vigor (admirabile) membris.*
*Viuidus, & niſu magnos qui vinceret artus,*
*Iam Martem regere, atq; aſtus adiungere ferro,*
*Et duris facilem per inhoſpita ducere vitam.*
*Haud iſti, quem nunc penes eſt ſolertia belli,*
*Cederet Annibali, vellem hunc ô triſtia nobis*
*Taygeta, hunc vnum non duraſſetis opacis*
*Eurotæ ripis, vidiſſem mœnia flammis*
*Phœniſſæ ruere, aut certè non horrida fata*
*Fleuiſſem ducis, & nulla quos morte, nec igni*
*Exutos, ſeruans portabo in tartara luctus.*
*Conſertæ campis acies, multúſque per arua*
*Feruebat Mauors, nec mens erat vlla ſine ira.*
*Hinc inter medios memorandu Regulus auſis*
*Laxabat ferro, campóque pericla ruebat,*
*Nec repetenda dabat lethali vulnera dextra.*
*Sic vbi nigrantem torquens ſtridentibus Auſtris*
*Portat turbo globum, piceáq; è nube ruinam*
*Pendentem, terris pariter, pontóq; minatur:*
*Omnis & agricola, & nemoroſo vertice paſtor,*
*Et pelago trep[illegible] ſubductis nauita velis.*
*At fraudem nectens ſocios vbi concaua ſaxa*
*Claudebant linquens, ſubito in certamine gyris*
*Vertit equum, ſimulátque fugam grauiore ruina,*
*Et dat terga celer victa formidine ductor.*
*Haud ſecus ac ſtabulis procurans oſtia paſtor*
*In foueam parco tectam velamina frondis*
*Ducit nocte lupos, poſita balatibus agnæ.*
*Abripuit, traxítque virum fax mentis honeſtæ*
*Gloria, & incerti fallax fiducia Martis.*
*Non ſocios, comitúmue manus, non arma ſequentum*
*Reſpicere, inſano pugnæ tendebat amore.*

AFRICA TENDEBAT PALMAS. ] Supplicii genus: Appianus in Libycis narrat palmas iterum Cartaginem tætendiſſe Annibale à Maſaniſſa, & Scipione expugnato, legatóſque Hannonem, & Haſdrubalem miſſos, qui τὰς χεῖρας ὤρεγον ἐς τὸν Σκιπίωνα ἱκετῶν τρόπον, *qui manus Scipioni tenderent ſupplicum ritu.*

CVM SIDERE DIRO.] Loquendi genus ortum è Matheſi. Vana fuit opinio ſidera hominum animos bello accendere, & cauſas mali miniſtrare. Sic Flor. lib. 2. c. 8. *Hog velut ſidere Aſiatici belli mota tempeſtas.*

MISIT AGENOREIS DVCTOREM.] Appianus Libycis: Καρχηδόνιοι δὲ Λακεδαιμονίους στρατηγὸν ᾔτουν, οἰόμενοι δι' ἀναρχίαν κακοπραγεῖν. οἱ μὲν δὴ Ξάνθιππον αὐτοῖς ἔπεμπον: *Cartaginienſes ducem Lacedæmonios popoſcêre, rati ideò malè rem geri, quòd duce carerent, iſ Xanthippum miſere.* Cicero 3. de Off. Silius ſæpiculè.

ANIMOSA THERAPNE.] Vrbs Laconiæ. Iſocrates de Helena: Ὅτι δὲ καὶ νῦν ἐν Θεράπναις τῆς Λακωνικῆς θυσίας αὐτοῖς ἁγίαν, καὶ πατρίους ἐπιτελοῦσι. *Terapnis Laconicis etiamnum ipſis ſancta ſacrificia more patrio perficiunt.* Pauſanias Laconicis ſingulari extulit, vt ferè Latini: Θεράπνη δὲ ὄνομα τῷ χωρίῳ γέγονεν ἀπὸ τῆς Λέλεγος θυγατρός. *Therapnæ loco nomen ex Lelegis filia.* Plinius, & Stephanus Theramnas appellant.

ASTVS ADIVNGERE FERRO.] Non venenum (nobilior animus Laconi) ſed dolos, ſimulationemue intelligit: eam potiſſimum, qua mox vſus in Regulo capiendo Xanthippus.

HVNC VNVM NON DVRASSETIS OPACIS.] Huius vnius Xanthippi conſilium multorum viribus præpoſuiſſe Polybii ſenſus eſt lib. 1. Εἷς γὰρ ἄνθρωπος, καὶ μία γνώμη τὰ μὲν ἀνήττητα πλήθη, καὶ πραγματικοὶ δοκοῦντα εἶναι, καθεῖλε. *Vnus hic vir, & vnius ſententia inuictas copias, & quæ in rebus agendis multum poſſe videbantur, euertit.*

EVROTÆ RIPIS.] Nota Laconum ad Eurotam σωμασκία, qui non viros duntaxat, at puellas quoque virgines exercitas habuit. M. Tullius Tuſcul. lib. 2. *Apud Lacænas virgines, quibus magis palæſtra, Eurotas, ſol, puluis, militia ſtudio eſt, quam fertilitas barbara.* Paris Helenæ apud Ouidi[illegible]

*More tuæ gentis nitida dum nuda palæſtra*
*Ludis.*

De quo gentis illius more vberrima eſt Propertii Elegia 12. lib. 3.

CONSERTÆ CAMPIS ACIES.] Vberem narrationem dabunt Appiani Libyca, D. Aug. lib. 1. de Ciuit. c. 15. Polybius.

HINC INTER MEDIOS ... LAXABAT FERRO.] Placet ſcriptura Marſi.

*Hic iter in medios . .*
*Laxabat.*

CLAVDEBANT LINQVENS.] Modius reſcribit apertius ex membranis:

*Claudebant, vertit ſubito certamine gyros,*
*Et dat terga celer ficta formidine ductor*
*Haud ſecus.*

Ego non exiſtimaui vnius carnunculæ vitulinæ faciem cęterorum omnium codicum face præſtabiliorem. Nam illud:

*— ſubitò in certamine gyris*
*Cornipedis gyros flexi curuamine tergi*
*Detorsit læua celer effugiſſet habenis.*
*Vertit equum.*

ex diſciplina militari [illegible]ſt. Nec ante multo.

PASTOR IN FOVE[illegible]M.] Antiquiſſima venandi ratio. Lucret.

*Nam fouea, atq; ignis primus eſt venarier orium.*

Plin.lib.8.c.15. *Capere eos urdus erat quondam operu, foueiſque maxime.* Hoc venandi genus primus in Romanis Fabiorum parens vſui pauit: Plutarchus: Τινὲς δὲ τοὺς ἀπὸ τούτου πρώτους δι᾽ ὀρυγμάτων χρησαμένους ἄγρᾳ Φοδίους ἱστοροῦσιν ὀνομάζεσθαι τὸ παλαιόν, οὕτω γὰρ ἄχρι νῦν αἱ διώρυχαι φόσσαι, καὶ φόδερε σκάψαι καλεῖται. Χρόνῳ δὲ τῶν δυοῖν φθόγγων μεταπεσόντων Φάβιοι προσηγορεύθησαν: *Primos huius generis autores venatione, quæ foſſa fit, inſtituta tradunt aliqui Fodios appellatos antiquitus: ſic enim hodie quoque foueæ dicuntur foſſæ, & fodere, quod Græci σκάψαι. Tempore deinde duabus interliſis literis Fabij dicti.* Sex. Pompeius: *Alij putant eum primum oſtendiſſe quemadmodum vrſi, & lupi foueis caperentur.* Viri quoque foueis capiuntur. Cæſar lib. 6. *Studioſè foueis capti interficiuntur: hoc ſe labore durant adoleſcentes, atque hoc genere venationis exercent.* Huc alluſit Prudentius Pſychomachia de Fraude:

*Planiciem ſcrobibus violauerat inſidioſis*
*Hoſtilis de parte latens, vt foſſa ruentes*
*Exciperet cuneos, atque agmina merſa voraret.*
*Ac ne fallacem puteum deprendere poſſet*
*Cauta acies, virgis adopertas texerat oras,*
*Et ſuperimpoſito ſimularat ceſpite campum.*

Quid quod fouea homo homini lupus eſt: Phot. ca. 63. è Procopio refert de Peroze, quod ἀκλεῶς ἅμα τῷ παντὶ στρατῷ διεφθάρη τάφροις τισὶ, καὶ διώρυξι προ-σὺν διεσκευασμένοις, *quod paratis foſsis, foueiſque illapſus perijt inglorius cum exercitu vniuerſo.* Addam & in Horatii gratiam, cuius tenebras non ſatis quinqueuiri declarant, hiſtoriam ex Apollonii Scholiaſte. Ducta Eionei filia Ixion ſocerum multis promiſſis onerauerat, quæ cum minimè præſtaret, & ad fidem exigendam veniſſet Eioneus, Ixion βόθρον ποιήσας καὶ πυρακτώσας σκεπάζει αὐτὸ λεπτοῖς ξύλοις, καὶ κόνει λεπτῇ. ἐμπεσὼν δὲ ὁ Ἠιονεὺς ἀπόλλυται: *ſtructo, accenſóque barathro ſumma tegit tenuibus lignis, & cinere leui, quò illapſus Eioneus perijt.* Ideo dictum Horatio libr. 2. Oda. 1.

*— incedis per ignes*
*Suppoſitos cineri doloſo.*

Ideo quoque, cùm nomina congruerent, dictum Plauto in Pœnulo: *Ita decipiemus fouea lenonem Lycum*, λύκος enim *lupus*.

IN FOVEAM PARCO TECTAM VELAMINE FRONDIS. ] Tegebatur etiam fouea virgultis, & leui terra; accommodum fraudi repertum: Claudianus li.3. de laudibus Stiliconis, ſiue Stelichonis:

*Non illos (leones) tædæ ardentes, non ſtrata supernè*
*Lapſuro virgulta ſolo, non vocibus hædi*
*Pendentis ſtimulata fames, non foſſa fefellit.*

POSITÆ BALATIBVS AGNÆ. ] Foueam ea circumſpectione fodiebant, vt ex eodem ſolo emicaret in aliquam altitudinem agger circumfoſſus in modum columellæ, in qua agnam ſub noctem illigabant, cuius exciti balatu lupi deſiliebant in prædam ipſi præda, Xenophon in Cynegetico: Ἔπειτα εἰς αὐτὰς καὶ ὀρύγματα ποιοῦσι περιφερῆ, μεγάλα, βαθέα, ἐν μέσῳ λείποντες

κίονα τῆς γῆς· ἐπὶ δὲ τοῦτο εἰς νύκτα ἐπιτιθέασι δήσαντες αἶγα, καὶ φράξαντες κύκλῳ τὸ ὄρυγμα ὕλῃ, ὥστε μὴ προορᾶν, εἴσοδον οὐ λείποντες. τὰ δὲ ἀκούοντα τῆς φωνῆς ἐν τῇ νυκτὶ κύκλῳ τὸν φραγμὸν περιθέοντα, καὶ ἐπειδὰν μὴ εὑρίσκῃ δίοδον, ὑπερπηδᾷ, καὶ ἁλίσκεται. *Eorum nonnulli orbiculares foueas ducunt, atque ingentes, relicta in medio columna terrea alta. Praeterea noctu capram ligatam ſolent imponere, & circuitum foſſa materia è ſylua comportata munire, ſic vt circumſpicientem fallant, introitu negato. Ferre autem audita per noctem voce circa ſepimentum concurſant, & quia tranſitum non inueniunt, tranſiliunt, & capiuntur,* & Claudianus his inſinuat:

*— non vocibus hœdi*
*Pendentis ſtimulata fames*

*Iam ſolus, nubes ſubito cum denſa Laconum*
*Saxoſis latebris intendens prælia, circum*
*Funditur, & pœnæ inſurgit vis ſæua virorum.*
*O diram Latio lucem, faſtiſque notandam,*
*Dedecus ô Gradiue tuum! tibi dextera, & vrbi*
*Nata tuæ, triſti damnatur ſorte catenæ.*
*Haud vnquam abſiſtam gemitu, te Regule vidit*
*Sidonius carcer, túq; huit ſat magna triumpho*
*Viſa es Carthago ſuperis: quæ pœna ſequetur*
*Digna ſatu tali pollutos Marte Laconas?*
*At noua Eliſei iurato fœdera patres*
*Conſultant mandare duci, paciſq. ſequeſtrem*
*Mittere, poſcentes victam inter prælia pubem,*
*Captiuámq. manum ductore rependere noſtro.*
*Nec mora, iam ſtabat primis in littoris vndis*
*Naualis propulſa ratis, iam nautica pubes*
*Aut ſyluis ſtringunt remos, aut abiete ſecta*
*Tranſtra nouant, his intortos aptare rudentes,*
*His ſtudium erecto componere carbaſa malo.*
*Vnca locant prora curuati pondera ferri.*
*Ante omnes doctus pelagi, rectórq; carinæ*
*Puppim aptat, clauúmque Cothon, micat æreus altæ*
*Fulgor aqua triſidi ſplendentis in æquore roſtri.*
*Tela ſimul, variámque ferunt contra aſpera ponti*
*Rerum ad tempus opem, mediæ ſtat margine puppis*
*Qui voce alternos nautarum temperet ictus,*
*Et remis dictet ſonitum, paritérq; relatus*
*Ad numerum plaudat reſonantia cærula tonſis.*
*Poſtquam confectum nautis opus, horáq; curſus*

*Atque armata ratis, ventiq; dedere profundum,*
*Omnis turba ruit, matres, pueriq;, ſenéſq;,*
*Per medios cœtus trahit, atq. inimica per ora*
*Spectandum fortunâ ducem. fert lumina contra*
*Pacatus frontem, qualis cum littora primum*
*Attigit appulſa rector Sidonia claſſe.*
*Acceſſi comes haud ipſo renuente, ratiq;*
*Impoſitus, mœſtis ſocium me caſibus addo.*
*Illuuiem, atque inopes menſas, durúmq; cubile,*
*Et certare malis vrgentibus, hoſte putabam*
*Deuicto maius, nec tam fugiſſe cauendo*
*Aduerſa egregium, quam perdomuiſſe ferendo.*
*Spes tamen vna mihi (quanquam bene cognita, & olim*
*Atrox illa fides) vrbem, muróſq;, domúmque*
*Tangere ſi miſeris licuiſſet, corda moueri*
*Poſſe viro, & veſtro certe miteſcere fletu.*
*Claudebam ſub corde metus, lacrymáſq; putabam*
*Eſſe viro, & noſtræ ſimilem inter triſtia mentem,*
*Cùm tandem patriæ Tyberino allabimur amni.*
*Seruabam vultus ducis, & prodentia ſenſum*
*Lumina, & obtutu perſtabam intentus eodem.*
*Siquâ fides, vnum puer inter mille labores,*
*Vnum etiam in patria, ſæuáq; in Agenoris vrbe,*
*Atque vnum vidi pœnæ quoque tempore vultum,*
*Obuia captiuo cunctis ſimul vrbibus ibat*
*Auſonia, & campum turba vincente, propinqui*
*Implentur colles, ſtrepit altis Albula ripis:*

NVBES SVBITO CVM DENSA LACONVM. ] Homerus:

— *νέφος εἵπετο πεζῶν.*

— *nubes peditum comitabat.*

SAXOSIS LATEBRIS. ] Lacones, & Afri de rupe iaculabantur in ſubiectos Romanos. Appianus de Regulo Coſ. βαλλόμενος ἀπὸ κρημνῶν αὐτόθεν. Reliquum huius hiſtoriæ ibidem videre eſt compendio.

AD NVMERVM PLAVDAT RESONANTIA COERVLA TONSIS. ] Ouidius

*Quique refert pariter lentos ad pectora remos*
*In numerum pulſa brachia verſat aqua.*

Ennius: *Pone petunt, exin referunt ad pectora tonſas.*

Vide Hieronymum Columnam Italiæ decus in Ennium ibi:

— *portiſculum ſignum*

*Cùm dare cœpiſſet*

cujus ditiſſimis Commentariis latrunculi manum non abſtinuere. Item Lud. Carrionem li. 1. Emend. c. 9. Pompeium verbo *Portiſculus*. Græcè Κελευστής. Polybius cogitatim vt adſolet lib. 1. Μέσον ἐν αὐτοῖς στήσαντες τὸν κελευστὴν ἅμα πάντας ἀναπίπτειν ἐφ' αὐτοὺς ἄγοντας τὰς χεῖρας, καὶ πάλιν προνεύειν ἐξωθοῦντας ταύτας συνείθιζον, ἄρχεσθαί τε, καὶ λήγειν τῆς κινήσεως πρὸς τὰ τοῦ κελευστοῦ παραγγέλματα. *Celeuſte medio inter ſe conſtituto vnà omnes in ſe conuerſi manus adducebant, rurſumque manus à ſe iactare, ac geſticulari conſueſcebant, item motum capiebant, ac deſinebant ad Celeuſtæ imperium.* Agit ibi de imaginaria remigatione in campo. *Portiſculus* autem malleo ſignum dabat. Feſtus Fr. Farneſiano, *Portiſculus eſt, vt ſcribit Ælius Stilo, qui in portu modum dat claſſi. Id autem eſt malleus, cuius meminit Cato in diſſuaſione de rege Attalo, & vectigalib. Aſiæ.* Heynſius *Signum* cum *Celeuſmate* confudit.

NEC TAM FVGISSE CAVENDO
ADVERSA EGREGIVM, QVAM PERDOMVISSE FERENDO. ] D. Auguſt. l. 1. de Ciuitate Dei c. 22. *Maiorque animus meritò dicendus, qui vitam ærumnoſam magis poteſt ferre, quàm fugere.* Apud Lucanum li. 9. Cato:

*Qui me teſte pati, vel quæ triſtiſſima pulcrum,*
*Romanúmque putant.*

Seneca Thebaide:

*— non eſt, vt putas, virtus pater*
*Timere vitam: ſed malis ingentibus*
*Obſtare: nec ſe vertere, ac retro dare.*

HOSTE PVTABAM. ] *Putabat*, Modius. Non enim de Maro, inquit, hoc intelligendum, vt malè vulgo fit, ſed de Regulo.

ATQVE VNVM VIDI POENÆ QVOQVE TEMPORE VVLTVM: ] Solin. ca. 4. *Inter alia Socratis magna præclarum illud eſt, quòd in eodem vultus tenore, etiam aduerſis interpellantibus perſtitit.* Plin. li. 7. c. 19.

*Ipſi Pœnorum proceres, immitia corda,*
*Ad patrios certant cultus reuocare, togæq;*
*Abdebatur honos. ſtetit illacrymante Senatu,*
*Et matrum turba, iuuenúmque dolore profuſo,*
*Inter tot gemitus immobilis, aggere Conſul*
*Tendebat dextram, & patria veſtigia primus*
*Ponentem terra, occurſu celebrabat amico.*
*Collegit greſſum, monitúſque recedere Conſul,*
*Nec ſummum violare decus, cingente ſuperba*
*Pœnorum turba, captiuóq; agmine ſeptus*
*Ibat, & inuidiam cælo, diuiſq. ferebat.*
*Ecce trahens geminum natorum Martia pignus*
*Infelix nimis magni virtute mariti,*
*Squalentem crinem, & triſtis lacerabat amictus,*
*Agnoſcisne diem? an teneris non hæſit in annis?*
*Atq. ea poſtquam habitu iuxta, & velamine Pœno*

*Deformem aſpexit,fuſis vlulatibus ægra*
*Labitur,& gelidos mortis color occupat artus.*
*Si qua Deis pietas,tales Cartago videre*
*Dent tibi Sidonias matres,ne voce quieta.*

AD PATRIOS OPTANT CVLTVS REVOCARE.] Ad *tunicam*, quæ Cartaginienſibus extima. Nam de iis Ennius.

*— tunicata iuuentus*

Plautus Pœnulo: *Homo tunicatus*. Valer. Max. lib. 5. c. 4. *Quos inter tunicas, & loricas abdiderant*. Ita verò actum cum Regulo clamant ſubiecta iſta:

*— — velamine Pœno*
*Deformem adſpexit*

vxor Marcia. Appianus Parecbola 18. Ὁ δὲ ᾔει μὲν ὡς αἰχμάλωτος ἐσταλμένος φοινικῶς: *Incedebat Regulus, vt captiuus veſtitus in Punicum modum.*

TOGÆQ. ABDEBATVR HONOS.] Quibus exemplaribus eſt, *Addebatur*, peccant non mediocriter mea, & Modii fide. *Togæ honos* bifariam abdi poteſt: vel enim omnino toga caruit Regulus, vel eius togæ tunicam Punicam illi ſuperinduunt Pœnorum proceres. Nam etſi belli geſtamen, & argumentum eſt ſagum: olim tamen apud Romanos etiam aliter fuit. Plutarchus in Coriolano: ἦν γὰρ τότε τοῖς Ῥωμαίοις ἔθος εἰς τάξιν καθισταμένοις καὶ μέλλουσι τοὺς θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν, καὶ περιζώννυσθαι τὴν τήβεννον. *Erat tum Romanis in more in acie conſtitutis, & clypeos ſumturis, cincturiſque togam condere, &c.* Τήβεννος autem *toga* interprete Dionyſio Halicarnaſſæo. Feſtus: *Endo procinctu, in procinctu: nam apud antiquos togis incincti pugnaſſe dicuntur.* Capitolinus in Antonino: *Per Brunduſium veniens in Italiam, togam & ipſe ſumſit, & milites togatos eſſe iuſſit: nec vnquam ſagati fuerunt ſub eo milites.* Ita Romana re ad ſenium vergente fuit, ita & principiò. Medio igitur rerum curſu milites ſagati: qui in vrbe togati: etiamſi tunc ad exercitum togas eſſe miſſas ſepiculè legamus, quod Conſularium honori damus. Cicero Philippica octaua: *Equidem P. C. quanquam hoc honore vſi* [conſulatus] *togati eſſe ſolent, cùm eſt in ſagis ciuitas: ſtatui tamen à vobis, cæteriſque ciuibus in tanta atrocitate temporis, tantaq. perturbatione P. R. non differre veſtitu.*

MONITVSQ. RECEDERE CONSVL, NEC SVMMVM VIOLARE DECVS.] Violaſſet, ſi captiuo Regulo occurriſſet, Pœnis hoſtibus præſertim adducentibus Regulum iure belli capitis minorem. Item, vt inquit Cicero, *quamdiu iureiurando hoſtium teneretur, non eſſe ſe Senatorem.* Ideóque mox in concilio cunctis inuitantibus ad ſellam conſularem Regulum, ipſe

*Abnuit, antiquumque loci adſpernatus honorem eſt.*

Regulum *capitis minorem* mox dicet Horatius, quod Sex. Pompeius aperit: *Deminutus capite appellatur, qui in hoſtium poteſtate venit.*

NIMIA VIRTVTE MARITI.] Τῇ ὑπερβαλλούσῃ. *Nimia*. Bene Tragicus Oedipo:

*— quidquid exceſſit modum*
*Pendet inſtabili loco.*

Quare prudentiſſimè nona in Antonium ſcripſit Orator ter maximus:

*In illius viri conſiliis, atque factis nec nimium, nec parum vnquam fuit.* Plautus Pœnulo:

*Nimia omia nimium exhibent negotium hominibus ex ſe.*

*Affatus, iubet & veſtros, & coniugis vnà*
*Arcere amplexus, pates impenetrabilis ille*
*Luctibus, & nunquam ſubmiſſus colla dolori.*
*Hic alto iuuenis gemitu: lacrymiſque coortis*
*Magne parens, inquit, quo maius numine nobis*
*Tarpeia nec in arce ſedet, ſi iura querelis*
*Sunt conceſſa piis, cur hoc matrique, mihique*
*Solamen? vel cur decus hoc ô dure negaſti*
*Tangere ſacratos vultus, atque oſcula ab ore*
*Libauiſſe tuo? dextram mihi prendere dextra*
*Non li... um? leuiora forent hæc vulnera quantum,*
*Si ferre ad manes infixos mente daretur*
*Amplexus venerande tuos: ſed vana recordor*
*Ni male, nam primo tunc hærebamus in æuo,*
*Humana maior ſpecies erat, horrida cano*
*Vertice deſcendens ingentia colla tegebat*
*Cæſaries, frontíque coma ſqualente ſedebat*
*Terribilis decor, atque animi venerabile pondus.*
*Nil poſt hac oculis ſimile incidit. excipit inde*
*Iam Marus, atque inhibens conuellere vulnera queſtu,*
*Quid cum præteritis inuiſa penatibus, inquit,*
*Hoſpitia, & ſedes Pœnorum intrauit acerbas?*
*Affixi clypei, currúſque, & ſpicula nota*
*Aedibus in paruis, magni monumenta triumphi*
*Pulſabant oculos, coniúxque in limine primo*
*Clamabat, quò fers greſſus? non Punicus hic eſt,*
*Regule quem fugias carcer, veſtigia noſtri*
*Caſta tori, domus & patrium ſine crimine ſeruat*
*Inuiolata larem, ſemel hic, iterúmque, quid oro*
*Pollutum eſt nobis, prolem gratante ſenatu,*
*Et patria ſum enixa tibi, tua, reſpice, ſedes*
*Hæc eſt, vnde ingens humeris fulgentibus oſtro*
*Vidiſti Latios Conſul præcedere faſces,*
*Vnde ire in Martem, quò capta referre ſolebas,*
*Et victor mecum ſuſpendere poſtibus arma.*

*Non ego complexus, & ſanctæ fœdera tedæ*
*Coniugiúmue peto, patrios damnare penates*
*Abſiſte, ac natis ſas duc concedere noctem.*
*Hos inter fletus iunctus veſtigia Pœnis*
*Limine ſe duxit Tyrio, quæſtúſque reliquit:*

AFFATVS IVBET ET VESTROS, ET CONIVGIS VNA ARCERE AMPLEXVS.] Horatius lib. 3. Oda 5.

*Fertur pudicæ coniugis oſculum,*
*Paruóſque natos vt capitis minor*
*A ſe remouiſſe, & virilem*
*Toruus humi poſuiſſe vultum.*

Solida Ode legenda ſuper infracto Regulo. D. Auguſtinus lib. 1. c. 15. de Ciuit. Gell. lib. 6. c. 3. & 4. Variat Polygenus li. περιπλεκομένων τέκνων, γυναικὸς, φίλων, συγγενῶν, *Complectentibus liberis, vxore, amicis, cognatis.* Niſi fortè reponendum: περιχεομένων *circumfuſis*, quod vtique ſatius: Cùm Silio conuenit Tullius lib. 3. Offic. *Reiectíſque à ſe coniuge, & liberis Cartaginem regreſſus*, & cum Tullio Polybius: Frag. 9. καὶ ὑπ πλὴν γυναῖκα ἐς λόγους ἐδέξατο. Interpretor, & explico ſalua cum Silio pace: *Vxorem non admiſit in colloquium* priuatum.

ANTIQVVMQ. LOCI ADSPERNATVS HONOREM EST.] Regulus, qui anno illo Romæ Conſul fuerat, M. Tull. lib. 3. de Off.

SARRANAQ. IVNO.] Quæ Sarranis, ſiue Cartaginienſibus fautrix, quæque ab iis culta. Sic lib. 8. de Anna Eliſæ ſorore *Sarrana numina* dixit:

*Cur Sarrana dicent Oenotri numina templo?*

Lib. 11. *Sarrana caſtra* pro Punicis lib. 6. *Sarrana* cædes, Pœnorum eſt. *Sarra* enim Tyrus eſt, nec alibi tacemus.

QVOS REDITVS TESTES.] Legimus apud Gell. lib. 6. c. 4. animum Regulo fuiſſe Cartaginem redeundi tanto obſtinatiorem, quòd ſciret ſibi venenum lentum, non præſentaneum à Pœnis datum, autore Tuditano. Qui Tuditanus Pœnorum nobiliſſimos captiuos Reguli filiis à Senatu deditos interiſſe tradit in armario muricib. præfixo deſtitutos. A Tuditano ſunt illa Silii proximè, quæ de ſe Regulus effatur:

— — *fuit ille, nec vnquam*
*Dum fuit, à duro ceſſauit munere Martis*
*Regulus: exangui ſpectatis corpore nomen.*
*Et non Cartago fraudum domus inſcia quantum*
*E nobis reſtet, iuuenes paret aſpera ferro*
*Pectora captiuos noſtra penſare ſenecta.*
*Ite dolos contra.*

IVRATA MENTE VOCAVI.] M. Tullius ſupra: *Non enim falſum iurare, periurare eſt: ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere periurium eſt.* Inibi Euripidem laudat. Conſuli poteſt etiam lib. 1. Off. Dio frag. 9. de Cartaginienſibus: Ὅρκους τε ὑν αὐτὸν πίστεσί τε μεγάλαις. *Ab eo igitur ſacramenti fidem vehementer popoſcerunt.*

TOT BELLIS, TOTQ. ANNIS FREGIMVS ÆVVM.] Autor de viris Illuſtr. M. *Attilius Regulus fuſis Salentinis triumphauit, primúſque Romanorum ducum in Africam claſſem traiecit: quaſſatas duce Amilcare naues longas tres & ſexaginta accepit. Opida ducenta, & hominum ducenta millia cepit. Tot bellis!*

SALVO FOEDERE POENÆ.] Zonaras tom. 2. Ann. in cætera Reguli καταυ-μα illud ponit: καὶ ἐλέφαντα προσέφερον συνεχῶς, ὅπως ὑπ' αὐτοῦ δειματούμενος μήτε τῷ σώματι, μήτε τῇ διανοίᾳ ἡσυχάζοι: *Elephantum etiam adduxere, vt ab ipſo pauefactus neque corpore, neque mente conquieſceret.*

CVRRVSQVE, ET SPICVLA NOTA ÆDIB. IN PARVIS.] Malè Silium tuetur Marſus, qui ad priuatas ædes talia proſtare negat. Apud Silium vxor ipſa dicit Regulo:

*— quo capta referre ſolebas,*
*Et victor mecum ſuſpendere poſtib. arma:*

Commentario ad li. 15. magis hanc veritatem conlucidabimus: nunc dico non cuiuis militi, aut ſpoliatori fas fuiſſe arma hoſti derepta ſuis ædibus præfigere: ſed illi duntaxat, qui virtutis præmium fuiſſet ab Imperatore conſecutus. Polyb. lib. 6. διὰ τὸ μόνοις ἐξεῖναι περιτίθεσθαι κόσμον τοῖς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ τετιμημένοις, ἔν τε ταῖς οἰκίαις κατὰ τοὺς ἐπιφανεστάτους τόπους τιθέασι τὰ σκῦλα, σημεῖα ποιούμενοι, καὶ μαρτύρια τῆς ἑαυτῶν ἀρετῆς.

VIDISTI LATIOS CONSVLI PRÆCEDERE FASCES.] Quò? in Capitolium. Noui Coſſ. more Capitolium petebant Cal. Ianuariis, amicis, Senatu, Equitibus comitantibus. Lege Ouid. Ep. 9. lib. 4. de Ponto; vbi & cætera ſolemnia exſequitur.

LIMINE SE DVXIT TYRIO.] *Se clauſit*, ſagaciter Modius: quia Regulo commune cum Pœnis hoſtibus hoſpitium.

*Vix dum clara dies ſumma luſtrabat in Oeta*
*Herculei monumenta rogi, cùm Conſul adire*
*Accirique iubet Libycos, tum limina templi*
*Vidimus intrantem, quæ conſultata Senatus,*
*Quáſue viri voces extremum curia mærens*
*Audierit placidò nobis ipſe edidit ore,*
*Intulit vt greſſus, certatim voce, manúque*
*Ad ſolitam ſedem, & veſtigia nota vocabat.*
*Abnuit, antiquúmque loci aſpernatus honorem eſt:*
*At circunfuſi non ſecius vndique dextram*
*Prenſare, ac patriæ ductorem nomine tanto*
*Redderet, orabant: captiua poſſe redemptum*
*Penſari turba, ac Tyrias tum iuſtius arces*
*Arſuras dextra, fuerit quæ vincta catenis.*
*Tum palmas ſimul attollens, ac lumina cælo:*
*Iuſtitia, rectique dator, qui cuncta gubernat,*
*Nec leuior mihi diua fides, Sarranaque Iuno,*

*Quos*

*Quos reditus teſtes iurata mente vocaui,*
*Sit mihi fas me digna loqui, Latióſque tueri*
*Voce focos, ibo ad Tyrios non ſegnior inquit,*
*Stante fide reditus, & ſaluo fœdere pœnæ.*
*Sic nobis rerum exitio deſiſtite honorem*
*Tendere, tot bellis, tótque annis fregimus æuum,*
*Nunc etiam vinclis, & longo carcere torpent*
*Captiuo in ſenio vires, fuit ille, nec vnquam*
*Dum fuit à duro ceſſauit munere Martis*
*Regulus, exangui ſpectatis corpore nomen.*
*At non Carthago fraudum domus, inſcia quantum*
*E nobis reſtet, iuuenes paret aſpera ferro*
*Pectora captiuos, noſtra penſare ſenecta.*
*Ite dolos contra, génſque aſtu fallere læta*
*Diſcat me capto, quantum tibi Roma ſuperſit.*
*Nec veró placeat, niſi quæ de more parentum*
*Pax erit, expoſcunt Libyci, nobíſque dedere*
*Hæc referenda, pari libeat ſi pendere bellum*
*Fœdere, & ex æquo geminas conſcribere leges.*
*Sed mihi ſit Stygios ante intrauiſſe penates,*
*Talia quàm videam ferienteis pacta Latinos.*
*Hæc fatus Tyriæ ſeſe iam reddidit iræ,*
*Nec monitus ſpernente graues, fidóſque Senatu,*
*Pœnorum dimiſſa cohors, quæ mæſta repulſa,*
*Ac minitans capto, patrias properabat ad oras.*

SVMMA LVSTRABAT IN OETA HERCVLEI MONVMENTA ROGI.] In Oeta námq. arſit Hercules. Vide Senecam.

ACCIRIQVE IVBET LIBYCOS.] Mane, vt vidiſti, ex ritu Silio cognitiſſimo. Nam quo die legati venerant, non eodem mos fuit ſenatum eſſe, ſed poſtero. Nimia tamen cupido morem quandóque pene præuertit. Liuius lib. 44. *Adeo exſpectati venerunt, vt niſi veſper eſſet, extemplo ſenatum vocaturi Coſſ. fuerint.*

LIMINA TEMPLI VIDIMVS INTRANTEM.] *Templi* limina ab vrbe ſepoſiti: nam vt Romani legatos ſociarum, aut amicarum nationum in vrbem admittebant: ita partis aduerſę extra illam. Polyb. Ecloga 141. Τῶν δὲ πρέσβεων εἰς τὴν Ῥώμην παραγινομένων τοὺς μὲν παρὰ τῶν Βελλῶν, καὶ Τίτθων ὅσοι τὰ Ῥωμαίων ᾑροῦντο, παρεδέξαντο πάντας εἰς τὴν πόλιν. τοὺς δὲ παρὰ τῶν Ἀρεβάκων πέραν τοῦ Τιβέρεως ἐκέλευσαν κατασκηνοῦν, διὰ τὸ πολεμίους ὑπάρχειν, ἕως βουλεύσωνται περὶ τῶν ὅλων: *E legatis, qui Romam aduenerant, Bellitanos, ac Tingitanos, qui rem Romanam fouebant, omnes in vrbem admiſerunt: Aranacas verò vltra Tiberim diuerſari iuſſerunt, quòd hoſtes eſ-*

*ſent, dum de re tota deliberatum ſit.* Dionis fragmentum 9. de Regulo: Οὔτε εἰς τὴν πόλιν καθάπερ ἐκβληθεὶς εἰσῆλθεν, ἀλλ' ἔξω τοῦ τείχους τῆς βουλῆς ἀθροισθείσης, ὥσπερ τοῖς τῶν πολεμίων πρέσβεσιν ἔθος εἶχον χρηματίζειν, τήν τε πρόσοδον μετὰ τῶν ἄλλων, ὥς γε καὶ ὁ λόγος ἔχει, ἐποιήσατο. *Neque in vrbem, velut eiectus, iniÿt, ſed extra muros coacto conſilio, vt cum hoſtium legatis agi moris eſt, cum aliis acceßit, vti narrant.* Romam autem ingreſſus eſt Regulus, non hæſit tamen: ſed & ſenatus extrà fuit, & abnoctauit ad vrbem cum legatis, quod his docet Silius:

> *Quod cùm prateritis inuiſa penatibus, inquit,*
> *Hoſpitia, ac ſedes Pœnorum intrauit acerbas?*

Item:
> *— iunctis veſtigia Pœnis*
> *Limine ſe clauſit Tyrio.*

Idem adſtruit Dio fragmento 12. Οὐκ ἐδέξαντο αὐτὸν (Καρθάλωνα) εἴσω τοῦ τείχους, ὡς πολέμιον. *Non eum intra muros, vt hoſtem, admiſerunt.* Frag. 24. Ὅτι ἐλθόντων Νουμαντίνων πρέσβεων οἱ Ῥωμαῖοι ἔξω τοῦ τείχους ἐδέξαντο αὐτοὺς, ἵνα μὴ καὶ βεβαιοῦν ἐκ τούτου τὰς σπονδὰς δόξωσι. ξένια μέντοι σφίσι, καὶ ὣς, ἐξέπεμψαν. *Cùm adeſſent legati Numãtinorum, Romani eos extra muros exceperunt, ne ſi in vrbem eſſent admißi, hoc ipſo fœdus iciſſe viderentur. Lautia autem iis, vti par fuit, miſerunt.* Age verò cuius templi? Martis opinor, aut Bellonæ. Patefacio è dictis veterum. Suetonius de Martis ęde Octauii c. 29. *Sanxit, vt de bellis, triumphiſque hîc conſuleretur ſenatus.* Martis autem ædes extra vrbem. Dionyſius lib. 6. Antiq. Rom. ἀπὸ ἱεροῦ τινος Ἄρεως ἔξω τῆς πόλεως ἱδρυμένου: *Ab æde Martis, quæ extra vrbem.* Diſertim Liuius lib. 7. *Popilius Coſ. exercitu ſcripto cùm omnes extra portam Capenam ad Martis ædem conuenire armatos iuniores iußiſſet.* De Bellonę æde teſtimonii dictio eſt à Nicoſtrato libro, qui inſcribitur *de Senatu habendo*: *Tertium circa ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in vrbem admitti nolebant, Senatus dabatur.* Sic Liuii lib. 26. Marcello in æde *Bellonæ* ſenatus datus, & lib. 42. C. Cicereio. Quandóque in æde Apollinis, quæ ipſa & à Roma ſeiunctior: Liuius lib. 34. *Legati Nabidis tyranni Romam venerunt: his extra vrbem in æde Apollinis Senatus datus eſt.* Vide Aſconium Oratione in toga candida, & Liuium lib. 37. qui triumphum petentibus ſenatum datum notant in Apollinis templo.

LONGO CARCERE TORPENT.. VIRES.] Florus de Regulo lib. 2. c. 2. *Nec Punico carcere fractus eſt,* animi vtique: at corporis vires carcere debiliores, præſertim *in ſenio.*

DISCAT ME CAPTO.] Similes Mutii Scæuolæ eminationes. Vt ſcias, quem virum effugeris, idem trecenti iurauimus. Florus li. 1. c. 10. Prudens, an imprudens; patriæ, ſuíſque fidus an infidus fuerit Regulus, diſquiritur ſatis ingenioſè Calcagninus, Grifilius.

*Proſequitur vulgus patres, ac planctibus ingens*
*Perſonat, & luctu campis reuocare libebat*
*Interdum, & iuſto raptum retinere dolore.*
*At trepida, & ſubito ceu ſtans in funere coniux*
*Vt vidit puppim properantem intrare, tremendum*

*Vociferans, celerem greſſum referebat ad vndas:*
*Tollite me Libyci comitem, pœnaque, necíſque,*
*Hoc vnum coniux vteri per pignora noſtri*
*Vnum oro, liceat tecum quoſcunque ferentem*
*Terrarum, pelagíque pati, cœlíque labores.*
*Non ego Amyclæum ductorem in prælia miſi,*
*Nec noſtris tua ſunt circundata colla catenis,*
*Cur vſque ad pœnas miſeram fugis? accipe mecum*
*Hanc prolem, forſan duras Cartaginis iras*
*Flectemus lacrymis, aut ſi præcluſerit aures*
*Vrbs inimica ſuas, eadem tunc hora manebit*
*Teque, tuóſque ſimul, vel ſi ſtat rumpere vitam*
*In patria moriamur, adeſt comes vltima fati.*
*Has inter voces, vinclis reſoluta moueri*
*Paulatim, & ripa cœpit decedere puppis.*
*Tum vero infelix mentem furiata dolore*
*Exclamat, feſſas tendens ad ſidera palmas:*
*En qui ſe iactat Libyæ, populíſque nefandis*
*Atque hoſti ſeruare fidem, data fœdera nobis*
*Ac promiſſa fides thalamis, vbi perfide nunc eſt?*
*Vltima vox duras hæc tunc penetrauit ad aures:*
*Cætera percuſſi vetuerunt noſcere remi.*
*Tum fluuio raptum ad pelagi deuoluimur oras,*
*Ac legimus pontum, pinúque iuuante cauata,*
*Aequor, & immenſas curua trabe findimus vndas.*
*Ludibrium necis horreſcens, vis aſpera ponti*
*Obrueret, ſcopulíſque ratem furor improbus Euri*
*Frangeret, optabam: moderato flamine lenes*
*Vexerunt Zephyri, Tyrióque dedere furori:*
*Infelix vidi, patriámque remiſſus in vrbem*
*Narrator pœnæ dura mercede reuerti.*
*Nec tibi nunc ritus imitantem, iráſque ferarum*
*Pygmaleoneam tentarem expromere gentem,*
*Si maius quicquam toto vidiſſet in orbe*
*Gens hominum, quàm quod veſtri veneranda parentis*
*Edidit exemplum virtus pudet addere queſtus*
*Suppliciis, quæ ſpectaui placido ore ferentem.*
*Tu quoque chare puer dignum te ſanguine tanto*
*Fingere ne ceſſa, atque humenteis comprime fletus.*

*Præfixo paribus ligno mucronibus omnes*
*Armantur laterum crates, denſúſq. per artem*
*Texitur erecti, ſtantiſque ex ordine ferri*
*Infelix ſtimulus, ſomniſque hac fraude negatis*
*Quoſcunque in flexus producto tempore tortor*
*Inclinauit iners, fodiunt ad viſcera corpus.*
*Abſiſte ô iuuenis lacrymis. patientia cunctos*
*Hos ſuperat caſus. longo reuireſceret æuo*
*Gloria, dum cæli ſedem, terráſque tenebit*
*Caſta fides, dum virtutis venerabile nomen*
*Viuet, eritque dies, tua quo dux inclyte fata*
*Audire horrebunt à te calcata minores.*
*Hæc Marus, & mæſta refouebat vulnera cura.*
*Interea rapidas perfuſa cruoribus alas*
*Sicut ſanguinea Thraſimeni tinxerat vnda,*
*Vera ac ficta ſimul ſpargebat fama per vrbem.*

AC PLANCTIBVS INGENS PERSONAT ET LVCTV CAMPIS REVOCARE LIBEBAT.] Meliùs indubitanter:

*— planctibus ingens*
*Perſonat, & luctu campus: reuocare l.*

NON EGO AMYCLÆVM DVCTOREM.] Xanthippum tui victorem.

TVM FLVVIO RAPTVM.] Lego: *Raptim.* Vel: *Rapti.*

PINVQ. IVVANTE CAVATA ÆQVOR.] Fortè *innante.*

OPTABAM: MODERATO FLAMINE LENES VEXERVNT ZEPHYRI.] *Optabam*, deſiderii eſt: *vexerunt Zephyri leues*, quærelæ. ſic diuerſis affectibus expromendis natus Poëta. Nihil orationis integritati deſit. Aiunt tamen in colonienſib. membranis eſſe:

*— optabam. Lethum id commune fuiſſet:*
*Sed nos ad pœnam moderato f. l.*

PRÆFIXO PARIBVS LIGNO MVCRONIBVS OMNES ARMANTVR LATERVM CRATES.] Nemo Silio expreſſiùs hoc ſupplicii genus compoſuit. Et hoc ſæpe poſſunt Poëtæ, quòd cæteris γλαφυρώτερον καὶ γραφικώτερον: *Comtiùs, atq. expreſſiùs.* pleraque efferant. Appiano eadem machina vocatur γαλεάγρα κέντρα πάντοθεν ἔχουσα: *Decipulam (à nonnulla ſimilitudine) ſtimulis vndiq. prædita.* Zonaræ tom. 2. Σκάφος τι συμπηκτὸν κέντρα πανταχόθεν ἔχον: *Stimulos ferreos aſſerculis vndiq. inaptatos ſtanti circumpoſuere, ne quà poſſet reclinari.* D. Auguſtinus lib.1.de Ciuit.c.15. *Incluſum námque anguſto ligno, vbi ſtare cogeretur, clauiſque acutiſſimis vndique confixo, vt ſe in nullam eius partem ſine pœnis atrociſſimis inclinaret, etiam vigilando peremerunt.* Vide Gell. lib.6.c.4. Cum verbis D. Auguſtini ſatis congruunt illa Appiani Parecbola 18. Κέντρα σιδήρεα σανίσιν ἐνηρμοσμένα πάντοθεν ἑστῶτι περιθέντες, ἵνα μηδαμόσε δύναιτο ἐπικλιθῆναι. A Seneca epiſtola 67. Reguli *arca* dicitur.

SOMNISQ. HAC ARTE NEGATIS.] Cauſarum abunde eſt, cur non

dormiat. Alii duriore quoque ſæuitia ſomno prohibitum volunt, refectis palpebris. Valerius Maximus li. 9. ca. 2. *Cartaginienſes Atilium Regulum palpebris reſectis machinæ, in qua vndique præacuti ſtimuli eminebant incluſum vigilantia pariter, & continuo tractu doloris peremerunt.* Zonaras tom. 2. Annal. Valerio accedit M. Tullius in L. Piſonem. Tuditanus apud Gellium tradit ſurſum conſutas fuiſſe palpebras.

QVOSCVNQVE IN FLEXVS PRODVCTO TEMPORE TORTOR INCLINAVIT INERS. ] Horatius quidem dixit li. 3. Oda 5.

*At qui ſciebat, quæ ſibi barbarus*
*Tortor parabat.*

At non inuenio, qui dixerit inclinatum horſum, aut illorſum à tortore Regulum. quid neceſſe? an ingenioſa iſta pœnarum carnificina carnifice in ſtimulos impellente eguit? Malim: *Torpor*: naturalis ſomnolentia oboriebatur, ſed frui non erat. Deinde incredibilis eſt tanta in ſæuitia tortoris *inertia*, præſertim ſi Regulum inclinat: ergo rectius ſit *Torpor iners*, quàm *Tortor iners*, vt hucuſque lectum eſt in Silio.

MACHINA REGVM. ] Arca pingatur è robuſteis tabuleis oculorum cauſa antrorſum patens, trilatera. Non vſque diſſimilis in Pœnulo vocatur *codex robuſteus*, & apud Feſtum *Robus. Robus in carcere is locus, quo præcipitatur maleficiorum genus, quod ante arcis robuſteis includebatur.*) Adnectantur tabulis introrſum clathri è ferro (Silio *laterum crates*) & in virgis adhæreſcant murices crebri equis ſtimulis. Suffecerit ſupra arcam caput bene capillatum, & incauum, quo illud repræſentetur li. 2. apud Silium:

*— vidi cum robore pendens*
*Heſperiam cruce ſublimis ſpectaret ab alta.*

Vbi *crux* machina ipſa eſt, non crux Immiſſa, non Commiſſa. Item palpebræ cum fronte continenti replicatæ conſuantur. Et caput in edito, ibidem:

*Iuxta triſte decus pendet ſub imagine formæ.*

Non quòd è cruce pependerit Regulus: ſed quia in alto mutabundus, aut propenſione ſua caſum minitaretur, vt *pendentes è rupe capellæ*, Virgilio Appendicula eſto M. Regulum *illigatum in machina* fide Ciceronis in L. Piſonem.

VERA, AC FICTA SIMVL SPARGEBAT FAMA. ] Æneid.4.
*Tam ficti, prauique tenax, quàm nuncia veri.*

*Allia, & infandi Senones, captæque recurſat*
*Attonitis arcis facies, excuſſit habenas*
*Luctificus pauor, & tempeſtas aucta timendo.*
*Hic raptim ruit in muros, vox horrida fertur,*
*Hoſtis adeſt, iaciunt ſudes, & inania tela.*
*Aſt aliæ laceris canentes crinibus, alta*
*Verrunt tecta Deûm, & ſeris poſt fata ſuorum*
*Sollicitant precibus, requiem tenebræque, diésque*
*Amiſere: iacet portis, vlulante dolore*
*Diſperſum vulgus, remeantúmque ordine longo*
*Seruat turba gradus, pendent ex ore loquentum,*
*Nec lætis ſat certa fides, iterúmque morantur*
*Orando, & vultu interdum ſine voce precati*
*Quod rogitant, audire pauent: hic fletus, vbi aures*
*Percuſſæ grauiore malo: metus inde, negatum*
*Si ſcire, & dubius reſponſi nuntius hæſit.*
*Iamque vbi conſpectu redeuntis viſa propinquo*
*Corpora, ſollicite lethi funduntur, & ipſis*
*Oſcula vulneribus figunt, Superóſq; fatigant.*
*Hic inter trepidos curæ venerandus agebat*
*Serranum Marus, atque olim poſt fata mariti*
*Non egreſſa domum vitato Martia cœtu,*
*Et lucem cauſa natorum paſſa, ruebat*
*In luctum ſimilem antiquo, turbata repente,*
*Agnoſcénſque Marum, fidei comes inclyte magnæ*
*Nunc certe mihi reddis, ait, lene vulnus, an alte*
*Vſque ad noſtra ferus penetrauit viſcera mucro?*
*Quicquid adeſt, dum non vinctum Cartago catenis*
*Abripiat, pœnaq; inſtauret monſtra paternæ,*
*Gratum eſt ô Superi. quoties heu nate petebam*
*Ne patrias iras, animóſq; in prælia ferres,*

ALLIA ET INFANDI SENONES. ] Ceperunt vrbem xv. Calen. Auguſti. Tacitus lib. 18. decimumquintum Cal. Auguſti infauſtum appellat diem, Cremerenſi (quo deuicti Fabii trecenti) Allienſiq; cladibus, cúmq; diem inter nefaſtos numerauere, teſte Plut. in Camillo, & Quæſtionib. Rom. Liuio principio libri ſexti. Macrob. li. 1. Sat. c. 16.

HOSTIS ADEST, IACIVNT SVDES. ] Sic exemplaria. Verſum labantem alleuaui:

*Iaciúntque ſudes.*

Virgilius enim corripuit li.7.

*Stipitibus duris agitur, ſudibúsque præuſtis.*

Neque mihi probari poteſt, quod nunquam obſeruo, Silium ex magiſterio Virgilii exceſſiſſe.

CRINIB. ALTA VERRVNT TEMPLA DEVM. ] Ingenti in luctu matribus ſollemne fuit crinem ſpargere, vellere, aut etiam templa crine verrere. Quam luctus faciem deſcribit, iterum Silius li.13. de Capyenſibus viris (& alibi notamus)

*— nunc propexis in pectora barbis*

*Verrere humum.*

Lucanus lib.7.

*— ſacros pedibus proſternere canos.*

NEC LÆTIS SAT CERTA FIDES. ] Seneca:

*Proprium hoc miſeros ſequitur vitium*

*Nunquam lætis credere rebus.*

REDEVNTIS VISA PROPINQVO CORPORA. ] Scribo: *Redeuntia*, vel *Redeuntûm*: plurimos enim reueniſſe ſcimus ex hiſtoria, & Silius voluit illo iudicatum:

*Hic inter trepidos.*

OSCVLA VVLNERIBVS FIGVNT. ] Adſimile ſcribit Tacitus li. de Morib. Germ. *Ad matres, & ad coniuges vulnera ferunt: nec illæ numerare, aut exigere plagas pauent.* Prudent. Pſychomachia:

*Pérque cicatricum numerum ſudata recenſens*

*Millia pugnarum.*

ET LVCEM NATORVM CAVSA PASSA. ] Ni pignorum rationem habuiſſet, marito vitam impendiſſet vxor, vt Porcia, vt Seruilia, vt Euadne, vt Alceſtis, vt Indæ mulieres, vt Scyticæ, vt aliæ non paucæ.

NVNC CERTE MIHI REDDIS, AIT, LEVE VVLNVS: AN ALTE VSQVE AD NOSTRA FERVS PENETRAVIT VISCERA MVCRO.] Qui *Hunc* repoſitum volunt è membranis Colonienſibus, non animaduerterunt orationem ſolœcam. Vlterius lego:

*— inantè.*

*Vſque ad n. ſ. p. v. m.*

Ita poſtulat αὐτόθεν: *Nunc reddis leue vulnus*, quod *inantè* altiſſimum. Tollóque interrogandi notam.

QVIDQVID ADEST. ] Fortè: *Quidquid id eſt*, de Maronis exemplo Æneid. 2.

*Quidquid id eſt, timeo Danaos.*

*Nec te belligeri ſtimulares in arma parentis*
*Triſte decus, nimium viuacis dura ſenectæ*
*Supplicia expendi, quæſo iam parcite ſiqua*
*Numina pugnaſtis nobis, hac cladis acerbæ*

*Diſcuſſa ceu nube, patres conquirere feſſis*
*Iam rebus meditantur opem, atque ad munera belli*
*Certatur, pulsúsque dolor grauiore periclo.*
*Maxima curarum, rectorem ponere caſtris*
*Cui Latium, & moles rerum quaſſata recumbat,*
*Spectante occaſum patria, Iouis illa ruenti*
*Auſoniæ, atque Italis tempus protendere regnis*
*Cura fuit. nam Tyrrhenos, Pœnúmque ſecundis*
*Albana ſurgens reſpexerat arce tumentem:*
*Qui ferre in muros victricia ſigna parabat.*
*Tunc quaſſans caput haud vnquam tibi Iuppiter, inquit,*
*O iuuenis dederit portas tranſcendere Romæ*
*Atque inferre pedem, Tyrrhenas ſternere valles*
*Cædibus, & ripas fluuiorum exire Latino*
*Sanguine fas fuerit, Tarpeium aſcendere collem,*
*Muríſque aſpirare veto. quater inde coruſcum*
*Contorſit dextra fulmen, quo tota reluxit*
*Mæonidum tellus, atrámque per æthera voluens*
*Abrupto fregit cælo, ſuper agmina nubem.*
*Nec Pœnum auertiſſe ſatis, dat numine magno*
*Aeneadis mentem, gremio deponere tuto*
*Romuleam tandem, Fabiòque ſalutis habenas*
*Credere ductori, cui poſtquam tradita belli*
*Iura videt, non hunc inquit ſuperauerit vnquam*
*Inuidia, aut Libyco popularis gloria fuco.*
*Non aſtus fallax, non præda, aliúsve cupido*
*Bellandi vetus, ac laudum, cladúmque quieta*
*Mente capax, par ingenium, caſtríſque, togaque.*
*Sic genitor diuûm, recipítque ad ſidera greſſum.*
*Hic circunſpectis nulli deprenſus in armis,*
*Laudatúſque Ioui Fabius, mirabile) tantum,*
*Gaudebat reducem patriæ adnumerare reuerſus,*
*Duxerat egrediens quam ſecum in prælia pubem.*
*Nec membris quiſquam, natóve pepercit amato*
*Acrius, aut vidit ſocium per bella cruorem*
*Triſtior, atque idem perfuſus ſanguine victor*
*Hoſtili, plenis repetebat mœnia caſtris.*
*Stirpe genus clarum, cælóque affinis origo.*
*Nam remeans longis olim Tirynthius oris,*

*Et*

*Et triplicis monſtri famam, & ſpectacula captas*
*Mira boues, hac qua fulgent nunc mœnia Romæ*
*Egit ouans: tunc Arcadius (ſic fama) locabat*
*Inter deſertos fundata palatia dumos*
*Paupere ſub populo ductor, cùm regia virgo*
*Hoſpite victa ſacro, Fabium de crimine læta*
*Procreat, & magni commiſcet ſeminis ortus*
*Arcas in Herculeos mater ventura nepotes,*
*Ter centum domus hæc Fabios armauit in hoſtem*
*Limine progreſſos vno, pulcherrima quorum*
*Cunctando Fabius ſuperauit facta, ducémq.*
*Hannibalem æquando, tantus tunc Pœne fuiſti.*

AGEBAT SERRANVM MARVS. ] Alleuans,& ſuſtinens. Aguntur aut inanima, aut admodum debilitata, aut pecudes, aut inuiti, ſimiliaue. Euſtathius pluribus locis autor. Hinc *Abigei* in iure. Emphaſis verbo Silii eſt. Serranus vulneribus tardior ibat: comes *agebat.*

DVRA SENECTÆ SVPPLICIA EXPENDI. ] Æneid. 11.

*Infanda per orbem Supplicia, & ſcelerum pœnas expendimus omnes,*

Item in 6. propiore veſtigio:

*— Veterúmque malorum*
*Supplicia expendunt.*

ALBANA SVRGENS RESPEXERAT ARCE. ] Iupiter cognomento *Latiaris*, ſiue *Latialis*, cui in Albano monte fiebat totius Latii, & magiſtratuum Romanorũ omnium, vel Tribuni plebis concurſu ſacrũ. Dionyſ. li. 8. Antiq. Rom. Πᾶσαι θύουσι αἱ τῆς πόλεως ἀρχαὶ κοινὴν ὑπὲρ τοῦ Λατίνων ἔθνους τῷ Διῒ θυσίαν ἐπὶ τὸ Ἀλβανὸν ὄρος ἀναβαίνουσαι. *Omnes Vrbis magiſtratus pro Latino genere Ioui ſacrum commune faciunt in Albano monte.* Lectum & è Strabone, & Liuio lib. 22. Lucano li. 1. & 5.

ROMVLEAM TANDEM. ] Scribo: *Gentem.*

NON HVNC SVPERAVERIT VNQVAM INVIDIA. ] Non ciuium, non commilitum: eorum enim ſecurus egit Fabius. At in ipſo Fabio hæſit inuidia, & plerumque dictis Scipionis Africani gloriam deterebat: ita vt de Fabio ſcripſerit Plutarchus: Οὕτω πρεσβύτερος ἤδη πολλοῖς, ὡς δύσκολος ἤδη αὐτὸς, καὶ βάσκανος. *Sic in multos inuectus eſt, quòd iam (in ſenecta ætate) aſperis eſſet moribus, atque inuidus.* Idem illi impingit Liuius. Vide Silium li. 16.

*Ne credat nos inuidiæ.*

TANTVM ... DVXERAT EGREDIENS QVAM SECVM IN PROELIA PVBEM. ] Colonienſes membranæ *Tanquam.* Vera eſto lectio *Tantam.*

QVA FVLGENT NVNC MOENIA ROMÆ ... TVNC
INTER DESERTOS FVNDATA PALATIA DVMOS. ] Æneidos lib. 8. ſimilis temporum ſignata differitas:

*Hinc ad Tarpeiam ſedem, & Capitolia ducit*
*Aurea nunc, olim ſylueſtribus horrida dumis.*

Proximè hæc accedit Ouidius li. tertio operis infandi:

> *Quæ nunc ſub Phœbo, ducibúſque palatia fulgent,*
> *Quid niſi araturis paſcua bobus erant?*

Faſtor. 6.

> *Quæ nunc ære nitent &c.*
> *Tunc erat intonſi regia magna Numæ.*

Propertius lib. 4. Eleg. 1.

> *Hoc quodcunque vides, hoſpes, quàm maxima Roma eſt,*
> *Ante Phrygem Æneam collis, & herba fuit.*
> *Atque vbi nauali ſtant ſacra palatia Phœbo,*
> *Euandri profugæ procubuere boues.*

REGIA VIRGO HOSPITE VICTA SACRO. ] Plutarchus: Νυμφῶν μιᾶς λέγο..., οἱ δὲ γυναικὸς ἐπιχωρίας Ἡρακλεῖ μιγείσης περὶ τὸν Θύμβριν ποταμὸν γενέσθαι Φάβιον. *Cum nympharum vna, aut muliere indigena circa Thybrim miſtus fuiſſet Hercules F... bium natum aiunt.*

TVRBATVS IOVE. ] Iupiter ab ea perturbatione, & pauore, quem animis immittit, vocabulum obtinuit. Διὸς Δειματίου, aram, & ſacra in monte ſacro reconciliata plebe. Dionyſius lib. 6. Antiq. Rom. Βωμὸν κατασκευάσαντες ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας, ἐν ᾗ κατεστρατοπέδευσαν, ὃν ἐπὶ τοῦ καταπλήξαντος αὐτοὺς δείματος τότε ὠνόμασαν, ὡς ἡ πάτριος αὐτῶν σημαίνει γλῶσσα, Διὸς Δειματίου. *Aram ſtatuerunt in ſummo vertice, in quo caſtra metati fuerant, quam à terrore, quo tunc correpti fuerant, lingua vernacula* Iouis Terrifici *nominarunt.*

— PVLCERRIMA QVORVM
CVNCTANDO FABIVS SVPERAVIT FACTA, DVCEMQVE
ANNIBALEM ÆQVANDO TANTVS TVNC, POENE, FVISTI. ] Fortè:

> *— ſuperauit facta, ducémque*
> *Annibalem: quantus quantus tunc, Pœne, fuiſti.*

*Dum ſe perculſi renouant in bella Latini,*
*Turbatus Ioue, & exuta ſpe mœnia Romæ*
*Pulſandi, colles Vmbros, atque arua petebat*
*Annibal, excelſo ſummum qua vertice montis*
*Deuexum lateri pendet Tuder, atq; vbi latis*
*Proiecta in campis nebulas exhalat inertes,*
*Et ſedet ingentem paſcens Meuania taurum,*
*Dona Ioui: tum Palladios ſe fundit in agros*
*Picenum cupidus prædæ, atque errantibus armis,*
*Quò ſpolia inuitant transfert populantia ſigna.*
*Donec peſtiferos mitis Campania curſus*
*Tardauit bellúmque ſinu indefenſa recepit.*
*Hic dum ſtagnoſi ſpectat templúmq;, domóſq;*
*Linterni ductor, varia ſplendentia cernit*

*Pictura, belli patribus monumenta prioris*
*Exhauſti. nam porticibus ſignata manebant.*
*Queis inerat longus rerum, & ſpectabilis ordo.*
*Primus bella truci ſuadebat Regulus ore.*
*Bella neganda viro, ſi noſcere fata daretur:*
*At princeps Pœnis indictæ more parentum*
*Appius aſtabat pugnæ, lauróque reuinctus*
*Iuſtum Sarrana ducebat cæde triumphum.*

STAGNOSI. . . LINTERNI. ] Cognominis præterfluit fluuius. Strabo li. 5. Παραρρεῖ δ' ὁμώνυμος τῇ πόλει ποταμός. *Præterfluit cognominis ciuitati fluuius.*

PICTVRA, BELLI PATRIBVS MONVMENTA PRIORIS EXHAVSTI: NAM PORTICIB. SIGNATA MANEBANT. ] Alludit ad picturam Romæ poſitam de qua Plin. lib. 35. c. 4. M. Val. Maxim. Meſſala, *Princeps tabulam picturæ prælij quo Cartaginienſes, & Hieronem in Sicilia deuicerat, propoſuit in latere curiæ Hoſtiliæ, anno ab Vrbe condita quadringenteſimo nonageſimo.*

*Æquoreum iuxta decus, & nauale trophæum*
*Roſtra gerens, niuea ſurgebat mole columna*
*Exuuias Marti, donúmq. Duillius alto*
*Ante omnes merſa Pœnorum claſſe dicabat.*
*Cui nocturnus honos, funalia clara, ſacérq.*
*Poſt epulas tibicen adeſt, caſtóſque penates*
*Inſignis læti repetebat murmure cantus.*
*Cernit & extremos defuncti ciuis honores,*
*Scipio ductoris celebrabat funera Pœni,*
*Sardoa victor terra, videt inde ruentem*
*Littoribus Libycis diſperſa per agmina pubem,*
*Inſtabat criſta fulgens, & terga premebat*
*Regulus, Autololes, Nomadéſq;, & Maurus, & Hammon*
*Et Garamas, poſitis dedebant oppida telis.*
*Lentus arenoſo ſpumabat Bragada campo,*
*Viperea ſanie, turmis minitantibus vltro*
*Pugnabat ſerpens, & cum duce bella gerebat.*
*Necnon proiectum puppi, fruſtráque vocantem*
*Numina, Amyclæum mergebat perfida ponto*
*Xanthippum manus, & ſeras tibi Regule pœnas*
*Xanthippus digni pendebat in æquore lethi.*

CVI NOCTVRNVS HONOS FVNALIA CLARA, SACERQVE

POST EPVLAS TIBICEN ADEST. ] Ea magnificentia fuit inſtar quotidiani triumphi: etſi honorem illum priuatus ipſemet ſibi ſumſit Duillius, non à Senatu, aut publico habitum vſurpauit. M. Tullius in Catone *C. Duillium M. F. qui Pœnos claſſe primus deuicerat redeuntem à cœna ſenem ſæpe videbam puer. Delectabatur crebro funali, & tibicine, quæ ſibi nullo exemplo priuatus ſumpſerat. tantum licentiæ dabat gloria!* Meminit Epitoma Liuii lib. 17. Val. Maximus li. 3. c. 6. Scriptor de viris illuſtribus. Τὸ *Crebro* apud Tullium valet. *Crebrò lato, & relato,* vt Æneid. 5. *Creber dares* eſt *dares aduerſarium crebrò petens* Lipſius tamen in Poſtumis legit *Cereo funali*, cui nec Euſtathius fauet.

EXTREMOS DEFVNCTI CIVIS HONORES. ] Exſequias, aut ſtatuam: ſiquidem hanc Duillio poſitam in foro in æuum ſuum perduraſſe retulit Plinius li. 23. c. 5.

POSITIS DEDEBANT OPIDA TELIS. ] Ante diximus opida ducenta, & hominum ducenta millia cepiſſe Regulum.

MERGEBAT PERFIDA PONTO XANTHIPPVM MANVS. ] Factum inuidia Cartaginienſium, ne parta de Regulo victoria Xanthippi videretur eſſe. Appianus Libycis: Καρχηδόνιοι, ἵνα μὴ δοκοίη Ξάνθιππος, ὃν Λακεδαιμόνιοι ἔπεμψαν, τὸν Ἀτίλιον ἐκεῖνον νικῆσαι, καὶ ὀλίγου δεῖν τρισμυρίους περικτεῖναι, ἀναπέμποντες εἰς Λακεδαίμονα ἐνετείλαντο ναυάρχοις σὺν ἑταίροις αὐτὸν καταποντῶσαι. Alias de Xanthippo opiniones ponit Zonaras tom. 2. Annal. Ἐκέλευσαν δὲ τοῖς κομίζουσι σφᾶς εἰς ἐρήμην τινὰ νῆσον ἐκθεῖναι, καὶ λάθρα ἀποπλεῦσαι. καὶ τὸν Ξάνθιππον δὲ οἱ μὲν φασὶ καταποντίσαι αὐτοὺς, ἀποπλεύσαντι ἐπιπλεύσαντας, οἱ δὲ ναῦν αὐτῷ δοῦναι παλαιὰν μὲν, σεσαθρωμένην δὲ, νέον καταπισσώσαντες ἔξωθεν, ἵνα αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς καταποντωθῇ, τὸν δὲ γνόντα τοῦτο εἰς ἑτέραν ἐμβῆναι, καὶ οὕτω διασωθῆναι. An tibi rediuiuum Xanthippum me interprete: *Eos vt in deſertam exponerent inſulam vtque clanculùm ſoluerent, vectoribus imperant. Nec deſunt, qui demerſum dicant Xanthippum, cum vela faceret, à Cartaginienſibus in ipſum inuectis. Alij datam illi referunt nauem vetuſtate fatiſcentem, & intutam, ſed extrorſum recens picatam, vt ipſa* ſub illo (ſcribo ὑπ' αὐτῷ) *mergeretur, quo cognito in aliam tranſiliſſe, & ſalutem conſecutum.* Polybius quoque vetus, & grauis autor lib. 1. ſaluum auehit Xantippum. Ξάνθιππος δὲ τηλικαύτην ἐπίδοσιν, καὶ ῥοπὴν ποιήσας τοῖς Καρχηδονίων πράγμασι μετ' οὐ πολὺ χρόνον ἀπέπλευσε πάλιν φρονίμως, καὶ συνετῶς βουλευσάμενος. *Xanthippus tantum ſubſidij, ac momenti reb. Cartaginienſium cùm attuliſſet, non multo poſt prudenter, ac ſapienter inſtituto conſilio iterum vela fecit.* Nec opinio altera Polybio fuit ignara.

*Addiderant geminas medio conſurgere fluctu*
*Egates, laceræ circum fragmenta videres*
*Claſſis, & effuſos fluitare in gurgite Pœnos.*
*Poſſeſſor pelagi, prona Luctatius aura*
*Captiuas puppes ad littora victor agebat.*
*Hæc inter tuncto legatus in ordine Amilcar*
*Ductoris genitor, cunctarum ab imagine rerum*
*Totius in ſeſe vulgi conuerterat ora.*
*Sed pacis facies, & pollutas fœderis aras*

*Deceptúmque Iouem, ac dictanteis iura Latinos*
*Cernere erat, ſtrictas trepida ceruice ſecures*
*Horrebat Libys, ac ſubmiſſis ordine palmis*
*Orantes veniam iurabant irrita pacta.*
*Hæc Eryce è ſummo ſpectabat læta Dione.*
*Quæ poſtquam infeſto percenſuit omnia vultu,*
*Arridens Pœnus, lenta proclamat ab ira.*
*Non leuiora dabis noſtris inſcribere tectis*
*Acta mea dextræ, captam Carthago Saguntum*
*Da ſpectare ſimul flamma, ferróque ruentem,*
*Perfodiant patres natorum membra, nec Alpes*
*Exiguus domitas capiat locus, ardua celſis*
*Perſultet iuga victor equis, Garamáſq; , Nomáſque.*
*Adde etiam Ticini ſpumantes ſanguine ripas,*
*Et noſtris Trebiam, & Thraſimeni littora Thuſcis*
*Clauſa cadaueribus, ruat ingens corpore & armis*
*Flamminius, fugiat Conſul manante cruore*
*Scipio, & ad ſocios nati ceruice vehatur.*
*Hæc mitte in populos, & adhuc maiora dabuntur,*
*Flagrantem effinges facibus Cartago Libyſſis*
*Romam, & deiectum Tarpeia rupe tonantem.*
*Interea vos (vt dignum eſt) iſta ocyus ite*
*O iuuenes, quorum dextris mihi tanta geruntur,*
*In cineres monumenta date, atque inuoluite flammis.*

ÆGATES, LACERÆ.] Polybius lib. 1. Πρὸς τὴν Αἰγοῦσαν νῆσον τὴν πρὸ τῆς Λιλυβαίου κειμένην. *Ad inſulam Aegates Lilibæo obiacentem.*

IRONA LVCTATIVS AVRA.] Polyb. Εὐτυχῶς, καὶ παραδόξως μεταβολῆς αὐτοῖς πρὸς τὸν δέοντα καιρὸν τοῦ πνεύματος συνεργήσαντος. *Feliciter, atque inopinatò facta venti conuerſione, qui præſenti occaſioni operam commodauit.*

CAPTIVAS PVPPES AD LITORA VICTOR AGEBAT.] Polyb. Πεντήκοντα μὲν αὐτῶν ναῦς κατέδυσαν, ἑβδομήκοντα δ' ἑάλωσαν αὔτανδροι. *Quinquaginta naues eorum demerſæ ſunt, ſeptuaginta vnà viris captæ.*

HÆC INTER IVNCTO LEGATVS, IN ORDINE AMILCAR.] Præpoſtera (Mercurium teſtor) legatio, vt legatus triumphantibus ſit interiunctus. Ecque Hiſtoria tunc legatione perfunctum docet Amilcarem? Refingo hunc locum:

*Hic inter victos* (aut *vinctos*) *religatus in ordine Amilcar.*

Ita de more vincti fuere duces hoſtium à triumphantibus. Ouidius primo ſuæ artis:

*Ibunt antè duces onerati colla catenis,*
*Ne poſſunt tuti, qua priùs, eſſe fuga.*

Nec ſolum captos agebant in triumpho, ſed imagines etiam eorum, qui euaſerant. ita hîc, & lib. 17. annibal.

LENTA PROCLAMAT AB IRA.] *Lenta*: quamdiu longæ hiſtoriæ picturam ſpectauit, collecta. Vel: *Læta* inſequuntur enim, quæ triſtitiam iræ comitem depellant, lętitiámque reddant.

NON LEVIORA DABIS.] Fortè: *Dabunt*. Quod etſi minimè neceſſarium. ſic tamen minùs erit perplexibilis oratio.

ADDE ET TICINI.] Præerat *Adde etiam Ticini*.

---

## IN LIB. VII. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO

*Claud. Dauſqueij Can. Tor.*

COMMENTARIVS.

INTEREA *trepidis, Fabius ſpes vnica, rebus*
*Ille quidem ſocios, atque ægram vulnere præceps*
*Auſoniam armabat, viridique ad dura laborum*
*Bellator ſenio, iam caſtra mouebat in hoſtem.*
*Sed mens humana maior, nec tela, nec enſes,*
*Nec fortes ſpectabat equos, tot millia contra*
*Pœnorum, inuictúmque ducem, tot in agmina ſolus*
*Ibat, & in ſeſe cuncta arma, viróſque gerebat.*
*Ac ni ſacra ſeni vis, impreſſúmque fuiſſet*
*Siſtere cunctando fortunam aduerſa fouentem,*
*Vltima Dardanii tranſiſſet nominis ætas.*
*Ille modum Superis in Punica caſtra fauoris*
*Addidit, & Libyæ finem, inter proſpera bella*
*Vincendi ſtatuit, tumefactum cladibus ille*
*Heſperiis, lento Pœnum moderamine luſit.*

NEC FORTES SPECTABAT EQVOS.] Non quòd in equo non fuerit Fabius: ſed quòd equorum vires animum illi non addebant: quin magis fiducia fuit in cunctatione. Veteri autem Romanorum inſtituto, licet dictatori a cæteris magiſtratibus ingentius imperium fuerit, Dictator pedes eſſet in exercitu, non eques: tamen Fabius ætatis obtentu equum impe-

tranit. Plutarchus in Fab. Maximo: *Πρῶτον μὲν ᾐτήσατο τὴν σύγκλητον ἵππῳ χρῆσθαι παρὰ τὰς στρατείας· οὐ γὰρ ἐξῆν, ἀλλ' ἀπηγόρευτο κατά δή τινα νόμον παλαιόν, εἴτε τῆς ἀλκῆς τὸ πλεῖστον ἐν τῷ πεζῷ τιθεμένων, καὶ διὰ τοῦτο τὸν στρατηγὸν οἰομένων δεῖν παραμένειν τῇ φάλαγγι καὶ μὴ προλείπειν· εἴθ' ὅτι τυραννικὸν εἰς ἅπαντα τἆλλα, καὶ μέγα τὸ τῆς ἀρχῆς κράτος ἐστίν, ἔν γε τούτῳ βουλομένων τὸν Δικτάτωρα ἐκ τοῦ δήμου φαίνεσθαι δεόμενον*: *Primum quidem ad vſus belli equum poſtulauit à magiſtratu. Neque enim id fas, ſed veteri quadam lege interdictum, ſeu quod in pedite virium plurimum ponerent, ideóque duci neceſſariò cum exitu manendum, neque deſerendum putarent: ſiue quod Dictatura potentia ingens cùm eſſet, & tyrannicum neſcio quid contineret, hoc vno minorem populi Dictatorem videri vellent.*

IN SESE CVNCTA ARMA, VIROSQVE GEREBAT.] Poëta maximus Aeneid. 7. de Clauſo:

*— magnum*
*Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar.*

*Summe ducum, qui regna iterum labentia Troiæ,*
*Et fluxas Latii res, maiorúmque labores,*
*Qui Carmentis opes, & regna Euandria ſeruas,*
*Surge age, & emeriſo ſacrum caput inſere cælo.*
*At Libyæ ductor poſtquam noua nomina lecto*
*Dictatore vigent, raptim mutata Latinus*
*Imperia haud fruſtra reputans, cognoſcere auebat*
*Quæ fortuna viro, quondam decus, vltima feſſus*
*Anchora cur Fabius, quem poſt tot Roma procellas*
*Annibali putet eſſe parem, feruore calentes*
*Angebant anni, fraudique inaperta ſenectus.*
*Ocyus accitum captiuo ex agmine poſcit*
*Progeniem, ritúſque ducis, dextraque labores.*
*Cilinus Arreti Tyrrhenis ortus in oris*
*Clarum nomen erat, ſed læua adduxerat hora*
*Ticini iuuenem ripis, fuſuſque ruentis*
*Vulnere equi, Libycus præbebat colla catenis.*
*Hic ardens extrema malis, & rumpere vitam:*
*Non cum Flamminio tibi res nec feruida Gracchi*
*In manibus conſulta, inquit, Tyrinthia gens eſt:*
*Quam ſi fata tuis genuiſſent Annibal oris*
*Terrarum imperium Cartaginis arce videres.*
*Non ego te longa ſerie per ſingula ducam,*
*Hoc ſat erit noſces Fabios certamine ab vno.*
*Veientum populi violata pace negabant*
*Acceptare iugum, ac vicino Marte furebant,*
*Ad portas bellum, Conſulque ciebat ad arma,*

*Delectus veteri, priuatáque caſtra penates*
*Herculei impleuere, domo (admirabile) ab vna*
*Patritius iunctis exercitus ibat in armis.*
*Ter centum exiliere duces, quocunq; liberet*
*Vno non pauidus rexiſſes bella magiſtro.*
*Sed dirum egreſſis omen, ſcelerata minaci*
*Stridentis ſonitus tremuerunt limina portæ,*
*Maximáq; Herculei mugiuit numinis ara.*
*Inuaſere hoſtem, numerarique aſpera virtus*
*Haud eſt paſſa viros, & plures milite cædes,*
*Sæpe globo denſi, ſæpe & per deuia paſſim*
*Diſperſi ſubiere vices, meritíque labore*
*Aequato, nulli quiſquam virtute ſecundus*
*Ducere tercentum Tarpeia ad templa triumphos,*
*(Spes heu fallaces, oblitáque corda, caducum*
*Mortali quodcunq; datur) grex ille virorum,*
*Qui Fabia gente incolumi deforme putabat*
*Publica bella geri, pariter cecidere Deorum*
*Inuidia, ſubitis circumuenientibus armis.*
*Nec tamen occiſos eſt cur latere, ſuperſunt*
*Quot tibi ſint, Libyæque ſatis, certauerit vnus*
*Ter centum dextris, tam viuida membra, labórque*
*Prouidus, & cauta ſollertia tecta quiete.*
*Nec verò calidi nunc tu cui ſanguinis ætas*
*Foderis in pugna velocius ilia planta*
*Bellatoris equi, freníſque momorderis ora.*
*Quem cernens auidum lethi poſt talia Pœnus,*
*Nequicquam noſtras demens, ait, elicis iras,*
*Et captiua paras moriendo euadere vincla.*
*Viuendum eſt, arcta ſeruentur colla catena.*
*Hæc iuuenis, Diuíſque tumens, auſiſq; ſecundis.*

QVI CARMENTIS OPES ] Interpretatur Dionyſius lib. 1. Antiq. Rom. Τῇ πατρίᾳ γλώσσῃ Καρμέντην ὀνομάζουσιν. εἴη δ' ἂν Ἑλλάδι φωνῇ Θεσπιῳδὸς τῇ νύμφῃ τὸ ὄνομα. τὰς μὲν γὰρ ᾠδὰς καλοῦσι Ῥωμαῖοι Καρμινα. *Carmentam vernacula lingua nominarunt. Id autem nominis nymphæ fuerit Vaticina. Verſus námque Romani dicunt carmina.* Vocata eſt & Themis, & Nicoſtrata. Fuit Euandri mater.

LECTO DICTATORE VIGENT.] Plut. in Fabio, Polyb. lib. 3. idem voluit. Liuius vult fuiſſe Fabium Prodictatorem lib. 22. diſertiſſimè.

VLTIMA FESSIS ANCORA CVR FABIVS?] Fatiſcebant Romani tot attriti prœliis, non tamen *vltima paſſi* erant, ne quidem ad Cannas, quæ clades

des multo damnoſior, & ruinam propior. Quare ineptè ab Heynſio *feſſis* refigitur, & *Paſſis* figitur. Eſt enim vtrumque nominandi caſus *vltima ancora*.

FERVORE CALENTES ANGEBANT ANNI, FRAVDIQVE INAPERTA SENECTVS. ] Contra fidem omnium exemplarium reſcribere *feruore carentes*. eſt cum ratione inſanire. Mox quidem opponit *feruida Gracchi conſulta* Fabii temperamento: ſed prius illud ad Annibalē referes, cui ſtatim Cilni*:

*Nec verò calidi nunc tu cui ſanguinis ætas.*

CILNVS ARRETI TYRRHENIS NATVS IN ORIS CLARVM NOMEN ERAT.] Reſcribendum *Cilnius*, quod C. Mæcenatis cognomen fuit, & cognatorum, vt patet ex antiquis MS.codicibus, & vetuſto marmore. *Clarum nomen Mæcenas atauis regib.* Horatii primis vocibus, & *Tyrrhena regum progenies* lib.3 Od.29. Ideo *Tyrrhenis natus in oris*.

QVOCVNQ. LIBERET VNO NON PAVIDVS REXISSES BELLA MAGISTRO.] Liuius libro ſecundo: *Sex & trecenti milites, omnes patricij, omnes vnius gentis, quorum neminem ducem ſperneret egregius quibuſlibet temporibus ſenatus.* Ouidius Faſtis:

*E quis dux fieri quilibet aptus erat.*

Eximia illa Romanorum laus in Appiani fragmento: Λέγεται δὲ καὶ τάδε περὶ Ῥώμης πυνθανομένῳ Πύρρῳ Κινέας εἰπεῖν, ὅτι πόλις ἐστὶ στρατηγῶν ὅλη. Καὶ τὸ Πύρρου θαυμάσαντος μεταλαβὼν φάναι βασιλέων μᾶλλον, ἢ στρατηγῶν. *Alia etiam aiunt de Roma percunctanti Pyrrho Cineam reſpondiſſe, quòd vniuerſa ciuitas Romana ducum eſſet. Ad quæ non ſine admiratione Pyrrhum ſubieciſſe, Regum potius eſſe, quàm Ducum.*

SCELERATA MINACI STRIDENTIS SONITV TREMVERVNT LIMINA PORTÆ.] Porta *Scelerata* nominata, qua Fabii trecenti cum quinque clientum millibus egreſſi ſunt in Veientes, autor Feſtus in verbis *Religioni*, *Scelerata*. Eadem *Carmentalis* dicta. Aeneid.8.

*— monſtrat & aram,*
*Et Carmentalem Romano nomine portam,*
*Quam memorant Nymphæ priſcum Carmentis honorem*
*Vatis fatidicæ.*

Solinus c.2. Liuius lib. 2. de Fabiis: *Infelici via à dextro Iano portæ Carmentalis profecti ad Cremeram flumen perueniunt.* Eadem igitur *Scelerata* Silii, & Feſti, quæ *Carmentalis*. Gentiliciæ ſuperſtitionis illa: *Minaci ſtridentis ſe tremuerunt limina p.* Norant etiam hiſtorici. Fabii tunc ſublimes in equis. In pedite malè ominatum offenſiuncula: vnde Tibullus lib. 1. Eleg 3.

*O quoties ingreſſus iter, mihi triſtia dixi*
*Offenſum in porta ſigna dediſſe pedem.*

Idem notabile Valer. Max. lib.1. c. 4. de Graccho, *qui ianua egreſſus, ita pedē offendit, vt digitus ei decuteretur*, ac deinde *fragmēto ſubſellij ictus procubuit.*

MAXIMAQ. HERCVLEI MVGIVIT NVMINIS ARA. ] Cùm in multis Italiæ ciuitatibus, locíſque plurimis eſſent aræ Herculis; quæ ad forum Boarium erat, ea ipſa, in qua decimas Hercules obtulit, vocata eſt *Maxima*. Dionyſius lib. 1. Antiq. Rom. Ὁ δὲ βωμὸς, ἐφ᾽ οὗ τὰς δεκάτας ἐπέθυσεν Ἡρακλῆς καλεῖται μὲν ὑπὸ Ῥωμαίων Μέγιστος, ἔστι δὲ βοαρίας λεγομένης ἀγορᾶς πλησίον ἁγιστευόμενος, εἰ καί τις ἄλλος ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων. *Ara, in qua decimas obtulit Hercules, vocatur à Ro-*

*manis* Maxima:*ea eſt propter forum Boarium, ab indigenis ſancto in honore, ac ſi-qua alia*. Vide ſis cętera,& Solinum c.1.

*At patres, Latiáſque nurus raptabat ad aras*
*Cura Deûm, mœſto ſuffuſæ lumina vultu,*
*Fœmineus matrum graditur chorus, ordine longo*
*Iunoni pallam, conceptáque vota dicabant.*
*Huc ades ô regina Deûm, gens caſta precamur,*
*Et ferimus digno quæcunque eſt nomine turba*
*Auſonidum, pulchrúmque, & acu ſubtegmine fuluo*
*Quod noſtræ neuere manus venerabile donum.*
*At dum decreſcit matrum metus, hoc tibi diua*
*Interea velamen erit, ſi pellere noſtris*
*Marmaricam terris nubem dabis, omnis in auro*
*Preſſa tibi varia fulgebit gemma corona.*
*Necnon & proprio venerantur Pallada dono,*
*Phœbúmque, armigerúmque Deum, primámque Diônem.*
*Tanta adeo cùm res trepidæ reuerentia diuûm*
*Naſcitur, & raræ fumant felicibus aræ.*
*Dum Roma antiquos templis indicit honores,*
*Iam Fabius cauto præcedens agmine, & arte*
*Bellandi, lento ſimilis, præcluſerat omneis*
*Fortunæque, hoſtíque vias, diſcedere ſignis*
*Haud licitum, ſummúmq; decus, quo tollis ad aſtra*
*Imperii Romane caput, parere docebat.*
*Verum vbi prima ſatis conſpecta in montibus altis*
*Signa procul, fulſitque nouis exercitus armis,*
*Arrectæ ſpes Sidoniæ, feruétq; ſecundis*
*Fortunæ iuuenis, vincendi ſola videtur*
*Quod nondum ſteterit acies, mora: Pergite, clamat*
*Ite citi, ruite ad portas, propellite vallum*
*Pectoribus, quantum campi diſtamus, ad vmbras*
*Tantum hoſti ſupereſt, reſides ad bella vocantur.*
*Queis pudeat certare ſenes, quodcunq; videtis*
*Hoc reliquum eſt, primo damnatum, & inutile bello.*
*Heu vbi nunc Gracchi, aut vbi ſunt nunc fulmina gentis*
*Scipiadæ? pulſi Auſonia non ante pauentes*
*Dimiſere fugam, quàm terror ad vltima mundi*
*Oceanúmque tulit profugos: nunc errat vterq;.*
*Nomina noſtra tremens, & ripas ſeruat Iberi.*

*Eſt etiam cur Flamminio mihi gloria cæſo*
*Creuerit,& titulis libeat cur figere noſtris*
*Crudum Marte viri nomen,quot demere noſter*
*Huic annos Fabio gladius valet? & tamen audet.*
*Audeat. haud vltra ſaxo ſpectetur in armis.*

PROPRIO VENERANTVR PALLADA DONO.] Peplo, Aeneid.1. Iliad.2.& Batracom. Papinio Theb.10.Plauto ampliter in Mercatore,& Fragmentis, Pictior omnibus autor Ciris: — *peplo,*

*Qualis Erichtheis olim portatur Athenis,*
*Debita cùm caſtæ ſoluuntur vota Mineruæ,*
*Tardáque confecto redemat quinquennia luſtro:* &c.
*Felices,qui talem animum videre diémq.*
*Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnæ:*
*Magna giganteis ornantur pepla tropæis:*
*Horrida ſanguineo pinguntur prælia cocco*
*Additur aurata deiectus cuſpide typho*
*Qui prius Oſſæis conſternens æthera ſaxis*
*Emathio celſum duplicabat vertice Olympum.*
*Tale Deæ velum ſolemni in tempore portant.*

Euripidis Scholiaſtes in Hecubam: Ἔθος ἦν ἐν Ἀθηναίοις ὑφαίνειν τὰς παρθένους τῇ Ἀθηνᾷ πέπλον ἔχοντα τὰς ἀριστείας τῆς Θεοῦ πολεμικῆς οὔσης, καὶ ἃ κατὰ γιγάντων κατεπράξατο μετὰ τοῦ Διός. Ὕφαινον δὲ ἐν τοῖς Παναθηναίοις. τὰ δὲ Παναθήναια ἑορτὴ τῆς Ἀθηνᾶς πάντων Ἀθηναίων συνιόντων ἐκεῖσε, καὶ τὴν ἀγοράν Ἠλείων πολλὰς ἡμέρας πανηγυριζόντων. Ἀνετίθετο δὲ ὁ πέπλος τῇ Ἀθηνᾷ. Ariſtophanes item in Equitibus cum Interprete commeminere, vt peplus Mineruæ donum ſit peculiare.

TANTA ADEO, CVM RES TREPIDÆ, REVERENTIA DIVVM NASCITVR.] Liuius lib.5. *Aduerſæ deinde res admonuerunt religionum.* Polybius lib.3. ſimiliter: Δεινοὶ γὰρ ἐν ταῖς περιστάσεσι Ῥωμαῖοι, καὶ Θεοὺς ἐξιλάσκεσθαι, καὶ ἀνθρώπους, καὶ μηδὲν ἀπρεπὲς, μηδ' ἀγεννὲς ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ἡγεῖσθαι τῶν περὶ ταῦτα συντελουμένων: *In aduerſis Romani Deos propitiare norant, hominéſque & nihil indecens,nihil vile rebantur eorum,quæ ad hoc conducerent.* Diodorus lib 23. Ὅτι κατὰ τὰς ἀτυχίας πάντες ἄνθρωποι μᾶλλον εἰώθασι τοῦ Θεοῦ μνημονεύειν, καὶ πολλάκις. ἐν δὲ ταῖς εὐημερίαις, καὶ εὐπραξίαις ὡς μύθων πεπλασμένων τοῦ Θεοῦ καταφρονοῦντες. *In aduerſis cuncti mortales Dei magis ſolent meminiſſe,ac ſæpius: at in ſecundis, proſperiſque Deos tanquam confictas fabulas contemtui habent.*

DISCEDERE SIGNIS HAVT LICITVM.] Nam autore Liuio fuſtuarium meretur,qui ſigna relinquit, aut præſidio diſcedit. Vide eius Epitomam lib.56. Ea fuſtigatione ſæpe ad mortem cæſi, lege Tacitum lib.2. & Plut. in Fabio, vbi Veneris militi deſertis Martis caſtris ignotum eſt Fabii γνώμη,& arte quadam regendi. Liuius lib.24. *Præſidio decedere apud Romanos capitale eſſe: & nece liberorum etiam eam legem parentes ſanxiſſe.* Manlium Coſ. loquitur de quo Florus lib.1.c.14. *Cum alter Coſſ. filium ſuum,quia contra imperium pugnauerat,quamuis victorem occiderit, quaſi plus in imperio eſſet,quàm victoria.* Hoc eſt,quod Silius:

—*ſummúmq. decus,quo tollis ad aſtra*

*Imperij. Romane, caput, parere docebat.*

Hoc quod Dionyſius lib. 11. Antiq. Rom. ὅ τι νόμος ἀποκτείνειν ἔδωκε τοῖς ἡγεμόσιν ἐξουσίαν τοὺς ἀπειθοῦντας, ἢ τὰ σημεῖα καταλιπόντας ἀκρίτως. *Lex ducibus facultatem dadat eos pernecandi, qui non paruiſſent, aut ſigna deſeruiſſent, etiam iudicio minimè inſtituto.* Vide Polyænum lib.8. in Caio.

CONSPECTA IN MONTIB. ALTIS.] Plut. in Fabio.

RIPAS SERVAT IBERI.] Graue probrum iacit in bellatorem viridis animi Scipionem verúmque. Milites verò, qui ad prouinciæ *ripas* pro rep. excubant, *Riparenſes* dicti. Vide Iuſtinian. Cod. de Re Militari.

*Talis vociferans volucri rapit agmina curſu,*
*Ac præuectus equo, nunc dextra prouocat hoſtem,*
*Nunc voce increpitat, miſſa nunc eminus haſta*
*Fertur ouans, pugnæque agitat ſimulacra futuræ.*
*Vt Thetidis proles Phrygiis Vulcania campis*
*Arma tulit, clypeo amplexus terrámque, polúmque,*
*Maternúmq; fretum, totúmque in imagine mundum.*
*Caſtrorum ſedes irarum ſpectator, & alti*
*Celſus colle iugi domat exultantia corda,*
*Infractáſq; minas dilato Marte fatigat*
*Solers cunctandi Fabius. ceu nocte ſub atra*
*Munitis paſtor ſtabulis, per ouilia clauſum*
*Impauidus ſomni ſeruat pecus, effera ſæuit,*
*Atque impaſta truceis vlulatus turba luporum*
*Exercet, morſúque quatit reſtantia clauſtra.*
*Irritus incepti, mouet inde, atq; Appula tardo*
*Arua Libys paſſu legit, ac nunc valle reſedit*
*Conditus occulta, ſi præcipitare ſequentem,*
*Atq; inopinata detur circundare fraude:*
*Nunc nocturna parat cæca celantibus vmbris*
*Furta viæ, retróque abitum, fictóſque timores*
*Aſſimulat, nunc caſtra citus deſerta, relicta*
*Oſtentat præda, atque inuitat prodigus hoſtem*
*Qualis Mæonia paſſim Mæandrus in ora,*
*Cùm ſibi gurgitibus flexis reuolutus oberrat.*
*Nulla vacant incepta dolis, ſimul omnia verſat,*
*Miſcétq; exacuens varia ad conamina mentem.*
*Sicut aquæ ſplendor radiatus lampade ſolis*
*Diſſultat per tecta, vaga ſub imagine vibrans*
*Luminis, & tremula laquearia verberat vmbra.*
*Iámque dolore furens ita ſecum immurmurat ira:*

VT THEMIDIS PROLES. ] Cuius fuerit Achilles filius, his accipe. Poëtæ ſcribunt Thetidis. Homerus, Vergil. Hor. Silius, alii, atque alii. Scholia in lib. I. Apollonii: Διαπεφωνήκασι δὲ καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ μητρός. ἐκεῖνος γὰρ (Homerus) πανταχοῦ Θέτιδος αὐτὸν ἀποφαίνεται. Λυσίμαχος δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν νόστων κατὰ λέξιν λέγει. Σουίδας γὰρ, καὶ Ἀριστοτέλης οἱ περὶ Εὐβοίας πραγματευόμενοι, καὶ ὁ τοὺς φρυγίους λόγους γράψας, καὶ Δαΐμαχος, καὶ Διονύσιος, ὁ Χαλκιδεὺς οὐ τὴν περὶ Ἀχιλλέως διεσπαρμένην ἀφήκασιν ἡμῖν ὅτι χώρας δόξας, ἀλλά τινες μὲν, οἱ μὲν ἐκ Θέτιδος αὐτὸν νομίζουσι γεγονέναι τῆς Χείρωνος. Δαΐμαχος δὲ ἐκ Φιλομήλης τῆς Ἄκτορος, ἄλλοι δὲ ἄλλως περὶ αὐτοῦ ἀποφαίνονται. *Diuerſa etiam eius de matre proferunt: Homerus enim vbique Thetidis filium pronunciat. Lyſimachus autem Alexandrinus in ſecundo redituum verbatim hæc: Suidas enim, & Ariſtoteles, qui de rebus Eubœæ ſcripſere, & qui Phrygias voces conſcripſit, & Daimachus, & Dionyſius Chalcidenſis ſparſam vulgi de Achille opinionem nobis non reliquere, ſed diuerſam: nonnulli námque ex Thetide Chironis natum aiunt, Daimachus ex Philomela Actoride, alij aliter de ipſo differunt.*

CLYPEO AMPLEXVS TERRAMQVE POLVMQVE. ] Achillis clypeum celat Poëta Iliad. Σ. Celaturam eius Vlyſſes etiam apud Ouidium reuelat, opprobrátque magno Aiaci ſtuporem mentis

*— neque enim celamina norit*
*Oceanum, & terras, cúmque alto ſidera cælo,*
*Pleiadáſque Hyadáſque immunémque æquoris Arcton,*
*Diuerſáſque vrbes, nitidúmque Orionis enſem.*

MORSVQVE QVATIT RESTANTIA CLAVSTRA. ] Papinius Thebaïde decima de lupis:

*Quod ſupereſt, duris affringunt poſtibus vngues,*
*rectorá que & ſiccos minuunt in limine dentes.*

Confer cætera. Claudianus in re non diſſimili dixit:

*— quaſeréque morantia clauſtra.*

*Obuia ſi primus nobis hic tela tuliſſet,*
*Nulla eſſent Trebia & Thraſimene nomina, nullos*
*Ingererent titulos, nunquam Phaëtontius amnis*
*Sanguinea pontum turbaſſet decolor vnda.*
*Inuentum (dum ſe cohibet, terimúrque ſedendo)*
*Vincendi genus, quoties velut obuius iret*
*Diſcinxit ratione dolos, fraudéſq. reſoluit.*
*Hæc ſecum, mediam ſomni cùm buccina noctem*
*Diuideret, iámque excubias ſortitus iniquas*
*Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete,*
*Vertit iter, Dauníque retro tellure relicta*
*Campanas remeat notus populator in oras.*
*Hic vero, intrauit poſtquam vberis arua Phalerni*
*Diues ea, & nunquam tellus mentita colono,*
*Addunt frugiferis inimica incendia ramis.*

*Haud fas Bacche tuos tacitu tranſmittere honores,*
*Quanquam magna incepta vocant, memorabere ſacri*
*Largitor laticis, grauidæ cui nectare vites*
*Nulli dant prælis nomen præferre Falernis.*

INVENTVM... VINCENDI GENVS QVOTIES. ] Scribo: *Vincendi genus eſt*, vel:

*Vincendi genus. O quoties velut obuius iret.*

DISCINXIT RATIONE DOLOS. ] Non diſpari venere Lampridius in Alexandro: *Pontificibus tantum dedit XV. viris, atque Auguribus, vt quaſdam cauſas ſacrorum à ſe finitas iterari, & aliter diſcingi pateretur.* Codex à Gryfio peccat, cui *Diſtinxit*. M. Tull. l. 2. ad Q. Fratrem epiſt. 12. *Mihi crede, in ſinu eſt: neque ego diſcingor.*

DVMQVE RETRO TELLVRE RELICTA
CAMPANAS REMEAT NOTVS POPVLATOR IN ORAS. ] Polybius li. 3. Πᾶσαν ἀδεῶς ἐλεηλάτει τὴν Δαυνίαν cœpta à Luceria populatione.

IAMQVE EXCVBIAS SORTITVS INIQVAS
TERTIVS ABRVPTA VIGILIRET AD ARMA QVIETE. ] Vigiliarum commodiores, & æquiores prima, quartáque: quiuis cauſam videt, ſecundæ vices non ſatis æquæ, tertiæ *iniqua*. Tot Romani portionibus noctem vigilibus diuidebant. Vegetius li. 3. c. 8. *Quia impoſſibile videbatur in ſpeculis per totam noctem vigilantes ſingulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepſydram ſunt diuiſæ vigiliæ, vt non amplius, quàm tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare.* Propertius lib. 4. Eleg. 4.

*Et iamquarta canit venturam buccina lucem.*

Suidas: Εἰς τέσσαρας φυλακὰς διαιρεῖται ἡ νύξ. ἑκάστη δὲ ἔχει ὥρας τρεῖς. *In quatuor cuſtodias nox diuiditur, quarum ſingulæ trium ſunt horarum.* De Græcorum vigiliis variant Autores. Euripides in Rheſo quadrimembrem noctem facit:

Οἳ τετράμοιρον νυκτὸς φρουρὰν
Πάσης στρατιᾶς
Πόλεως Τροίας προκάθηνται
*Qui quadrimembres noctis excubias*
*Exercitus totius*
*Vrbem ante Troiam conſident.*

Hic ad Troiam vigiliarum munus excogitauit Palamedes, ſi Plinio credimus li. 7. c. 57. Et de Græcis illud Statii eſt lib. 10. Theb.

*Quarta ſoporifera ſuperabant tempora noctis.*

Contrà in tres vigilias noctem partiuntur Homerus, atque Moſchus. Iliad. K.

Ἀλλ᾽ ἴομεν, μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται, ἐγγύθι δ᾽ ἠώς
Ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε, παρῴχηκε δὲ πλέων νὺξ
Τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ᾽ ἔτι μοῖρα λέλειπται.
*Iam nox finitur, prope ſtat rododactylos hos,*
*Sideribúſque ſuis progreſſis tertia noctis*
*Pars ſuper, & geminæ prius exactæ, approperamus.*

Cùm nox peragitur, & in vicino eſt aurora, quis vltimam eſſe noctem dubitet? Præſertim cùm ſola pars tertia ſuperet, auctiore iam nocte partibus alteris prælapſa. Quem in locum Euſtathius iſta: Ἴσον δὲ καὶ ὅτι τριφύλακτον κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὁ ποιητὴς βούλεται εἶναι τὴν νύκτα, ὃ δεῖ τριῶν φυλακῶν, τριμερῆ ποιῶν αὐτήν. *Sciendum etiam veterum more nocti tres adſignare cuſtodias Homerum, in partes tres eam partiens.* Iterúmque Odyſſeæ Ξ.

> Ἀλλ' ὅτε δὴ τρίχα νυκτὸς ἔην, μετὰ δ' ἄστρα βεβήκει
> *Verùm vbi tertia pars noctis fuit, aſtráque iere.*

Moſchus Idyllio 2.

> Νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι δ' ἠώς
> *Tertia cùm noctis ſors ſtat, cúmque inſtat & eos.*

Theocritus Idyll. 24.

> Ὄρνιθες τρίτον ἄρτι τὸν ἔσχατον ὄρθρον ἄειδον.
> *Tertia cùm volucres extrema crepuſcula cantant.*

Valeant, qui tanquam è tripode pronunciant ſemper vel à Græcis quadripartitas fuiſſe vigilias.

*Maſſica ſulcabat meliore Falernus in æuo*
*Enſibus ignotus ſenior iuga, pampinus vmbras*
*Nondum vua virides nudo texebat in arno,*
*Pocula nec norant ſuccis mulcere Lyæi,*
*Fonte ſitim, & pura ſoliti defendere lympha,*
*Attulit hoſpitio pergentem ad littora Calpes,*
*Extremúmque diem pes dexter, & hora Lyæum,*
*Nec pigitum paruóſq; lares, humiliſq; ſubire*
*Limina cælicolam tecti, cepere volentem*
*Fumoſi poſtes, & ritu pauperis æui*
*Ante focos menſæ lætus nec ſenſerat hoſpes*
*Aduenisſe deum: ſed enim de more parentum*
*Grato curſabat ſtudio, inſtabátq; ſenectæ.*
*Donec opes feſtas puris nunc corna caniſtris*
*Compoſuit, nunc irriguis citus extulit hortis*
*Rorantes humore dapes, tum lacte, fauíſque*
*Diſtinxit dulceis epulas, nullóq; cruore*
*Polluta caſtus menſa, cerealia dona*
*Attulit, ac primum Veſtæ deterſit honorem*
*Vndiq;, & in mediam iecit libamina flammam,*
*Deeſſe tuos latices, hac ſedulitate ſenili*
*Captus Iacche vetas (ſubito (mirabile dictu)*
*Faginapampineo ſpumarunt pocula ſucco,*
*Pauperis hoſpitij pretium, viliſque rubenti.*

*Fluxit mulctra mero, & quercu in cratera cauata*
*Dulcis odoratis humor ſudauit ab vuis.*
*En cape, Bacchus ait, nondum tibi nota: ſed olim*
*Viticolæ nomen peruulgatura Falerni*
*Munera: & haud vltra latuit deus: inde nitentem*
*Lumine purpureo frontem cinxere corymbi,*
*Et fuſæ per colla comæ, dextráq; pependit*
*Cantharus, ac vitis Thyrſo delapſa virenti*
*Feſtas Niſeo redimiuit palmite menſas.*
*Nec facilis læto certaſſe Falerne ſapori,*
*Poſtquam iterata tibi ſunt pocula, iam pede riſum,*
*Iam lingua titubante moues, patrióq; Lyæo*
*Tempora quaſſatus, grates, & præmia digna*
*Vix intellectis conaris reddere verbis,*
*Donec compoſuit luctantia lumina ſomnus,*
*(Somnus Bacche tibi comes additus.) hinc vbi primo*
*Vngula diſperſit rores Phaëtontia Phœbo,*
*Vitiferis late florebat Maſſicus aruis*
*Miratus nemora, & fulgenteis ſole racemos.*
*It montis decus, atque ex illo tempore diues*
*Tmolus, & ambroſiis Aruiſia pocula ſuccis,*
*Ac Methymna ferax Latiis ceſſere Falernis.*

MELIORE FALERNVS IN ÆVO. ] Non ſuo; nam ſenior: ſed mortalium eóque beatiore vel inuento vini, quod Poëta his inſinuat: *Extremúmque diem pes dexter, & hora Lyæum attulit* Vel, *Æuo meliore*, quo enſes incogniti, eáque Poetæ mens. Libri, quibus eſt *In aruo*, laborant à menda.

ENSIB. IGNOTIS SENIOR. ] Cùm nondum mortalium vllus noſſet enſem, non ſolus Falernus. Quare fruſtra eſt Heynſius ſcripto *Enſib. ignotus.* Quòd ſi fuiſſet libris, amplecterer.

NVLLOQVE CRVORE POLLVTA CASTVS MENSA. ] A genio Pythagoræ carmen hocce. Adi Transformationum librum extremum: menſam enim impollutam ſentit, quæ animalium carnem compranſoribus non apponit.

PRIMVM VESTÆ DETERSIT HONOREM. ] Conuenit focum. Gemina circuitione dixit lib. 13.

— *Bacchique, & lactis honorem*, pro *Baccho, & lacte.*

Æneid. 4.

— *Lenæum libat honorem.*

IN MEDIAM IECIT LIBAMINA FLAMMAM. ] Valerius Flaccus lib. 1. Argon.

— *pingui cumulat libamine flammam.*

Geor.

Georgicωn 4.

*Ter liquido ardentem perfudit nectare Veſtam.*
*Ter flamma ad ſummum tecti ſubiecta reluxit.*

Nota numerum libationum. Doctè docta de libationibus ad menſam, arámve Macrob. li. 3. Sat. c. 11. qui volet, cum his contendat. Addo Silium mihi potiſſimum videri ſpectaſſe *Libaminis* nomen, & originem, quæ à *Libero* eſt, ſiue Lyæo, quod Ouidius docet Faſtorum tertio:

*Nomine ab autoris ducunt Libamina nomen,*
*Libáque, quod ſanctis pars datur inde focis.*
*Liba Deo fiunt: ſuccis quia dulcibus idem*
*Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.*

Non eſt hæc ipſiſſima Falerni cœna? non ritus hi perquam rite ab vtroque expreſſi? Falerni verò *libamina* aqua fuit vetere inſtituto vino ignoto, eámque noto antiquitus libaſſe Cadmum apud Nonnum li. 4. cauſámque dictam afferri

— Οὔπω γὰρ ἐν οἰνοφύτοισιν ἀλωαῖς
Ἁβρὸς ἀεξομένης ἀνεφαίνετο καρπὸς ὀπώρης.
— *Vitiparens námque aurea nondum*
*Auctumno creſcente ſuauia munera Bacchi*
*Fundebat.*

Hinc Porphyrio ὑδρόσπονδα aquæ libatio. Plin. li. 14. ca. 12. ſcribit *Romulum lacte, non vino libaſſe, indicio ſunt* inquit, *ſacra ab eo inſtituta, quæ hodie cuſtodiunt morē.* Feſtus teſtatur, quod in *vico ſobrio Mercurio lacte, non vino ſupplicabatur.* Ante Romulum tamē Latinos vino libaſſe docet Feſti fragmentum: *Ruſtica vinalia appellantur menſe Auguſto XIIII; Cal. Sept. Iouis dies feſtus, quia Latini bellum gerentes aduerſus MeZentium omnis vini libationem ei Deo dedicauerunt.* Ex anteriore Feſti loco eundem corrigas in fragmento Farneſiano pag. 106.

RVBENTI FLVXIT MVLCTRA MERO. ] Admodum *rubenti*, & ad nigrum accedenti, aut etiam nigro. Martialis li. 8. Epigr. 77.

*Candida nigreſcant vetulo cryſtalla Falerno.*

lib. 9. Epigr. 23.

*Et faciant nigras noſtra Falerna niues.*

Eapropter pretium illi creuit. Sic Maroneum vinum quod generoſiſſimum Homero *nigrum* canitur. Eſt & alterum Falerno pretium ab ardore. Iuuenalis Sat. 4.

— *cùm pulmo Falerno*
*Arderet*

Martialis lib. 4. Epigr. 75.

*Rumpis & ardenti madidus cryſtalla Falerno.*

Immo tanta cum igni Falerno eſt cognatio, vt hæc reliquerit Plinius l. 14. c. 6. *Solo vinorum hoc flamma accenditur.* Ibíque tres Falerni conſtituit ſpecies. Cauſarum ſatis, cur Silius antedixerit:

*Nulli dant prælis nomen præferre Falernis.*

Horatio libr. 2. Satyr. 4. *Falernum* dicitur *forte*; ideo nonnulli melle temperabant:

*Aufidius forti miſcebat mella Falerno.*

Vide Athen.li.1. Dipnoſophiſtarum. *Multra* verò Maronis imitatione dixit cuius.

*— Bis venit ad mulctram.*

*Mulctra mulctrorum* ſcripſerê Calpur. Ecl. 54.

*Duc ad mulctra greges*

Eclog.5.

*Tumidis ſpument tibi mulctra papillis.*

Nemeſianus Ecl.2.

*— Noſti nunquam mea mulctra vacare.*

FESTAS NYSÆO REDIMIVIT PALMITE MENSAS.] Palmes ita nominatur a Baccho, qui Nyſæus à Nyſa monte, in quo altus ipſe. Diodorus lib 4. Bibliotheca: Διὸ καὶ τραφέντα τὸν Διόνυσον ἐν τῇ Νύσῃ τυχεῖν τῆς προσηγορίας ταύτης ἀπὸ Διὸς, καὶ Νύσης. καὶ τὸν Ὅμηρον δὲ τούτοις μαρτυρῆσαι ἐν τοῖς ὕμνοις, ἐν οἷς λέγει. *Quare natum Nyſæ Dionyſium hoc tuliſſe nominis à Ioue, atque Nyſa, Homerúmque his teſtem eſſe in Hymnis, in quib. dicit.*

Ἔστι δέ τις Νύση ὕπατον ὄρος ἀνθέον ὕλῃ
Τηλοῦ Φοινίκης σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων.
*Nyſa eſt mons ingens, mons florens arbore multa,*
*Phœnice procul, Ægypti ſeptem oſtia propter.*

Strabo lib. 15. & Sophocles. Nonnus aliter lib.9. qui & ipſe Homerum tractauit:

— λοχευομένῳ δὲ Λυαίῳ
Πατρῴιω ἐπέθηκεν ἐπωνυμίην πικατοῖο
Κικλήσκων Διόνυσον, ἐπεὶ ποδὶ φόρτον ἀείρων
Ἤιε χωλαίνων Κρονίδης βεβριθότι μηρῷ
Νῦσος ὅτι γλώσσῃ Συρακοσσίδι χωλὸς ἀκούει.

Dico Latiis

*— Vitales effuſus in auras*
*Bacchus erat: dicunt Dionyſi nomine natum*
*A patre, inſuto femori quòd pondere fœtus*
*Adſimilis claudo veſtigia Iupiter egrè*
*Ferret, quódq; Syracoſio Nyſus cluit ore*
*Claudus.*

Pomponius Mela li.3. c.7. *Vrbium, quas incolunt* (Indi) (*ſunt autem plurimæ*) *Nyſa eſt clariſſima, & maxima. Montium Meros Ioui ſacer: famam hinc præcipuam habent, quod in illa genitum, in huius ſpecu Liberum arbitrantur eſſe nutritum: vnde Græcis auctoribus, vt femori Iouis inſutum dicerent aut materia ingeſſit, aut error.* Paria Curt.li.8. *Sita eſt* (Nyſa) *ſub radicib. montis, quem Meron incolæ appellant. Inde Græci mentiendi traxere licentiam, Iouis ſemine Liberum* Patrem *eſſe celatum.* Variæ autem fuere Nyſæ. Heſychius: Νύσα, καὶ Νυσήϊον ὄρος (rectiùs Νυσαῖον ὄρ.) οὐ καθ᾽ ἕνα τόπον. Ἔστι γὰρ Ἀραβίας, Αἰθιοπίας, Αἰγύπτου, Βαβυλῶνος, Ἐρυθρᾶς, Θρᾴκης, Θετταλίας, Κιλικίας, Ἰνδικῆς, Λιβύης, Λυδίας, Μακεδονίας, Νάξου, περὶ τὸ Πάγχαιον τόπος Συρίας. *Nyſa & Nyſæus mons non vno in loco: eſt enim Arabiæ, Æthiopiæ, Ægypti, Babilonis Erythræ, Thraciæ, Theſſaliæ, Ciliciæ, Indiæ, Libyæ, Lydiæ, Macedoniæ, Naxi, ad Panchæum locus Syriæ.*

PATRIOQVE LYÆO TEMPORA QVASSATVS, ET PRÆMIA DIGNA.] Colon. membranæ: *Patríque Lyæo.* Ita variabit ſententia, nec inconcinnè.

VIX INTELLECTIS CONARIS REDDERE VERBIS. ] Eiuſmodi vinum Plautus in Neruolaria vocat *ſubleſtiſſimum, quia infirmos faciat vel corpore, vel animo,* Feſto interprete. Quod de immodicè ſumto capies: nam vbi modus affuerit, vinum eſt animæ mens, animáque corpori.

DIVES TMOLVS. ] Qui mons olim Baccho calcatus, vti hodie Falernus. Orpheus Tmolum Baccho recens nato vult aditum:

— Ὅπως τετελεσμένος ἔλθῃ
Τμῶλον ἐς ἠγάθεον παρὰ Ἵππαν καλλιπάρηον,
— *Vt formam altricis perfectior Hippæ*
*Cerneret, ad celſi veniens vineta Tmoli.*

quæ illi altrix. Ouid. Faſtor. 3.

*Iam Bacchi nemus, & Tmoli vineta tenebat.*

Seneca Thebaide:

*Hinc nota Baccho Tmolus attollit iuga,*
*Quà lata terris ſpatia frugiferis iacent.*

Vite ergo *diues Tmolus.*

AMBROSIIS ARVISIA POCVLA SVCCIS. ] Hi *ambroſii ſucci* Virgilio ſunt *Nectar* Ecloga quinta:

*Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar.*

Commendat de meliore nota Strabo lib. 14. Ἡ Ἀρυσία χώρα τραχεῖα, καὶ ἀλίμενος, σταδίων ὅσον τριακοσίων, οἶνον ἄριστον φέρουσα τῶν Ἑλληνικῶν: *Aruiſia regio aſpera, importuoſa, ſtadiûm trecentûm, vini optimi, eorum quæ profert Græcia, ferax.* Chij inſulæ portio eſt Aruiſia. Colligo è Plinio lib. 14. cap. 7. *Ex Chio, quod Aruiſium vocant.* Athenæus lib. 1. apertè id loquitur: Χαριέστερος δ' ἐστὶν ὁ Χῖος, καὶ τοῦ Χίου ὁ καλούμενος Ἀρυσιος. *Gratius eſt Chium, & inter Chia, quod Aruiſium dicitur.* Rectè Falernum, quod ante nigrare vidimus, contendit cum Aruiſio, ſeu Chio: nam illi color idem. Vide Euſtathium in Iliada λ. Odyſſ. β. & I. vbi vitem nigri vini parentem primos Chios ab Oenopione didiciſſe ſcribit è Theopompo.

AC METHYMNA FERAX LATIIS CESSERE FALERNIS. ] Methymnæi vini laus à Strabone petenda, & Horatio li. 2. Satyra 8. Modius diſpunxit τὸ *Latiis* (an offenſus epitheto geminante?) profectò non debuit. En tibi Satyrographum:

—*generoſo incoctum pectus honeſto,*

qualia pleno modio alibi admetimur. *Lacubus*, quod antetulit, non recipio.

*Hæc tum vaſtus dabat, terriſq; infeſtus agebat*
*Annibal, & ſicci ſtimulabant ſanguinis enſes,*
*Ludificante ducem Fabio, iámq; improba caſtris*
*Auſonijs vota, & pugnandi praua libido*

*Gliſcebat, proni decurrere monte parabant.*
*Da famæ da Muſa virum, cui vincere bina*
*Conceſſum caſtra, & geminos domitare furores.*
*Feruida ſi nobis corda, abruptúmq; putaſſent*
*Ingenium Patres, & ſi clamoribus, inquit,*
*Turbari facilem mentem, non vltima rerum,*
*Et deplorati mandaſſent Martis habenas,*
*Stat penſata diu belli ſententia, vincam*
*Seruando inuitos, vrgenteíſq; vltima fata.*
*Nulli per Fabium è vobis cecidiſſe licebit,*
*Si lucis piget, & ſupremis eſſe cupido eſt*
*Nominis Auſonij, tædétq; in tempore tali*
*Nullum clade noua, claraq. fragore ruinæ*
*Inſignem feciſſe locum, reuocandus ab atris*
*Flamminius vobis eſt ſedibus, ille ruendi*
*Iamdudum properans, ſignum, auſpiciúmq; dediſſet,*
*An nondum præceps, vicináq fata videtis?*
*Vna, vt debellet, ſatis eſt victoria Pœno.*
*State viri, & ſentite ducem, cùm optabile tempus*
*Depoſcet dextras, tunc iſta ferocia dicta*
*Aequentur factis, non eſt (mihi credite) non eſt*
*Arduus in pugnas ferri labor, vna recluſis*
*Omneis iam portis in campum effuderit hora:*
*Magnum illud ſolísque datum quos mitis euntes*
*Iuppiter aſpexit, magnum eſt ex hoſte reuerti.*
*Fortuna Libys incumbit, flatúq. ſecundo*
*Fidit agens puppim. Dum deſinat aura, ſinúſq;*
*Deſtituat tumidos ſubducto flamine ventus,*
*In rem cunctari fuerit, non vlla perenni*
*Amplexu fortuna fouet: iam copia quanto*
*Arctior eſt nullo Tyrijs certamine? quantum*
*Detritum eſt famæ? quin inter cætera, noſtra*
*Haud laude abfuerit, modo qui. Sed parcere dictis*
*Sit melius, iam vos acies & prælia & hoſtem*
*Poſcitis? ô maneat ſuperi fiducia talis.*
*Interea excluſa maioris ſorte pericli*
*Me ſolum, quæſo toti me opponite bello.*

TÆDETQVE IN TEMPORE TALI NVLLVM CLADE NOVA, CLARÆQVE

FRAGORE RVINÆ INSIGNEM FECISSE LOCVM?] Alludit Silius Caligulæ veçordiam, de quo Suet. c.31. *Queri etiam palam de conditione temporum ſuorum ſolebat, quòd nullis calamitatibus publicis inſignirentur. Auguſti principatum clade Variana: Tiberii ruina ſpectaculorum apud Fidenas memorabilem factum: ſui obliuionem imminere proſperitate rerum. Atque identidem exercituum cædes, famem, peſtilentiam, incendia, hiatum aliquem terræ optabat.* Quam dira Caligulæ vota, tam Fabii dicta cata.

VNICAM SERVANDO INVITOS.] Idem Fabius dicet pôſt:

*— quippe egregium proſternere ferro*
*Hoſtem: ſed Fabio ſit vos ſeruare triumphus.*

Cur, inquit Scipio, tu Maximus; ego Magnus vocor: cum tu exercitum ſeruaueris dumtaxat, ego Annibalem vici? Reſpondet apud Polyænum lib. 8. Fabius: Ἀλλ' εἰ μὴ ἐγὼ σοι διεφύλαξα τοὺς στρατιώτας, οὐκ εἶχες μεθ' ὧν ἡμῖν μαχόμενος νικῆσαι: *At niſi ego tibi milites conſeruaſſem: tu non habuiſſes, quibuſcum poſſes vincere.* Scribo: Μεθ' ὧν. Ducis optimi vox, & reip. addictiſſimi. Non inferiora ſecuti ſunt laudatiſſimi quique. Tac. lib. 2. Annal. hoc ducis decus Germanico arrogat, *qui dare in diſcrimina legionem haud imperatorium ratus.* Annali 13. Corbuloni: *Tantus inde ardor exercitus fuit, vt intra tertiam diei partem nudati propugnatorib. muri, obices portarum ſubuerſi, capta eſcenſu munimenta, omneſque puberes trucidati ſint nullo milite amiſſo, paucis admodum vulneratis.* Cteſias Lacedæmoniis: Κατεκόπη τὸ Περσικὸν πλῆθος (μυρίοι) τῶν Λακεδαιμονίων δύο, ἢ τεσσάρων ἀναιρεθέντων. *Cæſa ſunt Perſarum copiæ ad decem millia, Lacedæmoniorum duobus tribuſue tantum interemtis.* Item Oroſius lib. 4. c. 1. In prima Perſici belli congreſſione Alexandro Magno *inter quadringenta ferè millia hoſtium interfecta nouem tantummodo in exercitu eius pedites defuiſſe referuntur.* Plutarchus li. de Fort. Rom. Paulo Æmylio: Παῦλος Αἰμίλιος ἀπὸ Περσέως, καὶ Μακεδόνων ἄτρωτον στρατὸν ἄγων, ἐπὶ νίκῃ ἀδακρύῳ θριαμβεύων μεγαλύνει τὴν τύχην, *Inuulneratum à Perſeo & Macedonibus reducens exercitum Paulus Aemylius, & victoria illacrymabili reportata triumphans Fortunam magnificat.* Maluit & Antoninus Pius ciuem Romanum vnum ſeruare, quàm mille hoſtes cecidiſſe. Sed omne tulit punctum, qui hoſtem cecidit, & ſuos ſeruauit Corbulo, & Aemylius.

AC NONDVM PRÆCEPS, VICINAQ. FATA VIDETIS.] Locus confragoſior. Quid ſi reſcribas: *Nondum in præcipiti vicináq. fata. v.*? Quid ſi: *Ah! non præcipitis.* Aen. 6.

*Omnia præcepi, atque animo mecum antè peregi.*

IN REM CVNCTARI FVERIT.] Mihi pene perſuadeo ſollemne hoc Fabio dictum fuiſſe. Aeneid. 6.

*— — tu Maximus ille es,*
*Vnus qui nobis cunctando reſtituis rem.*

Ouidius 2. Faſt. eidem dictioni inhæret:

*Cui res cunctando reſtituenda foret.*

Ariſtoteles eiuſmodi virum. Ethic. 4. μελλητὴν appellat. Contrà *barbaris cunctatio, ſeruilis; ſtatim exequi regium videtur,* inquit Tacitus lib. 5. & lib. 12. *Scelera impetu, bona conſilia mora valeſcere.* Temperamentum optimates. Papinius:

*Da ſpatium, tenuémq. moram:* [non longam] *malè cuncta gubernat Impetus.*

Vide Gellium pluribus effatum Auguſti: Σπεῦδε βραδέως enarrantem, & Aurel. Victorem in Auguſto.

QVANTVM DETRITVM EST FAMÆ.] Sall. de Catilina: *Pòſt vbi eorum famam, atque pudorem attriuerat, maiora alia imperabat.* M. Tullius alibi dixit *grauiſſimas iniurias voluntaria obliuione conterere.* Horatius Od. 6. lib. 1. *Laudes deterere.*

*His dictis fractus furor, & rapida arma quierunt:*
*Vitrum turbatis placidum caput extulit vndis*
*Neptunus, totúmque videt, totóque videtur*
*Regnator ponto, ſæui fera murmura venti*
*Dimittunt, nullaſque mouent in frontibus alas,*
*Tum ſenſim infuſa tranquilla per æquora pace*
*Languentes tacito lucent in littore fluctus.*
*Senſit cura ſagax Pœni, fraudíſque veneno*
*Aggreditur mentes, pauca atque hæc ruris auiti*
*Iugera, nec multis Fabius vertebat aratris,*
*Maſſicus vuiferis addebat nomina glebis:*
*Hinc peſtem placidam moliri, & ſpargere cauſas*
*In caſtra ambiguas, ferro flammiſque pepercit,*
*Suſpectámque loco pacem dedit, arte maligna:*
*Ceu clandeſtino traheretur fœdere bellum.*
*Intellectus erat Fabio, Tyrióſque videbat*
*Dictator ſæuire dolos: at non vacat ægre*
*Inuidiam gladios inter, lituóſque timere,*
*Et dubia morſus famæ depellere pugna.*

ET RABIDA ARMA QVIERVNT.] Γεγράφηκεν ex illo Aen. 6.
— *rabida ora q.*

PAVCA, ATQ. HÆC RVRIS AVITI IVGERA.] Dionyſ. Antiq. Rom. l. 5. eiuſdem virtutis laudem parib. verborum momentis expédit: ἐπὶ τῷ μικρῷ, καὶ τούτῳ αὐτοδιακονίᾳ. Fabiorum gens agri cultioni ſanctè fuit dedita. Vnde & *Fabios*, quaſi *Fodios* nonnulli putauere, autor Plut. in Fabio. Plinius autem à *Fabarum* ſatu. Agri verò poſſidendi modus olim fuit ſeptem iugerum. Plin. lib. 18. c. 3. *Marci quidem Curij poſt triumphos, immenſumq. terrarum adiectum imperio nota concio eſt, pernicioſum intelligi ciuem, cui ſeptem iugera non eſſent ſatis. Hæc autem menſura plebi poſt exactos reges adſignata eſt.* M. Varro lib. 1. de Re Ruſtica duos promit Licinios, quib. autorib. de modo iugerum leges editæ ſunt: *Eiuſdem generis*, inquit, *C. Licinius Tr. Pl. cum eſſet poſt reges exactos anno CCCLXV. primus populum ad leges accipiundas in ſeptem iugera forenſia è comitio eduxit.* Ante legem alterius protulerat: *Stolonis illa lex, quæ vetat plus D. iugera habere ciuem Romanum.* Liuius lib. 7. vult C. Licinium Stolonem

condemnatum, *quòd mille iugerum agri cum filio poſſideret, emancipandóque filium fraudem legi feciſſet.* Idem conſcripſit Aurelius Victor Val. Max. lib.8. c.6. Velleius lib.2. Ex his in Liuio corrigendus error immanis lib. 4. *Quid legem Liciniam, excitauit de L. iugeribus, niſi ingens cupido agros continuandi!* Claudo literam, ſcriboque *De D. iugerib.* quod iterum affirmari poteſt Plinio lib.8.c.3. Liuio lib.6. Gellio lib.7. c.3. Denique Appiano lib.1. Ciuilium in Gracchana ſeditione: Μόλις τῶν δημάρχων εἰσηγουμένων ἐκρίθη μηδένα ἔχειν πλέθρα τῆς γῆς πεντακοσίων πλείονα. *Aegrè tribuniſ plebis autorib. decreuerunt nemini fas eſſe plus quingentis ſoli iugerib. poſſidere.*

ET SPARGERE CAVSAS IN CASTRA AMBIGVAS. ] Aen.2.

— *& ſpargere cauſas*
*In vulgum ambiguas.*

CEV CLANDESTINO TRAHERETVR FOEDERE BELLVM. ] Liuius lib. 22. Metilius apud Plutarchum in Fabium inuectus eſt κατηγορῶν οὐ μαλακίαν, οὐδ' ἀνανδρίαν, ἀλλ' ἤδη προδοσίαν. *Non mollitiem, non effæminatam accuſitans ignauiam, ſed iam proditionem.* Fronto lib.1.c.8. Conſule & Val. Maximum lib.7.c.4. Eum porro agrum, quo ſuſpicionem, omnemque a ſe calumniam procul amoliretur Fabius, miſſo Romam filio diuendidit, pecuniáque ex eo facta captiuos redemit, nec ab iis poſtea ſibi refundi paſſus eſt. O virum integerrimum, & laudandi in ſuos animi!

*Donec reputantem, & nequicquam ſæpe trahendo*
*Huc illa caſtra, & ſcrutantem prælia Pœnum,*
*Qua nemoroſa iuga, & ſcopuloſi vertice colles*
*Exurgunt, clauſit, ſparſa ad diuortia turma.*
*Hinc Læſtrygoniæ ſaxoſo monte premebant*
*A tergo rupes, vndoſis ſqualida terris*
*Hinc Linderna palus: nec ferri aut militis vſum*
*Poſcebat regio, ſeptos ſed fraude locorum*
*Arcta fames pœnas miſeræ exactura Lagunthi*
*Vrgebat, finiſque aderat Carthaginis armis:*
*Cuncta per & terras, & lati ſtagna profundi*
*Condiderat ſomnus, poſitóq; labore dierum*
*Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat.*
*At non Sidonium curis flagrantia corda*
*Ductorem, vigiléſque metus haurire ſinebant*
*Dona ſoporiferæ noctis, iam membra cubili*
*Erigit, & fului circundat pelle leonis,*
*Qua ſuper inſtratos proiectus gramine campi*
*Preſſerat ante toros, tunc ad tentoria fratris*
*Fert greſſus vicina citos: nec degener ille*
*Belligeri ritus, taurino membra iacebat*

*Effultus tergo,& mulcebat triſtia ſomno.*
*Haud procul haſta viri terræ defixa propinquæ,*
*Et dira è ſumma pendebat cuſpide caſſis,*
*Et clypeus circa,loricáque,& enſis,& arcus,*
*Et telum Baleare,ſimul tellure quieſcunt,*
*Iuxta lecta manus,iuuenes in Marte probati.*
*Et ſonipes ſtrato carpebat gramina dorſo.*
*Vt pepulere leuem intrantis veſtigia ſomnum,*
*Heus,inquit,paritérque manus ad tela ferebat,*
*Quæ te cura vigil feſſum germane fatigat?*
*Ac tam conſtiterat,ſociósque in ceſpite fuſos*
*Incuſſa reuocat caſtrorum ad munera planta.*
*Tum Libyæ ductor:Fabius me noctibus ægrum*
*In curas Fabius nos excitat,illa ſenectus*
*Heu fatis,quæ ſola meis currentibus obſtat.*
*Cernis vt armata circunfundare corona,*
*Et vallet clauſos collectus miles in orbe.*
*Verum age(nunc quoniam res arctæ)percipe porrò*
*Quæ meditata mihi. latos correpta per agros*
*Armenta aſſueto belli de more ſequuntur,*
*Cornibus arentes edicam innectere ramos,*
*Sarmentíque leues fronti religare maniplos,*
*Admotus cùm feruorem diſperſerit ignis,*
*Vt paſſim exultent ſtimulante dolore iuuenci,*
*Et vaga per colleis ceruice incendia iactent.*
*Tum terrore nouo trepidus laxabit iniquas*
*Cuſtos excubias,maioráque nocte timebit.*
*Si cordi,conſulta moras extrema recuſant,*
*Accingamur ait,gemino tentoria greſſu.*

HINC LÆSTRYGONIÆ SAXOSO MONTE PREMEBANT A TERGO RVPES. ] *A tergo*; circumſpectè: nam Læſtrygonios campos in Sicilia locat Plin.lib.3.c.8.& c.5. *Opidum Formiæ antiqua Læſtrygonum ſedes.* De rupibus eorum Homerus Odyſſ.κ.

Φοίτων ἴφθιμοι Λαιστρυγόνες ἄλλοθεν ἄλλος
Μυρίοι, οὐκ ἄνδρεσσιν ἐοικότες, ἀλλὰ γίγασι,
Οἵ ῥ' ἀπὸ πετράων ἀνδραχθέσι χερμαδίοισι
Βάλλον.

*Hinc inde innumeri ſubitò Læſtrygones adſunt*
*Robore permimii, diſsimiléſque viris,*
*Ore Giganteo, qui immanis ſaxa ruebant*

Pondere

*Pondere de ſuetis rupibus in ſocios.*

MVLCEBAT TRISTIA SOMNO.] Sunt in quibus ſapientia,& ratio mulcent affectus, vbi verò dominatur impotentia, ſomnus. Apollon.lib.4.

*Κούρην δ' ἐξ ἀχέων ἀδινὸς κατελώφεεν ὕπνος.*

*Alto nata tamen mulcebat triſtia ſomno.*

Themiſtius in Ariſt.de Som. & Vig. Ὅτι τῶν περὶ ἡμᾶς παθῶν ὁ ὕπνος ἥδιστόν ἐστι. πρῶτα μὲν γὰρ αἴσθησιν ἀλγηδόνος πᾶσι σβέννυσι διὰ τὴν ἡδονὴν πολλῷ τῷ οἰκείῳ κεχρωσμένην. ἔπειτα τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν κρατεῖ, καὶ ὅσοι σφοδρόταται. *Eorum, quæ nobis eueniunt, blandiſſimũ ſomnus eſt. Primũ enim ſenſum doloris voluptatis, quæ illi multa, ac familiaris eſt, tẽperamẽto extinguit. Aliis deinde affectib. imperat, eſto, vehemẽtiſſimi ſint.*

VT PEPVLERE LEVEM INTRANTIS VESTIGIA SOMNVM.] Nec enim belli ducem, ſubſecundarium licet, decuit altum dormire. Theocrit. Id.8.

*Οὐ χρὴ κοιμᾶσθαι βαθέως.*

*Altum ne dormi.*

INCVSSA REVOCAT CASTRORVM AD MVNERA PLANTA.] Iliad. K. Diomedem Neſtor:

*Λὰξ ποδὶ κινήσας ὄτρυνέ τε, νείκεσέ τ' ἄντην.*

CORNIBVS ARENTES EDICAM INNECTERE RAMOS.] Stratagema memoratum Plutarcho in Fabio, M.Liuio lib.22. Polyb.lib.3. Frontino lib.1. Strat. Appiano Annibalicis.

CONSVLTA MORAS EXTREMA RECVSANT.] Dionyſius Hal.lib.2.Antiq. Rom. Πολλὰ ὁ χρόνος ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μετατίθησι. *Multa tempus die vno mutat.* Cui dicto par illud M.Tullii tertia in Antonium: *Dies enim affert, & hora potius, niſi prouiſum eſt, magnas ſæpe clades.* Liuius lib.25. Martii ad reliquias exercitus Scipionum: *Quia ſi in occaſionis momẽto, cuius præteruolat opportunitas, cunctatus paullùm fueris, nequidquam mox omiſſam quæraris.* Elaudat & Themiſtoclem Thucydides, vt κράτιστον αὐτοσχεδιάζειν τὰ δέοντα. Properandum igitur, cùm extrema vocant: ne cunctando ſeneſcant conſilia.

*Inde petunt, ingens clypeo ceruice repoſta*
*Inter equos, intérque viros, intérque iacebat*
*Capta manu ſpolia, & rorantia cæde Maraxes:*
*Ac dirum in ſomno ceu bella capeſſeret, amens*
*Clamorem tum forte dabat, dextráque tremente*
*Arma toro, & notum quærebat feruidus enſem,*
*Huic Mago, inuerſa quatiens vt diſpulit haſta*
*Bellantis ſomnum: tenebris fortiſſime ductor*
*Iras compeſce, atque in lucem prælia differ.*
*Ad fraudem, occultámque fugam, tutóſque receptus*
*Nunc nocte vtendum eſt, arenteis nectere frondes*
*Cornibus, & latis accenſa immittere ſyluis*
*Armenta, oppoſiti reſerent quo clauſtra manipli*
*Germanus parat, atque obſeſſa euellere caſtra.*
*Emergamus, & hic Fabio perſuadeat actus*

*Nos certare dolis. nihil hic cunctante, ſed acris*
*Incepti læto iuuene, ad tentoria Acherræ*
*Feſtinant, cui parca quies. minimúmque ſoporis,*
*Nec notum ſomno noctes æquare, feroci*
*Peruigil inſeruibat equo, feſſúmq; leuabat*
*Tractando, & frenis ora exagitata fouebat.*
*At ſocii renouant tela, arentémq, cruorem*
*Ferro detergunt, & dant mucronibus iras.*
*Quid fortuna loci poſcat, quod tempus, & ipſi*
*Quænam agitent, pandunt, & cœptis ire miniſtrum*
*Haud ſegnem hortantur, diſcurrit teſſera caſtris,*
*Intentique docent quæ ſint properanda, monéntque*
*Quiſque ſuos, inſtant trepidi, ſtimulátque ruentes*
*Ventri abire timor, dum cæca ſilentia, dúmq;*
*Maiores vmbræ, rapida iam ſubdita peſte*
*Virgulta, atque altis ſurgunt è cornibus ignes.*

BELLANTIS SOMNVM.] *Bellantem ſomnum* inſulſè Modius inculcat. Actio non eſt inanis, & ſomno tribuenda: tribuenda verò perſonæ dormitanti. Bellabat Mago, etſi per ſomnum: & meliori quidem ille iure, quàm qui in tabula bellatur ſine ſenſu, ſine vita; quod tamen dicitur à ſcriptoribus non infrequenter. Correctionem affectas? pone:

— *diſpulit haſta*
*Bellanti ſomnum.*

NOS CERTARE DOLIS.] Dolo Fabius Annibalem circumuenerat, dum toties ille aperit viam pugnę: nunc clauum clauo, dolum dolo repellamus, inquit Annibal. Miſſis bobus furentibus in Romanos effugium nobis quæratur, & hic aſtus perſuadeat nos certare dolis Fabio, qui prior in fraudem incubuit. Poteſt quidquam dici planiùs? Aequè tamen planus hic ſenſus: Hic aſtus perſuadeat Fabio, nos etiam graſſari dolis. Modius è M. S. *Non* pro *Nos* ſubſtituit. Item Marſus. At meo iudicio nulli libri ratione clara præponderant.

PERVIGIL INSERVIBAT EQVO.] Lucret. *Sæuibam*, *Scibam*. Catull. *Cuſtodibant* Virgil. *Lenibant*, *Veſtibat*; *Nutribat*. Propert. *Operibat.*

DISCVRRIT TESSERA CASTRIS.] Inſcriptum erat teſſera ligneola quid in tempore properandum, ſarmenta cornibus illiganda, & iis denique ſuccenſis boues agendos in caſtra inimica. Longula interdum inſcriptio, quod vides. Item Liuii lib. 28. *Scipio veſperi teſſeram per caſtra dedit, vt ante lucem viri, equique cuncti, & pranſi eſſent, armatus eques frænatos teneret equos.*

QVÆ SINT PROPERANDA.] Diximus ex Hiſtoricis, quibus modò addimus ex Appiano Annibalicis: *Τοὺς μὲν αἰχμαλώτους εἰς πεντακισχιλίους ὄντας κατέσφαξεν, ἵνα μή τι ἐν τῷ κινδύνῳ νεωτερίσειαν, Captiuos quinquies mille iugulauit, ne quid in tali periculo noui molirentur.*

MONENTQ. QVISQVE SVOS, INSTANT TREPIDI.] Poſtremum videtur expreſſum ex Aeneide prima, vbi ſedulitatis & gnauitatis Cartaginienſium monſtrandæ ſunt verba hæc:

*Inſtant ardentes Tyrii.* —

Aptiſſima rei verba, quæ agitur: eſt enim *trepidare* feſtinantium, non properantium duntaxat. Nonius: *Trepidare feſtinare eſt.* Modius legit:

— *inſtat trepidis, ſimulatque ruentes*
*Gnauus abire timor.*

Ita potuit, non ita fuit à Silio. Heynſius: *Inſtat trepidus.* Tireſiæ latus claudit Oedipus.

*Hic verò vt gliſcente malo, & quaſſantibus ægra*
*Armentis capita, adiutæ pingueſcere flammæ*
*Cœpere, & vincens fumos erumpere vertex,*
*Per colles, dumóſq; lues agit atra, per altos*
*Saxoſi ſcopulos montis, lymphata feruntur*
*Corpora anhela boum, atque obſeſſis naribus igni*
*Luctantur fruſtra rabidi mugire iuuenci.*
*Per iuga, per valles errat Vulcania peſtis,*
*Nuſquam ſtante malo, vicináque littora fulgent,*
*Quàm multa intentus cœlo ſub nocte ſerena*
*Fluctibus è mediis ſulcator nauita ponti*
*Aſtra videt, quàm multa videt feruoribus atris*
*Cùm Calabros vrunt ad pinguia pabula ſaltus,*
*Vertice Gargani reſidens incendia paſtor.*
*Hac facie ſubita volitantum in montibus altis*
*Flammarum, queis tunc cecidit cuſtodia ſorti*
*Horrere, atque ipſos nullo ſpargente vagari*
*Credere, & indomitos paſci ſub collibus ignes.*
*Cœlóne exciderint, & magna fulmina dextra*
*Torſerit omnipotens, an cæcis terra cauernis*
*Fuderit egeſtas accenſo ſulfure flammas*
*Infelix tellus, tantis damnata ruinis.*
*Iámq; fugam Rutuli media in formidine quærunt,*
*Atque abeunt. faucéſque viæ citus occupat armis*
*Pœnus, & in patulos exultans emicat agros.*

SVRGVNT E CORNIBVS IGNES.] Plutarchus in Fabio bis mille boues ſcribit actas flammis, quem qui cum Silio hîc contenderit, quàm hoc in narratu concordent inter ſe, reperiet. Polybius lib.3. εἰς δισχιλίους.

QVAM MVLTA INTENTVS COELO.] Modius: *Affixus cœlo.* neſcio ſanè quo id conſilio, diſpuncto altero probo, recto, reſtituendo. Sulcator

maris potuit animum cœlo habere affixum, non ipſemet cœlo affigi; niſi ſi fuit è numero ſtellarum ſtatarum, quæ affixæ putantur. Quare fruſtra ſuppetias arceſſit ex Æneide quinta, vbi Palinurus:

*— clauúmq. affixus, & hærens.*

Hoc enim aptiſſimè, & ex vero, quia gubernator, qui cum gubernaculo affigitur, minimè cœlo poteſt affigi.

CVM CALABROS VRVNT AD PINGVIA PABVLA SALTVS.] Adſtruit & lib. 9. Lucanus:

*Sic vbi depoſitis ſubmittere gramina campis,*
*Et renouare parant hybernas Appulus herbas*
*Igne fouet terras, ſimul & Garganus, & arua*
*Vulturis, & calidi lucent buxeta Matini.*

Meliùs *Vulturni.* Ouid. Metam. 1.

*Vtque leues ſtipulæ demtis adolentur ariſtis.*

Quæ aduſtio cur frugifera, Virgilius naturæ ſcientiſſimus cauſas aperit, & modos, quibus agri ſemiuſti pingueſcant. Georg. 1.

*Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros,*
*Atque leuem ſtipulam crepitantibus vrere flammis.*
*Siue inde occultas vires, & pabula terræ*
*Pinguia concipiunt: ſiue illis omne per ignem*
*Excoquitur vitium, atque exſudat inutilis humor.*
*Seu plures calor ille vias, & cæca relaxat*
*Spiramenta, nouas veniat quà ſuccus in herbas.*
*Seu durat magis, & venas adſtringit hiantes:*
*Ne tenues pluuiæ, rapidiúue potentia Solis*
*Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.*

Virgilium referunt illa D. Cypriani de laude Martyrii: *Flammas quippe plerumque agris iuuit immittere, quo calore vagantis incendii cæca terra ſpiramenta laxentur: iuuit leues ſtipulas, &c.* Docemur & è Strabone lib. 5. ſola Veſuuio, Aetnæq; vicina frugifera: quia incendio, fauilliſ. torrida.

HAC FACIE.] Si mecum retines, ſua conſtabit orationi ſeries: ſin, *At facie*, abruptior erit, & ab ingenio abrupto.

QVIS TVM CECIDIT CVSTODIA SORTI.] Maro:

*Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti.*

AN COECIS TERRA CAVERNIS.] *Rupta* longè accommodatiùs, quàm *Terra.* ſequitur enim *tellus.* Itáque præferunt Col. & Par. Probárque Modius.

FVDERIT EGESTAS ACCENSO SVLPHVRE FLAMMAS.] Philoſtratus lib. 4. conuenientes reuelat cauſas igniū ſubterraneorū: Γῆ κραθεῖσα ἀσφάλτῳ, καὶ θείῳ παρεχομένη, τύφεται μὲν καὶ παρ' ἑαυτῆς φύσει, πῦρ δὲ οὔπω ἐκδίδωσιν. εἰ δὲ καὶ σηραγγώδης τύχοι, καὶ ὑποδράμοι αὐτὴν πνεῦμα, φρυκτὸν ἤδη αἴρει. Πλεονεκτήσασα δὲ ἡ φλὸξ, ὥσπερ τὸ ὕδωρ, ἀπορρεῖ τῶν ὀρῶν, καὶ ἐς τὰ πεδία προχεῖται, χωρεῖ τε ἐπὶ θάλασσαν πῦρ ἀθρόον ἐκβολὰς ποιούμενον, οἷαι τῶν ποταμῶν εἰσίν. Gratiam naturæ ſtudioſi mihi ſcient Latinè referenti. *Terra bitumini, ſulphurique admiſta, turgeſcit illa quidem ſuapte ingenio, nondum verò ignem edit. Quod ſi cauernoſa fuerit, curſimque ſubeat ſpiritus, tunc ignem ſuſtollit, tunc auctior flamma fluctus inſtar mōtibus decurrit, & in campos profunditur:*

*iámque denſior ignis, non ſecus ac fluuij, diuiſus oſtiis in mare euoluitur.* Theodorus Epiſcopus Tarſi lib. 4. contra fatum: Σικελίας δὲ, καὶ Γαλλίας, καὶ Λυκίας, καὶ ἑτέρων ἐθνῶν οὐκ ὀλίγων ὄρη μέγιστα πῦρ ἀέναον ἐκδίδωσι τοσοῦτον, ὡς καὶ τοῖς ἐν νυκτὶ φαίνεσθαι πόρρωθεν, μήτε ὑπὸ κρύους ἐλαττούμενον, μήτε ὑπὸ ὄμβρων σβεννύμενον, μήτε τοῖς τῆς γῆς βλαστήμασι λυμαινόμενον τῶν παρακειμένων αὐτοῖς: *Sicilia, Gallia, Lycia, aliarúmque gentium plurimarum montes maximi tam copioſè ignem perpetuum effundunt, vt etiam noctu vigilantibus eminus appareant, neque frigore minuatur, neque imbribus exſtinguatur, neque adiacentium terrarum corrumpat germina.* Quod ne cui minus credibile videatur, apponam verba Taciti Annali 13. *Sed ciuitas Iuhonum ſocia nobis malo improuiſo afflicta eſt. Nam ignes terra editi villas, arua, vicos paſſim corripiebant, ferebantúrque in ipſa conditæ nuper coloniæ mœnia, neque exſtingui poterant; non ſi imbres caderent, non ſi fluuialibus aquis, aut quo alio humore niterentur: donec inopia remedij, & ira cladis agreſtes quidam eminus ſaxa iacere, deinde reſidentibus flammis propius ſuggreſſi ictu fuſtium, aliiſque verberibus vt feras abſterrebant: poſtremo tegmina corpori direpta iniiciunt, quanto magis profana & vſu polluta, tanto magis oppreſſura ignes.* De ſemper ardentibus locis lecto Plinio li. 2. c. 106. non fruſtrabere voluptate.

TANTIS DAMNATA RVINIS
IAMQVE FVGAM RVTVLI MEDIA IN FORMIDINE QVÆRVNT,
ATQVE ABEVNT. ] Vero hæc tangi velut ſacra. Planiſſima verba, & ſententia. Iam quærunt Rutuli media in formidine an ignes cœlo exciderint, an è terræ viſceribus exierint: iam quærunt fugam, ſeu fugæ viam; dum id cogitant, *Atque abeunt*, hoc eſt, *ſtatim*; ante in ſimili expoſitum. Cur ergo truncat Modius id omne:

*— tantis damnata ruinis*
*Iámque fugam Rutuli?*

tam enim hoc noctis Romani, quàm Pœni fuga ſalutem quærunt. Cur *Iámque* reponitur pro *Atque*?

*Huc tamen vſque vigil proceſſerat arte regendi*
*Dictator Trebiam, & Tuſci poſt ſtagna profundi*
*Eſſet vt Annibali Fabium Romanáq; tela*
*Euaſiſſe ſatis. quin & veſtigia pulſi,*
*Et greſſus premeret caſtris, ni ſacra vocarent*
*Ad patrios veneranda deos: tum verſus ad vrbem*
*Alloquitur iuuenem, cui mos tranſmittere ſigna,*
*Et belli ſummam, primáſq; iubebat habenas,*
*Atque his præformat dictis, fingítq; monendo:*
*Si factis nondum Minuti te cauta probare*
*Erudijt fortuna meis, nec ducere verba*
*Ad verum decus, ac prauis arcere valebunt,*
*Vidiſti clauſum Annibalem, nil miles & alæ*
*Iuuere, aut denſis legio conferta maniplis.*

*Teſtor te, ſolus clauſi, nec deinde morabor,*
*Dijs ſine me libare dapem, & ſolennia ferre.*
*Nunc iterum, atque iterum vinctu vel montibus altis,*
*Amnibus aut rapidis (modo pugna abſiſtite) tradam.*
*Interea, crede experto, non fallimur, ægris*
*Nil monuiſſe ſalus rebus, ſit gloria multis*
*Et placeat. quippe egregium proſternere ferro*
*Hoſtem, ſed Fabio ſit vos ſeruare triumphus.*
*Plena tibi caſtra atque intactus vulnere miles*
*Creditur, hos nobis (erit hæc tibi gloria) redde.*
*Iam cernes Libycum huic vallo aſſultare leonem.*
*Iam prædas offerre tibi, iam vertere terga,*
*Reſpectantem adeo, atq. iras cum fraude coquentem.*
*Claude oro caſtra, & cunctas ſpes eripe pugnæ.*
*Hæc monuiſſe ſatis, Sed, ſi compeſcere corda*
*Non datur oranti, magno te iure, pioq;*
*Dictator capere arma veto: ſic caſtra relinquens:*
*Vallarat monitus, ac ſe referebat ad vrbem.*

NI SACRA VOCARENT AD PATRIOS VENERANDA DEOS. ] Mira Romanorum religio, vt priuata ſacra reip. quoque anteferrent. Dico enim ex eo *Ad patrios Deos*, profectum ad gentilicia ſacra Fabium, quæ ſacra fiebant in Quirinali monte. Liuius li. 5. *In obſidione nuper in egregio adoleſcente C. Fabio non minore admiratione hoſtium, quàm veſtra conſpectum eſt? cùm inter Gallica tela digreſſus ex arce ſolemne Fabiæ gentis in colle Quirinali obijt? An gentilicia ſacra ne in bello quidem intermittitis?* Adeo non vanè ſcriptum eſt à Sext. Pompeio *quòd olim ſacra, non ſolùm publica curioſiſſimè adminiſtrabant, ſed etiam priuata.* Propterea tamen Fabius augur erat, & Pontifex teſte Cicerone. Val. Maximo li. 8. c. 13. *Duobus & ſexaginta annis auguratus ſacerdotium ſuſtinuit.* Liuius li. 30. *Eodem anno Q. Fabius Maximus moritur exacta ætatis: ſiquidem verum eſt Augurem quadraginta duos annos fuiſſe, quod quidam autores ſunt.* Mox Pontificem fuiſſe teſtatur, cuius in locum Sulpitius Galba ſurrogatus. Summo quoque Pontificatu ornatus erat. Fabius olim autor patribus cõſularibus viris, Sacerdotibus, triumphatoribus, vt non deſerta patria in curulibus eburneis conſidentes pro communi patriæ deuoti Gallorum pręſtolarentur impetum. Plut. in Camillo.

INTEREA, CREDE EXPERTO, NON FALLIMVR ] *Non fallimur*, quippe ſum expertus. *Non fallimus*, fidem facit, vt credat Minutius. Ita continent Col. M.

MAGNO TE IVRE, PIOQVE
DICTATOR CAPERE ARMA VETO. ] Plut. Fabio: *Παρέδωκε τῷ Μινουκίῳ τὴν δύναμιν ἐπὶ τῷ μὴ μάχεσθαι, μηδὲ συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις, οὐ μόνον ὡς αὐτοκράτωρ διαγορεύσας, ἀλλὰ καὶ παραινέσεις, καὶ δεήσεις πολλὰς αὐτῷ ποιησάμενος*: *Ea lege Minutio tradit*

*exercitum* Silius: *cui mos tranſmittere ſigna. & belli ſummam) vt ne pugnaret, néue cum hoſte manum conſereret, quod non interdixit ſolum imperatoris iure, ſed & monitis, & prece multa vſus eſt.*

*Ecce autem flatu claſsis Phœniſſa ſecundo*
*Littora Caietæ, Læſtrygoniósq. receſſus*
*Sulcabat roſtris, portúſque intrabat apertos,*
*Ac totus multo ſpumabat remige pontus,*
*Cùm trepidæ fremitu vitreis è ſedibus antri*
*Æquoreæ pelago ſimul emerſere ſorores,*
*Ac poſſeſſa vident infeſtu littora proris.*
*Tum magno percuſſa metu Nereia turba*
*Attonitæ propere refluunt ad littora nota,*
*Teleboi medio ſurgunt quà regna profundo,*
*Pumiceæq; procul ſedes, immanis in antro*
*Conditur abrupto Protheus, ac ſpumea late*
*Cautibus obiectis reiectat cærula; vates.*
*Is poſtquam (ſat gnarus enim rerúmque metúsq.)*
*Per varias luſit formas, & terruit atri*
*Serpentus ſquamis, horrendáq. ſibila torſit,*
*Et fremuit toruo mutatus membra leone,*
*Dicite ait, quæ cauſa viæ? quísve ora repente*
*Peruaſit pallor? cur ſcire futura libido?*
*Ad quæ Cymodoce nympharum maxima natu*
*Italidum, noſti noſtros præſage timores.*
*Quid Tyriæ claſſes, ereptáque littora nobis*
*Portendunt? num migrantur Rheteia regna*
*In Libyam ſuperis? aut hos Sarranus habebit*
*Nauita iam portus? patria num ſede fugatæ*
*Atlantem, & Calpen extrema habitabimus antra?*

TELEBOI MEDIO SVRGVNT QVA REGNA PROFVNDO. ] Græca vox eſt Τηλεβόαι, itaque poſtulat compoſitionis ratio, & Plautus Amphitruone.

*— contra Teleboa ex opido*
*Legiones educunt ſuas*

Scribo igitur: *Teleboïs*, elegantiùs, minoríque mutatione. Eadem inſula *Capreæ* deinde dicta: hic Protæi regnum. Propertius corrigente Parrhaſio:

*Et modò te Protei mirantem ſubdita regno*
*Æquora M. ſenu proxima litoribus.*

Tacit. Ann. 4. *Capreas Teleboïs habitatas fama tradidit.*
Æn. 7. *Teleboum Capreas dum regna teneret.*

Græcam compoſirionem Euſtathius in Odyſſ. α. nobis enudat: Τηλεβόαι, ἢ διότι ληιζόμενοι τῆλε τὰς βόας ἀπῆγον. ἢ ὅτι οὐ τοῖς πλησιοχώροις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῆλε, καὶ μακρὰν βοῶν, ἤτοι μάχην συνίστων. ἢ καὶ ὡς ἐρίφωνοι, καὶ τῆλε, τουτέστι μακρὰν, βοὴν ἀφιέντες: *Teleboæ dicti, aut quòd prædati longè boues agerent, aut quòd non vicinis modò, ſed & remotiorib. tumultum excirent, ſeu bellum facerent, aut quòd vocales, & longè clamorem eualerent mittere.* Aut, quod Apollodorus tradit lib. 2. de Taphio: Τοὺς λαοὺς Τηλεβόας ἐκάλεσεν, ὅτι τηλοῦ τῆς πατρίδος ἔβη. *Populum Teleboas appellauit, quòd longè iſſet à patria.*

PER VARIAS LVSIT FORMAS. ] Proteus, quo de Homerus Odyſſ. δ. & Euſtath. Nonnus lib. 1. & 4. Baſſaricωn, Virg. Æn. 4. Apuleius in Apol. Hor. li. 2. Sat. 3.

*Fiet aper, modò auis, modò ſaxum, & cùm volet, arbor.*

MIGRANTVR RHOETEIA REGNA IN LIBYAM SVPERIS.] Gell. lib. 2. c. 29. *Caſsita nidum migrauit, & ſeges à domino demeſſa eſt.* Ambo poſt Ciceronem lib. 3. de Finib *Quòd quis earum rerum migraſſet, noxia pœna par eſto.*

AVT HOS SARRANVS HABEBIT. ] Pœnus, ſeu Tyrius. *Sarra* enim Feſto Tyrus eſt, & Gell. li. 14. c. 6. Adi ad Seruium in 2. Georg.

*— Sarrano dormiat oſtro.*

Sidonius Car. 2.

*— humeróſque ex more priorum*
*Includit Sarrana chlamys*

ATLANTEM, ET CALPEN EXTREMA HABITABIMVS ANTRA. ] Loquuntur Italides Nymphæ, non vanè. Nam propter Ammonis refert Diodorus lariſſimum antrum conſpici, & ſolari luce torum reſplendere, adnaſci flores omnigenos, atque vberrimè caſiam, aliáque diutiſſimè odorem retinentia. Ibidem ſpectari Nympharum cubilia, quæ plurima ſurgant diuina magnificentia, non manu poſita. Vide ſis cætera. Ita plerumque latentes hiſtorias libat Silius.

*Tum ſic inuoluens repetita exordia retro*
*Incipit ambiguus vates, reſerátq. futura:*
*Laomedonteus Phrygia cùm ſedit in Ida*
*Paſtor, & erranteis dumoſa per auia tauros*
*Arguta reuocans ad roſcida paſcua canna,*
*Audiuit ſacræ lentus certamina formæ.*
*Tum matris currus niueos agitabat olores*
*Tempora ſollicitus litis ſeruaſſe Cupido*
*Paruulus ex humero coritus & aureus arcus*
*Fulgebat, nutúque vetans trepidare parentem*
*Monſtrabat grauidam telis ſe ferre pharetram.*
*Aſt alius niuea comebat fronte capillos*
*Purpureos, alius veſtis religabat amictus,*
*Cùm ſic ſuſpirans roſeo Venus ore decoros*

*Allo-*

*Alloquitur natos: teſtis certiſſima veſtræ*
*Ecce dies pietatis adeſt, quis credere ſaluis*
*Hoc auſit vobis? de forma atq; ore (quid vltra*
*Iam ſupereſt rerum?) certat Venus: omnia paruis*
*Si mea tela dedi blando medicata veneno,*
*Si veſter cælo ac terris qui fœdera ſancit*
*Stat ſupplex, cum vultu, auus, victoria noſtra*
*Cypron Idumæas referat de Pallade palmas*
*Et Iunone, Paphos centum mihi fumet in aris.*

MATRIS CVRRVS NIVEOS AGITABAT OLORES. ] Cupido. Veneris iugales *olores* quoque facit Statius:

— *thalamíque egreſſa ſuperbum*
*Limen Amyclæos ad frena citauit olores.*

Ouid. Metam. 10.

— *iunctiſque per aëra cygnis*
*Carpit iter.*

Apollo etiam cygnos currui ſubiunxit. Nonnus li. 8.

— Ἐπιχούμενος ἅρματι κύκνων. & l. κδ.
— *cygnis inuectus Apollo.*

Verùm Ouidius, Metam. 15. *Columbas* Veneris currui ſubiugat:

*Pérque leues auras iunctis inuecta columbis*
*Litus adit Laurens.*

Claudian. Epithalamio:

*Florea purpureas annectunt frena columbas.*

Inſinuant Silius li. 3. *alitem Cytheream* columbam vocans, & Maro Æn. 6. Nec immerito animalculum eſt enim ab ingenio ſalax, amoríſque concilians, ſi in paſtum venerit.

PARVVLVS EX HVMERO CORYTVS. ] Lib. 15.

— *ſtudéntque ſagittiferi coryti.*

Statius Theb. 9.

— *cæleſtibus implet*
*Coryton telis.*

Ouid. 5. Triſt. El. 8.

*In quibus eſt nemo, qui non coryton, & arcum.*

Quid quod Ælianus Hiſtor. Var. li. 1. c. 15. iſta? Ἐν Ἔρυκι δὲ τῆς Σικελίας, ἔνθα ἐστὶν ὁ τῆς Ἀφροδίτης νεὼς σεμνός τι, καὶ ἅγιος . . . καὶ λέγουσι τὴν Ἀφροδίτην εἰς Λιβύην ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀνάγεσθαι, ἀφανεῖς ἐκ τοῦ χώρου αἱ περιστεραὶ γίνονται, ὡσαπερεὶ τῇ Θεῷ συναποδημοῦσαι. *Eryce Siciliæ, vbi templum Veneris eſt auguſtum ac ſanctum . . . Aiunt Venere è Sicilia in Africam iter habente columbas eo in loco inconſpicuas eſſe, quaſi cum Dea ſua peregrinentur.* Ex inſequentibus columbas Veneri ſacras tibi perſpectiſſimum erit, Sapho paſſeres Veneri coniugat:

— Κάγοὶ δὲ Σ᾽ ἄγον, Ὠκέες στρουθοὶ

*— iacet ad oſtium Ionij traiectus.*

NIVEA COMEBAT FRONTE CAPILLOS PVRPVREOS. ] Pulcerrimos. Expoſitio eſt Porphyrii quid Horatius per *purpureos olores* voluerit lib. 4. Od.1.indicantis,atque Turnebi li.15. Aduerſ. c.22. Sic Ouid.li.2.Operis ſui Eleg.9.

*Notáque purpureus tela reſumit Amor.*

Ignoranter autor libri de Colorib. *niues purpureas*, ſeu purpuram colore referentes non admiſit. Tales enim, taliúmque cauſam pandit Euſtathius circa montes Armeniæ,Commentario in Il.λ. Περὶ τὰ Ἀρμένια ὄρη χιόνες φασὶν ἐρυθραὶ καταρρήγνυνται, διὰ τὸ ἐκ μιλτώδους γῆς ἀναθυμιάσεις πάντας ἀναφερομένας ὁμοίως ἀποπλύνειν τὸν πίπτοντα νιφετόν: *Circa montes Armeniæ rubræ, vt aiunt, niues effunduntur, quòd vapor è terra miniatula talis ſublime latus ſimili colore niuem imbuat.* Nec inferior quandoque *niuem purpuream* intelligendam candidam ſeu pulcram: ſic illud Albinouani interpretor:

*Brachia purpurea candidiora niue.*

Malè quoque Martialis exponitur pari naturæ ignoratione, qui *purpureum ſalem* dixerit optimum. Salis námque reapſe purpurei pronus condus eſt Strabo li.3. Ἅλες πορφυροῖ, τριφθέντες δὲ λευκοί, *Sal purpureus, qui attritu fit albus.* Qui Græcè neſciunt, legiſſe potuerant Solinum c.11. *Purpureum Ætna mittit ſalem.* Reperiet & *purpurei ſalis* micas in confecta farragine non indiligens obſeruator. Vidi ego profectò purpuraſcentes plus vice ſimplici.

PAPHOS CENTVM MIHI FVMET IN ARIS. ] Paphi Veneris ſimulacrum fuit virile, Tacitus lib.18. Macrob.li.3. Sat. cap. 8. *Signum etiam huius eſt Cypri barbatum corpore; ſed veſte muliebri, cum ſceptro, ac ſtatura viri.* Vide cætera. Sed Paphos in Cypro inſula eſt.

*Dúmque hæc aligeris inſtat Cytheres, ſonabat*
*Omne nemus gradiente dea. iam bellica virgo*
*Aegide depoſita, atq; aſſuetum caſſide crinem*
*Inuoluit, tum compta comam, pacémq; ſerenis*
*Conniuens oculis ibat, lucóq; ferebat*
*Prædicto ſacræ veſtigia concita plantæ.*
*Parte alia intrabat iuſſas Saturnia ſyluas,*
*Iudicium Phrygis, & faſtus paſtoris, & Idam,*
*Poſt fratris latura toros, poſtrema nitenti*
*Affulſit vultu ridens Venus, omnia circa,*
*Et nemora, & penitus frondoſis rupibus antra*
*Spirantem ſacro traxerunt vertice odorem.*
*Nec Iudex ſediſſe valet, feſſiq; nitoris*
*Luce cadunt oculi, metuit dubitaſſe videri.*
*Sed victa fera bella deæ vexere per æquor,*
*Atque exciſa ſuo pariter cum indice Troia eſt,*

*Tum prius Aeneas, terris iactatus & undis,*
*Dardanios Itala poſuit tellure penates.*
*Dum cete innabunt ponto, dum ſidera cælo*
*Lucebunt, dum ſol Indo ſe littore tollet:*
*Hic regna, & nullæ regnis per ſecula metæ.*
*At vos ô natæ, currit dum immobile filum,*
*Adriaci fugite infauſtas Saſſonis arenas:*
*Sanguineis tumidus ponto miſcebitur undis*
*Aufidus, & rubros impellet in æquora fluctus,*
*Damnatóq; deum quondam per carmina campo*
*Vetolæ rurſus Teucris pugnabitis umbræ.*
*Punica Romuleos quatient mox ſpicula muros*
*Multa quoque Haſdrubalis fulgebit ſtrage Metaurus.*
*Hinc ille è furto genitus, patruúq; piabit*
*Idem ultor, patríſq; necem: tum litus Eliſæ*
*Implebit flammis, auellétq; Itala Pœnum*
*Viſcera torrentem, & propriÿs ſuperabit in oris.*
*Huic Cartago armis, huic Africa nomine cedet.*
*Hic dabit ex ſeſe qui tertia bella fatiget,*
*Et cinerem Libyæ ferat in Capitolia victor.*

DVMQVE HÆC ALIGERIS INSTAT CYTHEREA. ] Hæc τάδε. Apuleius pariter. Virgilius ἐνεργητικῶς etiam li. 8.

*— Marti currúmque, rotáſque volucres*
*Inſtabant*

SONABAT OMNE NEMVS GRADIENTE DEA. ] Æneid. 1.

*Et vera inceſſu patuit Dea.*

AFFVLSIT VVLTV RIDENS VENVS. ] Homero φιλομμειδὴς propterea vocitatur: & ſi alii aliter exponunt. Et alter Poëta:

*Dulcè Venus riſit.*

HIC REGNA, ET NVLLÆ REGNIS PER SECVLA METÆ. ] Æneid. 1. Iupiter:

*His ego nec metas rerum, nec tempora pono,*
*Imperium ſine fine dedi.*

Ambo ex præceptrice Homeri vaticinatione Iliad. li. 20.

Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει
Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Interpretatus eſt Virgilius Æneid. 3.

*Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris,*
*Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.*

Quibus ſuffragium fero legentibus apud Homerum πάντεσσιν pro Τρώεσσιν, & Romanos ſignari volentibus, quorum meminit Strabo li. 13. Meminit etiam eorum Dionyſius, qui Homeri mentē in iis verſibus non peruiderunt, l. 1:

FVGITE INFAVSTAS SASSONIS ARENAS. ] Primo Ciuilium Lucanus:

*Spumoſo Calaber perfunditur æquore Saſſon.*

Nec procul Brunduſio locat. Et lib. 4.

*Non humilem Saſſona vadu*

De *Saſone* (ſic ibi ſcriptum) Polyb. li. 5. Κεῖται δὲ κατὰ τὴν εἰσβολὴν τὴν περὶ τὸν Ἰόνιον πόρον. Quædam exemplaria non geminant literam ſibilam, neque Græci: Scylax Caryandenus in Periplo, qui Cerauniis vicinam facit, Strabo li. 6. qui & Brunduſio propinquam Saſſonem.

MVLTA QVOQVE ASDRVBALIS FVLGEBIT STRAGE METAVRVS. ] Alii codices *Cæde*. Apollinaris Car. 2.

*Improbus, vt rubeat Barcina cæde Metaurus.*

item li. 1. Ep. 5.

HINC ILLE E FVRTO GENITVS. ] Scipio Africanus, quem putarunt furtiuo Iouis concubitu genitum. Silii li. 13. loquitur Pomponia Scipionis parens:

*Vidi crede Iouem, nec me mutata fefellit*
*Forma Dei, quòd ſquallentem conuerſus in anguem*
*Ingenti traxit curuata volumina gyro.*

Idem lib. 4. & li. 17. Pluribus fabulam extrahunt Liuius li. 26. Gell. lib. 7. ca. 1. Plut. in Scipione. Immò hiſtoriam volunt, & dæmonum opera tam Scipionem, quàm Alexandrum proſeminatum, qui rectius philoſophantur. Non quòd reapſe generent, quòd firmare nilus eſt Plut. in Numa: ſed quia gnari dæmones genitalem auram fouere in fomite, & quò velint deferre, atque vbi in vuluam commodum detulerint, eorum tandem miniſterio fœtus perficitur. Ipſe Scipio, quo fidē diuinioris ſeminis faceret, itare ſæpe ſolus ad Capitolium, oſtio clauſo manere, ſimulare ſe à Deo doceri: idque vulgo creditum, in cuius perſuaſionis argumentum ait Appianus Ibericis: Καὶ νῦν ἔτι τὴν εἰκόνα τοῦ Σκιπίωνος ἐν ταῖς πομπαῖς μόνου προφέρουσιν ἐκ τοῦ Καπιτωλίου, τῶν δ' ἄλλων ἐξ ἀγορᾶς φέρονται: *Hodie quoque, cùm pompa ducitur, vnius Scipionis ſignum è Capitolio deferunt, cæterorum è foro.*

*Quæ dum arcana deûm, vates euoluit in antro,*
*Iam monita, & Fabium, bellíque equitúmq; magiſter*
*Exuerat mentem, ac præceps tendebat in hoſtem.*
*Paſcere nec Pœnus prauum, ac nutrire fauorem*
*Deerat, & vt paruo maiora ad prælia damno*
*Eliceret, dabat interdum ſimulantia terga:*
*Non aliter, quàm qui ſparſa per ſtagna profundi*
*Euocat è liquidis piſcem penetralibus eſca.*
*Cúmque leuem ſumma vidit iam nare ſub vnda,*
*Ducit captiuum ſinuato ad littora lino.*
*Fama furit verſos hoſteis Pœnúmque ſalutem*
*Inueniſſe fuga, liceat ſi vincere, finem*

*Promitti cladum, ſed enim ditione carere*
*Virtutem, & pœnas vincentibus eſſe repoſtas.*
*Clauſurum iam caſtra ducem, rurſuſque referri*
*Vaginæ iuſſurum enſes, reddatur in armis*
*Vt ratio, purget miles cur vicerit hoſtem.*
*Hæc vulgus, necnon patrum Saturnia mentes*
*Inuidiæ ſtimulo fodit, & popularibus auris:*
*Tunc indigna fide cenſent, optandáq; Pœno,*
*Quæ mox haud paruo luerent damnata periclo.*
*Diuiditur miles, Fabióque equitúmque magiſtro*
*Imperia æquantur, penitus cernebat, & expers*
*Irarum ſenior, magnas ne penderet alti*
*Erroris pœnas patria inconſulta timebat.*
*Ac tum multa putans ſecum, vt remeauit ab vrbe*
*Partitus ſocias vires, vicina propinquis*
*Signa iugis locat, & ſpecula ſublimis ab alta*
*Non Romana minus ſeruat, quàm Punica caſtra.*
*Nec mora, diſiecto Minuti vecordia vallo*
*Perdendi ſimul, & pereundi ardebat amore.*
*Quem poſtquam rapidum vidit procedere caſtris,*
*Hinc Libys, hinc Fabius, ſimul accendere ſagaces*
*In ſubitum curas: propere capere arma maniplis*
*Edicit, nulloque tenet munimine turmas*
*Auſonius, torquet totas in prœlia vires*
*Pœnorum ductor, propellítque agmina voce:*
*Dum dictator abeſt, rape miles tempora pugnæ,*
*Non ſperata diu plano certamina campo*
*Offert ecce Deus. quoniam data copia, longum*
*Detergete ſitum ferro, multoq; cruore*
*Exſatiate viri plenos rubiginis enſes.*

NVTRIRE FAVOREM.] Quo Romani in Minutium propendebant. Nec defuit coniector, qui reponeret: *furorem.* indubiè Minutio adſcripſit: & ſi admittemus, fiet abſque ſententiæ diſpendio.

NVLLOQ. TENET MVMINE TVRMAS.] Quæ lectio ſi vera eſt, quomodo mox ait:

*Prius clauſtra manu portæ Dictator, & altos*
*Diſiecit poſtes, rupitque in prœlia curſum.*

Planè legendum:

*— Vallique tenet munimine turmas.*

Videatur Liuius. Hæc Modius. Cui ego. Diuerſis in locis, & ſi non vſque diſſitis, tendebant Minutius, & Fabius:

*Dum Dictator abeſt, rape miles tempora pugnæ.*

cum Minutio pugnandum viſum eſt (dicitur hic Silio *Auſonius*) ſuos nullo tenet munimine, nullo vallo: vnde præceſſit:

*— diſiecto Minuti vecordia vallo*
*Perdendi ſimul, & pereundi ardebat amore.*

cùm fatiſcenti, & anhelanti exercitui Minutii Fabio ſtetit opem ferre, quos ante clauſos vallo tenuit, dedit eos in campum, nec exſpectauit ſuorum miniſteria, ipſemet

*Primus clauſtra manu Dictator & altos*
*Diſiecit poſtes.*

Tota veritas nunc in aperto eſt. Neque conſultus Liuius lib. 22. nobis refragabitur.

*Atque ea cunctator penſabat ab aggere valli,*
*Perluſtrans campos oculis, tantoq; periclo*
*Diſcere quiſnam eſſet Fabius, te Roma dolebat.*
*Cui natus, iuncta arma ferens, dabit improbus, inquit,*
*Quas dignum pœnas, qui per ſuffragia cæca*
*Inuaſit noſtros hac ad diſcrimina faſces.*
*Inſanæ ſpectate tribus, proh lubrica roſtra,*
*Et vanis fora læta viris, nunc munera Martis*
*Aequent imperio, & ſolem concedere nocti*
*Sciſcant, imbelles magna mercede piabunt*
*Erroris rabiem, & noſtrum violaſſe parentem.*
*Tum ſenior quatiens haſtam, lacrymiſque coortis:*
*Sanguine Pœnorum iuuenis tam triſtia dicta*
*Sunt abolenda tibi: patiárne ante ora manúſque*
*Ciuem deleri noſtras? aut vincere Pœnum*
*Me ſpectante ſinam? nos æquauiſſe, minori*
*Soluetur culpa, ſi ſint mihi talia corda.*
*Iámque hoc (ne dubites) longæui nate parentis*
*Accipe, & æterno fixum ſub pectore ſerua:*
*Succenſere nefas patriæ, nec fœdior vlla*
*Culpa ſub extremas fertur mortalibus vmbras.*
*Sic docuere ſenes: quantus, qualiſque fuiſti*
*Cùm pulſus lare, & extorris Capitolia curru*
*Intrares exul, tibi corpora cæſa Camille*
*Damnata quot ſunt dextra? pacata fuiſſent*
*Ni conſulta viro, menſque impenetrabilis iræ,*
*Mutaſſentque ſolum ſceptris Aeneia regna:*
*Nulláque nunc ſtares terrarum vertice Roma.*

*Pone iras ô nate meas ſocia arma feramus,*
*Acceleremus opem, támque intermixta ſonabant*
*Claſsica, concurſúſq; viros colliſerat acer.*

TANTOQ. PERICLO DISCERE QVISNAM ESSET FABIVS TE ROMA DOLEBAT.] Res non obſcura: noſtræ ſed vocis egens. Roma periculum non videbat, viſura tamen erat, ſeu auditura: ergo dolitura, aptiúſque ſit *dolebis*, vel potius:

— *te Roma docebat.*

quia Fabii circumſpectio fuit neceſſaria, & virtus vtilis; meritóque filius ad vrbem conuerſus:

*Inſanæ ſpectate tribus.*

EXTORRIS CAPITOLIA CVRRV INTRARES EXVL.] Menda congeminat: neque enim [volue, reuolue hiſtoriam] bigis pugnantium heroum, neque barbarorum fulcato curru, neque triumphali Romanorum inuectus eſt in Capitolium Camillus extorris, neque vllo prorſus curru. Verùm vbi ſcitum Romanorum ſe Dictatorem creantium accepit, nihil cunctatus affuit. Reſcribo eapropter *Curſu* pro *Curru*. Neque id ad Camilli triumphum referri poteſt: niſi fortè ante victoriam, & hoſtem profligatum triumphauit. Neque cùm triumphauit, *extorris* erat, patriæ iam redditus, immo patriæ caput, & ſeruator. Iutus ſum à Plutarcho hanc ad coniectationem manu ducente in Camillo: Οὔσης δὲ περὶ τούτων πρός τε τοὺς Κελτοὺς, καὶ πρὸς αὐτοὺς διαφορᾶς, *Cùm Celtas inter, ac Romanos non conueniret.* in ipſo videlicet articulo, ἄγων τὸν στρατὸν ὁ Κάμιλλος ἐν ταῖς πύλαις ἦν. *Ducens exercitum Camillus in portu aderat.* Eundémque interuentum, vt inopinatum notat Liuius lib. 5. Et verò hoc nunc, cùm in pugnam Fabii opera ſit, vt olim Camilli, neceſſaria, qua proſtrata pene patria alleuetur, eius pugnæ meminiſſe oportuit exempli cauſa, non triumphi: aliàs ſaliat extra chordam Poëta. Quid moramur? anterius poſui, firmauíque ex Plutarchi Fabio peditem oportuiſſe ire Dictatorem, non equitem: quanto minus licuit curru inuehi, præſertim accincto pugnæ? τὸ *Exul* etiam diſplicet, quod quis non videt gloſſema eſſe τοῦ *Extorris*? Sic tandem redintegro perpetuum hunc locum:

*Cùm pulſus lare, & extorris Capitolia curru*
*Intrares? exin tibi corpora caſa Camille*
*Damnata quot ſunt dextra?*

*Damnata* iniuſto exilio, cenſuram agente D. Auguſtino lib. 4. de Ciuit. c. 7. & Hiſtoricis. Porro Camillum ab Ardea Romanis veniſſe ſubſidio ſcripſit præter Dionyſium, ac Liuium Appianus lib. 2. Ciuil.

PONE IRAS, Ô NATE, MEAS.] *Meas*, quib. honori meo conſultum is. *Meas*, in quas imperium meum eſt.

*Primus clauſtra manu portæ dictator, & altos*
*Diſiecit poſtes, rupitque in prælia curſum.*
*Non grauiore mouent venti certamina mole,*
*Odryſius boreas, & Syrtim tollere pollens*

*Africus, obnixi cùm bella furentia torquent,*
*Diſtraxere fretum, ac diuerſa ad littora voluunt*
*Aequor quiſque ſuum, ſequitur ſtridente procella*
*Nunc huc, nunc illuc raptim mare, & intonat vndis.*
*Haud tantum daret vllus honos, tellúſque ſubacta*
*Phœnicum, & Cartago ruens, iniuria quantum*
*Orta ex inuidia decoris tulit: omnia nanque*
*Dura ſimul deuicta viro, metus, Annibal, iræ,*
*Inuidia, atque vna Fama, & Fortuna ſubactæ.*
*Pœnus ab excelſo rapidos decurre vallo*
*Vt vidit, tremuere iræ, ceciditque repente*
*Cum gemitu ſpes, haud dubiæ præſumpta ruinæ:*
*Quippe aciem demſo circumuallauerat orbe*
*Hauſturus, clauſos coniectis vndiq; telis.*
*Atque hic Dardanus prauo certamine ductor*
*Iam ſtyga, & æternas intrarat mente tenebras.*
*Nam Fabium, auxiliúmq; viri ſperare pudebat,*
*Cùm ſenior gemino complexus prælia cornu*
*Vlteriore ligat Pœnorum terga corona.*
*Et modo claudentes aciem, nunc extima cingens,*
*Clauſos ipſe tenet, maiorem ſurgere in arma,*
*Maiorémq; dedit cerni Tirynthius, altæ*
*Scintillant criſtæ, & (mirum) velocibus ingens*
*Per ſubitum membris venit vigor, ingerit haſtas,*
*Aduerſúmq; premit telorum nubibus hoſtem.*
*Qualis poſt iuuenum nondum ſubeunte ſenecta*
*Rector erat Pylius bellis ætate ſecunda.*
*Inde ruens, Turin, & Buten, & Marin, & Arſen*
*Dat letho, ſiſúmq; manus conferre Maleon,*
*Cui decus inſigne, & quæſitum cuſpide nomen.*
*Tum Garadum, largúmq; comæ conſternit Adherben,*
*Et geminas acies ſuperantem vertice Tylin,*
*Qui ſummas alto prenſabat in aggere pinnas.*
*Eminus hos: gladio Sapharum, gladióque Moneſum,*
*Et Morinum Pugnas æris ſtridore cientem,*
*Dexteriore gena ſedit cui lethifer ictus,*
*Pérq; tubam fixæ decurrens vulnere malæ,*
*Extremo fluxit propulſus murmure ſanguis.*
*Proximus huic iaculo Naſamonius occidit Idmon.*

*Nanque ſuper tepido lapſantem ſanguine, & ægra*
*Lubrica nitentem nequicquam euadere planta*
*Impacto proſternit equo, trepidéq; leuantem*
*Membra afflicta ſolo, preſſa violentius haſta*
*Implicuit terræ, telúmque in cæde reliquit.*
*Hæret humi cornus motu tremefacta iacentis,*
*Et campis ſeruat mandatum affixa cadauer.*

IAM STYGA, ET ÆTERNAS INTRARAT MENTE TENEBRAS.] Id eſt, Salutem, iam Minutius deſperauerat, *præſentémque viro intentabant omnia mortem*, quod ea, ſimilique dictione Poëtæ efferunt. Camilla moriens apud Maronem lib. 11.

— — *tenebris horreſcunt omnia circùm.*

Theocritus Idyl. 4.

Φεῦ! φεῦ! βαξεῦνται καὶ ταὶ βόες, ὦ τάλαν Αἴγων
Εἰς Ἀΐδαν.
*Ah! ah! cerne, boues ſub triſtia tartara vadent,*
*Infelix Aegon.*

Apud Homerum Priamus Iliad. X.

— Οὗ μ' ἄχος ὀξὺ κατοίζεται Ἄϊδος εἴσω.
*En me mœrores mergent Plutonis auerno.*

Probauit variæ lectionis, atque imitationis Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 10. Οὐκ αἰσχύνεσθε, ἔφησεν, ὅτι κατὰ γῆς δύεσθε, εἰ οὐδὲ οἱ γέροντες ὑπὲρ ὑμῶν τῶν νέων ὅπλα λήψονται; Autor Geneſeως c. 42. *Deducetis canos meos cum dolore ad inferos.*

QVALIS POST IVVENEM NONDVM SVBEVNTE SENECTA.] Nulli codices variant. Scribe *poſt iuuenem*, ſignat tempus, cùm Neſtor iuuentam egerat, & necdum ſubibat ſenecta adultior. Quid ergo? cùm vir eſſet. Itáque poſt reperio in Marſi codice: liquida res.

INIBANT PROELIA, ET VNANIMI VEL MORTE EMISSE VOLEBANT SPECTARI FABIO.] Internatus verſus Modii ſolertia ſic è membranis ſupplentis. Id ſi cui minùs placebit, dicat τὸ *Inibant* eſſe hoſtilibus turmis immergi. Gallicè meliùs *Entrer dedans.*

*Necnon exemplo laudis furiata iuuentus,*
*Sylla ruunt, Craſſúſque ſimul, iunctúſque Metello*
*Fannius, ac melior dextra Torquatus, inibant*
*Spectati Fabio: miſer hic veſtigia retro*
*Dum rapit, & molem ſubducto corpore vitat*
*Intorti Bibulus ſaxi, atque in terga refertur,*
*Strage ſuper lapſus ſociûm, qua fibula morſus*
*Loricæ crebro laxata reſoluerat ictu*
*Accepit lateri, penitúſque in viſcera adegit*
*Extabat fixo quod forte cadauere ferrum.*

OCCVLTARAT IN VMBRA.] Alii codices P. & N. *Occultabat*.aptius: fermè enim ſolus ſeſe occultādi fuit conatus, quod arguit diſcurſ᷒ per ramos.

NEC DEINDE FVGAM SVADENTE PAVORE.] Optimè ſunt hæc conſtituta: moliri imitationem eſt ignorantiæ.

SVBLIMEM CALAMO SEQVITVR CRESCENTE VOLVCREM.] Ab hoc aucupio habes lib.14. Martiali inſcriptum Epigramma:

*Non tantum calamis; ſed cantu fallitur ales,*
*Callida dum tacita creſcit arundo manu.*

FVLVI IVGA CELSA TRAHEBANT CORNIPEDES.] *Furui* ſcriptum oportuit: ſic depoſtulat contentio cum Plutone.

*At Cato tum prima ſparſus lanugine malas,*
*Quod pepercre decus circeo Thuſcula dorſo*
*Mœnia, Laërtæ quondam regnata nepoti,*
*Quanquam tardatos turbata fronte Latinos*
*Collegiſſe gradum videt, imperterritus ipſe*
*Ferrato calce, atque effuſa largus habena*
*Cunctantem impellebat equum, negat obuius ire,*
*Et trepidat craſſa ſonipes exterritus vmbra.*
*Tum celer in pugnam dorſo delatus ab alto*
*Alipedem planta currum premit, atq; volanti*
*Aſsilit à tergo, cecidere & lora repente,*
*Et ſtimuli, ferrúmq; ſuper ceruice tremiſcens.*
*Palluit infelix ſubducto ſanguine Maurus,*
*Ora rapit gladio, præfixáque cuſpide portat.*
*At ſæuo Mauorte ferox perrumpit anhelum*
*Dictator cum cæde globum (miſerabile viſu)*
*Vulneribus feſſum, ac multo labente cruore*
*Ductorem cernit ſuprema, ac fœda precantem.*
*Manauere gentis lacrymæ, clypeóque pauentem*
*Protegit, & natum ſtimulans, fortiſsime labem*
*Hanc pellamus ait, Pœnóque ob mitia facta*
*Quòd nullos noſtris igneis diſperſerit agris,*
*Dignum expendamus pretium: tunc arte paterna*
*Ac ſtimulis gaudens iuuenis, circundata Pœnum*
*Agmina deturbat gladio, campúmq; relaxat,*
*Donec Sidonius decederet æquore ductor.*
*Ceu ſtimulante fame, rapuit cùm Martius agnum*
*Auerſo paſtore lupus, fœtúmq; trementem*
*Ore tenet preſſo, tum ſi veſtigia curſu*

*Auditis celeres balatibus obuia paſtor,*
*Iam ſibimet metuens, ſpirantem dentibus imis*
*Reiectat prædam, & vacuo fugit æger hiatu,*
*Tum demum terris, quas circunfuderat atra*
*Tempeſtas, ſtygiæ tandem fugere tenebræ.*
*Torpebant dextræ & ſeſe meruiſſe negabant*
*Seruari, ſubitiſq; bonus mens ægra natabat,*
*Vt qui collapſa preſſi iacuere ruina,*
*Eruta cùm ſubito membra, & nox atra receſſit,*
*Conniuent, ſolémque pauent agnoſcere viſu.*
*Queis actis, ſenior numerato milite lætus*
*Collibus, & tuto repetebat in aggere caſtra.*
*Ecce autem è media iam morte renata iuuentus*
*Clamorem tollens ad ſidera, & ordine longo*
*Ibat ouans, Fabiúmq; decus, Fabiúmque ſalutem*
*Certatim, & magna memorabat voce parentem.*
*Tum qui partitis diſceſſerat ante maniplis,*
*Sancte ait ô genitor reuocati ad lucis honorem,*
*Si fas vera queri, cur nobis caſtra, viróſq;*
*Diuidere eſt licitum? patiens cur arma dediſti,*
*Quæ ſolus rexiſſe vales? hoc munere lapſi*
*Aeternas multo cum ſanguine vidimus vmbras.*
*Ocyus huc aquilas, ſeruatáq. ſigna referte,*
*Hic patria eſt, muríq. vrbis ſtant pectore in vno.*
*Túque dolos Pœne, atq. aſtus tandem exue notos,*
*Cum ſolo tibi iam Fabio ſunt bella gerenda.*
*Hæc vbi dicta dedit, mille hinc (venerabile viſu)*
*Ceſpite de viridi ſurgunt properantius aræ.*
*Nec prius aut epulas, aut munera grata Lyæi*
*Fas cuiquam tetigiſſe fuit, quàm multa precatus*
*In menſam Fabio ſacrum libauit honorem.*

CIRCÆO TVSCVLA DORSO MOENIA LAERTÆ QVONDAM REGNATA NEPOTI. ] Telegono, quem ex Circe Vlyſſes ſuſtulit in lucem, ab eo poſtmodum luce priuandus. Tuſculum condidit referente Ouidio li.3. & 4. Faſtorum:

*Factáque Telegoni mœnia celſa manu.*

Vel autore Feſto *Tuſculum dictum, quod aditum difficilem habet, id eſt* δύσκολον. Iterat verbo: *Mamiliorum.* & in fragmento ex bibliotheca Farneſiana, vbi additur: Θυοσκόοι: *vnde Tuſculum ab eadem cauſa ſacrificiorum.*

DVCTOREM CERNIT. ] Minutium.

COLLIBVS ET TVTO REPETEBAT IN AGGERE CASTRA. ] Caſtra Fabii in colle erant: vnde ſupra Annibal:

*Pœnus ab excelſo rapidos decurrere vallo*
*Vt vidit*

Ex ea caſtrametatione eſt Annibalis victi iocus relatus Plutarcho in Fabio: Οὐκ ἐγὼ μέντοι προὔλεγον ὑμῖν πολλάκις τὴν ἐπὶ τῶν ἄκρων ταύτην καθημένην νεφέλην, ὅτι μετὰ ζάλης ποτὲ καὶ καταιγίδων ὄμβρον ἐκρήξει; *Non ego vobis antedixi ſæpe ſedentem in alto nebulam cum turbine ac procellis imbres daturam?*

SANCTE, AIT, O GENITOR. ] Plut. in Fabio: Πατέρα δ' ἐγὼ χρηστὸν προσαγορεύω τιμιωτέραν οὐκ ἔχων προσηγορίαν, ἐπεὶ παρά γε τοῦ τεκόντος μείζων ἡ παρὰ σοῦ χάρις αὕτη. ἐγεννήθην μὲν γὰρ ὑπ' ἐκείνου μόνος, σώζομαι δὲ ὑπὸ σοῦ μετὰ τοσούτων: *Patrem te bonum appello honoratiore deſtitutus vocabulo: nam quæ à te mihi præſtatur gratia maior eſt parentis beneficio: ſolus ab illo ſum genitus, à te verò ſeruor cum hac ego multitudine.* Verba ſunt à generoſo profecta pectore, & ab inſtituto Romanorum: nam qui alterius ope ex præſenti mortis periculo abreptus erat in conflictu, bene meritum per omnem vitam patris loco colebat, & nomine. Polyb. li. 6. Σέβεται δὲ τοῦτον (τὸν σώσαντα) καὶ παρ' ὅλον τὸν βίον ὁ σωθεὶς ὡς πατέρα, καὶ πάντα δεῖ τούτῳ ποιεῖν αὐτὸν, ὡς τῷ γονεῖ. *Hunc veneratur, ac per omnem vitam, qui ſeruatus eſt, vt patrem colit, eúmque vt patri omnia præſtare neceſſe eſt.* Subſcribit & Liuius li. 22. à Minutio Fabium *patrem* appellatum, huiuſque milites *patronos* ab illius. Plin. l. 22. c. 5. Val. Max. li. 5. c. 2. De Fabii honore appono Epigramma in vetuſtiſſimo lapide Florentiæ:

Q. F. MAXIMVS
DICTATOR. BIS. COS. V. CEN-
SOR. INTERREX. II. ÆD. CVR
Q. II. TROM. BIS PONTIFEX. AVGVR
PRIMO. CONSVLATV. LIGVRES. SVBE
GIT. EX. IIS. TRIVMPHAVIT. TERTIO ET
QVARTO. ANNIBALEM. COMPLVRI-
BVS. VICTORIS. FEROCEM. SVBSEQVEN-
DO. COERCVIT, DICTATOR. MAGISTRO
EQVITVM. MINVCIO. QOIVS. POPV-
LVS. IMPERIVM. CVM. DICTATORIS
IMPERIO. ÆQVAVERAT. ET. EXERCITVI
PROFLIGATO. SVBVENIT. ET. EO NOMI-
NE. AB EXERCITV. MINVCIANO. PA-
TER APPELLATVS. EST. CONSVL. QVIN-
TVM. TARENTVM. CEPIT. TRIVMPHA-
VIT. DVX. ÆTATIS. SVÆ. CAVTISSIMVS.
ET. REI. MILITARIS. PERITISSIMVS.
HABITVS. EST. PRINCEPS. IN. SENATVM
DVOBVS. LVSTRIS. LECTVS. EST.

Publius Scipio primus omnium ſuum ipſe natum parentem inopinatò ſeruatus compellauit. Polyb. li. 10. Ὁ δὲ Πόπλιος ἀνελπίστως σωθεὶς πρῶτος αὐτὸς τὸν υἱὸν σωτῆρα προσεφώνησε πάντων ἀκουόντων. *Publius inſperatò ſeruatus ipſemet primus filium Seruatorem appellauit omnibus audientibus.*

IN MENSA FABIO SACRVM LIBAVIT HONOREM. ] Fabius Minutio, ſociiſque fuerat veluti Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, *Deus è machina*, inopinatæ ſalutis autor: eo nomine veluti Deo vinum libant ſuper menſam. Nec enim *ſeruatorem*, ſed Deum quoque nominitabant. Dionyſius Hal. l. 10. de Siccio Dentato, Πατέρα, καὶ σωτῆρα, καὶ Θεόν, καὶ πάντα τὰ τιμιώτατα ὠνόμαζον Σίκκιον. *Patrē, & ſeruatorem, & Deum Siccium nominabant, & honorificentiſsimis quibuſque vocabulis ornabant.* Ita factum vt Fabio, veluti Deo, libarent. Adde Val. Max. l. 8. c. 15. *Poſtquam enim Cimbros ab eo deletos initio noctis nũcius peruenis* (latet error) *nemo fuit, qui non illi tanquam dijs immortalibus apud ſacra menſa ſua libauerit.*

---

# IN LIB. VIII. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO

### *Claud. Dauſqueij Can. Tor.*

### COMMENTARIVS.

*PRimus Agenoridum cedentia terga videre*
*Aeneadis dederat Fabius: Romana parentem*
*Solum caſtra vocant, ſolum vocat Annibal hoſtem.*
*Impatienſq; moræ fremit, vt ſit copia Martis.*
*Expectanda viri fata, optandúmq; ſub armis*
*Parcarum auxilium. nanq; hac ſpirante ſenecta*
*Nequicquam ſeſe Latium ſperare cruorem.*
*Iam verò concors miles, ſigníſq. relatis*
*Indiuiſus honos, iterúmq. & rurſus eidem*
*Soli obluctandum Fabio, maioribus ægrum*
*Angebat curis, lentando feruida bella*
*Dictator, cùm multa adeo, tum miles egenus*
*Cunctarum vt rerum Tyrius foret, arte ſedendi*
*Egerat, & quanquam finis pugnáque manúq.*
*Haud dum partus erat, iam bello vicerat hoſtem.*
*Quin etiam ingenio fluxi, ſed prima feroces*
*Vaniloquum Celtæ, genus ac mutabile mentis,*
*Reſpectare domos, mærebant cæde ſine vlla*
*(Inſolitum ſibi) bella geri, ſiccáſque cruore.*

*Inter tela ſiti Mauortis hebeſcere dextras.*
*His ſuper, internæ labes, & ciuica vulnus*
*Inuidia angebant, læuus conatibus Anno*
*Ductoris, non vlla domo ſubmittere patres*
*Auxilia, aut vllis opibus iuuiſſe ſinebat.*
*Queis lacerum curis, & rerum extrema pauentem*
*Ad ſpes armorum, & furialia vota reducit*
*Præſcia Cannarum Iuno, atque elata futuris.*

LENTANDO FERVIDA BELLA. ] Æn. 3.

— *lentandus remus in vnda.*

Vnde Seneca Agamemnone:

*Properat iuuentus omnis adductos ſimul*
*Lentare remos.*

PRIMA FEROCES VANILOQVVM CELTÆ GENVS. ] Liuius lib. 10. de Gallis: *Primáque eorum prælia pluſquam virorum, poſtrema minus quàm fæminarum eſſe.* Polyb. li. 2. Κατὰ τὴν πρώτην ἔφοδον, ἕως ἂν ἀκέραιον ᾖ, φοβερώτατόν ἐστι πᾶν τὸ γαλατικὸν φῦλον. *Gallorum gens prima congreſsione, quamdiu integrum eſt, tota formidabilis eſt.* Tum neſcio quid plenum inaniarum ſubit, quod è Silio, Liuióque expleas.

INTER TELA SITI MAVORTIS HEBESCERE DEXTRAS. ] Modius *Situ.* Si à feliciori coniectura nomen exambirem, reponerem:

*Inter tela ſati.*

Alibi Silius:

— *gentes*
*Inter tela ſata.*

Celtæ verò paſſim audiunt Martii. Verùm certo certius adſtruenda vetus lectio, & cõlucanda, ſiquis hæret. *Siti Mauortis* pro ardenti belli deſiderio. Quib. verbis obiacent illa *ſiccas cruore dextras.* Prudentius dixit in Pſychomachi *Eremi ſitis.* Et Silius li. 12.

— *ſitiens grauis haſta cruorem.*

Inepto præterea conatu ineptiorem correctionem ſuam Heynſius iactat, dum Propertium Eleg. 19. lib. 3 corrumpit, vbi indubiè legendum eſt:

*Lenibunt tacito vulnera noſtra ſinu.*

Quærit amori remedium Poëta: dabunt *aut ſpatia annorum, aut longa interualla profundi,* quæ

*Lenibunt tacito v. n. ſinu,*

corde ſcilicet iam medicato, nec per amorem, qui tum exactus fuerit, emicante, neque dato ſuſpirio vllo, quod amicum amantibus: ſed *tacito ſinu.* Hac tamen exturbata voce Heynſius intruſit *Situ:*

*Nanq. hac accitam ſtagnis laurentibus Annam*
*Affatur voce, & blandis hortatibus implet:*
*Sanguine cognato iuuenis tibi diua laborat*

Annibal

*Annibal à noſtro nomen memorabile Belo.*
*Perge age, & inſanos curarum comprime fluctus.*
*Excute ſollicito Fabium, ſola illa Latinos*
*Sub iuga mittendi mora, iam diſcingitur armis,*
*Cum Varrone manus, & cum Varrone ſerenda*
*Prælia, ne deſit fatis, ad ſigna mouenda.*
*Ipſa adero, tendat iamdudum in Iapyga campum.*
*Huc Trebiæ rurſum, & Thraſimeni fata ſequentur.*
*Tum diua indigetis caſtis contermina lucis,*
*Haud, inquit, tua ius nobis præcepta morari.*
*Sed fas ſit, cautum quæſo retinere fauorem*
*Antiquæ patriæ, mandatáq; magna ſororis,*
*Quanquam inter Latios Annæ ſtet numen honores.*
*Multa retro rerum iacet, atq. ambagibus æui*
*Obtegitur denſa caligine merſa vetuſtas,*
*Cur Sarrana dicent Oenotri numina templo,*
*Regnísq. Aeneadum germana colatur Eliſa.*
*Sed preſſus ſtringam reuocatam ab origine famam*
*Narrandi metis, breuitérque antiqua reuoluam,*
*Iliaco poſtquam deſerta eſt hoſpite Dido,*
*Et ſpes abrupta è medio, in penetralibus atram*
*Feſtinat furibunda pyram, tum corripit enſem*
*Certa necis, profugi donum exitiale mariti,*
*Deſpectus tedæ regnis ſe imponit Hyarbas,*
*Et tepido arma rogo figit. quis rebus egenis*
*Ferret opem Nomadum late terrente tyranno?*
*Battus Cynerem molli tum forte fouebat*
*Imperio, mitis Battus, lacrymáſque dediſſe*
*Caſibus humanis facilis, qui ſupplice viſa*
*Intremuit regum euentus, dextrámq. tetendit.*
*Atque ea dum flauas bis tondet meſſor ariſtas*
*Seruata interea ſedes, nec longius vti*
*His opibus Battóq. fuit: nam ferre per æquor*
*Exitium miſeræ iam Pygmaliona docebat.*
*Ergo agitur pelago diuis inimica, ſibíq.*
*Quòd ſe non dederit comitem in ſuprema ſorori,*
*Donec iactatam laceris (miſerabile) velis*
*Fatalis turbo in Laurenteis expulit oras.*
*Non cæli, non illa ſoli, non gnara colentum*

*Sidonis in Latiâ trepidabat naufraga terra.*

NAMQVE HAC ACCITAM. ] Prætulerim *Iamque*, cuius enim hæc eſt ratio?

IAM DISCINGITVR ARMIS. ] Velut exautoratus. Græcè ἀπεζωσμένοι. *Diſcincti*, tales Herodianus de Seuero: Τοὺς περτίνακα ἀποκτείναντας ἀπέζωσεν, *Qui Pertinacis cædem fecerant, diſcinxit.* diſcinxit, exautorauit. Nec ferè quidquam crebrius in geſtis Sanctorum. Quandoque exautorati carebant infamia, velut hîc Fabius, quíque legitimè miſſi.

IN IAPYGA CAMPVM. ] Strabo lib. 6. Ἰάπυγας δ᾽ λεχθῆναι πάντας φασὶ μέχρι τῆς Δαυνίας, ἀπὸ Ἰάπυγος, ὃν ἐκ Κρήσσης γυναικὸς Δαιδάλῳ γενέσθαι φασὶν, καὶ ἡγήσασθαι τῶν Κρητῶν. *Iapygas dictos omnes aiunt aduſque Dauniam, ab Iapyge, quem ex Creſſa muliere Dædali natum ferunt, & Cretenſib. imperitaſſe.* Ibidem Ἣν Μεσσαπίαν, καὶ Ἰαπυγίαν, καὶ Καλαβρίαν, καὶ Σαλεντίνην κοινῶς οἱ πολλοὶ προσαγορεύουσι. *Quam Meſſapiam, & Iapygiam, & Calabriam, & Salentinam communiter vulgus appellat.* Antonius Liberalis Metam. 21. explicatiùs Daunios, Peucetios, Meſſapios diſterminat. Parcior ſum, quòd Strabo ſuper Peucetiorum, & Dauniorum finib. non putet anxiè quærendum: vetuſtas námque fines, & nomina obruit. Hecatæus duas ponit Iapygias, quarum vna ſit in Apulio, altera in Illyrico, à quarum vtraque, *Iapyx*, & *Iapygius* inclinetur.

TVM DIVA. INDIGETIS CASTIS CONTERMINA LVCIS. ] Æneæ indigetis, Liuius lib. 1. Ouid. 3. Faſt. Dionyſ. lib. 1. Antiq. Rom. Feſtus: *Hoc nomine Æneas ab Aſcanio appellatus eſt, cùm pugnans cum Mezentio nuſquam apparuiſſet. in cuius nomine etiam templum conſtruxit*, Gell. li. 2. c. 16. ſcribit Æneam *immortalem indigetem futurum*. Solin. c. 8. Tibullus, alii.

CVR SARRANA DICENT OENOTRI NVMINA TEMPLO. ] Aperit & Ouidius 3. Faſtorum non parcè.

ET TEPIDO ARMA ROGO FIGIT. ] Appoſitè ad hiſtoriam, fortè & ad Poëtæ mentem. Modius Epiſt. 28. Nouantique reſcribit:

*Et tepido fugit Anna rogo.*

Alterum hoc ſenſu ferri poteſt. Hiarbas erat tam præpropera regnandi libidine, vt cùm ſe regno impoſuit, ſtatim arma, ſeu inſignia fixerit in columna aliqua, qualis rogi, tumulíque iudex à veteribus ſcribitur, *rogo etiamnum tepente.*

BATTVS CYRENEN MOLLI TVM FORTE REGEBAT IMPERIO. ] Theræi, & Cyrenenſes Batto infanti nomen inditum volunt: Herodotus Melpomene à Pythia iam grandior, quòd illa gnara fatis ei regnum portendi, Battum appellarit lingua Libyca: Λίβυες γὰρ τὸν βασιλέα Βάττον καλοῦσι, *Libyes enim regem Battum dicunt.* Silio in huius hiſtoriæ narratu, & Solino c. 40. *diſconuenit ordine toto.* Porro Cyrene primam longat plurimum Silio, aliiſque. Aliis verò aliter. Nonnus l. κζ.

— *Λεοντοφόνοιο Κυρήνης*
— *Leonum triſte Cyrene.*
*Exitium.*

Hermeſianax:

*Ἄνδρα Κυρηναῖον δ᾽ ἔσω πόθος εἵλκυσεν ἰσθμοῦ.*
*Magna cupido Cyrenæum pertraxit in Iſtmum.*

Catullus: *Laeepiciferis iacet Cyrenis.*

DVM FLAVAS BIS TONDET MESSOR ARISTAS. ] Ouidius in narratu totius hiſtoriæ:

*Signa recenſebat bis ſol ſua, tertius ibat*
*Annus, & exſilio terra paranda noua eſt.*

SERVATA INTEREA SEDES. ] Emendo:

*Seruata interea ſede eſt.*

Biennium loquitur, quo apud Battum egit Anna, dum auditus ſit aduentare Pygmalion.

FATALIS TVRBO. ] Tempeſtas, qua nauis Annæ diſiecta. Ouid.

*Adſiliunt fluctus, imoque à gurgite pontus*
*Vertitur, &c.*

*Ecce autem Aeneas ſacro comitatus Iulo*
*Iam regni compos, noto ſeſe ore ferebat,*
*Qui terræ defixam oculis, & multa timentem,*
*Ac deinde adlapſam genibus lacrymantis Iuli*
*Attollit, mitiq; manu intra limina ducit,*
*Atque vbi iam caſus, aduerſorúmque pauorem*
*Hoſpitij lenîuit honos, tum diſcere mæſta*
*Expoſcit cura lethum infelicis Eliſæ.*
*Cui ſic verba trahens, largis cum fletibus Anna*
*Incipit, & blandas addit pro tempore voces:*
*Nate Dea, ſolus regni, lucíſq; fuiſti*
*Germanæ tu cauſa meæ, mors teſtis, & ille*
*Heu cur non idem mihi tunc rogus, ora videre*
*Poſtquam eſt ereptum miſeræ tua, littore ſedit*
*Interdum, fletis interdum, ventóſq; ſequuta*
*Infelix oculis, magno clamore vocabat*
*Aeneam, comitémque tuæ ſe imponere ſolam*
*Orabat paterere rati, mox turbida anhelum*
*Retulit in thalamos curſum, ſubitóq. tremore*
*Subſtitit, & ſacrum timuit tetigiſſe cubile.*
*Inde amens, nunc ſideream, Iuliq. tuámque*
*Effigiem fouet amplexu, nunc tota repente*
*Ad vultus conuerſa tuos, ab imagine pendet.*
*Conqueritúrque tibi, & ſperat reſponſa remitti,*
*Nonnunquam ſpem ponit amor, iam tecta, domúmq.*
*Deſerit, & rurſus portus furibunda reuiſit,*
*Si qui te referant conuerſo flamine venti.*
*Ad magicas etiam fallax, atque improba gentis*
*Maſſilæ leuitas deſcendere compulit artes.*

*Africus, obnixi cùm bella furentia torquent,*
*Diſtraxere fretum, ac diuerſa ad littora voluunt*
*Aequor quiſque ſuum, ſequitur ſtridente procella*
*Nunc huc, nunc illuc raptim mare, & intonat vndis.*
*Haud tantum daret vllus honos, tellúſque ſubacta*
*Phœnicum, & Cartago ruens, iniuria quantum*
*Orta ex inuidia decoris tulit: omnia nanque*
*Dura ſimul deuicta viro, metus, Annibal, iræ,*
*Inuidia, atque vna Fama, & Fortuna ſubactæ.*
*Pœnus ab excelſo rapidos decurre vallo*
*Vt vidit, tremuere iræ, cecidítque repente*
*Cum gemitu ſpes, haud dubiæ præſumpta ruinæ:*
*Quippe aciem demſo circumuallauerat orbe*
*Hauſturus. clauſos coniectis vndiq; telis.*
*Atque hic Dardanus prauo certamine ductor*
*Iam ſtyga, & æternas intrarat mente tenebras.*
*Nam Fabium, auxiliúmq; viri ſperare pudebat,*
*Cùm ſenior gemino complexus prælia cornu*
*Vlteriore ligat Pœnorum terga corona.*
*Et modo claudentes aciem, nunc extima cingens,*
*Clauſos ipſe tenet, maiorem ſurgere in arma,*
*Maiorémq; dedit cerni Tirynthius, altæ*
*Scintillant criſtæ, & (mirum) velocibus ingens*
*Per ſubitum membru venit vigor, ingerit haſtas,*
*Aduerſúmq; premit telorum nubibus hoſtem.*
*Qualis poſt iuuenum nondum ſubeunte ſenecta*
*Rector erat Pylius bellis ætate ſecunda.*
*Inde ruens, Turin, & Buten, & Marin, & Arſen*
*Dat letho, fiſúmq; manus conferre Maleon,*
*Cui decus inſigne, & quæſitum cuſpide nomen.*
*Tum Garadum, largúmq; comæ conſternit Adherben,*
*Et geminas acies ſuperantem vertice Tylin,*
*Qui ſummas alto prenſabat in aggere pinnas.*
*Eminus hos: gladio Sapharum, gladióque Moneſum,*
*Et Morinum Pugnas æris ſtridore cientem,*
*Dexteriore gena ſedit cui lethifer ictus,*
*Pérq; tubam fixæ decurrens vulnere malæ,*
*Extremo fluxit propulſus murmure ſanguis.*
*Proximus huic iaculo Naſamonius occidit Idmon.*

*Nanq;*

*Nanque ſuper tepido lapſantem ſanguine, & ægra*
*Lubrica nitentem nequicquam euadere planta*
*Impacto proſternit equo, trepidéq; leuantem*
*Membra afflicta ſolo, preſſa violentius haſta*
*Implicuit terræ, telúmque in cæde reliquit.*
*Hæret humi cornus motu tremefacta iacentis,*
*Et campis ſeruat mandatum affixa cadauer.*

IAM STYGA, ET ÆTERNAS INTRARAT MENTE TENEBRAS.] Id eſt, Salutem, iam Minutius deſperauerat, *præſentémque viro intentabant omnia mortem*, quod ea, ſimilíque dictione Poëtæ efferunt. Camilla moriens apud Maronem lib. 11.

— — *tenebris horreſcunt omnia circùm.*

Theocritus Idyl. 4.

Φεῦ! φεῦ! βαξεῦνται καὶ ταὶ βόες, ὦ τάλαν Αἴγων
Εἰς Ἀΐδαν.
*Ah! ah! cerne, boues ſub triſtia tartara vadent,*
*Infelix Aegon.*

Apud Homerum Priamus Iliad. X.

— Οὗ μ' ἄχος ὀξὺ κατοίζεται Ἄϊδος εἴσω.
*En me mærores mergent Plutonis auerno.*

Probauit variæ lectionis, atque imitationis Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 10. Οὐκ αἰσχύνεσθε, ἔφησεν, ὑπὲρ τῆς γῆς δύσεσθαι, εἰ οὐδὲ οἱ γέροντες ὑπὲρ ὑμῶν τῶν νέων ὅπλα λήψονται; Autor Geneſeωs c. 42. *Deducetis canos meos cum dolore ad inferos.*

QVALIS POST IVVENEM NONDVM SVBEVNTE SENECTA.] Nulli codices variant. Scribe *poſt iuuenem*, ſignat tempus, cùm Neſtor iuuentam egerat, & necdum ſubibat ſenecta adultior. Quid ergo? cùm vir eſſet. Itáque poſt reperio in Marſi codice: liquida res.

INIBANT PROELIA, ET VNANIMI VEL MORTE EMISSE VOLEBANT SPECTARI FABIO.] Internatus verſus Modii ſolertia ſic è membranis ſupplentis. Id ſi cui minùs placebit, dicat τὸ *Inibant* eſſe hoſtilibus turmis immergi. Gallicè meliùs *Entrer dedans.*

*Necnon exemplo laudis furiata iuuentus,*
*Sylla ruunt, Craſſúſque ſimul, iunctúſque Metello*
*Fannius, ac melior dextræ Torquatus, inibant*
*Spectati Fabio: miſer hic veſtigia retro*
*Dum rapit, & molem ſubducto corpore vitat*
*Intorti Bibulus ſaxi, atque in terga refertur,*
*Strage ſuper lapſus ſociûm, qua fibula morſus*
*Loricæ crebro laxata reſoluerat ictu*
*Accepit lateri penitúſque in viſcera adegit*
*Extabat fixo quod forte cadauere ferrum.*

*Heu ſortem necis! euaſit Garamantica tela,*
*Marmaridúmque manus, vt inerti cuſpide fuſus*
*Occideret, telo non in ſua vulnera miſſo.*
*Voluitur exanimis, turpátq; decora iuuenta*
*Ora nouus pallor, membris dimiſſa ſolutis*
*Arma fluunt, errátque niger per lumina ſomnus.*
*Venerat ad bellum Tyria Sidone, nepotum*
*Excitus prece, & auxilio ſocia arma ferebat*
*Eoa tumidus pharetrati militis ala*
*Gens Cadmi Cleadas, fulua cui plurima paſſim*
*Caſſide, & aurato fulgebat gemma monili.*
*Qualis vbi oceani renouatus lucifer vnda*
*Laudatur Veneri, & certat maioribus aſtris.*
*Oſtro ipſe, ac ſonipes oſtro, totúmq; per agmen*
*Purpura Agenoreis ſaturata micabat ahenis.*
*Hic auidum pugnæ, & tam clarum excindere nomen*
*Brutum exoptantem, varie nunc læuus in orbem,*
*Nunc dexter lenibus flexo per deuia gyris*
*Ludificatus equo, volucrem per terga ſagittam*
*Fundit, Achemenio detrectans prælia ritu.*
*Nec damnata manus, medio ſed (flebile) mento*
*Armigeri Caſcæ penetrabilis hæſit arundo,*
*Obliquúmq; ſecans ſubrecta cuſpide vulnus*
*Vuenti ferrum admouit tepefacto palato.*
*At Brutus diro caſu turbatus amici,*
*Auſum multa virum, & ſpargentem in vulnera ſæuos*
*Fraude fugæ calamos, iam nullis curſibus inſtat*
*Prendere cornipedis, ſed totam pectoris iram*
*Mandat atrox haſtæ, telúmq; volatile nodo*
*Excutit, & ſummum, qua laxa monilia crebro*
*Nudabant curſu, tranſmittit cuſpide pectus.*
*Labitur intento cornu transfixus, & vna*
*Arcum læua cadens, dimiſit dextra ſagittam.*
*At non tam triſti ſortitus prælia Marte*
*Phœbei Soractis honor Charmelus agebat:*
*Sanguine quippe ſuo iam Bragada tinxerat enſem,*
*Dux rectórq; Iuba populi, iam fuſus eidem*
*Zeuſis, Amyclæi ſtirpis impacata Phalanti,*
*Quem tulerat mater claro Phœniſſa Laconi.*

*Talia dum metuit, nec pugnæ fiſus in hoſte*
*Tam rapido, nec deinde fugam ſuadente pauore,*
*Per dumos miſer, & vicina cacumina quercus*
*Repſerat, atq; alta ſeſe occultarat in vmbra*
*Nampſicus, inſiſtens tremulis ſub pondere ramis.*
*Hunc longa, multa orantem Charmelus, & altos*
*Mutantem ſaltu ramos tranſuerberat haſta:*
*Vt qui viſcatos populatur arundine lucos,*
*Dum nemoris celſi procera cacumina ſenſim*
*Subtracta certat tacitus contingere meta,*
*Sublimem calamo ſequitur creſcente volucrem.*
*Effudit vitam, atque alte manante cruore*
*Membra pependerunt curuato exanguia ramo.*
*Iámque in palanteis ac verſos terga, feroces*
*Pugnabant Itali, ſubitus quum mole pauenda*
*Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis.*
*Nigra viro membra, & fului iuga celſa trahebant*
*Cornipedes, totuſque nouæ formidinis arte*
*Concolor æquabat liuentia currus equorum*
*Terga, nec erectis ſimiles imponere criſtis*
*Ceſſarat pennas, atérq; tegebat amictus.*
*Ceu quondam æternæ regnator noctis, ad imos*
*Cùm fugeret thalamos, Aetnæa virgine rapta*
*Egit nigrantem ſtygia caligine currum.*

GENS CADMI CLEADAS.] Pro *Genus.* Aen.10.

*— vigiláſne Deûm gens*
*Aenea.*

Γένος conſimiliter.

FVLVA CVI PLVRIMA PASSIM CASSIDE, ET AVRATO.] Ferè miles orientis auro ſuperbit genio loci materiam ſuppeditante. Errat igitur in Propertii lib.4. Duza:

*Ferreus aurato ceu cataphractus equo.*

reponens *Ærato*. hoc eſt, militi glorioſo dec' tollere. Dionyſius de Perſis:

Χρύσεά τοι κείνων μὲν ἐπὶ χροῒ τεύχεα φωτῶν,
Χρύσεα δ' αὖθ' ἵπποισιν ἐπὶ στομάτεσσι χαλινά,
Χρυσῷ δ' ἀμφὶ πόδεσσιν ἐκοσμήσαντο πέδιλα.
*Aurea ſunt horum bellatorum arma virorum,*
*Bellaces & equi mandunt ſub dentib. aurum,*
*Atque interfuſo ſublucent ſandalia auro.*

Quid quod arma ſola decorant auro? Iuſtin. li.41. *Auri, argentiq. nullus, niſi in armis vſus* Parthis.

OCCVLTARAT IN VMBRA.] Alii codices P. & N. *Occultabat*.aptius:fermè enim ſolus ſeſe occultādi fuit conatus,quod arguit diſcurſ⁹ per ramos.

NEC DEINDE FVGAM SVADENTE PAVORE.] Optimè ſunt hæc conſtituta:molitii imitationem eſt ignorantiæ.

SVBLIMEM CALAMO SEQVITVR CRESCENTE VOLVCREM.] Ab hoc aucupio habes lib.14. Martiali inſcriptum Epigramma:

*Non tantum calamis; ſed cantu fallitur ales,*
*pallida dum tacita creſcit arundo manu.*

FVLVI IVGA CELSA TRAHEBANT CORNIPEDES.] *Furui* ſcriptum oportuit:ſic depoſtulat contentio cum Plutone.

*At Cato tum prima ſparſus lanugine malas,*
*Quod peperere decus circeo Thuſcula dorſo*
*Mœnia,Laërtæ quondam regnata nepoti,*
*Quanquam tardatos turbata fronte Latinos*
*Collegiſſe gradum videt,imperterritus ipſe*
*Ferrato calce,atque effuſa largus habena*
*Cunctantem impellebat equum,negat obuius ire,*
*Et trepidat craſſa ſonipes exterritus vmbra.*
*Tum celer in pugnam dorſo delatus ab alto*
*Alipedem planta currum premit,atq; volanti*
*Aſsilit à tergo,cecidere & lora repente,*
*Et ſtimuli,ferrúmq; ſuper ceruice tremiſcens.*
*Palluit infelix ſubducto ſanguine Maurus,*
*Ora rapit gladio,præfixaque cuſpide portat.*
*At ſæuo Mauorte ferox perrumpit anhelum*
*Dictator cum cæde globum (miſerabile viſu)*
*Vulneribus feſſum,ac multo labente cruore*
*Ductorem cernit ſuprema,ac fæda precantem.*
*Manauere gentis lacrymæ,clypeoque pauentem*
*Protegit,& natum ſtimulans,fortiſsime labem*
*Hanc pellamus ait,Pœnóque ob mitia facta*
*Quod nullos noſtris igneis diſperſerit agris,*
*Dignum expendamus pretium:tunc arte paterna*
*Ac ſtimulis gaudens iuuenis,circundata Pœnum*
*Agmina deturbat gladio,campumq; relaxat,*
*Donec Sidonius decederet æquore ductor.*
*Ceu ſtimulante fame,rapuit cùm Martius agnum*
*Auerſo paſtore lupus,fœtúmq; trementem*
*Ore tenet preſſo,tum ſi veſtigia curſu*

*Auditis celeres balatibus obuia paſtor,*
*Iam ſibimet metuens, ſpirantem dentibus imis*
*Reiectat prædam, & vacuo fugit æger hiatu,*
*Tum demum terris, quas circunfuderat atra*
*Tempeſtas, ſtygiæ tandem fugere tenebræ.*
*Torpebant dextræ & ſeſe meruiſſe negabant*
*Seruari, ſubitíſq; bonis mens ægra natabat,*
*Vt qui collapſa preſſi iacuere ruina,*
*Eruta cùm ſubito membra, & nox atra receſſit,*
*Conniuent, ſolémque pauent agnoſcere viſu.*
*Queis actis, ſenior numerato milite latus*
*Collibus, & tuto repetebat in aggere caſtra.*
*Ecce autem è media iam morte renata iuuentus*
*Clamorem tollens ad ſidera, & ordine longo*
*Ibat ouans, Fabiúmq; decus, Fabiúmque ſalutem*
*Certatim, & magna memorabat voce parentem.*
*Tum qui partitis diſceſſerat ante maniplis,*
*Sancte ait ô genitor reuocati ad lucis honorem,*
*Si fas vera queri, cur nobis caſtra, viróſq;*
*Diuidere eſt licitum? patiens cur arma dediſti,*
*Quæ ſolus rexiſſe vales? hoc munere lapſi*
*Aeternas multo cum ſanguine vidimus vmbras.*
*Ocyus huc aquilas, ſeruatáq. ſigna referte,*
*Hic patria eſt, muríq. vrbis ſtant pectore in vno.*
*Túque dolos Pœne, atq. aſtus tandem exue notos,*
*Cum ſolo tibi iam Fabio ſunt bella gerenda.*
*Hæc vbi dicta dedit, mille hinc (venerabile viſu)*
*Ceſpite de viridi ſurgunt properantius aræ.*
*Nec prius aut epulas, aut munera grata Lyæi*
*Fas cuiquam tetigiſſe fuit, quàm multa precatus*
*In menſam Fabio ſacrum libauit honorem.*

CIRCÆO TVSCVLA DORSO MOENIA LAERTÆ QVONDAM REGNATA NEPOTI. ] Telegono, quem ex Circe Vlyſſes ſuſtulit in lucem, ab eo poſtmodum luce priuandus. Tuſculum condidit referente Ouidio li.3.& 4. Faſtorum:

*Factáque Telegoni mœnia celſa manu.*

Vel autore Feſto *Tuſculum dictum, quod aditum difficilem habet, id eſt* δύσκολον. Iterat verbo: *Mamiliorum.* & in fragmento ex bibliotheca Farneſiana, vbi additur: Θυοσκόοι: *vnde Tuſculum ab eadem cauſa ſacrificiorum.*

DVCTOREM CERNIT. ] Minutium.

COLLIBVS ET TVTO REPETEBAT IN AGGERE CASTRA. ] Caſtra Fabii in colle erant: vnde ſupra Annibal:

*Pœnus ab excelſo rapidos decurrere vallo*
*Vt vidit*

Ex ea caſtrametatione eſt Annibalis victi iocus relatus Plutarcho in Fabio: *Οὐκ ἐγὼ μέν τοι προὔλεγον ὑμῖν πολλάκις τὴν ἐπὶ τῶν ἄκρων ταύτην καθημένην νεφέλην, ὅτι μετὰ ζάλης ποτὲ, καὶ καταιγίδων ὄμβρον ἐκρήξει; Non ego vobis antedixi ſæpe ſedentem in alto nebulam cum turbine ac procellis imbres daturam?*

SANCTE, AIT, O GENITOR. ] Plut. in Fabio: *Πατέρα δέ σε χρηστὸν προσαγορεύων τιμιωτέραν οὐκ ἔχω προσηγορίαν, ἐπεὶ τῆς γε τοῦ τεκόντος μείζων ἡ παρὰ σοῦ χάρις αὕτη. ἐγεννήθην μὲν γὰρ ὑπ' ἐκείνου μόνος, σώζομαι δὲ ὑπὸ σοῦ μετὰ τοσούτων: Patrem te bonum appello honoratiore deſtitutus vocabulo: nam quæ à te mihi præſtatur gratia maior eſt parentis beneficio: ſolus ab illo ſum genitus, à te verò ſeruor cum hac ego multitudine.* Verba ſunt à generoſo profecta pectore, & ab inſtituto Romanorum: nam qui alterius ope ex præſenti mortis periculo abreptus erat in conflictu, bene meritum per omnem vitam patris loco colebat, & nomine. Polyb. li. 6. *Σέβεται δὲ τοῦτον (τὸν σώσαντα) καὶ παρ' ὅλον τὸν βίον ὁ σωθεὶς ὡς πατέρα, καὶ πάντα δεῖ τούτῳ ποιεῖν αὐτὸν, ὡς τῷ γονεῖ. Hunc veneratur, ac per omnem vitam, qui ſeruatus eſt, vt patrem colit, eiúmque vt patri omnia præſtare neceſſe eſt.* Subſcribit & Liuius li. 22. à Minutio Fabium *patrem* appellatum, huiuſque milites *patronos* ab illius. Plin. l. 22. c. 5. Val. Max. li. 5. c. 2. De Fabii honore appono Epigramma in vetuſtiſſimo lapide Florentiæ:

Q. F. MAXIMVS
DICTATOR. BIS. COS. V. CENSOR. INTERREX. II. ÆD. CVR
Q. II. TROM. BIS PONTIFEX. AVGVR
PRIMO. CONSVLATV. LIGVRES. SVBEGIT. EX. IIS. TRIVMPHAVIT. TERTIO ET
QVARTO. ANNIBALEM. COMPLVRIBVS. VICTORIS. FEROCEM. SVBSEQVENDO. COERCVIT, DICTATOR. MAGISTRO
EQVITVM. MINVCIO. QOIVS. POPVLVS. IMPERIVM. CVM. DICTATORIS
IMPERIO. ÆQVAVERAT. ET. EXERCITVI
PROFLIGATO. SVBVENIT. ET. EO NOMINE. AB EXERCITV. MINVCIANO. PATER APPELLATVS. EST. CONSVL. QVINTVM. TARENTVM. CEPIT. TRIVMPHAVIT. DVX. ÆTATIS. SVÆ. CAVTISSIMVS.
ET. REI. MILITARIS. PERITISSIMVS.
HABITVS. EST. PRINCEPS. IN. SENATVM
DVOBVS. LVSTRIS. LECTVS. EST.

Publius Scipio primus omnium ſuum ipſe natum parentem inopinatò [illegible]tus compellauit. Polyb. li. 10. *Ὁ δὲ Πόπλιος ἀνελπίστως σωθεὶς πρῶτος αὐτὸς τὸν [illegible] Σωτῆρα προσεφώνησε πάντων ἀκουόντων. Publius inſperatò ſeruatus ipſemet primus filium Seruatorem appellauit omnibus audientibus.*

IN MENSA FABIO SACRVM LIBAVIT HONOREM. ] Fabius Minutio, ſociiſque fuerat veluti Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, *Deus è machina*, inopinatæ ſalutis autor: eo nomine veluti Deo vinum libant ſuper menſam. Nec enim *ſeruatorem*, ſed Deum quoque nominitabant. Dionyſius Hal. l. 10. de Siccio Dentato, Πατέρα, καὶ σωτῆρα, καὶ Θεὸν, καὶ πάντα τὰ τιμιώτατα ὠνόμαζον Σίκκιον. *Patrē, & ſeruatorem, & Deum Siccium nominabant, & honorificentiſsimis quibuſque vocabulis ornabant.* Ita factum vt Fabio, veluti Deo, libarent. Adde Val. Max. l. 8. c. 15. *Poſtquam enim Cimbros ab eo deletos initio noctis nũcius peruenit* (latet error) *nemo fuit, qui non illi tanquam dijs immortabibus apud ſacra menſa ſua libauerit.*

---

IN LIB. VIII. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO

### *Claud. Dauſqueij Can. Tor.*

COMMENTARIVS.

*PRimus Agenoridum cedentia terga videre*
*Aeneadis dederat Fabius: Romana parentem*
*Solum caſtra vocant, ſolum vocat Annibal hoſtem.*
*Impatiénſq; moræ fremit, vt ſit copia Martis.*
*Expectanda viri fata, optandúmq; ſub armis*
*Parcarum auxilium. nanq; hac ſpirante ſenecta*
*Nequicquam ſeſe Latium ſperare cruorem.*
*Iam verò concors miles, ſignísq. relatis*
*Indiuiſus honos, iterúmq. & rurſus eidem*
*Soli obluctandum Fabio, maioribus ægrum*
*Angebat curis, lentando feruida bella*
*Dictator, cùm multa adeo, tum miles egenus*
*Cunctarum vt rerum Tyrius fores, arte ſedendi*
*Egerat, & quanquam finis pugnáque manúq.*
*Haud dum partus erat, iam bello vicerat hoſtem.*
*Quin etiam ingenio fluxi, ſed prima feroces*
*Vaniloquum Celtæ, genus ac mutabile mentis,*
*Reſpectare domos, mærebant cæde ſine vlla*
*(Inſolitum ſibi) bella geri, ſiccáſque cruore*

*Inter tela ſiti Mauortis hebeſcere dextras.*
*His ſuper, internæ labes, & ciuica vulnus*
*Inuidiæ angebant, læuus conatibus Anno*
*Ductoris, non vlla domo ſubmittere patres*
*Auxilia, aut vllis opibus iuuiſſe ſinebat.*
*Queis lacerum curis, & rerum extrema pauentem*
*Ad ſpes armorum, & furialia vota reducit*
*Præſcia Cannarum Iuno, atque elata futuris.*

LENTANDO FERVIDA BELLA. ] Æn. 3.
— *lentandus remus in vnda.*
Vnde Seneca Agamemnone:
*Properat iuuentus omnis adductos ſimul*
*Lentare remos.*

PRIMA FEROCES VANILOQVVM CELTÆ GENVS. ] Liuius lib. 10. de Gallis: *Primáque eorum prælia pluſquam virorum, poſtrema minus quàm fœminarum eſſe.* Polyb. li. 2. Κατὰ τὴν πρώτην ἔφοδον, ἕως ἂν ἀκέραιον ᾖ, φοβερώτατον ἐστι πᾶν τὸ γαλατικὸν φῦλον. *Gallorum geni prima congreſſione, quamdiu integrum eſt, tota formidabilis eſt.* Tum neſcio quid plenum inaniarum ſubit, quod è Silio, Liuióque expleas.

INTER TELA SITI MAVORTIS HEBESCERE DEXTRAS. ] Modius *Situ.* Si à feliciori coniectura nomen exambirem, reponerem:
*Inter tela ſati.*
Alibi Silius:
— *gentes*
*Inter tela ſata.*
Celtæ verò paſſim audiunt Martii. Verùm certo certius adſtruenda vetus lectio, & cõlucanda, ſiquis hæret. *Siti Mauortis* pro ardenti belli deſiderio. Quib. verbis obiacent illa *ſiccas cruore dextras.* Prudentius dixit in Pſychomachi *Eremi ſitis.* Et Silius li. 12.
— *ſitiens grauis haſta cruorem.*
Inepto præterea conatu ineptiorem correctionem ſuam Heynſius iactat, dum Propertium Eleg. 19. lib. 3 corrumpit, vbi indubiè legendum eſt:
*Lenibunt tacito vulnera noſtra ſinu.*
Quærit amori remedium Poëta: dabunt *aut ſpatia annorum, aut longa interualla profundi,* quæ
*Lenibunt tacito v. n. ſinu,*
corde ſcilicet iam medicato, nec per amorem, qui tum exactus fuerit, emicante, neque dato ſuſpirio vllo, quod amicum amantibus: ſed *tacito ſinu.* Hac tamen exturbata voce Heynſius intruſit *Situ:*

*Nanq. hac accitam ſtagnis laurentibus Annam*
*Affatur voce, & blandis hortatibus implet:*
*Sanguine cognato iuuenis tibi diua laborat*

*Annibal à noſtro nomen memorabile Belo.*
*Perge age, & inſanos curarum comprime fluctus.*
*Excute ſollicito Fabium, ſola illa Latinos*
*Sub iuga mittendi mora, iam diſcingitur armis,*
*Cum Varrone manus, & cum Varrone ſerenda*
*Prælia, ne deſit fatis, ad ſigna mouenda.*
*Ipſa adero, tendat iamdudum in Iapyga campum.*
*Huc Trebiæ rurſum, & Thraſimeni fata ſequentur.*
*Tum diua indigetis caſtis contermina lucis,*
*Haud, inquit, tua ius nobis præcepta morari.*
*Sed fas ſit, cautum quæſo retinere fauorem*
*Antiquæ patriæ, mandatáq; magna ſororis,*
*Quanquam inter Latios Annæ ſtet numen honores.*
*Multa retro rerum iacet, atq. ambagibus æui*
*Obtegitur denſa caligine merſa vetuſtas,*
*Cur Sarrana dicent Oenotri numina templo,*
*Regnísq. Aeneadum germana colatur Eliſa.*
*Sed preſſus ſtringam reuocatam ab origine famam*
*Narrandi metis, breuitérque antiqua reuoluam,*
*Iliaco poſtquam deſerta eſt hoſpite Dido,*
*Et ſpes abrupta è medio, in penetralibus atram*
*Feſtinat furibunda pyram, tum corripit enſem*
*Certa necis, profugi donum exitiale mariti,*
*Deſpectus tedæ regnis ſe imponit Hyarbas,*
*Et tepido arma rogo figit. quis rebus egenis*
*Ferret opem Nomadum late terrente tyranno?*
*Battus Cynerem molli tum forte fouebat*
*Imperio, mitis Battus, lacrymásque dediſſe*
*Caſibus humanis facilis, qui ſupplice viſa*
*Intremuit regum euentus, dextrámq. tetendit.*
*Atque ea dum flauas bis tondet meſſor ariſtas*
*Seruata interea ſedes, nec longius vti*
*His opibus Battóq. fuit: nam ferre per æquor*
*Exitium miſeræ iam Pygmaliona docebat.*
*Ergo agitur pelago diuis inimica, ſibíq.*
*Quòd ſe non dederit comitem in ſuprema ſorori,*
*Donec iactatam laceris (miſerabile) velis*
*Fatalis turbo in Laurenteis expulit oras.*
*Non cæli, non illa ſoli, non gnara colentum*

*Sidonis in Latia trepidabat naufraga terra.*

NAMQVE HAC ACCITAM. ] Prætulerim *Iamque*, cuius enim hæc eſt ratio?

IAM DISCINGITVR ARMIS. ] Velut exautoratus. Græcè ἀπεζωσμένοι. *Diſcincti*, tales Herodianus de Seuero: Τοὺς περτίνακα ἀποκτείναντας ἀπέζωσεν, *Qui Pertinacis cædem fecerant, diſcinxit*. diſcinxit, exautorauit. Nec ferè quidquam crebrius in geſtis Sanctorum. Quandoque exautorati carebant infamia, velut hîc Fabius, quíque legitimè miſſi.

IN IAPYGA CAMPVM. ] Strabo lib. 6. Ἰάπυγας δὲ λεχθῆναι πάντας φασὶ μέχρι τῆς Δαυνίας, ἀπὸ Ἰάπυγος, ὃν ἐκ Κρήσσης γυναικὸς Δαιδάλῳ γενέσθαι φασὶν, καὶ ἡγήσασθαι τῶν Κρητῶν. *Iapygas dictos omnes aiunt aduſque Dauniam, ab Iapyge, quem ex Creſſa muliere Dædali natum ferunt, & Cretenſib. imperitaſſe*. Ibidem Ἣν Μεσσαπίαν τε, καὶ Ἰαπυγίαν, καὶ Καλαβρίαν, καὶ Σαλεντίνην κοινῶς οἱ πολλοὶ προσαγορεύουσι. *Quam Meſſapiam, & Iapygiam, & Calabriam, & Salentinam communiter vulgus appellat*. Antonius Liberalis Metam. 21. explicatiùs Daunios, Peucetios, Meſſapios diſterminat. Parcior ſum, quòd Strabo ſuper Peucetiorum, & Dauniorum finib. non putet anxiè quærendum: vetuſtas námque fines, & nomina obruit. Hecatæus duas ponit Iapygias, quarum vna ſit in Apulio, altera in Illyrico, à quarum vtraque, *Iapyx*, & *Iapygius* inclinetur.

TVM DIVA. INDIGETIS CASTIS CONTERMINA LVCIS. ] Æneæ indigetis, Liuius lib. 1. Ouid. 3. Faſt. Dionyſ. lib. 1. Antiq. Rom. Feſtus: *Hoc nomine Æneas ab Aſcanio appellatus eſt, cùm pugnans cum Mezentio nuſquam apparuiſſet. in cuius nomine etiam templum conſtruxit*, Gell. li. 2. c. 16. ſcribit Æneam *immortalem indigetem futurum*. Solin. c. 8. Tibullus, alii.

CVR SARRANA DICENT OENOTRI NVMINA TEMPLO. ] Aperit & Ouidius 3. Faſtorum non parcè.

ET TEPIDO ARMA ROGO FIGIT. ] Appoſitè ad hiſtoriam, fortè & ad Poëtæ mentem. Modius Epiſt. 28. Nouantique reſcribit:

*Et tepido fugit Anna rogo.*

Alterum hoc ſenſu ferri poteſt. Hiarbas erat tam præpropera regnandi libidine, vt cùm ſe regno impoſuit, ſtatim arma, ſeu inſignia fixerit in columna aliqua, qualis rogi, tumulíque iudex à veteribus ſcribitur, *rogo* etiamnum *tepente*.

BATTVS CYRENEN MOLLI TVM FORTE REGEBAT IMPERIO. ] Theræi, & Cyrenenſes Batto infanti nomen inditum volunt: Herodotus Melpomene à Pythia iam grandior, quòd illa gnara fatis ei regnum portendi, Battum appellarit lingua Libyca: Λίβυες γὰρ τὸν βασιλέα Βάττον καλοῦσι, *Libyes enim regem Battum dicunt*. Silio in huius hiſtoriæ narratu, & Solino c. 40. *diſconuenit ordine toto*. Porro Cyrene primam longat plurimum Silio, aliiſque. Aliis verò aliter. Nonnus l. κζ.

— Λεοντοφόνοιο Κυρήνης

— *Leonum triſte Cyrene.*

*Exitium.*

Hermeſianax:

Ἄνδρα Κυρηναῖον δ' ἔσω πόθος εἵλκυσεν ἰσθμοῦ.

*Magna cupido Cyrenæum pertraxit in Iſthmum.*

Catullus: *Laſerpiciferis iacet Cyrenis.*

DVM FLAVAS BIS TONDET MESSOR ARISTAS. ] Ouidius in narratu totius hiſtoriæ:

*Signa recenſebat bis ſol ſua, tertius ibat*
*Annus, & exſilio terra paranda noua eſt.*

SERVATA INTEREA SEDES. ] Emendo:

*Seruata interea ſede eſt.*

Biennium loquitur, quo apud Battum egit Anna, dum auditus ſit aduentare Pygmalion.

FATALIS TVRBO. ] Tempeſtas, qua nauis Annæ diſiecta. Ouid.

*Adſiliunt fluctus, imóque à gurgite pontus*
*Vertitur, &c.*

*Ecce autem Aeneas ſacro comitatus Iulo*
*Iam regni compos, noto ſeſe ore ferebat,*
*Qui terræ defixam oculis, & multa timentem,*
*Ac deinde adlapſam genibus lacrymantis Iuli*
*Attollit, mitiq; manu intra limina ducit,*
*Atque vbi iam caſus, aduerſorúmque pauorem*
*Hoſpitij leniuit honos, tum diſcere mæſta*
*Expoſcit cura lethum infelicis Eliſæ.*
*Cui ſic verba trahens largis cum fletibus Anna*
*Incipit, & blandas addit pro tempore voces:*
*Nate Dea, ſolus regni, lucíſq; fuiſti*
*Germanæ tu cauſa meæ, mors teſtis, & ille*
*Heu cur non idem mihi tunc rogus, ora videre*
*Poſtquam eſt ereptum miſeræ tua littore ſedit*
*Interdum, fleuit interdum, ventóſq; ſequuta*
*Infelix oculis, magno clamore vocabat*
*Aeneam, comitémque tuæ ſe imponere ſolam*
*Orabat paterere rati, mox turbida anhelum*
*Retulit in thalamos curſum, ſubitóq. tremore*
*Subſtitit, & ſacrum timuit tetigiſſe cubile.*
*Inde amens, nunc ſideream, Iuliq. tuámque*
*Effigiem fouet amplexu, nunc tota repente*
*Ad vultus conuerſa tuos, ab imagine pendet.*
*Conqueritúrque tibi, & ſperat reſponſa remitti,*
*Nonnunquam ſpem ponit amor, iam tecta, domúmq.*
*Deſerit, & rurſus portus furibunda reuiſit,*
*Si qui te referant conuerſo flamine venti.*
*Ad magicas etiam fallax, atque improba gentis*
*Maſſilæ leuitas deſcendere compulit artes.*

SACRO COMITATVS IVLO. ] Ouidius Achate:

*Litore dotali ſolo comitatus Achate.*

IAM REGNI COMPOS. ] Latinus eſſe deſierat. Solin.c.8.de Ænea: *Tribúſque mox annis cum Latino regnat ſocia poteſtate quingentis iugerib.ab eo acceptis: quo defuncto ſummam biennio adeptus.*

NVNC SIDEREAM IVLIQVE TVAMQVE EFFIGIEM FOVET AMPLEXV. ] *Iuli* diſſyllabum eſt eodem iure, quo Martialis vſurpauit lib.1.Epigr.15.

*O mihi poſt nullos Iuli memorande ſodales.* & lib.12.
*Tecum ſi memini fuere Iuli.*

Quo Horatius:

*Iule ceratis ope Dædalea.*

Quo Iulius paſſim triſyllabum, quo Iapetus Statio lib.10.

*— ſtygias rupiſſe catenas*
*Iapeton, aut victum ſupera ad conuexa leuari.*

Sic enim libri. Quare Modii fultura non bona eſt ſupponentis:

*— ſideream fulgentis Iuli.*

Deterit etiam orationis veritatem: Eliſa eámque efflictim deperibat Æneam: hinc abſentis Æneæ (*Tuámque* Silius) *fouet amplexu* effigiem: cauſæ minus fuit, cur Iuli effigiem amplexu foueat: cur Iuli ſolius, non ſatis.

*Heu ſacri vatum errores, dum numina noctis*
*Eliciunt, ſpondéntq. nouis medicamina curis.*
*Quod vidi, decepta, nefas? congeſſit in atram*
*Cuncta tui monumenta pyram, & non proſpera dona*
*Tum ſic Aeneas dulci repetitus amore:*
*Tellurem hanc iuro, vota inter noſtra frequenter*
*Auditam vobis, iuro caput Anna, tibíq.*
*Germanæque tuæ, dilecti mitis Iuli,*
*Reſpiciens, ægérque animi tum regna reliqui*
*Veſtra, nec abſceſſem thalamo, ni magna minatus*
*Méque ſua ratibus dextra impoſuiſſet, & alto*
*Egiſſet rapidis claſſem Cyllenius Euris.*
*Sed cur, heu ſeri monitus? cur tempore tali*
*Incuſtodito ſæuire dediſtis amori?*
*Contrà ſic infit, voluens ſic murmur anhelum*
*Inter ſingultus, labríſque trementibus Anna:*
*Nigro forte Ioui, cui tertia regna laborant,*
*Atque atri ſociæ thalami noua ſacra parabam*
*Queis ægram mentem, & trepidantia corda leuaret,*
*Infelix germana tori, furuáſque trahebam*
*Ipſa manu properans ad viſa pianda bidentes.*

*Nanq; aſper ſomno dirus me impleuerat horror,*
*Térq; ſuam Dido, ter cum clamore vocarat,*
*Et læta exultans oſtenderat ora Sichæus.*
*Quæ dum abigo menti, & ſub lucem, vt viſa ſecundent*
*Oro cælicolas, ac viuo purgor in antro,*
*Illa cito paſſu peruecta ad littora, muta*
*Oſcula quæ ſteterat bis, térq; infixit arenæ,*
*Deinde amplexa ſinu late veſtigia fouit:*
*Ceu cinerem orbatæ preſſant ad pectora matres.*
*Tum rapido præceps curſu, reſolutáq; crinem*
*Euaſit propere in celſam, quam ſtruxerat ante*
*Magna mole pyram, cuius de ſede dabatur*
*Cernere cuncta freta, & totam Carthaginis vrbem,*
*Hîc Phrygiam veſtem, & baccatum induta monile,*
*Poſtquam illum infelix hauſit, quo munera primum*
*Sunt conſpecta diem, & conuiuia mente reduxit,*
*Feſtáſq. aduentu menſas, téq; ordine Troiæ*
*Narrantem longos ſe peruigilante labores,*
*In portus amens rorantia lumina flexit,*
*Atque hæc ſparſa comam diuis in morte profudit:*
*Dii longæ noctis, quorum iam numina nobis*
*Mors inſtans maiora facit, precor, inquit, adeſte,*
*Et placidi victos ardore admittite manes.*
*Aeneæ coniux Veneris nurus, vlta maritum.*
*Vidi conſtructas noſtra Cartaginis arces,*
*Nunc ad vos magni deſcendet corporis vmbra.*
*Me quoq. fors dulci quondam vir notus amore*
*Expectat, curas cupiens æquare priores.*
*Hæc dicens, enſem media in præcordia adegit,*
*Enſem Dardanii quæſitum in pignus amoris.*
*Viderunt comites, triſtiq. per atria planctu*
*Concurrunt, magnis reſonat vlulatibus ædes.*
*Accepi infelix, diriſq. exterrita fatis*
*Ora manu lacerans lymphato regia curſu*
*Tecta peto, celſoſq. gradus euadere nitor.*
*Ter diro fueram conata incumbere ferro,*
*Ter cecidi exanimæ membris reuoluta ſororis.*
*Iámq; ferebatur vicina per oppida rumor,*
*Tum Cyrenæam fatis agitantibus vrbem*

*Deuenio, hinc veſtris pelagi vis appulit oris.*
*Motus erat, placidúmque animum, mentémque quietam*
*Troius in miſeram rector ſuſceperat Annam.*
*Iámque omneis luctus, omneiſque è pectore curas*
*Diſpulerat, Phrygiis nec iam amplius aduena tectis*
*Illa videbatur, tacito nox atra ſopore*
*Cuncta per & terras, & lati ſtagna profundi*
*Condiderat, triſti cùm Dido ægerrima vultu*
*Has viſa in ſomnis germanæ effundere voces:*

HEV SACRI VATVM ERRORES.] Magni. Plut. lib. de Solertia Animal. Μέγαν τινὲς οἴονται ἱερὸν καθάπερ ὀστοῦν ἱερὸν τὸ μέγα, κ) τὴν ἐπιληψίαν μεγάλην νόσον οὖσαν, ἱερὰν καλοῦσιν. *Magnum nonnulli Sacrum putant, velut Sacrum os, quod magnum eſt, & epilepſiã, cùm ſit morb⁹ magnus, ſacram vocant.* Notauit & Galen⁹ in Hippocratem, item Apuleius Apologia. Strabo lib. 4. Μέγιστον δὲ τὸ ἱερὸν στόμα καλούμενον. Lipſius in 4. Taciti ἱερὰν συμβουλὴν cùm ſenatus ſententiam dicit iuratus: cùm ſcilicet concilium magnis de rebus agitur. Heynſius in hunc Silii locum ſymbolam ex Euripide protulit ἱερὸν κῦμα. Hactenus rectè: cùm addit ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο,

— — *Alcinoi ſacra virtus.* errat.

Auguſta regum maieſtas ideo ἱερὴ, ſeu *Sacra* dicitur, quòd regum timendorum in proprios greges ſanctum ſit imperium: quòdque ſceptrum, & iura, quæ ſacra, regibus ab Ioue data Iliad. α. & β. & quia pleriſque regum origo ſacra, & à Diis. Faciléque conuelli poteſt eo ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο: nam ille ætate tenera non magnarum erat virium. Ouidius Epiſt. Penelopes:

*Tres ſumus imbelles numero: ſine viribus vxor,*
*Laërtéſque ſenex, Telemachúſque puer.*

Item anteriùs:

— *ſacro comitatus Iülo.*

Effigies eſt illius Æneid. 4.

*Heu vatum ignaræ mentes!*

NIGRO FORTE IOVI.] Deterſit huius loci caliginem Turneb. lib. 21. c. 32. docuítq. amoris æſtum leniri, & tranquillari, ſi Diis inferis ſacra fiant. Iterúmque inculcat lib. 25. c. 6. Aeneid. 4.

*Sacra Ioui Stygio.*

TERQ. SVAM DIDO, TER CVM CLAMORE VOCABAT.] Quam? Annam? Aliud opinor. Dido ter Aeneam vocabat, ter clamabatur: Aeneas interea dum (ita ſolent calidè amantes) nullus adeſt, ſed

*læta exultans oſtenderat ora Sychæus*

inuocatus. Quare meliùs ſcribetur:

*Térque ſuum, ter Dido ſuum clamore vocabat,*

Aeneam ſcilicet.

VIVO PVRGOR IN ANTRO.] Modius Epiſt. 28. reponit *Amni.* Nec Futi-

liter morem aquis,aut fluuio talia expiandi putat. Accedebam,firmabámque è Statii lib.9.

> — *ante diem gelidas Ladonis* (ita ſcribo) *ad vndas*
> *Purgatura meum fluuio viuente ſoporem.*

Heynſius in hoc ſtadio lampadem excepit: ſed admouit aquis. Vtetque correctionem præcipitauit. Ego pertendo retinendum *Antro*: ſed in quo ſit fons iſti expiationi. Nec enim nouum in *antris* viuo ſaxo natis fontes erumpere: ideo *viuum antrum* vocat Silius Aeneid.1.

> — *ſcopulis pendentib. antrum,*
> *Intus aquæ dulces, viuóque ſedilia ſaxo.*

Metamorph.3.

> *Fons ſonat à dexta* [antri] *tenui pellucidus vnda*
> *Margine gramineo patulos ſuccinctus hiatus.*

Accius Oenomao: *Saxum id facit anguſtitatem, & ſub eo ſaxo exuberans ſcatebra fluuia eradit rupem.* Quamobrem aquula præterfluente Annam purgatam agnoſco, licet in antro manali. Ouid. Faſt.3.

> — *muſcóque adoperta virenti*
> *Manabat ſaxo vena perennis aquæ.*

Quid quod alii piandi mali ſomnii ritus ab aqua? Tibull. lib.3. Eleg.4.

> — *omnia noctis*
> *Farre pio placant, & ſaliente ſale.*

Adeo non neceſſaria mutatio! Idem lib.1. Eleg.5.

> *Ipſe procuraui ne poſſent ſæua nocere*
> *Somnia, ter ſalſa deueneranda mola.*

BACCATVM INDVTA MONILE.] Aen.3.

> — *auróque monile Baccatum.*

NARRANTEM LONGOS SE PERVIGILANTE LABORES.] Aeneidos ſecundæ, tertięque breuiarium.

ATQ. HÆC SPARSA COMAM DIVIS IN MORTE PROFVDIT.] Nefas indicta cauſa verſum hunc à Modio iugulari: nefas Heynſium tam ſceleſto facinori manum admouere.

VIDI CONSTRVCTAS.] Pari Venere Demoſthenes 2. Olynth. σφόδρα γε λῶθον. Plautus Bacchid. *Vixiſſe nimio ſatis eſt, quàm viuere.* Apud eundem Grypus: *Papæ! diuitias tu quidem habuiſti luculentas.* Labr. *Miſerum iſthuc verbum, & peßimum eſt habuiße, & nihil habere.* Similia apud Terentium, alióſque.

*His ſoror in tectis longæ indulgere quieti*
*Heu nimium ſecura potes? nec quæ tibi fraudes*
*Tendantur, quæ circumſtent diſcrimina cernis?*
*Ac nondum noſtro infauſtos generíque, ſolóq;*
*Laomedonteæ noſcis telluris alumnos?*
*Dum cœlum rapida ſtellas vertigine voluet,*
*Lunáq; fraterno luſtrabit lumine terras,*
*Pax nulla Aeneadas inter, Tyrióſq. manebit.*

*Surge age, iam tacitas ſuſpecta Lauinia fraudes*
*Molitur, dirúmq; nefas ſub corde volutat.*
*Præterea (ne falſa putes hæc fingere ſomnum)*
*Haud procul hinc paruo deſcendens fonte Numicus*
*Labitur, & leni per valles voluitur amne.*
*Huc rapies germana viam, tutoſq; receptus.*
*Te ſacra excipient hilares in Flumina Nymphæ,*
*Aeternúmq; Italis numen celebrabere in oris.*
*Sic fata in tenuem Phœniſſa euanuit auram.*
*Anna nouis ſomno excutitur perterrita viſis,*
*Itque timor totos gelido ſudore per artus.*
*Tunc vt erat tenui corpus velamine tecta,*
*Proſiluit Stratis, humilíque egreſſa feneſtra*
*Per patulos currit plantis pernicibus agros*
*Donec arenoſo (ſic fama) Numicius illam*
*Suſcepit gremio, vitreíſque abſcondidit antris.*
*Orta dies totum radiis impleuerat orbem,*
*Cùm nullam Aeneadæ thalamis Sidonia nacti*
*Et Rutulum magno errantes clamore per agrum*
*Vicini ad ripas fluuii manifeſta ſequuntur*
*Signa pedum, dúmq; inter ſe mirantur, ab alto*
*Amnis aquas, curſúmq; rapit, tum ſedibus imis*
*Inter cæruleas viſa eſt reſidere ſorores*
*Sidonis, & placido Teucros affarier ore.*
*Ex illo primus anni celebrata diebus*
*Per totam Auſoniam venerando numine culta eſt.*
*Hanc poſtquam in triſtes Italum Saturnia pugnas*
*Hortata eſt, celeri Superum petit æthera curru*
*Optatum Latii tandem potura cruorem.*
*Diua Dea parere parat, magnúmque Libyſſæ*
*Ductorem gentis nulli conſpecta petebat.*
*Ille virûm cœtu tum forte remotus ab omni*
*Incertos rerum euentus, bellíque volutans*
*Anxia ducebat vigili ſuſpiria voce.*
*Cui Dea ſic dictis curas ſolatur amicis:*
*Quid tantum vlterius rex ô fortiſſime gentis*
*Sidoniæ ducis cura ægreſcente dolorem?*
*Omnis iam placata tibi manet ira Deorum,*
*Omnis Agenoridis rediit fauor, eia age ſegnes*

*Rumpe moras, rape Marmaricas in prælia vires.*
*Mutati faſces, iam bellum, atque arma Senatus*
*Ex inconſulto poſuit Tirynthius heros,*
*Cúmq; alio tibi Flamminio ſunt bella gerenda.*
*Me tibi (ne dubites) ſummi matrona tonantis*
*Miſit. ego Oenotriis æternum numen in oris*
*Concelebror veſtri generata è ſanguine Beli.*
*Haud mora ſit, rapido belli rape fulmina curſu,*
*Celſus Iapygios qua ſe Garganus in agros*
*Explicat, haud longe tellus, huc dirige ſigna.*
*Hæc, vt Roma cadat, ſat erit victoria Pœnis.*
*Dixit, & in nubes euanida ſuſtulit ora.*

AH NONDVM NOSTRO INFAVSTOS GENERIQ. SOLOQ. LAOMEDONTÆÆ NOSCIS TELLVRIS ALVMNOS.] Aen.4.

— *neſcis heu, perdita, necdum*
*Laomedonteæ ſentis periuria fraudis?*

TACITAS SVSPECTA LAVINIA FRAVDES MOLITVR.] Lauiniam zelotypam ſuis coloribus pingit Ouid. Faſt.3.

*Omnia promittit, falſúmque Lauinia vulnus*
*Mente premit tacita, diſſimulátque metus.*
*Donáq. cùm videat præter ſua lumina mitti*
*Multa, tamen mitti clàm quóq. multa putat.*
*Non habet exactum, quid agat: furialiter odit,*
*Et parat inſidias, & cupit vlta mori.*

CVM NVLLAM ÆNEADÆ THALAMIS SIDONIA NACTI.] Scribe *Sidonida*. Ouid.

*Sidonis interea magno clamore per agros*
*Quæritur.*

DIVA DEÆ PARERE PARAT.] Aeneid. lib. 4.

— *patris magni parere parabat*
*Imperio.*

Siliúſque non ſemel. Vet. num. ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ.

MARMOREIS SISTAM TEMPLIS.] Aen. 6.

— *ſolido de marmore templa*
*Inſtituam.*

REX Ô FORTISSIME GENTIS SIDONIÆ.] Antè lib.4.

*Nec regem Afrorum noſcenda ad cœpta.*

Nec vanè olim ſic fuit. Polyb. lib.6. Καὶ γὰρ βασιλεῖς ἦσαν παρ' αὐτοῖς. *Etenim apud eos reges erant.* Cartaginienſibus. Solin. c.70. vocat *Hannonem Pœnorum regem.* Vide Commentarium ad lib.13.

SENATVS EX INCONSVLTO POSVIT TIRYNTHIVS HEROS.] Vt *Conſultum*, ſic Inconſultum priſcis in vſu. Plautus Trinummo:

V.u

*Me abſente, atque inſciente, inconſultu meo*
*Aedes venales haſce inſcribit literis.*

Iterúmque Silius lib. 8.

*— patria inconſulta timebas.*

RAPIDO BELLI RAPE FVLMINA CVRSV.] Mihi potius *Flumina*. Fauet liber vndecimus:

*Eſt locus, Aetoli ſignat quem gloria regis,*
*Poſſeſſus quondam priſca inter ſecula Dauno.*
*Humentes rapido circundat gurgite campos*
*Aufidus, & ſtagnis intercipit arua refuſis,*
*Mox fluctus ferit Adriacos, magnóque fragore*
*Cedentem impellit retrorſus in aequora pontum.*

*Cui dux promiſſae reuireſcens pignore laudis:*
*Nympha decus generis, quo non ſacratius vllum*
*Numen ait nobis, faelix oblata ſecundis.*
*Aſt ego te compos pugnae Cartaginis arce*
*Marmoreis ſiſtam templis, iuxtáq; dicabo*
*Aequatam gemino ſimulacri numine Dido.*
*Haec fatus, ſocios ſtimulat tum feſtus ouantes,*
*Pone graues curas, tormentáque lenta ſedendi*
*Fatalis Latio miles, placauimus iras*
*Caelicolûm, redeunt diui, finita maligno*
*Hinc Fabio imperia, & mutatos Conſule faſces*
*Nuntio, nunc dextras mihi quiſq; atque illa referto*
*Quae Marte excluſus promittere magna ſolebas.*
*En numen patrium ſpondet maiora peractis:*
*Vellantur ſigna, ac diua ducente petamus*
*Infauſtum Phrygiis Diomedis nomine campum.*
*Dúmque Arpos tendunt inſtructi pectora Poeni,*
*Subnixus rapto plebei muneris oſtro,*
*Saeuitiam roſtris Varro, ingentiq. ruinae*
*Feſtinans aperire locum, fata admouet vrbi.*
*Atq; illi ſine luce genus, ſurdúmq. parentum*
*Nomen, & immodicè vibrabat in ore canoro*
*Lingua procax, hinc auctus opes, largúſq. rapinae*
*Intima dum vulgi fouet, oblatrátq. ſenatum,*
*Tantum in quaſſata bellis caput extulit vrbe,*
*Momentum vt rerum & fati foret arbiter vnus:*
*Quo conſeruari Latium victore puderet.*
*Hunc Fabios inter, ſacratáq. nomina Marti*

*Scipiadæ,intérq. Ioui ſpolia alta ferentem*
*Marcellum faſtis labem,ſuffragia cæca*
*Addiderant,Cannísque malum exitiale fouebat*
*Ambitus,& Graio funeſtior æquore campus.*
*Idem vt turbarum ſator,atque accendere ſolers*
*Inuidiam,prauíſque togæ,ſic debilis arte*
*Belligera,Martémq. rudis verſare nec vllo*
*Spectatus ferro,lingua ſperabat adire*
*Ad dextræ decus,atq. è roſtris bella ciebat.*
*Ergo alacer,Fabiúmq. moræ increpitare profeſſus*
*Ad vulgum,in patres & ouantia verba ferebat.*
*Vos quorum imperiis eſt, conſul præcepta modúmque*
*Bellandi poſco:ſedeóne, an montibus erro,*
*Dum mecum Garamas,& aduſtus corpore Maurus*
*Diuidit Italiam? an ferro quo cingitur,vtor?*
*Exaudi bone dictator,quid Martia plebes*
*Imperitet,bello Libyes Romámque leuari*
*Hoſte iubet,num feſtinant,quos plurima paſſos*
*Tertius exurit lacrymoſis caſibus annus?*
*Ite igitur,capite arma viri,mora ſola triumpho*
*Paruum iter eſt,quæ prima dies oſtenderit hoſtem*
*Et patrum regna,& Pœnorum bella reſoluet.*
*Ite alacres,Latia deuinctum colla catena*
*Annibalem Fabio ducam ſpectante per vrbem.*

SOCIOS STIMVLAT TVM FESTVS OVANTES PONE GRAVES CVRAS.] Qui graues curas coquunt,tunc minimè ouant: ſed ouabat Annibal Diuæ monito animatior.Emendo:

— *ſocios ſtimulat feſtinus,ouánſq.*

vel *Ouátque*, vel:

— *ſtimulatum it Feſtus ouantes.*

FATALIS LATIO MILES.] *Fatalis*,perniciabilis,vt Silio:

— *fatalem corripit haſtam.*

ATQ. ILLI SINE LVCE GENVS.] Liuius l. 22 *C.Terentius Varro loco non humili ſolùm,ſed etiam ſordido ortus.Patrem lanium fuiſſe ferunt ipſum inſtitorem mercis,filióq. hoc ipſo in ſeruili eius artis miniſterio vſum.* Pari gradu Val.Max. lib.3. c.4. Varronem infimat.Plutarch.in Fab. *Ἀσήμου γένους.*

MOMENTVM VT RERVM.] Lucani lib.3.

— *nec pondera rerum,*
*Nec momenta ſumus.*

GRAIO FVNESTIOR ÆQVORE CAMPVS.] Martius Diomedeo. Martius, in quo per cœca plebeculę ſuffragia Varro creatus Conſul:Diomedeo, in quo clades ad Cannas accepta.

BELLO LIBYES, ROMAMQ. LEVARI HOSTE IVBET.] Bellum Libyes eſt Africanum, quod hodie geritur. res in plano eſt. Quorſum *pelli Libyas*? Quę Modii correctio ſententiæ etſi non inimica, propudioſa tamen eſt.

AD VVLGVM IN PATRES ET OVANTIA VERBA FEREBAT.] Copula me offendit. Quid ſi ſcribas Re*ſonantia*? Optimè ſanè conſtituta fuerit ſententia.

TERTIVS EXVRIT LACRYMOSIS CASIBVS ANNVS.] Cùm Varro Conſul. Aptè belli calamitati *Exurit*. Liuius lib. 27. eodem elegantiæ numero: *Fama deinde belli Punici, quo duodecimum annum Italia vrebatur*. Curtius lib. 4. *Africam vrebant Syracuſani*. Homerus Iliad. Z.

— Αὐτή τε, πόλεμός τε
Ἄστυ τόδ᾽ ἀμφιδέδηε.
— *clamórq. & prælia noſtram*
*Amburunt vrbem.*

Iliad. Σ. ſimili effertur:

Ὣς οἱ μὲν μάρναντο πυρὸς δέμας αἰθομένοιο.
*Pugnabant velut vrentis vis ignea flammæ.*

*Hæc poſtquam increpuit, portis arma incitus effert,*
*Impellítque moras, veluti cùm carcere rupto*
*Auriga indocilis totas effundit habenas,*
*Et præceps trepida pendens in verbera planta*
*Impar fertur equis, fumat male concitus axis,*
*Ac frena incerto fluitant diſcordia curru.*
*Cernebat Paulus (námq. huic communia campus*
*Iura atq; arma tulit) labi mergente ſiniſtro*
*Conſule res, peſſúmq; dari, ſed mobilis ira*
*Turbati vulgi, ſignatáq; mente cicatrix*
*Vndanteis ægro frenabat corde dolores,*
*Nam cùm perdomita eſt armis iuuenilibus olim*
*Illyris ora, nigro tunc allatrauerat ore*
*Victorem inuidia, & ventis iactarat iniquis.*
*Hinc inerat metus, & duræ reuerentia plebis.*
*Sed genus admotum ſuperis, ſummúmq; per altos*
*Attingebat auos cœlum numerare parentem*
*Aſſaracum retro præſtabat Amulius author,*
*Aſſaracúſq; Iouem: nec qui ſpectaſſet in armis*
*Abnueret genus, huic Fabius iam caſtra petenti:*
*Si tibi cum Tyrio credis fore maxima bella*
*Ductore, inuitus vocem hanc è pectore rumpam.*
*Fruſtraris Paule Auſoniam, te prælia dira,*

*Téq; hoſtis caſtris grauior manet, aut ego multo*
*Nequicquam didici caſus pernoſcere Marte,*
*Spondentem audiui (piget heu, tædétq; ſenectæ,*
*Si quas proſpicio, reſtat paſſura ruinas)*
*Cum duce tam fauſti Martis, qua viderit hora*
*Sumpturum pugnam. quantum nunc Paule ſupremo*
*Abſumus exitio, vocem hanc ſi Conſulis ardens*
*Audiuit Pœnus? iam latis obuia credo*
*Stat campis acies, expectatúrq; ſub ictu*
*Alter Flamminius. quantos inſane ciebis*
*Varro viros, tu, proh ſuperi, tu protinus arma:*
*Tu campum noſcas ante, exploréſq; trahendo*
*Quantum hoſtis ritus valeat, quæ copia rerum,*
*Quæ natura loci, quod ſit rimabere ſolers*
*Armorum genus, & ſtantem ſuper omnia tela*
*Fortunam aſpicies, fer Paule in deuia recti*
*Pectora: cur, vni patriam ſi affligere fas eſt,*
*Vni ſit ſeruare nefas? eget improbus arcto*
*Iam victu Libys, & belli feruore recluſo*
*Laxa fides ſociûm eſt, non hic domus hoſpita tecto*
*Inuitat patrio, non fide mœnibus vrbes*
*Excipiunt, renouátque pari ſe pube iuuentus.*
*Tertia vix ſupereſt crudo quæ venit Ibero*
*Turba virûm, perſta, & cauti medicamina belli*
*Lentus ama: ſi qua interea inuitauerit aura,*
*Annuerítq; deus, velox accede ſecundis.*
*Cui breuiter mæſto Conſul ſic ore viciſſim:*
*Mecum erit hæc prorſus pietas, mentémque feremus*
*In Pœnos inuicte tuam, non me vnica fallit*
*Cunctandi ratio, qua te graſſante ſeneſcens*
*Annibal oppreſſum vidit conſidere bellum.*
*Sed quænam ira deûm? Conſul datus alter opinor*
*Auſoniæ eſt, alter Pœnis, trahit omnia ſecum,*
*Et metuit demens alio ne conſule Roma*
*Concidat: è Tyrio conſortem accire ſenatu*
*Non iam ſera voles, nullus qui portet in hoſtem*
*Sufficit inſano ſonipes, incedere noctis*
*Quod tardent curſum, tenebras dolet, ítque ſuperbus*
*Tantum non ſtrictis mucronibus, vlla retardet*

*Ne pugnas mora, dum vagina ducitur enſis.*
*Tarpeia rupes, cognatáq. ſanguine nobis*
*Tecta Iouis, quæque arce ſua nunc ſtantia linquo*
*Mœnia felicis patriæ. quocunque vocabit*
*Summa ſalus, teſtor, ſpreto diſcrimine iturum.*
*Sed ſi ſurda mihi pugnabunt caſtra monenti,*
*Haud ego vos vltra nati, dulcémq; morabor*
*Aſſaraci de gente domum, ſimilémve videbit*
*Varroni Paulum redeuntem ſaucia Roma.*
*Sic tumidi verſa turbati mente petebant*
*Caſtra duces, ac prædictis iam ſederat aruis*
*Aetolos Pœnus ſeruans ad prælia campos.*

FVMAT MALE CONCITVS AXIS. ] *Fumat.* non vanè dictum. Nam cùm non audit currus habenas, maior illi aſſertur vis, ipsáque violentia interceptus aër incandeſcit rotatu, aut ſaltem *fumum* reddit, cui *fumo flamma proxima* Plauti charactere.

ET BELLI FERVORE RECLVSO. ] Amplector Col. M. *Retuſo.*

TERTIA VIX SVPEREST, CRVDO QVÆ VENIT IBERO, TVRBA VIRVM.] Plutarchus eandem pene tribuit orationem Fabio: Τῆς δ' οἴκοθεν δυνάμεως ὐδ' ἡ τρίτη μοῖρα πάνυ παρέισι. Liuius. *Tertiam vix partem eius exercitus habet, quem Iberum amnem traiecit. Plures fames, quàm ferrum adſumſit, nec iis paucis iam victum ſuppeditat.* Adſcribantur his turmæ integræ niuium, & aggerum prolapſu obrutæ, & ſeditioſorum multa millia domum remiſſa: prœliorum etiam fortuna plurimi hauſti & nulla vſquedum miſſa ſupplementa (an poſtea diſpiciam) Annibalis ſanè exercitum valde attriuerant. Liuius, ac Polybius ſparſim. Polybius libro tertio vix Annibali tranſcenſis Alpibus alteram exercitus partem putat ſuperfuiſſe: Πεζοὺς μὲν εἰς ὀκτακισχιλίους, καὶ τρισμυρίους ἔχων, ἱππεῖς δὲ πλείους ὀκτακισχιλίων, σχεδὸν που τὴν ἡμίσειαν τῆς δυνάμεως, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς διέφθειρεν.

MECVM ERIT HÆC PIETAS. ] Maro:

*Mecum erit iſte labor.*

E TYRIO CONSORTEM ACCIRE SENATV NON TAM SERA VOLET. ] Membranæ Colonienſes *Lapſa v.* Ego:

*E Tyrio conſortem acceire Senatu,*
*Non tam ſæua volet.*

Negotium in plano.

COGNATAQVE SANGVINE NOBIS TECTA IOVIS. ] Quippe & Paulo *genus ab Ioue ſummo.* Vide prius:

*Aſſaracúſque Iouem.*

*Non aliás maiore virûm, maiore ſub armis*
*Agmine cornipedum concuſſa eſt Itala tellus.*
*Quippe extrema ſimul gentiq; vrbiq; timebant,*

*Nec ſpes certandi plus vno Marte dabatur.*
*Faunigenæ ſocio bella inuaſere Sicano*
*Sacra manus Rutuli, ſeruant qui Daunia regna,*
*Laurentiq; domo gaudent, & fonte Numici.*
*Quos caſtrum, Phrygibúſque grauis quondam Ardea miſit.*
*Quos celſo deuexa iugo Iunonia ſedes*
*Lauinum, ac altrix caſti Collatia Bruti,*
*Quíque immite nemus Triuiæ, quiq; oſtia Thuſci*
*Amnis amant, trepidóq; fouent Almone Cybelen.*

NON ALIAS MAIORE VIRVM, MAIORE SVB ARMIS AGMINE CORNIPEDVM CONCVSSA EST ITALA TELLVS. ] Plutarchus in Fabio largè annumerat: Συνῆγε, καὶ κατέχασε δύναμιν τηλικαύτην, ἡλίκην πρὸς οὐδένα πώποτε τῶν πολεμίων ἐχρήσαντο Ῥωμαῖοι. μυριάδες γὰρ ἐννέα δισχιλίων ἀνδρῶν δέουσαι συνετάχθησαν εἰς τὴν μάχην: Tantum conſcriptum ductabat exercitum Varro, quantum in hoſtem alium nullum Romani vnquam coëgere. Octoginta námque & octo millia virorum militiæ dederunt nomina. Dionyſius Halicarnaſſeus l.2. Antiq. Rom. ſcribit Cannenſem cladem ter mille viros de octoginta peditum millibus exiſſe, atque è ſex equitum millibus ſuperfuiſſe tantum trecentos & ſeptuaginta. Tranſi ad eum locum lib. 10.

> — *bis tricenis orbata gemebat*
> *Millibus.*

Liuius lib. 22. eorum meminit qui ſeptem & octoginta armatorum millia poſuere. Idem li. 23. à Cannenſi pugna *duodeuiginti legionib. rem geſtam* teſtatur. Lib. 24. amplius *ſummam trium & viginti legionum effectam*. Id verò temporis legio complexa erat peditum quinque millia abſque equitibus; quod è Liuii lib. 22. non eſt obſcurum. Purgo igitur Silium, & Plutarchum hac ratione, quò iis locis Liuius enumeret, quidquid militum Romanis eſſet ſiue in Italia, ſiue in Hiſpania, locíſque aliis: Silius Italiæ terminis ſuos retinet. Sic diſertim effatur Liuius li. 30. *xx. omnino legionibus, & CLX. nauibus longis res Romana eo anno geſta.* Quid verò agas Plinio li. 3 c. 20. *Italia,* inquit, *L. Æmylio Paulo, C. Attilio Regulo Coſſ. nunciato Gallico tumultu ſola ſine externis vllis auxiliis, atque etiam tunc ſine Transpadanis, equitum octoginta millia, peditum ſeptingenta millia armauit.*

ET FONTE NVMICI. ] Pari modulo Virgilius: Horatius impari:

> *Brunduſium Numici melior via ducit, an Appi?*

Conſtans ſecum Silius hoc ipſo libro:

> — *paruo deſcendens fonte Numicus.*

QVOS CASTRVM. ] Peccant libri minuſcula ſcripti: eſt enim proprium. Æneid. 6.

> *Pomerios, Caſtrúmque Inui, Bolámque, Corámque.*

Docebit, firmabítque aditus Plinius li. 3. c. 5. in quo videbis & *Caſtrum nouum.* Adeo nihil in Virgilio temerè.

PHRYGIBVSQVE GRAVIS QVONDAM ARDEA MISIT. ] Non tam bello grauis quàm opulentia inuiſa Liu. li. 1. de Ardentium gente: *Diuitiis præpol-*

*lens, eáque ipſa cauſa belli fuit, quòd rex Romanus tùm ipſe ditari exhauſtus magnificentia publicorum operum, tùm prædâ delinire popularium animos ſtudebat.* Dionyſius li.4. Ὡς δὴ πάλιν ἧς εἶχεν ἐπιβουλεύων αὐτῇ διὰ τὸν πλοῦτον εὐδαιμονοῦσαν μάλιστα τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων. *Vt autem veritas fert, ipſi inſidiatus, quod præ cæteris Italiæ ciuitatibus, diuitiis abundaret.* Conſulendus & li.4. Liuius, & Dionyſius lib.11.

IVNONIA SEDES LAVINVM. ] Scribo *Lanuuium* Ouid. Faſt. 6. ſecutus:

> *Nec tamen hunc nobis tantummodo præſtat honorem*
> *Roma! ſuburbani dant mihi munus idem.*
> *Inſpice quos habeat nemoralis Aricia faſtos,*
> *Et populus Laurens, Lanuuiúmque meum.*
> *Eſt illic menſis Junonius, Adſpice Tibur.*
> *Et Præneſtina mœnia ſacra Deæ.*

Macrob.l.1.Sat.c.12. *Cincius arbitratur quod Iunonius apud Latinos ante vocitatus, diúque apud Aricinos, Præneſtinóſque hac appellatione in faſtos relatus ſit: adeo, vt ſicut Niſus Commentariis Faſtorum dicit, apud maiores noſtros quoque hac appellatio menſis diu manſerit, ſed poſt detritis quibuſdam literis ex Iunonio Iunius dictus ſit.* Correctionem noſtram firmiùs adſtruet, & Silium elucidabit Liuius li.8. *Lanuuinis ciuitas data: ſacráque ſua reddita cum eo, vt ædes, lucuſque Soſpitæ Iunonis communis* Lanuuinis *municipibus cum populo Romano eſſet.* De cuius templi picturis Plinius l.35.c.3. Emendandus iterum Silius li.13.

> *Lanuuio generate, inquit, quem Soſpita Iuno*
> *Dat nobis Milo.*

Præfuit τῷ *Lauino.* Lanuuii ædem Iunonis *Soſpitæ* reponit & lib.29. Liuius, alibíque Feſtum apud *Soſpes*, etiam, atque *Siſpes.*

ALTRIX CASTI COLLATIA BRVTI. ] Retulit in Hiſtoriam Liuius li.1. Ouid. Faſt.2. Florus, alii. Cur hoc inde pra nominis aperit Sex. Pompeius: *Cõlatia opidum fuit prope Romam, eò quòd ibi opes aliarum ciuitatum fuerint conlata. A qua Romæ porta Conlatina dicta eſt.*

QVIQVE IMMITE NEMVS TRIVIÆ. ] Dianæ Aricinæ. Dictum antè Aricinam lib.14. Metam. Scythicam dicit Ouid. à rituum & ſacrorum ſimilitudine:

> — *Scythicæ ſtagnum memorale Dianæ.*

Circumſpice, adſita docebunt.

QVIQVE OSTIA THVSCI AMNIS. ] Tibris, quatenus in Tyrrhenum euoluitur. Faſt.4.

> *Fluminis ad flexum veniunt: Tiberina priores*
> *Atria dixerunt, vnde ſiniſter abit.*

*Tiberina* dixit *oſtia* Tacitus An.15.

TEPIDOQVE FOVENT ALMONE CYBELEN. ] Faſtorum 4. ritus expreſſior:

> *Eſt locus in Tiberim qua lubricus influit Almo;*
> *Et nomen magno perdit in amne minor.*
> *Illic purpurea canus cum veſte Sacerdos*
> *Almonis, dominam, ſacráque lauit aquis.*

Claudian. de Bel. Gild.

Prælató-

*Prælatóque lauas Phrygios Almone leones,*
*Maternis precib. natum iam flecte Cybelle.*

Prudentius in hiſtoria S. Romani:

*Lapis nigellus euehendus eſſedo*
*Muliebris oris clauſus argento ſedet,*
*Quem dum ad lauacrum præeundo ducitis*
*Almonis vſque peruenitis riuulum.*

Vide Martialem li. 3. c. 47. Quem renuere morem nonnulli Germaniæ populi autore Tacito qui *Herthum* colunt, id eſt, *Terram matrem* eodem interprete. Sic ille: *Mox vehiculum & veſtes, & ſi velis credere numen ipſum ſecreto lacu abluitur.* Cùm inſtabat lauatio præco palàm iſta: LAVATIO DEVM MATRIS EST HODIE, Arnob. li. 7.

*Hinc Tybur Catylle tuum, ſacríſque dicatum*
*Fortunæ Præneſte iugis, Antemnáq; priſco*
*Cruſtumio prior, atque habiles ad aratra Labici:*
*Necnon ſceptriferi qui potant Tybridis vndam,*
*Quiq; Anienis habent ripas, gelidóq; rigantur*
*Simbriuio, raſtriſque domant Equicula rura.*

HINC TIBVR CATILLE TVVM. ] Explicant Notæ in librum quartum.

SACRISQVE DICATVM FORTVNÆ PRÆNESTE IVGIS. ] Nominis originem reuelat Ariſtoteles Italicorum tertio: Τηλέγονος Ὀδυσσέως, καὶ Κίρκης ὢν ἐπὶ ἀναζήτησιν τοῦ πατρὸς πεμφθεὶς ἔμαθε πόλιν κτίσαι, ἔνθα ἂν ἴδῃ γεωργοὺς ἐστεφανωμένους, καὶ χορεύοντας. Γενόμενος δὲ κατά τινα τόπον Ἰταλίας καὶ θεασάμενος ἀγροίκους πρινίοις κλάδοις ἐστεφανωμένους, καὶ ὀρχήσει προσευχαιροῦντας, ἔκτισε πόλιν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος Πρίνιστον ὀνομάσας, ἣν Ῥωμαῖοι παραγραμματίσαντες Πραίνεστον καλοῦσι. *Telegonus ex Vlyſſe, ac Circa ſuſceptus, cùm ad quærendum patrem miſſus eſſet, doctus eſt ciuitatem condere, vbi ruſtres coronatos, ac tripudiantes vidiſſet, qui quodam Italiæ loco rureſtres conſpicatus ramis è prino coronatos, choreiſque vacantes, ciuitatem condidit ab euentu Prineſtum nuncupatam quam Romani eum additamento Præneſtum vocant.* Feſtus aliter: *Præneſte dicta eſt, quia is locus, quo condita eſt: montibus præſiet.* Alitérque de conditore: *Cæculus condidit Præneſte.* Solin. cap. 8. *Præneſte, vt Zenodotus refert à Præneſte Vlyſſis nepote, Latini filio: aut, vt Præneſtini ſonant libri, à Cæculo, quem iuxta ignes fortuitos inuenerunt, vt fama eſt, Digitiorum ſorores.* Stephan. Πραίνεστος πόλις Ἰταλίας ἀπὸ Πραινέστου τοῦ Λατίνου τοῦ Ὀδυσσέως, καὶ Κίρκης. *Præneſte ciuitas Italiæ à Præneſto Latini, quem Vlyſſes, & Circa genuerant, filio.* De fortuna ibi culta ſic accipe. Carneadem Clitomachus ſcribit dicere ſolitum nuſquam ſe fortunatiorem, quam Præneſte vidiſſe fortunam. Strabo lib. 5. ſcribit fortunæ ibi fuiſſe templum oraculis nobile: Πραινεστὸς δ' ἐστὶν ὅπου τὸ τῆς τύχης ἱερὸν ἐπίσημον χρηστηριάζον. *Præneſte eſt, vbi Fortunæ templum inſigne in quo ſortes redduntur.* Sylla (fortunæ ludus, an pullus?) pauimentum fecit nobile minutis cruſtis in Fortunæ delubro.

Lucanus tamen Præneſtinos bello ciuili parum ſcribit fortunatos lib. 2. Pharſaliæ:

*— vidit fortuna colonos*
*Præneſtina ſuos cunctos ſimul enſe reciſos*
*Vnius populi pereuntem tempore mortis.*

Qua ex occaſione culta ſit Præneſte fortuna, déque Præneſtinis ſortibus pulcra notat M. Tullius lib. 2. de Diuinatione. Colebatur & Antii fortuna, Macrob. l. 1. Sat. c. 23. & Hor. *Fortuna gratioſa quæ regis Antium*. Item Romæ Tacit. li. 15. decretum vt *Fortunarum effigies aureæ in ſolio Capitolini Iouis collocarentur*. Plura principio.

NECNON SCEPTRIFERI QVI POTANT TIBRIDIS VNDAM. ] Dionyſius:

Θυμβρὶς ἐϋρρείτης ποταμῶν βασιλεύτατος ἄλλων
*Vndifluus Tibris fluuiorum rex aliorum.*

Quod adſpectu *Dominæ* Romæ dictum. Vel *ſceptriferi*: quia ſceptrifer Tiberinus in eo merſus. Ouid. in Faſtis non ſemel, Euſtathius in Dionyſium, Feſtus verbo *Albula*.

GELIDOQVE RIGANTVR SIMBRVVIO. ] Lipſius ex Liuii octauo mauult *Imbruuio*, itaque reponit in Tacito. *Simbruuiy* gelu ſanum pronunciant Medici. Celſus lib. 4. cap. 5. *Conſiſtere in gelidis, medicatiſque fontibus, quales Cutiliarum, Simbruuiarúmque ſunt, ſalutare eſt*. Variat ſcribendi ratio: *Simbriuium, Simbruuinum, Symbruuinum, Symbriuinum*. Vani ſunt, qui vnam ingreſſi ſcribendi viam, aliam nullam cæteris patere volunt.

RASTRISQVE DOMANT ÆQVICOLA RVRA. ] Æneid. 7.

*Horrida præcipuè cui gens Æquicola glebis*
*Armati terram exercent, ſempérque recentes*
*Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.*

*Æquicolani* ab *æquo colendo* vocabulum accepiſſe videntur iudicari à Seruio hæc in lib. Æneid. 10. ſcribente: *Ancus Martius cùm videret populum Romanum ardentem amore bellorum plerumque inferre bella gentib. nulla iuſta exſtante ratione, & exinde pericula grauia creari, miſit ad gentem Aequicolanam, & accepit iura fetialia, per quæ bellum indicebatur.* Et ipſi igitur *æquum colebant*, & Romanos idem facerent, docuere.

*His Scaurus monitor, tenero tunc Scaurus in æuo,*
*Sed iam ſigna dabat naſcens in ſecula virtus.*
*Non illis ſolitum criſpare haſtilia campo,*
*Nec mos pennigeris pharetram impleuiſſe ſagittis:*
*Pila volunt, breuibúsque habiles mucronibus enſes,*
*Aere caput tecti. ſurgunt ſuper agmina criſtis,*
*At quos ipſius menſis impoſita Lyæi*
*Setia, & incelebri miſerunt valle Velitræ,*
*Quos Cora, quos ſpumans inimico Signia muſto,*
*Et quos peſtifera Pontini vligine campi*

*Qua Saturæ nebuloſa palus reſtagnat, & atro*
*Liuentes cœno per ſqualida turbidus arua*
*Cogit aquas Vfens, atque inficit æquora limo,*
*Ducit auis pollens, nec dextra indignus auorum*
*Scæuola, cui diræ celatur laudis honora*
*Effigie clypeus. flagrant altaribus ignes.*
*Tyrrhenum valli medio ſtat Mutius ira*
*In ſemet verſa, ſæuitque in imagine virtus.*
*Tunc icti ſpecie ruere acri in bella magiſtro.*
*Cernitur effugiens ardentem Porſena dextram.*
*Queis Circæa iuga, & ſcopuloſi verticis Anxur,*
*Hernicáq. impreſſo raduntur vomere ſaxa,*
*Queis putri pinguis ſulcaris Anagnia gleba.*
*Sylla Ferentinos Priuernatúmque maniplos*
*Ducebat ſimul excitos, Soræque iuuentus*
*Addita fulgebat telis, hic Scaptia pubes*
*Hic Fabrateriæ vulgus, nec monte niuoſo*
*Deſcendens Atina aberat, detritáque bellis*
*Sueſſa, atque à duro Fruſino haud imbellis aratro.*

His Scavrvs monitor. ] Στρατηγός. ideo *Monitor.* quia quid in tempore facto opus ſit, ductor monet. Sic legimus Æn. 10.

*Arcadas accenſos monitu Pallantis*

quibus vtique imperator ille, ſeu *monitor.* Silii lib. 7. Minucium pro officio Fabius:

— *præformat dictis, fingitque monendo.*

Apud Salluſtium in Iugurthino pulcerrimè Marius contra nobilitatem ignauam, & inexpertam: *Scilicet vti in tanta re ignarus omnium trepidet, feſtinet, ſumat aliquem ex populo monitorem officij ſui. Ita plerumque euenit, vti quem vos imperare iuſsiſtis, is ſibi imperatorem alium quærat.* Similiter *Monens* Curtii lib. 3. *Ipſi phalangem vocant peditum ſtabile agmen: vir viro, arma armis conſerta ſunt: ad nutum monentis intenti.*

Brevibvsqve habiles mvcronibvs enses. ] Hiſpanici gladii facie, quem refert Polybius. Silii dictio Liuiana eſt lib. 22. *Hiſpano punctim magis, quàm cæſim aſſueto petere hoſtem breuitate habiles, & cum mucronibus gladij.*

Mensis seposta Lyæi Setia. ] Ambroſium, & Baccho dignum vinum Setia dederit. Setina vina commendata Iuuenali Sat. 5.

*Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de*
*Setinis, cuius patriam, titulúmque ſenectus*
*Deleuit multa veteris fuligine teſtæ.*

Straboni libro quinto, Martiali lib. 4. *us a*[illegible]am. qui lib. 9. Epigram. 3. ea calentiùs accendit:

*Incenſura niues Domina Setina liquantur.*

Plinio lib. 14. cap. 6. *D. Auguſtus Setinum prætulit cunctis, & fermè ſecuti principes propter confeſſa experimenta, non temerè cruditatibus noxijs ab ea ſaliua.*

INCELEBRI MISERVNT VALLE VELITRÆ. ] Stephanus: Βέλιτρα πόλις Ἰταλίας, ὑπὸ Ῥώμης ἀπωτέρω. *Velitræ Italiæ urbs non procul Roma.* Commodius diſferas: *in celebri*, ſcilicet ὁδῷ. *Velitræ*, quæ ſunt in valle celebri. Nomen vel inde eſſe poteſt, quod Romani *caſtris exutum hoſtem* (de Volſcis ſermo eſt) *Velitras perſecuti vno agmine victores cum victis in vrbem irrupere: pluſq. ibi ſanguinis promiſcua omnium generum cæde, quam in ipſa dimicatione factum*, Liuius li.2. Nomen etiam ab Octauia gente, quæ Velitris inclaruit, Suet. Augusti c.1. Denique nomen ex Suet. c. 94. *Velitris antiquitùs tacta de cælo parte muri, reſponſum eſt eius oppidi ciuem quandoque rerum potiturum, qua fiducia Velitrini & tunc ſtatim, & poſtea ſæpius pene ad exitium ſui cum populo Romano belligerauerant ſerò tandem documentis apparuit oſtentum illud Auguſti potentiam portendiſſe.*

SPVMANS INIMICO SIGNIA MVSTO. ] Strabo lib.5.de Signia: Ἡ δὲ σταλτικώτατος τῆς κοιλίας τὸ Σιγνῖνον καλούμενον. *Fert hæc Signium vini genus, eius ventris adſtringendi vis vnica.* Ideo Plinius li.14.c.6. *Quod Signiæ naſcitur auſteritate nimia continendæ aluo vtile inter medicamenta numeratur.* Mart.li.13.Ep.116.

*Potabis liquidum Signina morantia ventrem:*
*Ne nimium ſiſtant, ſit tibi parca ſitis.*

PESTIFERA PONTINI VLIGINE CAMPI. ] Lucanus 3. Ciuil.

*Et qua Pontinas via diuidit vda paludes.*

Martialis lib.10.Epigr.74.

*Nec qua paludes delicata Pontinas*
*Ex arce cliui ſpectat vua Setini,*

me ſcilicet capit. Scribit Tacitus Annali 15 ab lacu Auerno ad oſtia *Tiberina neque aliud humidum gignendis aquis occurrit, quam Pomptinæ paludes.* ſic ibi: ſic Vet. Inſc. ſæpicule eſt. *Pomptina* quandoque *Pom.* L. IVLIVS L. F. POM. *Pomptina*, ſcilicet tribu. Feſtus in Frag. Farneſiano: *Pontina tribus à Pontia vrbe dicta, à qua & palus quoque Pontina appellata eſt iuxta Terracenam.*

QVA SATVRÆ NEBVLOSA PALVS RESTAGNAT. ] Æneid.7.

*Quà Saturæ iacet atra palus, gelidúſque per imas*
*Quærit iter valles, atque in mare conditur Vfens.*

TVRBIDVS ARVA COGIT AQVAS VFENS. ] Claudianus de Conſulatu Prob.& Olyb.

*— tardatúſque ſuis erroribus Vfens.*

In vet. Inſcr. ſæpe legas *Oufens, Oufentina, Oufentinus.* Sic & Lucretius:

*Priuerno Oufentina venit, fluuióque Oufente.*

Flumen Vfens eſt in agro Priuernate mare intra, & Taracinam teſte Sexto Pompeio in fragmento.

STAT MVTIVS IRA IN SEMET VERSA. ] Scæuolæ fortitudinem tuentur à morte Mart. lib. li. 1.Ep. [illegible] li.8.Epigr.30. M.Tullius non ſemel, D. Aug. de Ciuit. Hiſtorici.

QVIS CIRCÆA IVGA.] Metamorphoſeωn 14. Circe:

*Nomine dicta ſuo Circæa reliquerat arua.*

SCOPVLOSI VERTICIS ANXVR.] Poſitum in rupe. Hor. Sat. 5. lib. 1.

*— Subimus*
*Impoſitum ſaxis latè candentibus Anxur.*

Cauſa, cur — *arcéſque ſuperbæ*
*Anxuris.*

Papinio lib. 1. Syluarum. Cauſa, cur Lucanus lib. 3. dixerit:

*Iámque & præcipites ſuperauerit Anxuris arces.*

Liuius lib. 4 *Anxur, quæ nunc Taracinæ ſunt, circummiſſæ quatuor cohortes cum C. Seruilio Hala, cùm imminentem vrbi collem cepiſſent ex loco altiore, qua nullum erat præſidium, inuaſere.* Feſtum adi, Catonem in Originib. Hegeſippum lib. 3. Monti à Ioue *Anxuro* nomen eſt. Falluntur autem, qui Iouem volunt *Anxurum* dictum. *Anxurus* enim quaſi ἄνευ ξύρου, *Abſque nouacula.* teſte Palæphato de Cognominibus Deorum, vt & Iouis *Anxuri* munus à Goltzio publicatus venuſtè oſtendit, in quo eſt exaratum ΑΓΞΥΡΟΣ. Plinius tamen lib. 3. c. 5. docet *Anxur* vocem eſſe Volſcorum: ſed autoritate Palæphati, & Seruii reiici poteſt, & concinna nominis originatione.

QVIS PVTRI SVLCARIS ANAGNIA GLEBA.] Inde tritici fœcunda. Sil. lib. 12.

*— ſurgit ſuſpenſa tumenti*
*Dorſo frugiferis Cerealis Anagnia glebis.*

Inde diuitiæ. Aeneid. 7.

*— quos diues Anagnia paſcit.*

Inde vrbi pretium. Strabo lib. 5. cum repoſuiſſet eam via Præneſtina, adſcribit: Ἀναγνία πόλις ἀξιόλογος, *Anagnia ciuitas memorabilis.*

FERENTINOS, PRIVERNATVMQ. MANIPLOS.] De vtriſque Strabo lib. 5.

HINC FABRATERIÆ VVLGVS.] Geographus lib. 5. Φαβρατερία, παρ' ἣν ὁ Τρῆρος ῥεῖ. *Fabrateria, quam Trerus præterfluit.* Iuuenalis Sat. 3.

*Si potes auelli Circenſibus, optima Soræ,*
*Aut Fabrateriæ domus, aut Fruſinone paratur.*

Vitioſè igitur apud Plinium lib. 3. c. 5. ſcribitur *Frabaterni*, pro *Fabraterni.*

NEC MONTE NIVOSO, DESCENDENS ATINA ABERAT.] *Nec aberat.* etiam milite abundantior erat. *Huius præfectura* [Atina] *plena virorum fortiſſimorum, ſic vt nulla tota Italia frequentior dici poßit.* Cicero pro Cn. Plancio.

DETRITAQ. BELLIS SVESSA.] Sueſſa Pometia olim à Tarquinio Superbo capta, cuius ſpolia patritum eſſe Capitolium teſtatur Tacitus lib. 3. Hiſtor. Quando colonos Romani Sueſſam miſerint, dicet Velleius lib. 1.

*At qui Fibreno miſcentem flumina Lyrim*
*Sulfureum tacitiſque vadis ad littora lapſum*
*Accolit Arpinas, accita pube Venafro,*
*Ac Larinatum dextris ſocia hiſpidus arma*
*Commouet, atque viris ingens exhaurit Aquinum.*

*Tullius æratas raptabat in agmina turmas*
*Regia progenies, & Tullo ſanguis ab alto:*
*Indole proh quanta iuuenis, quantúmq; daturus*
*Auſoniæ populis ventura in ſæcula ciuem.*
*Ille ſuper Gangem, ſuper exauditus & Indos,*
*Implebit terras voce, & furialia bella.*
*Fulmine compeſcet linguæ, nec deinde relinquet*
*Par decus eloquio cuiquam ſperare nepotum.*

FIBRENO MISCENTEM FLVMINA LIRIM. ] De Fibreno Silii magiſter lib. 2. de Legibus: *Statim præcipitat in Lyrem, & quaſi in familiam patriciam venerit, amittit nomen obſcurius, Lyrémque multo gelidiorem facit. Nec enim vllum hoc frigidius flumen attigi, cùm ad multa acceſſerim, vt vix pede tentare id poßim.* Vide cetera.

Illud ergo Tullii lib. 1. ad Atticum Epiſt. 15. *Quid homini Arpinati cum aquis calidis*? ideo falſum, quòd Arpinates aquæ frigentes ſunt: frigent autem à Fibreno, quo veluti roſtro ea finditur inſula. *Miſcentem flumina*, non malè, nec enim niſi duorum poteſt eſſe miſtura.

LIRIM TACITISQVE VADIS AD LITTORA LAPSVM. ] Horat. lib. 1. Oda 31.

— *quæ Liris quieta*
*Mordet aqua taciturnus amnis.*

ACCITA PVBE VENAFRO.] Strabo lib. 5. Οὐενάφρειον, ὅθεν τὸ κάλλιστον ἔλαιον. ἡ μὲν γὰρ πόλις ἐφ᾽ ὕψους κεῖται. παραῤῥεῖ δὲ τὴν τοῦ λόφου ῥίζαν ὁ Οὐολτοῦρνος. *Venafrum, vnde præſtantißimum oleum. Vrbs ipſa edita eſt: collis pedem præterfluit Vulturnus.* Cicero ſuprà.

INGENSQVE VIRIS EXHAVRIT AQVINVM.] Strab. lib. 5. Ἀκούινον μεγάλη [illegible] ἐστὶ, παρ᾽ ἣν ὁ Μέλπις ῥεῖ ποταμὸς μέγας. *Aquinum ciuitas ingens eſt, ad quam Melpis, ingens & ipſe fluuius, fluit.*

TVLLIVS ÆRATAS RAPTABAT IN ÆQVORA TVRMAS. ] Parentem Ciceronis non accipio, quòd cùm eſſet infirma valetudine in Arpinate villa ferè ætatem egit in literis alienior ab armata Pallade, Cicero lib. 2. de Legibus: ſed auum, qui nòn abs re Arpinatibus à Silio præficitur.

REGIA PROGENIES, ET TVLLO SANGVIS AB ALTO.] Ex qua deinde M. Tullius Cicero Latinæ linguæ parens. Meminit eorum Plutarchus, qui Ciceronis genus Tullio Appio Volſcorum olim regi adſcripſere. Eandem opinionem ſtatuit Euſebius Chronico, ſequitur Fabricius in Ciceronis Hiſtoria. Quos frangere molitur Scopa c. 5. Coniectaneorum. ἐπέχω. N. L. Ac ne tamen aſymbolus [illegible] videar, nullum à Scopa firmam ſatis eſſe coniecturam pr[illegible]o. Potuit enim M. Tullius Cicero eſſe à Tullo rege, atque ex ignobilibus naſci: ſiquidem lapſu tot ſeculorum generis nobilitatis [illegible], [illegible] efflore[illegible]ere, quam ipſe deinde ſuapte induſtria fecit [illegible]re. Quam multi viuunt hodie rogatores inopioſi, quorum [illegible] niſi [illegible] ignota, iactarent ſe regibus atauis? At, inquies, gloriæ mancipium Cicero, qui paſſim *nubes, & inania captat*, ple-

niſque buccis laudes domeſticas crepat, nullus id prætériiſſet? Conſulto prætermiſſe debuit inuidiæ deuitandæ, & quod *nomen regium Romæ*, vt loquitur Liuius *eſſet intolerabile*. Et ioco, probroue *Regis* aduerſum ſe commeminit Tullius l.1.ad Atticum Epiſt.15. Certo ipſe de ſe l.2.de Legibus: *Hîc enim orti ſumus* [ego, & frater] *ſtirpe antiquiſſima* [*ſumus* regiam nec apponit, nec ſeponit] *hîc ſacra, hîc genus, hîc maiorum multa veſtigia*. Indicant hæc aliquid ſupra vulgum, & priſcæ nobilitatis. Oratione vero pro P. Sylla Torquatus ita compellatur: *At hic etiam id quod tibi neceſſe minimè fuit, facetus eſſe voluiſti, cùm Tarquinium, & Numam, & me tertium peregrinum regem eſſe dixiſti*. Quę Oratoris arte Cicero ad Conſulatum ſuum detorquet. Quid quod primo Tuſcul. lib. Phærecydem Syrum dicit *fuiſſe regnante ſuo gentili*? Inſinuat Tullium regem Volſcorum, quem veritus eſt nominare. Onuphrius libro de Antiquis nominib. Tulliarum gentium patriciam alteram, alteram plebeiam facit: hanc ortam à Tullo Actio Volſcorum rege: ex illa Seruius Tullius Romanorum rex, ac forte M. Tullius Longus. Denique hoc è Silii loco, & lib. 2. de Legib. M. Tullio Ciceroni regiam gentem Hotomanus inſcribit Comment. in Ciceronem.

FVRIALIA BELLA.] Tangit Catilinam, & qui cùm eo conſpirati, coniuratíque. Tangit M. Antonium, Clodium, Sabinium, Piſonem, cæteros; priores potiſſimùm.

PAR DECVS ELOQVIO.] Nefas illa Plinii præteriri lib.7.c.30 *Salue primus omnium parens patriæ appellate primus in toga triumphum, linguaque lauream merite, & facundiæ literarum Latinarum parens: atque vt Dictator Cæſar hoſtis quondam tuus de te ſcripſit, omnium triumphorum lauream adepte maiorem. Quanto plus eſt ingenij Romani terminos promouiſſe, quàm imperii*. Forſan emendatiùs *Tanto lauream adepte maiorem, quanto plus eſt* &c. Vide Ciceronis laudes ampliſſimas apud Senecā Suaſoriarum li. 1. *Nemo tamen ex tot diſertiſſimis viris meliùs Ciceronis mortē deplorauit, quā Cornelius Seuerus*: tum verſus Seueri ſubiicit.

*Ecce inter primos Therammeo à ſanguine Clauſi*
*Exultat rapidis Nero non imitabilis auſis,*
*Hinc Amiterna cohors & Bactris nomina ducens*
*Caſperula, hunc Foruli, magnaque Reate dicatum*
*Cælicolûm matri, nec non habitata pruinis*
*Nurſia, & à Tetrica comitantur rupe cohortes:*
*Cunctis haſta decus, clypeúſq; refertur in orbem,*
*Vertice & implumes, ac leui tegmine cruris*
*Ibant, & lati pars Sanctum voce canebant*
*Authorem gentis, pars laudes ore ferebant*
*Sabe tuas. qui de patrio cognomine primus*
*Dixiſti populos magna ditione Sabinos.*
*Et qui Picena ſtimulat telluris alumnos,*
*Horridus, & ſquamis, & equina Curio criſta,*
*Pars belli quàm magna venit, non æquore verſo*

*Tam creber fractus albeſcit fluctus in vndu,*
*Nec cœtu leuiore, vbi mille per agmina virgo*
*Lunatis acies imitatur martia peltis,*
*Perſtrepit, & tellus, & Amazonius Thermodon.*

THERAMNÆO A SANGVINE CLAVSI.] Incogitantia nonnulli ſcripſerũt à Theramnis Sabinorum ortos Claudios, cùm ſunt ex Regillis, autore Suetonio Tiberii cap.1. & Dionyſio Hal. libb.5. & 11. Cur verò *Terapnæi* dicuntur, & *Amyclæi*, poſteriùs dicam.

EXVLTAT RAPIDIS NERO NON IMITABILIS AVSIS.] Pugnam ſingularem Taureæ, & Claudii Neronis ſignat pugnatam ad Capuam. Præter Liuium lib. 23. ipſe Silius lib. 13. Aut potiùs victoriam properatam de Aſdrubale, quam habes lib 15. Silii. de qua Horatius:

*Quid Claudiæ non perficient manus?*
*Teſtis Metaurum flumen, & Haſdrubal*
*Deuictus.*

Neronis cognomen vt inuenerunt Claudii, docet Suetonius in Tiberio c.1. eaque lingua Sabina fortem, ac ſtrenuum ſignificari. Nerones igitur quaſi Νέρωνες neruoſi.

BACTRIS NOMINA DVCENS CASPERVLA, HVNC FORVLI.] Paullùm mutat hoc nomen Aen.7.

*Caſperiámque colunt, Forulóſque.* —

MAGNÆQ. REATE DICATVM COELICOLÛM MATRI.] An quòd opima circà regio? Nam in campo Reatino Roſeam claudit Sex. Pompeius, in cuius Roſeæ herbam deiecta pertica, ſic ſupernata, & excreſcente derepente herba mergitur, vt poſtero die nequeat reperiri teſte Varrone li.1. Plin. lib.17. c. 3. An quòd Reatini *Sacrani* audiuere? Feſtus in Fragmento Farneſiano: *Sacrani appellati ſunt Reate orti, qui ex Septimontio Ligures, Siculóſq. exegerunt, nam vere ſacro nati erant.* An quod Italia *vmbilicum, vt Varro tradit, in agro Reatino habet?* Solin. c. 8. *Nam magna mater Cybele ſolorum Dea eſt*, & nominata ſunt *Reatura rura, vbi æſtiuare quotannis ſolebat* Veſpaſianus, Suet. c.24. An ob amœna tempe, quib. ornati Reatini? Vide lib. 4. ad Attic. epiſt. 14. Ratio prima videtur ratio potiſſima. Portrò conditum eſt Reate ab aliquo Herculis comite, *cuius monumentum exſtat via Salaria*, idem Suet. cap.12.

HABITATA PRVINIS NVRSIA.] Aen 7.

— *quos frigida miſit*
*Nurſia.*

A TETRICÆ COMITANTVR RVPE COHORTES.] Aen.7.

*Qui Tetricæ horrentis rupes.*

CVNCTIS HASTA DECVS.] Sabinus, quorum lingua *Quiris* eſt haſta. Ouid. Faſt. 2.

*Siue quòd haſta [illegible] eſt dicta Latinis.*

D[illegible] ſius [illegible] Antiq. Rom. [illegible] Terentio Varrone: Κ[illegible] Σα-β[illegible] : *Q[illegible] enim Sabini haſtas vocant.* Inde Romani, Quirites,

Romani, Quirites, Strabo in 5. Item Samnites *ab haſtis appellati ſunt, quas Græci σαύνια appellant: has enim ferre adſueti erant*, hæc Feſtus.

VERTICE ET IMPLVMES.] Hæc mihi proba eſt lectio: Modio illa:

*Conique implumes.*

LÆVI TEGMINE CRVRIS IBANT.] Sabini. Ex more gentis. Liuius de Samnitib. lib. 9. *Siniſtrum crus ocrea tectum.* Silius lib. 3. de Macis:

*— leuo tegmina crure.*

Diſſimiliter Hernici lib. 7. Æneidos:

*— veſtigia nuda ſiniſtri*
*Inſtituere pedis, crudus tegit altera pero.*

Siniſtra ocreata Aetolis in Euripidis Meleagro, de quibus adi Macrobium lib. 5. Satur. c. 18. Pari armatu lib. 3. apud Thucydidem Platæenſes noctu clanculum è ciuitate ſeſe ſurripiebant: Ἦσαν δὲ εὐσταλεῖς τῇ τε ὁπλίσει, καὶ τὸν ἀριστερὸν μόνον πόδα ὑποδεδεμένοι ἀσφαλείας ἕνεκα τῆς πρὸς τὸν πηλόν. *Armis habiles, & ſiniſtrum tantum pedem ſuccincti [ocrea, vel perone,] quod tutamen in bello erat.* Fortè ſcribendum τὸν πόλεμον. Certè commentarius ſecuritatis (quæ in bello, aut prœlio quæri ſolet) meminit, luti non meminit. Deinde nullo diſcrimine pes vterque lutari poteſt: à belli diſcrimine potiùs, qui pes in ſtatu anteponitur (dexter his, ſiniſter illis pro more gentis) ſeruandus eſt. Ariſtoteles quoque lib. de Poëtis tribuit Aetolis ſiniſtrum pedem ocreatum, nudum dexterum: Ὡς δὴ πᾶν τοὐναντίον ἔθος Αἰτωλοῖς, τὸν μὲν γὰρ ἀριστερὸν ὑποδέδενται, τὸν δὲ δεξιὸν ἀνυπόδετον. δεῖ γὰρ οἶμαι τὸν ἡγούμενον ἔχειν ἐλαφρόν, ἀλλ᾽ οὐ τὸν ἐμμένοντα. *More prorſus Ætolis contrario: hi enim ſiniſtrum pedem induunt, dextrum minimè. Id eò fit, quod, vt opinor, pes, qui ducatum præbet, leuior ſit neceſſe eſt, pes autem qui figitur, non item.* At verò Romani veteres dextro pede erant ocreati. Veget. lib. 1. c. 20. *Pedites autem ſcutati præter cataphractas, & galeas, etiam ferreas ocreas in dextris cogebantur accipere.* Notant igitur Silius, Liuiúſq; morē Sabinorum alium à Romanorum. Apud Valtrinum lib. 3. c. 12. virum rei militaris ſcientiſſimum, veterúmque rituum ſeruantiſſimum videbis alia non infructuoſa.

LÆTI PARS SANCTVM VOCE CANEBANT.] Deus *Sanctus*, qui Romanis *Fidius*. Faſt. 6.

*Quærebam Nonas Sancto, Fidióne referrem,*
*An tibi Seme pater: tunc mihi Sanctus ait.*
*Cuicunque ex iſtis dederis, ego munus habebo:*
*Nomina terna fero: ſic voluere Cures.*
*Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini,*
*Inque Quirinali conſtituere iugo.*

Huius ædis meminit Plut. in Quæſt. Rom. q. 30. & Feſtus verbo *Prædia*: *Statua ei⁹* [vxoris Tarquinii Pr.] *eſt in æde Sancti, qui De⁹ Diuſfidius vocatur.* Sed in fragmine Feſti Farneſiano explicatius Cæcilia nominatur. Vide pag. 48. Vide & Plinium lib. 8. c. 48. D. Aug. lib. 18. de Ciuitate Dei c. 19. *Sabini etiam regem ſuum primum Sangum, ſiue, vt aliqui appellant, Sanctum retulerunt in Deos.* Vtramque agnoſcit D. Auguſtinus lectionem, & hodie temerarii aut hanc, aut illam quaſi in cœca caligine manibus tentabundi damnant. Agnoſcit & Dionyſius, & monſtrata noſtra probat lib. 2. Antiq. Rom.

Κάτων δὲ Πόρκιος τὸ μὲν ὄνομα τῷ Σαβίνων ἔθνει τεθῆναί φησιν ἐπὶ τοῦ Σαβίνου τοῦ Σάγκου δαίμονος ἐπιχωρίου. τοῦτον δὲ τὸν Σάγκον ὑπό τινων Πίστιον καλεῖσθαι Δία. *At Porcius Cato nomen impoſitum Sabinis ait à Sabo Sanci filio: Sancum verò iſtum fuiſſe regionis genium, & à nonnullis Dium Fidium appellari.* Idem lib. 4. Ἐν ἱερῷ Διὸς Πιστίου, ὃν Ῥωμαῖοι Σάγκτον καλοῦσιν: *In templo Dii Fidii, quem Sanctum Romani nominant.* Lactantius lib. 1. c. 15. *Coluerunt Sabini Sancum.* quippe *autorem gentis* canit Silius. Feſtus eundem quoq. putat Herculem: *Propter viam fit ſacrificium quod eſt proficiſcendi gratia, Herculi, aut Sanco, qui ſcilicet idem eſt Deus.* Varronis fortè ſententiam ſequitur, qui Varro lib. 4. de L. L. *Sangum* appellari Herculem Sabinorum lingua tradidit. In Reatina inſcriptione:

SEMI PATRI SANCO.

Primam vocem aut vetuſtas eroſit, aut admutilauit quis: ea *ſemonem ſignificat.* Et vetere in alia inſcriptione:

APOLLINI. SANCTO.
MEMMIVS. VITRASIVS.
OFFITVS. V. C.

PARS LAVDES ORE FEREBANT SABE TVAS.] *Sabus*, & *Gabazius*, & *Sebadius* dicebatur. An idem Bacchus, non æquè certum, diſcrimine ab Orpheo inuectò:

Κλῦθι πάτερ Κρόνου υἱὲ Σαβάζιε κύδιμε δαῖμον,
Ὃς Βάκχον Διόνυσον ἐρίβρομον εἰραφιώτην
Μηρῷ ἐγκατέραψας, ὅπως τετελεσμένος ἔλθῃ.
*Saturno generate Sabazie gloria Diuûm*
*Audi, terricrepum femori Bacchum Dionyſum*
*Qui inſertaſti aptans, oriens perfectus vt eſſet.*

En tibi Sabazium obſtetricantem Dionyſio, ſeu Baccho, atque adeo Iupiter Saturni filius hîc dicitur *Sabazius*: nam & hoc Iouis fuiſſe cognomentum docet Minutius Felix, & Inſcriptiones adſtruunt. Et Hymno in Hippam:

Ἵππαν κικλήσκω Βάκχου τροφὸν εὐάδα κούρην
Μυστιπόλον τελεταῖσιν ἀγαλλομένην Σάβου ἁγνοῦ.
*Hippen altricem Bacchi, euantemque puellam*
*Inuoco, ſacrificam, ſacri caſti Sabi honoram.*

M. Tullius lib. 3. de Nat. Deorum: *Cui Sabazea ſunt inſtituta*: Dionyſio ſcilicet tertio, qui Caprio patre natus rex Aſiæ pręfuit. Eiuſdem meminit lib. 2. de Legibus. Diodorus lib. 4. Bibliothecę: Μυθολογοῦσι δέ τινες καὶ ἕτερον Διόνυσον γεγονέναι πολὺ τοῖς χρόνοις προτεροῦντα τούτου. φασὶ γὰρ ἐκ Διὸς, [Orpheus è Saturno] καὶ Περσεφόνης Διόνυσον γενέσθαι τὸν ὑπό τινων Σαβάζιον ὀνομαζόμενον. οὗ τήν τε γένεσιν, καὶ τὰς θυσίας, καὶ τιμὰς νυκτερινὰς, καὶ κρυφίας παρεισάγουσι διὰ τὴν αἰσχύνην τὴν ἐκ τῆς συνουσίας ἐπακολουθοῦσαν. *Fabulantur nonnulli alterum fuiſſe Dionyſium multis ante hunc temporib. Aiunt námq. è Ioue, atque Proſerpina natum Dionyſium à nonnullis Sabazium nominatum, cuius ortum, ſacra, nocturnos honores, & clancularios furtim inuehunt ob pudorem ex concubitu conſectarium.* Vnde Tertull. Apologia: Licet Baccho iã Italico furias veſtras immoletis. Macro. l. 1. c. 18. Sebadiũ nominat: *Item in Thracia eundem haberi Solem, & Liberum accepimus: quem Sebadium nuncupantes magnifica religione celebrant.* Euſtathius in Dionyſ. Sabos

facit Thraciæ gentem. audi: Ἦσαν δὲ καὶ ἔθνος Θρακικοὶ Σάβοι, ὅθεν Βάκχους δηλοῖ φρυγίᾳ διαλέκτῳ. ἐξ οὗ καὶ ὁ Διόνυσος ἔοικε Σαβάζιος λέγεσθαι, διότι καὶ βάκχος ὁ αὐτός. *Sabi Thraciæ gens fuere, quæ vox Phrygia dialecto bacchos valet, ex quo & Dionyſus dici Sabazius videtur, quod & ipſe Bacchus.* Photius: Σαβάζιος ὁ Διόνυσος διὰ τὸν γινόμενον περὶ αὐτὸν τὸν θιασόν. τὸ γὰρ εὐάζειν οἱ βάρβαροι σαβάζειν λέγουσι. *Sabazius Dionyſius ob ſaltationes bacchicas, quæ circa ipſum: nam bacchari & ſaltare dicunt Sabazin.* Verbatim prope eadem ſunt in Etymologo, Suida Ariſtophanis Gloſſographo in Auibus. Vide & Strabonem fuſè lib. 10. Plutarchus Symp. lib. 4. q. 5. iuuerit, & iuuabitur: Οἶμαι δὲ καὶ τὴν τῶν Σαββάτων ἑορτὴν μὴ παντάπασιν ἀπροσδιόνυσον εἶναι. Σάββους γὰρ ἔτι πολλοὶ τοὺς Βάκχους καλοῦσι, καὶ ταύτην ἀφιᾶσι τὴν φωνὴν, ὅταν ὀργιάζωσι τῷ Θεῷ. *Neque Sabbathorum ſolemnitas prorſus, vt opinor, abſque Dionyſio eſt. Sabbos námq. vel hodie Bacchos nominant, & hanc mittunt vocem, cùm agitant Bacchanalia.* Tum locus in lacuna iacet deſiderio ſacri clamoris, qui fuit, *Sabe, Sabe*, Silius: expleri que poſſit è Strabone lib. 10. Εὐοῖ, Σαβοῖ, Ὕης Ἄττης, καὶ Ἄττης Ὕης. ταῦτα γὰρ ἐστι Σεβάζια, καὶ Μητρῷα: *Euoe, Saboe, Hues Attes, & Attes Hues: hæc enim Sabatii, & magnæ Matris ſacrorum ſunt.* Aut ex Catullo in Pelei Nuptiis: *Euoe clamantes, euoe caput inflectentes.* Strabo mutuatus videtur è Demoſthene Orat. pro Corona: ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς αἰωρῶν, καὶ βοῶν Εὐοῖ Σαβοῖ, καὶ ἐπορχούμενος Ὕης Ἄττης, Ἄττης Ὕης. *Supra caput tollens, & clamitans Euoe Saboe, & tripudians Hues Attes, Attes Hues.* Claudam hæc ſpecioſa diuinatione. Hebræis סבב eſt *circumiens*, quod Bacchantes ſolent, dum orbib. orbes ſaltando, curſitandóque impediunt: aut à סָבָא, quod eſt *Ebriacum eſſe*: id námque perquàm bacchantibus ſolemne eſt. I ad Nonni Dionyſiaca.

QVI DE PATRIO COGNOMINE PRIMVS DIXISTI POPVLOS MAGNA DITIONE SABINOS.] *Sancto* cognomen fuiſſe *Sabino* Virgilius inſinuat Aen. 7.

> *Quinetiam veterum effigies ex ordine auorum*
> *Antiqua ex cedro, Italúſque paterq. Sabinus.*

Plinius lib. 3. c. 12. aliter: *Sabini, vt quidam exiſtimauere à religione, & Deorum cultu Seuini appellati.* σεβάζειν enim eſt religioſè colere. item σέβειν. Feſtus: *Sabini dicti, vt ait Varro, quòd ea gens* P. R. *præcipuè colat Deos,* ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι.

MAGNA DITIONE.] Strabo lib. 5. non æquè extendit, ac diſertè ponit: Σαβῖνοι δὲ στενὴν οἰκοῦσι χώραν, ἐπὶ μῆκος δὲ διήκουσαν, καὶ χιλίων σταδίων ἀπὸ τοῦ Τιβέρεως, καὶ Νωμέντου πολίχνης μέχρις Οὐηστίνων. *Sabini autem anguſtam regionem habitant, licet in longum porrigatur, etiam in ſtadia mille, à Tiberi & Nomento opidulo Veſtinos vſq.* Non tam igitur ad poſſeſſam Sabinis regionem verba illa referes *Magna ditione*, quàm ad imperium, quo vſi in eos, qui à ſe orti, de quibus ibidem Strabo: Ἔστι δὲ παλαιότατον γένος οἱ Σαβῖνοι, καὶ αὐτόχθονες. Τούτων δ' ἄποικοι Πικεντῖνοί τε, καὶ Σαμνῖται. *Sabini gens antiquiſſima, & indigena: ab his orti Picentes, & Samnites.* Ideò proximè Silius:

> *Et qui Picene ſtimulat telluris alumnos.*

HORRIDVS ET SQAMIS, ET EQVINA CVRIO CRISTA.] Aeneid. 10. de Turno:

> *Aere caput fulgens, criſtâq. hirſutus equina.*

Quod igitur diuerſas vicináſque gentes iungat Silius, quauis vi retinenda copula *Et qui.* Malè mutant.

PARS BELLI QVAM MAGNA VENIT.] Aen.2.

*Et quorum pars magna fui.*

*Hic & quos paſcunt ſcopuloſæ rura Numanæ,*
*Et queis littoreæ fumant altaria Cupræ,*
*Quíq; Truentinas ſeruant cum flumine turres*
*Cernere erat, clypeata procul ſub ſole coruſco*
*Agmina, ſanguinea vibrant in nubila luce.*
*Stat fucare colus nec Sidone vilior Ancon,*
*Murice nec Libyco, ſtátque humectata Vomano*
*Adria, & inclemens hirſuti ſignifer Aſcli.*

SCOPVLOSÆ RVRA NVMANÆ.] Plin.lib.3.c. 13. *Numana à Siculis condita.*

LITOREÆ FVMANT ALTARIA CVPRÆ.] Iunonis, cui id cognomentum. Strabo lib. 5. Ἑξῆς δ᾽ τὸ τῆς Κύπρας ἱερὸν Τυρρηνῶν ἵδρυμα, καὶ κτίσμα. τὴν δ᾽ Ἥραν ἐκεῖνοι Κύπραν καλοῦσι. Xyl. *Deinceps Cupræ fanum conditum, dedicatúmque ab Etruſcis, qui Iunonem Cupram vocant.* Numana, & Cupræ Piceni ſunt vrbes, Pomponius lib.2. c.4.

QVIQVE TRVENTINAS SERVANT CVM FLVMINE TVRRES.] Tantundem Strabo: Εἶτα Τρυεντῖνος ποταμὸς, καὶ πόλις ἐπώνυμος. Plinius interpres lib. 3.c. 13. *Truentum cum amne* reponit in Piceni regione. Mela lib.2 c.4. Caſtellum facit Truentum, & apud Tull.lib.8.ad Att.epiſt.18. Pompeius: *Cæſarem firmo progreſſu in caſtrum Truentinum veniſſe.*

STAT FVCARE COLVS, NEC SIDONE VILIOR ANCON.] De hac Sidonis laude venuſtè, quod adſolet, Lucanus lib.10.

*Candida Sidonio prælucent pectora filo,*
*Quod Niloti arcus compreſſum pectine Serum*
*Soluit, & extenſo laxauit ſtamina velo.*

Malè quibuſdam libris eſt *Anon.* Hoc tractu *Anconem* ponit Plin.lib. 3. c.13. & 14. nec ab eo diſſentit Scylax Caryandenus, vbi de Vmbria. Adſentit & Strabo lib.5. qui vrbē Graiam ſtatuit à Siculis fugitantibus, Dionyſiiq; tyrannidem exoſis conditam. Solini vox c.8. *Anconam à Siculis*, Melæ lib.2.c. 4. *Illa in anguſto duorum promontoriorum ex diuerſo coeuntium inflexi cubiti imagine ſedens, ac ideo à Graiis dicta Ancon, inter Gallicas, Italicáſque gentes quaſi terminus intereſt.* De eius gloria ex lanis inficiendis nihil ille: vitis feracem facit, & tritici: Σφόδρα δ᾽ οἰνοφόρος ἐστὶ, καὶ πυροφόρος. *Vini, frumentique bene ferax.* Stabimus Silii fide, cuius auſpiciis lib.13. apud Martialem Epigr.125. reſcribimus *Ancon*, non Aulon, quod vt explicent, torquentur Interpretes:

*Nobilis & lanis, & felix vitibus Ancon:*
*Det pretioſa tibi vellera: vina mihi.*

*Pretioſa vellera:* quæ nec *Sidoniis viliora* (vt Martiali æqualis loquitur Silius) *nec Libyco murice.* Nec *Aulonem* neſcio: magis illa Siciliam reſpicit: non ignauè dicimus ad Silii Siciliam. Correctionem noſtram iuuat ſeries vinorum à Martiale poſitorum Albanum, Surrentinum, Falernum, Setinum, Fundanum, Triſolinum, Cæcubum, Signinum, Mamertinum, Nomen-

tanum, Spoletinum, Pelignũ, Ceretanum, quæ omnia ſunt in Italia: Tarraconenſe in Hiſpania, Maſſilianum ad Hiſpaniam: nuſquam Græca vina odoror, nec me mouet inſcriptio: eſt enim intolerabilis ſeu *Aulon*, ſeu *Ancon*. Nec neſcio Tarentinis lanis ſuum eſſe pretium. quid tum? firmiora trahunt in diuerſum.

STATQVE HVMECTATA VOMANO ADRIA.] Plin. li. 3. c. 13. *Vbi nunc ager Adrianus, & Adria colonia à mari VII. M. p. flumen Vomanum.*

INCLEMENS HIRSVTI SIGNIFER ASCLI.] De Aſculo Strabo: Τὸ Ἄσκλον τὸ Πικηνὸν ἐρυμνότατον τὸ χωρίον, καὶ ἐφ᾽ ᾧ κεῖται τὸ τεῖχος, καὶ τὰ περικείμενα ὄρη στρατοπέδοις οὐ βάσιμα: *Aſculum locus Piceni munitiſsimus, in quo mœnia, & qui cingunt montes, exercitibus haut peruia.* Florus li. 4. c. 19. *Caput gentis* (Picentum) *Aſculum.* Plinius ſuprà: *Colonia Aſculum Piceni nobiliſsima.*

*Vepicus quondam nomen memorabile ab alto*
*Saturno ſtatuit genitor, quem carmine Circe*
*Exutum formæ volitare per æthera iuſsit,*
*Et ſparſit plumis croceum fugientis honorem,*
*Ante (vt fama docet) tellus poſſeſſa Pelaſgis,*
*Queis Aeſis regnator erat, fluuioque relinquit*
*Nomen, & à ſeſe populos tum dixit Aſilos.*
*Sed non ruricolæ firmarunt robore caſtra*
*Deteriore, cauis venientes montibus Vmbri,*
*Hos Aeſis, Sapiſq́; lauant, rapidaſq́; ſonanti*
*Vertice contorquens vndas per ſaxa Metaurus,*
*Et lauat, ingentem perfundens flumine ſacro*
*Clitumnus taurum, Narq́; albeſcentibus vndis*
*In Tybrim properans, Tiniæq́; inglorius humor.*
*Et Clanis, & Rubico: & Senonum de nomine Sena.*
*Sed pater ingenti medios illabitur amne*
*Albula, & immota perſtringit mœnia ripa.*

VEPICVS QVONDAM NOMEN MEMORABILE AB ALTO SATVRNO STATVIT GENITOR.] Fabulam Ouidius fudit lib. 14. Metam. ibi:

*Picus vt Auſonijs.*

Lectionis pretium erit. Vepicus autem *Picus paruulus*, ea deminuente particula, vt in *Veione vegrandi frumento, & faba* apud Feſtum, & Ouid. 3. Faſt.

*Nunc vocor ad nomen: vegrandia farra coloni*
*Quæ malè creuerunt, veſcáque parua putant.*
*Vis ea ſi verbi eſt: cur non ego Veionis ædem,*
*Aedem non magni ſuſpicer eſſe Iouis?*

Attritior eſt in voce *Veſtibulum* ſignificatio, quod eſt *ſtabulum paruulum*, ſiue manſiuncula. Nam *ſtabulum* pro hominum quoque ſtatione ponitur, &

*ſtabularius* Plauto eſt caupo. Vide Gell.li.16.c.5.& lib.5.c.12. Extra fabulam non alienum eſt à veterum ſuperſtitione illud Feſti: *Picus rex pico aue vtebatur, vt Verrius ait ob augurijs, à quo ſic dictus.* Membranæ Colonienſes. *Vepicus.*

AB ALTO SATVRNO STATVIT GENITOR. ] Appoſitior erit lectio:

*— ab alto Saturno*

*Fauni genitor.*

Fuit ſiquidem Æn.7.

*— Fauno Picus pater, iſque parentem*

*Te Saturne refert: tu ſanguinis vltimus autor.*

Prudentius lib.1.contra Symmachum:

*Dux Italus, Ianúſque bifrons, genitórque Sabinus,*

*Saturnúſque ſenex, maculoſo & corpore Picus,*

*Fauno* quoque *Picum* patrem adſcribit Nonnus Beſſaricon lib.7. Arnob.li. 2.contra gentes. Appianus hunc ipſum *Faunum* Martis vult filium. Huic tamen aliorum lectioni ſic à me firmatæ nequeo adſentire. Quare propius literarum veſtigia lego:

*Saturno Fatui* (nullo modo *Statuit*) *genitor*

*Faunum* námque veterum nonnulli *Fatuum* dixerunt. Feſtus in Frag. Farneſ.de Pico: *Is regem Fatuum, Faunum alij quem vocant, & Fatuam procreauit.* Inſanùm amat vetera nomina Silius. Nec ægrè ex Lactantio lib. 1. *Faunum* binominem fuiſſe deprehendas, vti Macrobius ex Pontificum libris *Faunum* indigitari *Fatuam* liquidò docet li.1.Sat.c.12.& Iuſtin.lib.43. *Fauno fuit vxor nomine Fatua.* Bellum, & cepidum coniugium.

TELLVS POSSESSA PELASGIS. ] Qui olim latiſſimè fuſi, auctique: eſt tamen cùm ſubita veluti ruina decreuere, autor Strabo li.10. Apud quem Menecrates Elaïta libro de Origine Vrbium, oram maritimam vniuerſam, quæ nunc Ionica dicitur, ſumto à Mycule initio, itémque vicinas inſulas ſedem fuiſſe Pelaſgorum perhibet.

RAPIDAQVE SONANTI

VERTICE CONTORQVENS VNDAS PER SAXA METAVRVS. ] Claudianus:

*— vagus prærupta valle Metaurus.*

ET LAVAT INGENTEM PERFVNDENS FLVMINE SACRO

CLITVMNVS TAVRVM. ] Albeſcebant hoc flumine tauri, qui taurorum color quæſitus paratibus triumphantium. Virgil. Georg.2.

*Hinc albi Clitúmne greges, & maxima taurus*

*Victima, ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro*

*Romanos ad templa Deûm duxere triumphos.*

Statius primo Syluarum in Soterius:

*Aut præſtent niueos Clitumna noualia tauros.*

Claudianus li.6.de Conſ.Honorii:

*Quin & Clitumni ſacras victoribus vndas,*

*Candida quæ Latiis præbent armenta triumphis.*

Idem in armenti deſcriptione. Iuuenalis Sat.12. Ouidius Faſtis:

*Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci,*

*Quos aluit campis herba Faliſca ſuis.*

Libróq; ἐρώτων. Eleg.12.

*Ducuntur niueæ populo plaudente iuuencæ,*
*Quas aluit &c. h. f. ſ.*

Prop.li.1.Eleg.19.

*Quà formoſa ſuo Clitumnus flumina luco*
*Integit, & niueos abluit vnda boues.*

Clitumnum Faliſcorum fluuium facit Plin.li.2.ca.103.vbi eandem illi virtutem arrogat. Qua virtute vaneſcente *Rufuli* tauri cœpti ſunt immolari. Notat, & gentibus opprobrat Arnob.li.2.*Nonne iſtum morem, religionémque mutaſtis? atque vt rufulos liceret dari, Senatus eſt conſtitutum ſanctione?*

NARQVE ALBESCENTIBVS VNDIS. ] Maro:

*Sulphurea Nar albus aqua.*

TINIÆQVE INGLORIVS HVMOR. ] Plin.lib.3.cap.5. *Sicut Tinia & Glanis influentes in eum* (Tiberim) *nouenorum ita conceptu dierum, ſi non adiuuent imbres,* ſiccantur.

ET CLANIS, ET RVBICO. ] Strabo lib. 5. Διαρρεῖ δὲ Λεῖρις ποταμός, Κλανὶς δὲ ἐκαλεῖτο πρότερον: *Diffluit Liris fluuius, Clanis ante vocitatus.* Plinium dediſſem interpretem li.3.c.5.ni cubaret in menda: *Liri amne diuiſa Glanico appellato.* Corrigo: *Liri a.d. Glans quondam appellato.* De altero M. Tullius Philippica ſexta: *Flumen Rubiconem, qui finis eſt Galliæ.*

SENONVM DE NOMINE SENÆ. ] Senones ipſi, vt Verrius exiſtimat, qui noui, ſiue ξένοι venerint ex Tranſalpina regione. Polybio lib. 2. Σήνωνα ſcribitur.

SED PATER INGENTI MEDIOS ALLABITVR AMNE ALBVLA ] Plin. ſuprà: *Tiberis antea Tibris appellatus, & prius Albula è media ferè longitudine Apennini finib. Arretinorum profluit.* De nomine variato tantundem Euſtath. in Dion. Liuius li.1. Feſtus verbo *Albula.*

*His vrbes, Arna, & latis Meuania pratis,*
*Hiſpellum, & duro montis per ſaxa recumbens*
*Narnia, & infeſtum nebulis humentibus olim*
*Inginum, patulóque iacens ſine mœnibus aruo*
*Fulginia: his populi fortes, Amerinus, & armis:*
*Vel raſtris laudande Camers, his Sarſina diues*
*Lactu, & haud parci martem coluiſſe Tudertes.*
*Ductor Piſo viros ſpernaces mortis agebat*
*Ore puer, puerique habitu, ſed corde ſagaci*
*Aequabat ſenium, atque aſtu ſuperauerat annos;*
*Is primum ante aciem pectis radiabat in armis*
*Arſacidum, & fuluo micat ignea gemma monili.*
*Iámque per Hetruſcos legio completa maniplos*
*Rectorem magno ſpectabat nomine Galbam.*

*Huic genus orditur Minos, inuiſáq; tauro*
*Paſiphae, claríque dehinc ſtant ordine patres,*

DVRO MONTI PER SAXA RECVMBENS NARNIA. ] Intelligitur hinc Martialis li. 7. cùm de Narnia dixit:

*Ancipiti vix adeunda iugo.*

Et quia in monte, *Celſa* Claudiano de Conſulatu Honorii dicitur;

*Celſa dehinc patulum proſpectans Narnia campum.*

*Narnia* olim dicta *Nequinum*. Feſtus in reliquiis Farneſianis. *Nequinates dicti ſunt Narnienſes, qui è Nequino opido eiectis colonis veterib. ibi habitarunt* Liuius l. 10. & Plin.

HAVT PARCI MARTEM COLVISSE TVDERTES. ] Vet. Inſc.

COL. TVDERTVM.

ORE PVER, PVERIQVE HABITV. ] Modius:

*Ora puer, pulcérque habitum.*

Verùm *Puerique habitu* retineri ſuadent iſta:

*— pictis, radiabat in armis*
*Arſacidum, & fuluo micat ignea gemma monili.*

Suadent? immo cogunt: nam ornatum illum Arſacidarum (quos *fluxa veſtium* notat Apul. li. 1. Florid.) *Pueri habitum* vocat Poëta, vt viro minus conuenientem, & *gemma in monili* refert prætextatorum bullam. Quare vtroſque ſextos caſus retineo, & *pueri habitu* placet, non *pulcer*.

INVISAQVE TAVRO PASIPHAE. ] Mod. ariolatus eſt legendum: *Incluſáque tauro*, quod cum hiſtoria pugnat relata Diodoro lib. 4. Biblioth. & Apollodoro lib. 3. Dædalus enim reginæ amorem miſeratus ξυλίνην βοῦν *vaccam ligneam*, non *taurum* commentus eſt, qua fraude ſperabat Taurum ſubire Paſiphaën. Et per quam apto ſanè vocabulo hac in re vſus Suetonius Neronis c. 12. *Inter Pyrricharum argumenta taurus Paſiphaën ligneo iuuencæ ſimulacro abditam iniit, vt multi ſpectantium crediderunt.* Spectaculum Nerone dignum! Propert. lib. 3. Eleg. 17.

*Teſtis Crethæi faſtus quæ paſſa iuuenci*
*Induit abiegnæ cornua falſa bouis.*

Auſonius Epigram. 59. & in Cupidine cruci affixo. Incluſa eſt itaque Paſiphae boue fœmina, ſeu vacca, non tauro. Quod atteſtatur etiam Euſtathius in Iliad. Σ. vbi allegoriam fabulæ confert longè pulcerrimam. Philo Iudæus tantum abit ab allegoria, vt ſic narrationis fœditatem concludat: Εἰκὸς δὲ καὶ ἄλλας ἔσεσθαι Πασιφάας, αἷς ἀχαλίνωτοι αἱ ἐπιθυμίαι τῆς ψυχῆς. *Veri eſt ſimile alias futuras Paſiphaas, quib. effrænes ſunt cupiditates.* Ptolomæus Flauius c. 64. hunc quoque locum vindicat ab [illegible] infolentia, qui per examen ſextæ Æneidos reponebant in Silio *Immiſſáque.* vel *Immiſtáque.* Cùm legamus, inquit, apud eundem Maronem in Bucolicis taurum Paſiphaen fugere ſolitum. Et hanc potius narrationem, quàm alteram ſecutus eſt Silius, ne Galbarum aures aſperaret: Galbæ enim præmiſit nomen, qui a Paſiphaë ducebat ſtemma, Sueton. c. 2. Galbæ. Iterum mihi vide Philonem περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων pag. 536.

Lectos

*Lectos Cere viros, lectos Cortona ſuperbi*
*Tarcontis domus, & veteres miſere Grauiſcæ.*
*Nec non Argolico dilectum littus Aleſo*
*Alſium, & obſeſſæ campo ſqualente Fregellæ.*
*Affuit & ſacris interpres fulminis alis*
*Feſula, & antiquus Romanis mœnibus horror*
*Cluſinum vulgus, cùm Porſena magne iubebas*
*Nequicquam pulſos Romæ imperitare Superbos.*
*Tunc quos à niueis exegit Luna metallis*
*Inſignis portu, quo non ſpatioſior alter*
*Innumeras cepiſſe rates, & claudere pontum.*
*Mæoniæque decus quondam Vetulonia gentis.*
*Biſſenos hæc prima dedit præcedere faſces,*
*Et iunxit totidem tacito terrore ſecures,*
*Hæc altas eboris decorauit honore curules,*
*Et princeps Tyrio veſtem prætexuit oſtro.*
*Hæc eadem pugnas accendere protulit ære.*

LECTOS CÆRE VIROS ] *Cære* olim *Agylle* dicebatur. Mutati nominis cauſam allegat & Strabo l.5. Lydus quidam ad murum propius acceſſerat, cui nomen vrbis roganti Theſſalus habitator reſponſi loco dixit χαῖρε, eo *valere* iuſſo : Lydi omen rapuerunt, vrbíque captæ *Cære* nomen imponunt.

CORTONA SVPERBI TARCONTIS DOMVS. ] Eam habitabat vrbem Tarcon duodecim Etruriæ præfectus vrbibus, Strabo lib.5. Ex ea præfecturæ dignitate vera æſtimari poſſunt illa Euandri Aen.8.

*Ipſe oratores ad me, regníque coronam*
*Cum ſceptro miſit, mandátque inſignia Tarcon,*
*Succedam caſtris, Tyrrhenáque regna capeſſam.*

Non vulgaris erat in Tarconte animi moderatio, & regni contentio, cui ſe non impoſuit. Quare *Superbus* in Silio eſt, *Qui ſupra alios, Eminens,* ὑπερβάλλων, *Præfectus*: vt in altero Silij lib.5.

*— nomenque ſuperbum*
*Coruinus.*

Hæc non abſque veri imagine : ſed quid ſi *ſuperbum* dixit Silius iurium gentium violatorem? Solinus c.1. Polyhiſt. *Cacus cùm à Tarcone Tyrrheno, ad quem legatus venerat Marſiæ regis, cuſtodiæ foret datus, fruſtratus vincula, vnde venerat, redijt.* Olim *Cortona* erat *Croton.* Dionyſ. l.1. Antiq.Rom. Ἡ δὲ Κρότων ἄχρι πολλοῦ διαφυλάξασα τὸ παλαιὸν σχῆμα, χρόνος οὐ πολὺς ἐξ οὗ τήν τε ὀνομασίαν καὶ τοὺς οἰκήτορας ἤλλαξε, καὶ νῦν ἐστι Ῥωμαίων ἀποικία, καλεῖται δὲ Κορθωνία. *Croton veterem formam diu cùm retinuiſſet, non diu eſt, ex quo hanc & appellationem mutauit, & incolas: nunc autem Romanorum eſt colonia, & Cortona dicitur.* Liuius lib.9. magni-

ficat hanc ciuitatem: *A Peruſia, Cortona, & Arretio, quæ fermè capita Etruriæ populorum erant.*

ARGOLICO DILECTVM NOMEN HALESO.] *Argolico:* quia Argiuus & carus Agamenoni Argiuo Haleſus. Aen. 7.

*Hinc Agamemnonius Troiani nominis hoſtis*
*Iungit Haleſus equos.*

Ideo cæſo Agamemnone Argis profugit. Ouid. ἑορτῶν l. 3.

GRAVISCAE, ALSIVM, FREGELLAE.] Strabo li. 5. Γραβίσκοι, καὶ Πύργοι, καὶ Ἄλσιον, καὶ Φρεγένια.

CAMPO SQVALLENTE FREGELLAE.] Ob ſacrum lucum, & vicinas Minturnas paludes. Strabo lib. 5. de curſu liris hæc: φέρεται δ' αὐτόθεν ἐκ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν, καὶ τῆς Οὐηστίνης παρὰ Φρεγέλλας κώμην (πρότερον δ' ἦν πόλις ἔνδοξος) ἐκπίπτει δ' εἰς ἄλσος ἱερὸν τιμώμενον περιττὸν ὑπὸ τῶν ἐν Μιντούρναις, ὑποκείμενον τῇ πόλει. *Supernè fertur ex Appenninis montibus, & Veſtina regione ad Fregellas (Fregellæ olim vrbs percelebris) euadit deinde in lucum ſacrum, quem Minturnenſes impenſè colunt: eſt autem lucus ciuitati ſubiectus.* Et quia vrbs iam diruta iacet in *campo ſquallente* ruinis. Ibidem: Κατεσκάφη δ' ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποστᾶσα. Vide Stephanum, & Liuium lib. 8.

ANTIQVVS ROMANIS MOENIBVS HORROR CLVSINVM.] Nunc enim amicum vulgus, de cuius foedere cum Romanis Appianus.

CVM PORSENA MAGNE IVBEBAS.] Strabo l. 5. Liuius l. 2. Florus, alij t. Parecbola 8. de legationib.

TVNC QVOS A NIVEIS EXEGIT LVNA METALLIS.

INSIGNIS PORTV.] Magis magiſque clareſcet Luna è verbis Strabonis, quæ dabo, quia *Lunæ portum eſt operæ cognoſcere.* Ennius & Perſius. Ἡ μὲν οὖν Λοῦνα πόλις ἐστὶ, καὶ λιμήν. Καλοῦσι δ' οἱ Ἕλληνες Σελήνης λιμένα, καὶ πόλιν. ἡ μὲν οὖν πόλις οὐ μεγάλη. ὁ δὲ λιμὴν μέγιστός τε, καὶ κάλλιστος ἐν αὑτῷ περιέχων πλείους λιμένας (ex hiſtoriæ cognitione Silius:

*— Quo non ſpacioſior alter*
*Innumeras cepiſſe rates.)*

ἀγχιβαθεῖς πάντας οἷον ἂν γένοιτο ὁρμητήριον θαλαττοκρατησάντων ἀνθρώπων τοσαύτης μὲν θαλάττης τοσοῦτον δὲ χρόνον. Περικλείεται δ' ὁ λιμὴν ὄρεσιν ὑψηλοῖς ἀφ' ὧν τὰ πελάγη κατοπτεύεται, καὶ ἡ Σαρδὼν, καὶ τῆς ἠιόνος ἑκατέρωθεν πολὺ μέρος. *Luna ciuitas eſt atque portus, vocántque Græci Selenes vrbem, & portum. Eſt autem vrbs non magna: portus autem maximus, ac pulcherrimus, quique in ſe plures contineat portus, omnes alto gurgite: quale poßit eſſe propugnaculum tanto tempore tanto mari imperantium. Clauditur autem portus celſis montibus, e quib. maria deſpectantur, vel ipſa Cardinia, & vtriuſque literis pars magna.* Hoc eſt, *Claudere portum.* Lunæ verò *ninea metalla* ne argentea putes, cautio eſto: erant enim candidi marmoris. Idem Strabo: Μέταλλα δὲ λίθου λευκοῦ τε, καὶ ποικίλου γλαυκίζοντος (ad cœruleum vergente) τοσαῦτα ἐστι, καὶ τηλικαῦτα μονολίθους ἐκδιδόντα πλάκας, καὶ στύλας, ὥστε τὰ πλεῖστα τῶν ἐκπρεπῶν ἔργων τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἐντεῦθεν ἔχειν τὴν χορηγίαν. *Metalla lapidis candidi, varij, ad coeruleum vergentis tanta ſunt, ac talia, vt edantur inde tabulæ & columnæ ex vno ſolido lapide: vſque adeo, vt magnificentior quibuſque Romanorum, aliarúmque ciuitatum operib. materiam benignè*

*Luna ſuperditauerit.*

BIS SENOS HAEC PRIMA DEDIT PRAECEDERE FASSES. ] Vetulonia Etruriæ ciuitas. Nota: nec enim temerè reperias hoc Vetuloniæ repertum. Dyoniſius lib. 3. Antiq. Roman. tribuit Etruſcis quidem, ſed è qua ciuitate non exprimit: immo eorum ponit opinionem, qui ſingulas Etruriæ ciuitates, (numero fuere duodecim) ſingularios faſces cum ſecutibus prætuliſſe rati ſunt: nec niſi communi ciuitatium in bellum concurſu duodecim viri prælatos, penes quem ſumma rerum conſulatur.

HAEC ALTAS EBORIS DECORAVIT HONORE CVRVLES. ] Curules ex ebore fabrè fuiſſe factas poſuit in Camillo Plutarchus:

> Ἐπὶ τῶν ἐλεφαντίνων δίφρων ἐν ἀγορᾷ ἐκάθηντο κεκοσμημένοι.
> *In eboraceis ſellis in foro ſedebant ornati.*

Sermo eſt de Romanorum triumphatoribus, ſacrificis, & honoratioribus quibúſque extremam Gallorum importunitatem præſtolantibus. Polyb. lib. 6. autor eſt in funere megiſtanum Romæ obſideri roſtra ab iis, qui funus cohoneſtant in curulibus ex ebore. Dionyſius l. 3. θρόνον ἐλεφάντινον *Sedem eburneam.* Tarquinio Priſco defert à Tyrrhenis, vnà cum purpura, de qua Silius:

ET PRINCEPS TYRIO VESTEM PRÆTEXVIT OSTRO. ] Prægreditur: *Hac eboris*: ſuggreditur: *Hac eadem pugnas*: cur medium non eſt extremis conforme, & eiuſdemmodi? Malim equidem: *Hac princeps.* Et mutarem, niſi animaduerterem paulò ante: *Bis ſenos hac*, & addi: *Et iunxit*: : vbi ſiquis reponat: *Hac iunxit*, certè de venuſtate nihil detriuerit. Ad rem. Dionyſius Halicarnaſſeus de Etruſcorum legatis, & munificentia in Tarquinium: Χιτῶνά τε πορφυροῦν, χρυσόσημον, καὶ περιβόλαιον πορφυροῦν ποικίλον, οἷα Λυδῶν τε, καὶ Περσῶν ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς, πλὴν οὐ τετράγωνον τῷ σχήματι καθάπερ ἐκεῖνα ἦν, ἀλλ' ἡμικύκλιον *Veſtem purpuream, auro inſignitam, & amiculum purpura varium, qualia gerunt, Lydorum, Perſarúmque reges, niſi quod figura quadrangulum non erat, vt illa, ſed hemyciclij forma.* Conſpectè: οὐ τετράγωνον: *Non quadrangulum*, eiuſmodi námque Ciuil. 5. in Antonio ſuggillauit Appianus: Καὶ στολὴν εἶχε τετράγωνον Ἑλληνικὴν ἀντὶ τῆς πατρίου. *Stolam habuit quadrangulam Græcorum more ſpreta patria:* Plinius lib. 8. ca. 48. *Prætexta apud Etruſcos originem inuenere.* Definitæ Silius *Vetulonia.*

*Hos iuxta Nepeſina cohors, æquique Faliſci,*
*Quique tuos Flauina focos, Sabatia quique*
*Stagna tenent, Ciminique lacum, qui Sutria tecta*
*Haud procul, & ſacris Phœbo Soracte frequentant,*
*Spicula bina gerunt, caput his cudone ferino*
*Stat tautum, Lycios damnant haſtilibus arcus.*
*Hæ bellare acies norant, ac Marſica pubes*
*Et bellare manu, & chelydris cantare ſoporem,*
*Viperéúmque herbis hebetare, & carmine dentem.*

*Æetæ prolem Anguitiam mala gramina primam*
*Monſtrauiſſe ferunt, tactúque domare venena,*
*Et lunam excuſſiſſe polo, ſtridoribus amnes*
*Frenantem, ac ſyluis montem nudaſſe vocatis.*
*Sed populis nomen poſuit metuentior hoſpes,*
*Cum fugeret Phrygios trans æquora Martia Crenos,*
*Mygdoniam Phœbi ſuperatus pectine loton.*
*Marruuium veteris celebratum nomine Marri*
*Vrbibus eſt illis caput, interiórque per vdos*
*Alba ſedet campos, pomíſque rependit ariſtas.*

ÆQVIQVE FALISCI. ] Ouid. ab *Haleſo Faliſcos* conditos canit li. 3. ἐρώτων Eleg. 12.

> *Argiua eſt pompa facies. Agamemnone cæſo*
> *Et ſcelus, & patrias fugit Haleſus opes.*
> *Inque pererratis profugus terráque, marique*
> *Mœnia felici condidit alta manu.*
> *Ille ſuos docuit Iunonia ſacra Faliſcos.*

Plin. lib. 3. cap. 5. *Faliſca Argis orta, vt autor eſt Cato, quæ cognominatur Etruſcorum.* Solin. cap. 8. *Æquos Faliſci*: quòd ab Haleſo æqui ſeruantiſſimo oriundi: eſt enim ille Ægiſthi deteſtatus iniquitates, quem ab Ouidio *ſcelus* dici autumo.

QVIQVE TVOS FLAVINA FOCOS... CIMINIQVE LACVM... SORACTE.] Æneid. 7.

> — *æquóſque Faliſcos,*
> *Hi Soractis habent arces, Flauiniáque arua,*
> *Et Cimini cum monte lacum.* Vide Seruium.

SABATIA QVIQVE STAGNA TENENT. ] Feſtus vnicos, rectè ſcribit a Sabate. Plin. lib. 4. cap. 5. propter Albigaunum opidum locat *vadum Sabatium*. Meminit & Capitolinus. Strabo quoque lib. 5. lacubus annumerat.

CIMINIQVE LACVM. ] Virgil. ſupero loco. Hîc olim rus Syllanum. Imperitius ſcribitur *Ciminius*.

QVI SVTRIA TECTA. ] Haut vanus verborum ambitus, ſi modò illud Liuii lib. 9. reſpexit Poëta: *Quantus non vnquam antea exercitus ad Sutrium venit.* Quod explicatius eſt Sex. Pompeii verbis. *Sutrium quaſi eant, vtique in prouerbium abijt ex hac cauſa. Gallico tumultu quondam edictum eſt, legiones Sutrij vt præſtò eſſent cùm cibo ſuo. Quod vſurpari cœptum eſt in ijs, qui ſuis rebus, opibúſque officij id præſtarent, quibus deberent.* Vet. inſcr. SVTRVM. Altera COL. IVLIA SVTRINA.

CAPVT HIS CVDONE FERINO SAT CAVTVM. ] Turneb. li. 1. Ad. c. 13.

MARSICA PVBIS ET BELLARE MANV. ] Vult eos armis potius, quàm telis pugnare. ſcuta námque illis permaxima, quæ *Albeſia* dicta, & *decumana*, Sext. Pompeius.

MARSICA PVBES VIPEREVMQ. HERBIS HEBETARE ET CARMINE DENTEM.] Aeneid.7.

*Vipereo generi, & grauiter ſpirantibus hydris*
*Spargere qui ſomnos cantúq. manúq. ſolebat,*
*Mulcebátque iras, & morſus arte leuabat.*

Pòſt de eodem:

*— neque eum iuuere in vulnera cantus*
*Somniferi, & Marſis quæſita in montibus herba.*

Autor Elegiæ de faciei medicamine:

*Et mediæ Marſis findantur cantibus angues.*

Pomponius Pictoribus: *Mirum ni hæc Marſa eſt, in colubras callet canticulam.* Adeundus Gellius lib.16. c.11. Cantandi ſerpentes rationem vſitatam Indis reconditè docet Philoſtratus vita Apollonii: κοκκοβαφεῖ πέπλῳ χρυσᾶ ἐνείροντες γράμματα τιθέασι πρὸ τῆς χειᾶς ὕπνον ἐγγοητεύσαντες τοῖς γράμμασιν, ὑφ' οὗ νικᾶται τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀτρέπτους ὄντας ὁ δράκων καὶ πολλὰ τῆς ἀπορρήτου σοφίας [non vanè Maro de cantatore illo:

*— Marrubia venit de gente ſacerdos:*

quippe ſacerdotibus plus ineſt ſapientiæ] ἐπ' αὐτὸν ᾄδουσιν, οἷς ἄγεταί τε, καὶ τὸν αὐχένα ὑπερβαλὼν τῆς χειᾶς, ἐπικαθεύδει τοῖς γράμμασι. προσπεσόντες οὖν οἱ Ἰνδοὶ κειμένῳ πελέκεις ἐναράττουσι, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντες λῄζονται τὰς ἐν αὐτῇ λίθους. *Peplo coccinato aureas inſertantes literas ante ſpecum ponunt, ſomnum literis incinentes: draconis oculos interritos licet ſomnus vincit, & arcanæ ſapientiæ multa in eum cantant, quib. agitur, & ceruice tenus è ſpecu prægrediens indormit ſtratis characteribus. Indi igitur irruentes iacenti draconi ſecurim impingunt, ſectóq. capite pretioſos eius lapillos in ſpolium aſportant.* De Marſis Lucilius lib. Satyr. 20.

*Jam diſrumpetur medius, iam vt Marſus colubras*
*Diſrumpit cantu, venas cùm extenderit omnes.*

ÆETÆ PROLEM ANGITIAM.] Cœlius Æetæ filias tres facit Angitiam, Medeam, Circen. *Angitia vicina Fucino occupanit, ibique ſalubri ſcientia aduerſus morbos reſtitit, cúmq. deſiſſet hominem viuere, Dea habita eſt*, Solin.c.8.

SED POPVLIS NOMEN POSVIT.] Marſis Marſya rex Lydorum. Alii Marſos à Marſo Circes filio denominant. Sic diſcitim Gellius lib. 16. c. 11. & Solinus c.8.

CVM FVGERET PHRYGIOS TRANS ÆQVORA MARTIA CRENOS.] Ita ineptus eſt codex à P. Nutio. Membranæ Colonienſes: *Marſua franos.* Vt Horatius & Seneca extulerunt *Atrida* primore caſu: ſic *Marſya* paſſim occurrit. Faſt.6.

*Marſya nomen habet Phrygiæ liquidiſſimus amnis.*

Lucan.lib.3.

*Quà celer, & rectis deſcendens Marſya ripis*
*Errantem Mæandron adit, miſtuſq. refertur.*

Martialis lib 2. Epigr.64. Fabula. Pallas malarum tumore, qui canenti offundebatur, iratio abiecit tibiam. Reperit Marſyas, qua tam bellè ſibi canere viſus eſt, Phœbo vt certauerit: victo deinde Dei Marſyæ numine toto corpore pellis defluit. Hinc Satyrorum lacrymæ, Faunorum, & aliorum: ex iis flumen ortum. Ouid.6. Faſt.6. Metam. Sidonius Carm.13. Solin.

c.53. Apollod. lib. 1. Nonnus lib. 2. ibi:

> Ἐξ ὅτε Μαρσύαο θεημάχον αὐλὸν ἐλέγξας.
> *Ex quo Marſyæ damnata eſt tibia Phœbo*
> *Certantis.* —

Conſuli poteſt & Xenophon lib. 2. de Exped. Cyri. Liuius lib. 38. Euſtath. in Dionyſium. Diuerſè fabellam recitat Apuleius lib. 1. Florid. Amœnitatis habet quamplurimum locus Maximi Tyrii de Marſya flumine, ſocióq. Mæandro: Φρύγες οἱ περὶ τὰς Κελαινὰς νεμόμενοι τιμῶσι ποταμοὺς δύο, Μαρσύαν, καὶ Μαίανδρον. εἶδον τοὺς ποταμούς· ἀφίησιν αὐτοὺς πηγὴ μία, ἡ προσελθοῦσα ἐπὶ τὸ ὄρος ἀφανίζεται κατὰ τὴν πόλιν κἀῦθις ἐκδίδωσιν ἐκ τοῦ ἄστεος διελοῦσα τοῖς ποταμοῖς καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὰ ὀνόματα. Ὁ μὲν ἐπὶ Λυδίας ῥεῖ ὁ Μαίανδρος. ὁ δὲ αὐτοῦ περὶ τὰ πεδία ἀναλίσκεται. Θύουσι Φρύγες τοῖς ποταμοῖς, οἱ μὲν ἀμφοτέροις, οἱ δὲ τῷ Μαιάνδρῳ, οἱ δὲ τῷ Μαρσύᾳ, καὶ ἐμβάλλουσι τὰ μηρία εἰς τὰς πηγὰς ἐπιφημίσαντες τὸ ὄνομα τοῦ ποταμοῦ, ὁποτέρῳ ἔθυσαν. Ἀπενεχθέντα δὲ ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ ὑποδύντα τῷ ὕδατι, οὔτ᾽ ἂν ἐπὶ τὸν Μαρσύαν ἐκδοθείη τὰ τοῦ Μαιάνδρου, οὔτ᾽ ἐπὶ τὸν Μαίανδρον τὰ Μαρσύου. εἰ δὲ ἀμφοῖν εἴη, διαιροῦνται τὸ δῶρον. *Phryges, qui Celænas accolunt geminos fluuios Marſyam, & Mæandrum in pretio habent. Fluuios illos vidi: edit eos fons vnus, qui ad montem accedentib. à tergo vrbis non comparet, & rurſus ex vrbe euadit fluuiis aquam, & nomina diſtribuens. Mæander in Lydia fluit: Marſyas in campos effunditur. Hiſce fluuiis Phryges immolant, vtriſque nonnulli, quidam Mæandro, Marſyæ alij, ac femora (hoſtiarum) in fontes inijciunt, fluuij, cui immolant, nomen clamantes. Ea vbi in montem euaſerint, & aquam ſubierint, non in Marſyam euadent, quæ Mæandro dicata fuerint, neq. in Mæandrum, quæ Marſyæ: quod ſi vtriuſq. fuerint, donarium diuidunt.* Marſyas teſte Curtio lib. 3. *quamdiu intra muros fluit, nomen ſuum retinet: at cùm extra munimenta ſe euoluit, maiore vi, ac mole agentem vndas Lycum appellant.*

PHRYGIOS.. CRENOS.] Plinius lib. 16. c. 44. vocibus collatis vtitur: *Regionem Aulocrenem diximus, per quam ab Apamea in Phrygiam itur. Ibi platanus oſtenditur* (πίτυν, ſeu pinum vocat Philoſtratus in Iconibus) *ex qua pependit Marſya victus ab Apolline, quæ iam tum magnitudine electa eſt.* Lib. 5. ca. 29. vocat *Aulocrenos*, & eandem fabellam obſerit. Ergo *Crenos*, ſeu *Crenen* (videtur enim ille fons eſſe origo Mæandri, & Marſyæ apud Maximum Tyrium) *Aulocrenos*, & *Aulocren* non diſtrahemus.

MYGDONIAM PHOEBI SVPERATVS PECTINE LOTON.] Mygdonia Pauſaniæ eſt Lydia: quod congruet cum Plinio ſupra *Marſyam ducem Lydorum* faciente. Lib. verò 43. Beſſaricon apud Nonnum eſt Phrygia, cuius tutela Rhea, ſeu Cybele:

> — — Ῥείω
> Μυγδονίης πολιοῦχον ἐῆς χθονός.
> *Mygdonij tutela ſoli Rhea.*

Hîc *Mygdoniam loton* poni pro *Lydia tibia* ex eo videtur, quòd læto cantamine cum Apolline contendent Marſya, non triſti. Cùm verò duplex fuerit tibia, Lydia lætior erat, & choreas ducentium: Phrygia luctibus, & vlulatibu, Cybeléſque ſacris accommodatior. Sed contrà Plin. lib. 7. c. 56. *Obliquam tibiam Midas in Phrygia. Geminas tibias Marſyas in eadem gente*, reperit: reperta vero ceciniſſe perſuadeor. Adiuuabit Philippus.

LOTON.] Lotus quia cauari facilis, tibiæ materies fuit. *Lotos arboris genus,*

*ex cuius materia frequenter tibiæ fiebant*, inquit Feſtus. Sic Faſt. 4.

> — *ſed me ſonus æris acuti* (ſiſtra loquitur)
> *Terret, & horrendo lotos adunca ſono.*

Et vaginæ. Theocritus Idyll. 25. de Amphitruone gladium quæritante:

> Κουφίζων ἑτέρᾳ κολεὸν μέγα λώτινον ἔργον.
> *Vaginam è loto rem magnam læua leuabat.*

Ouid. 6. Metam. tibiam Mineruæ, *Tritoniacam arundinem* dicit, ideo, quod opinor, quia Tritonis palus Libyę non procul à Lotophagis, vbi materia tibiæ vberat. Adeo vt ſi fuit illa Mineruæ tibia prima, è loto prima fuerit. Ouidius tamen in Faſtis è buxo primam vult, inuentámque Mineruæ, quæ ibi fatur:

> *Prima terebrato per rara foramina buxo*
> *Vt daret, effeci, tibia longa ſonos.*

Λωτίνους αὐλούς, *Tibias è loto.* leges etiam apud Athenæum lib. 4. & Μυγδόνιον αὐλόν, *Mygdoniam tibiam.* apud Theocritum Idyll. K. Succinat tandem victor tibia Apollo ex Philippi προοιμίῳ:

> Ἥμερον αὐλήσαντι πολυτρήτων διὰ λώτων
> Εἶπε λιγυφθόγγῳ φοῖβος ἐπὶ γλαφύρᾳ.
> Μαρσύη ἐψεύσω τὸν εὕρεμα. τοὺς γὰρ Ἀθήνης
> Αὐλοὺς ἐκ Φρυγίης οὗτος ἐληΐσατο.
> *Multiforis blandum cum lotina tibia cantum*
> *Ederet, arguto Phœbus ait Glaphyræ:*
> *Inuenti vanus Marſyas: námq. Minerua*
> *Quam Phrygia tulerat tibiam, habes Glaphyra.*

MARRVVIVM VETERIS CELEBRATVM NOMINE MARRI.] Alii Marrubium legunt, vt fere apud Virgilium ſcribi ſolemne eſt, quem & vidiſſe profuerit. Strabo lib. 5. Μαρρούιον.

POMISQVE REPENDIT ARISTAS.] Alba pomifera, non frugiferens.

*Cætera in obſcuro famæ, & ſine nomine, vulgi*
*Sed numero caſtella valent: coniungitur acer*
*Pelignus, gelidóque rapit Sulmone cohortes.*
*Nec cedit ſtudio vicinus ſanguine miles,*
*Quem genuere Cales, non paruæ conditor vrbis*
*(Vt fama eſt) Calais, Boreæ quem rapta per auras*
*Orithyia vago geticis nutriuit in antris.*
*Haud illo leuior bellis Veſtina iuuentus*
*Agmina denſauit venatu dura ferarum.*
*Quæ Fiſcelle tuas arces, Pinnámq; virentem,*
*Paſcuáq; haud tarde redeuntia tondet Auellæ.*
*Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes*
*Corſini populos, magnúmq; Theate trahebat.*
*Omnibus in pugna fertur ſparus, omnibus alte*

*Omnibus in pugna fertur ſparus, omnibus alto*
*Aſſuetæ volucrem cælo dimittere fundæ.*
*Pectora pellis obit cæſi venatibus vrſi.*
*Iam verò quos diues opum, quos diues auorum,*
*Et toto dabat ad bellum Campania tractu,*
*Ductorum aduentum vicinis ſedibus Oſci*
*Seruabant, Sinueſſa tepens fluctúq; ſonorum*
*Vulturnum, quáſque euertere ſilentia Amyclæ,*
*Fundíque, & regnata Lamo Caieta, domúſq;*
*Antiphatæ compreſſa freto, ſtagníſque paluſtre*
*Linternum, & quondam fatorum conſcia Cumæ.*

CONIVNGITVR ACER PELIGNVS.] Quid in mentem fuit Memnoni 15. Hiſtoriarum tam abſurda nobis obtrudenti? Ῥωμαίοις δὲ πόλεμος Μαρσούς τε, καὶ Πελιγνὺς, καὶ Μαῤῥυκίνους. ἔθνη δέ εἰσι ταῦτα ὑπὲρ Λιβύης κατῳκημένα Γαδείροις ὅμορα: *Romanis bellum fuit cum Marſis, Pelignis, Murracinis, quæ gentes vltra Libyam habent, Gadibus vicina.* ἄτοπος μὰ τὰν γᾶν ἐκτοπισμός. *Abſurda, Tellurem iuro, loci mutatio.* Ouidius lib. 2. ἐρώτων, quem penes hiſce de locis ſumma fides.

*Me pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris*
*Parua, ſed irriguis ora ſalubris aquis.*

*Peligni* autem à *Pelico*, vide Paulum apud Feſtum.

QVÆ FISCELLE TVAS ARCES.] Reſcribentem vel in ὀνειρώγμασι:

*Latoas quæ Phyſci arces.*

quis non rideat? Eſt enim Phyſcus Cariæ opidum, in quo Latonæ lucus: hîc verò Italiæ caſtella recenſentur. Ptolomæus Flauius lib. 65. Conjectaneorum legit *Myſcelle*, vt intelligatur de Crotone. Non enim, inquit, legi de Fiſcello loci conditore. Crotonem item, vt ſcribit Strabo lib. 6. conſtruxit Myſcellus, quem Naſo Mycillum vocat, habuítque operis ſocium Archiam, qui Syracuſas condidit. Hæc ille. Verùm eſto ignobilior Fiſcellus, quid tum verò? id quàm multis locis vſuuenit? Æuo tamen Silii non ignotus erat, neque Plinio lib. 3. qui de Nare amni ſcribit: *E monte Fiſcello labens iuxta Vacunæ nemora.* Lege perpetuum caput 12. Apto igitur loco poſitæ arces.

PINNAMQ. VIRENTEM.] Plin. ſuprà *Pinnenſes* Veſtinis annumerat vti Silius. De Pinnenſis iuuenis auſis Valer. Max. lib. 5. c. 4.

CORFINI POPVLOS.] *Populum* non ſatis habuit dixiſſe. Vide, quæ de Italica procœmio diximus. Cuiuſque prætereà prouinciæ metropolis eſt veluti cæterarum vrbium domina, eóque aliarum *populi* vrbium eius dicuntur: Corfinium verò metropolis. Strabo lib. 5. Κορφίνιον τὴν τῶν Πελιγνῶν μητρόπολιν. *Corfinium Pelignorum metropolim.*

MAGNVMQ. THEATE TRAHEBAT.] Plinius lib. 3. c. 12. inducto ſpiritu *Teatina.*

PECTORA PELLIS OBIT CÆSI VENATIB. VRSI.] Ad lib. 5. galeas è pellibus armauimus: nunc ex pellib. thoraces. Notauit & Strabo lib. 4. aut 5.

Mox

Mox Silius:

*— Irpináq. pubes*
*Horrebat telis, & tergo hirſuta ferarum.*

PASCVAQ. HAVT TARDE REDEVNTIA TONDET AVELLÆ.] Similia Maro delaudat ad Mantuam Georg. 2. in quibus

*— quantum longis carpent armenta diebus,*
*Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.*

ET TOTO DABAT AD BELLVM CAMPANIA TRACTV.] Scribo: *E toto.*

VICINIS SEDIBVS OSCI.] Habet exactum, quod ſcribit Poëta. Strabo lib. 5. paria. Τὴν δ' συνεχῆ ταύτῃ πρότερον Αὔσονες ᾤκουν, οἵπερ καὶ τὴν Καμπανίαν εἶχον. Μετὰ δὲ τούτους Ὄσκοι. καὶ τούτοις δὲ μετῆν Καμπανίας. *Vicinam huic regionem prius tenuere Auſones ii, qui Campaniam tenuerant. Hos ſequuntur Oſci, qui & in Campaniæ conſortium admiſsi.*

SERVABANT, SINVESSA TEPENS.] Veriloquium retegit Strabo: Ἡ δὲ Σινύεσσα ἐν Σητίνῳ κόλπῳ ἵδρυται, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα. σίνος γὰρ ὁ κόλπος. Πλησίον δ' αὐτῆς ἐστι θερμὰ λουτρὰ κάλλιστα ποιοῦντα πρὸς νόσους ἐνίας: *Sinueſſa in Setino ſinu, à quo & vocabulum: Sinus enim Latinis, qui Græcis* κόλπος. *Propter ipſam præſtantiſsima ſunt balnea calidis aquis, quibuſdam morbis medentia.* Ecquib. morbis? Plin. lib. 31. c. 2. *In eadem Campaniæ regione Sinueſſanæ aquæ ſterilitatem fœminarum, & virorum inſaniam abolere produntur.* Eò Claudius Imp. mollitie cœli, & ſalubritate aquarum captus Sinueſſam pergit, Taciti lib. 12.

QVASQ. EVERTERE SILENTIA AMYCLÆ.] Amyclæ Laconum vnæ, Sabinorum alteræ: ambæ cognitiſſimæ, Sabinorum etiam adagione, cui originem hanc tribuit Seruius in 10. Aeneid. Creperis, & iniquis temporib. aduentus hoſtium falſò ſæpe nunciatus erat Amyclis: erat autem id moleſtiſſimum. Quò igitur vano metu ciuitas liberaretur, lege cautum eſt, ne quis hoſtes aduentare nunciaret. Seriò tamen hoſtes propinquant vrbi, nec metu legis quiſquam id auſus proloqui eſt, tacetur, perit ciuitas. De alteris Amyclis adagionem natum putat Solinus c. 12.

REGNATA LAMO CAIETA, DOMVSQ. ANTIPHATÆ COMPRESSA FRETO.] Caietanum ſinum intellige, regnum Lami, & formias à Lamo poſitas. Horat. lib. 3. Car. Od. 17.

*Aeli vetuſto nobilis ab Lamo,*
*Quando & priores hinc Lamias ferunt*
*Denominatos, & nepotum*
*Per memores genus omne faſtos.*
*Autore ab illo ducis originem,*
*Qui Formiarum mœnia dicitur*
*Princeps & innantem Maricæ*
*Littorib. tenuiſſe Lirim*
*Latè tyrannus.*

Solin. c. 8. *Formiæ etiam Læſtrygonib. habitatæ.* Odyſſ. x.

— Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον
Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην.

*— mœnia celſa Lami*
*Læſtrygoniæ editioris.*

Cicero epiſt. 13. lib. 2. ad Atticum: *Si verò in hunc τηλέπυλον veneris Λαιστρυγονίαν, Formias dico.* Strabo lib. 5. à Laconib. Formias vult conditas, editque cauſam nominis: Ὁρμίαι λεγόμεναι διὰ τὸ εὔορμον: Hormiæ dictæ (inde Formiæ) quia nauib. appellendis percommodæ. Coniurat Feſtus: *Formiæ opidum appellatur ex Græco velut Hormiæ, quòd circa id crebræ ſtationes, tutaq. erant, vnde proficiſcebantur nauigaturi.* Ex quo conficio *Formias* fuiſſe *domum Antiphatæ*; addito quod Odyſſ. κ. portum obiacentem Læſtrygoniæ miris modis deprædicat Poëta princeps:

Ἔνθ' ἐπεὶ ἐς λιμένα κλυτὸν ἤλθομεν, ὃν πέρι πέτρη
Ἠλίβατος τετύχηκε διαμπερὲς ἀμφοτέρωθεν,
Ἀκταὶ δὲ προβλῆτες ἐναντίαι ἀλλήλῃσιν
Ἐν στόματι προὔχουσιν, ἀραιὴ δ' εἴσοδός ἐστιν.
Ἔνθ' οἵγ' εἴσω πάντες ἔχον νέας ἀμφιελίσσας,
Αἱ μὲν ἄρ' ἔντοσθεν λιμένος κοίλοιο δέδεντο
Πλησίαι. οὐ μὲν γάρ ποτ' ἀέξετο κῦμά γ' ἐν αὐτῷ,
Οὔτε μέγ', οὔτ' ὀλίγον. λευκὴ δ' ἦν ἀμφὶ γαλήνη.

*Famoſum in portum deuenimus, vndique rupes*
*Hac illac immanis erat, protectáq. in ora*
*Litora compoſitis ſurgebant frontibus arcto*
*Introitu. Huc ſocij ſubiere, ratéſq. rotundas*
*Continuere ſimul vinclis per mutua nexas.*
*Inſurgit nunquam portu decumanus in illo*
*Fluctus, nec minima vnda furit, ſed vbique ſerena eſt.*

Atqui hîc fuit Antiphatę ὑψερεφὲς δῶ, *domus Antiphatæ.* Eſtque tam Antiphates Homero Læſtrygonum rex, quàm Lamus: Lamus licet vetuſtior, atq. adeo ſedis conditor. Ouid. 14. Metam.

*Inde Lami veterem Læſtrygonis, inquit, in vrbem*
*Venimus: Antiphates terra regnabat in illa.*

Strabonem igitur explico, quòd veterem Læſtrygoniam vrbem poſt conuenæ Lacones aliter denominarint, auxerintq. aut iteratò erexerint. Cicero Or. pro L. Manilia: *An verò ignoratis portum Caietæ celeberrimum, atque pleniſſimum nauium inſpectante prætore à prædonib. eſſe direptum?* Iterum de Antiphate ad lib. 14. ibi:

*Poſt dirum Antiphatæ ſceptrum.*

STAGNISQ. PALVSTRE LINTERNVM] Strabo lib. 5. Πόλεις μὲν δ' ἐπὶ θαλάττῃ μετὰ τὴν Σινύεσσαν, Λιτερνον. *Vrbes ſunt ad mare præter Sinueſſam, Linternum, aliæque.* Addit Scipionem Africanum ibi vitam finiſſe, & ſepultum, quod & Val. Maximus adſtruit lib. 5. c. 3. Seneca Epiſt. 51. lib. 1. D. Aug. lib. 3. de Ciuit. c. 21.

QVONDAM FATORVM CONSCIA CVMÆ.] Adſpectu Sybillæ Cumanæ Aen. 6. Solin. c. 8. Cumæ. *Ibidem Sibyllæ ſacellum eſt, ſed eius quæ rebus Romanis quinquageſima Olympiade interfuit, cuiuſq. librum ad Cornelium vſque Syllam Pontifices noſtri conſulebant.*

*Illic Nuceria, & Gaurus naualibus apta,*
*Prole Dicarchenia, multo cum milite Graia,*

*Illic Parthenope, ac Pœno non peruia Nola,*
*Alliphe, & Clanio contentæ ſemper Acerræ,*
*Sarraſtis etiam populos, totáſque videres*
*Sarni mitis opes: illic quos ſulphure pingues*
*Phlegræi legere ſinus, Miſenus, & ardens*
*Ore giganteo ſedes Ithaceſia Bai,*
*Non Prochyte, non ardentem ſortita Typhœa*
*Inarime, non antiqui ſaxoſa Telonis*
*Inſula, nec paruis aberat Calatia muris,*
*Surrentum, & pauper ſulci cerealis Auella.*
*In primis Capua, heu rebus ſeruare ſerenis*
*Inconſulta modum, & prauo peritura tumore.*

PROLE DICARCHÆA MVLTO CVM MILITE GRATA ILLIC PARTHENOPE.] Aderant Parthenopæi, ſiue Neapolitani cum multo milite, qui erat *Proles Dicarchæa*, hoc eſt, cum Puteolanis, Plin. lib. 3. c. 5. *Puteoli colonia Dicarchia dicti.* Præter cauſam nomenclationis in ea clauſam Sext. Pompeius: *Dicarchia vocabatur, quæ nunc Puteoli, quòd ea ciuitas quondam iuſtiſſimè regebatur.* Strabo lib. 8. nominis vtriúſque commeminit.

POENO NON PERVIA NOLA.] Autore Senatu, adiutore ac defenſore Claudio Marcello, etſi plebes Annibalem vellet quammaximè, Liuius lib. 23. *Nolam* à Tyriis fundatam tradidit. Solin. c. 8.

ET CLANIO CONTEMTÆ SEMPER ACERRÆ.] Maro:

— *Vacuis Clanius non æquus Acerris.*

Vrbs eſt ſupra Padum autore Plutarcho in Marcello. Municipium fuit Romanorum, vti Cumæ, de quib. antè, & Atella, Feſto verbo *Municeps.*

SARRASTES ETIAM POPVLOS, TOTASQ. VIDERES SARNI MITIS OPES.] Virgilii παρῴδημα, in quo:

*Sarraſtes populos, & quæ rigat æquora Sarnus.*

Quærit Heynſius: Quid ni: *Diuis opes?* Dico ſtudium fuiſſe Poëtæ leuem fluuii lapſum loqui, vt Maroni:

—— *leni fluit agmine Tibris.*

Simili tranſlatione dictum Silio:

*Clementer ſurgente iugo.*

dictum & Liuio. Heynſius putauit hîc Midam aliquem eſſe Sarnum, cùm ſit fluuius, Etſi non ambigo fluuiis diuitias quandoq. creſcere. Iterum libro vltimo Silius: *Mitis Iberus* de fluuio, cui *Diues* epithetum non diſconueniſſet, niſi Silius anteruliſſet aliud. Accedit Strabo lib. 5. & Plin. lib. 3. c. 5. *Alluente verò Sarno amne.*

PHLEGRÆI MISERE SINVS.] Euſtathius in Dionyſium etiam in terra Campania Phlegræos agnoſcit, & Polyb. lib. 2. Τὰ Φλεγραῖά ποτε καλούμενα τὰ περὶ Καπύην, *Phlegræi campi ad Capuam.* iterátque lib. 3. Plin. lib. 18. c. 11. *Laborias* fœcundiſſimam partem agri Campani putat: *Quantum autem vniuerſas terras campus circumpadanus antecedit, tantum ipſum pars eius, quæ Laboria vocantur,*

*quem Phlegræum Græci appellant. Finiuntur Laboria via ab vtroq; latere conſulari, quæ à Puteolis, & quæ à Cumis Capuam ducit.*

ANTIQVI SAXOSA TELONIS INSVLA.] Aen.7.

> — *quem genuiſſe Telon Sebetide nympha*
> *Fertur, Teleboûm Capreas cùm regna teneret*
> *Iam ſenior.*

PAVPER SVLCI CEREALIS AVELLA.] Codex impreſſus à Phil. Nutio *Abella*. Rectè: etſi *Auella* hoc Silii loco amplectatur Caſaubonus in Strab. lib.5. Agimus enim in Campania, vbi adſitas ſibi vult haſce ciuitates Strabo lib.5. Νῶλα, καὶ Νουκερία, ϗ Ἀχέῤῥαι, ϗ Ἀβέλλα. *Nola, Nuceria, Acerra, Abella.* Quid enim attinuit *Auellam* repeti? Ante vidiſti:

> *Paſcua haut tardè redeuntia tondet Auellæ?*

Nec vano argumento reddiderim Virgilio vocem eandem Aeneid.7.

> *Et quos maliferæ deſpectant mœnia Auellæ.*

Vulgo *Bella*. Terra pomorum ferax minus eſt tritici, docuit de Alba, Silius:

> — *pomiſq; rependit ariſtas.*

*Abella* quò pomorũ fœcũdiores, tritici ſteriliores, quòd Silius his adſerit:

> — *pauper ſulci Cerealis Abella.*

Nec nouum earundem literarum colliſione alteram aut vocis pedi, aut capiti deripi. Veteres quidem codices Virgilio arrogant *Bella* teſte Pierio: tamen ipſe & Erythræus inclinant in *Abellas*, & Manutii editioni ſic eſt.

*Lectos venturo formabat Scipio bello.*
*Ille viris pila, & ferro circundare pectus*
*Addiderat, leuiora domo de more parentum*
*Geſtabant tela, ambuſtas ſine cuſpide cornos,*
*Aclidis vſus erat, factaque ad rura bipennes.*
*Ipſe inter medios ventura ingentia laudis*
*Signa dabat, vibrare ſudem, tranſmittere ſaltu*
*Muralis foſſas, vndoſam frangere nando*
*Indutus thoraca vadum: ſpectacula tanta*
*Ante acies virtutis erant: ſæpe aliti planta*
*Ilia perfoſſum, & campi per aperta volantem*
*Ipſe pedes præuertit equum, ſæpe arduus idem*
*Caſtrorum ſpatium & ſaxo tranſmiſit, & haſta:*
*Martia frons, faciléſque comæ, nec ponè retroque*
*Cæſaries breuior, flagrabant lumina, miti*
*Aſpectu, gratúſq; inerat viſentibus horror.*
*Affuit & Samnis, nondum vergente fauore*
*Ad Pœnos, ſed nec veteri purgatus ab ira.*
*Qui Batulum, Mucráſque colunt, Bouiania quique*

*Exercent luſtra, aut Caudinis faucibus hærent,*
*Et quos aut Rufræ, aut quos Æſernia, quóſve*
*Obſcura incultis Herdonia miſit ab agris,*
*Brutius haud diſpar animorum, vnáque iuuentus*
*Lucanis excita iugis, Hirpináq; pubes*
*Horrebat telis, & tergo hirſuta ferarum,*
*Hos venatus alit, luſtra incoluere, ſitímque*
*Auertunt fluuio, ſomníq; labore parantur.*
*Additur his Calaber, Salentinæque cohortes,*
*Nec non Brunduſium, quo deſinit Itala tellus.*

HEV REBVS SERVARE SECVNDIS INCONSVLTA MODVM. ] Detritum ex Virgiliano:

*Neſcia mens hominum fati, ſortiſque futuræ,*
*Et ſeruare modum rebus ſublata ſecundis!*

Ineſt quibuſdam exaratum: *Serenis* in Silio. Neque diſplicet: alterum forte ab eo, qui Poëtas contulit.

LECTOS VENTVRO FORMABAT. ] L. & Par. *Lectos rectores*: at ſi exercitamenta dinumeras, inuenies in quemuis lectum militem conuenire. Vide Vegetium li. 1. capitibus pluribus.

VNDOSVM FRANGERE MANDO INDVTVS THORACA VADVM. ] Virtus non ſimplex thoracatum nare per impetuoſum vadum. Claudianus Honorio adoleſcenti alterum decus addit:

— *tranſnare ſonoras*
*Torrentum furias.*

Immane quantum Batauis Tacitus adſcribat Hiſtor. li. 4. *Erat & domi dilectus eques, præcipuo nandi ſtudio, arma, equóſque retinens integris turmis Rhenum perrumpere.* Euſtathius in Dionyſium de Perſis: Ἀσκεῖν δὲ λέγονται μεγαλοφωνίαν οἱ Πέρσαι, καὶ καῦμα, καὶ ψύχος φέρειν, καὶ ὄμβρους, καὶ χειμάῤῥων διαβάσεις, ὥστε ἄβροχα φυλάσσειν τά τε ὅπλα, καὶ τὴν ἐσθῆτα: *Ad grandiloquentiam feruntur exerceri Perſæ, item æſtum iuxtà, atque frigus ferre, imbréſque & torrentium tranſitus armis, ac veſte intactis ab aqua.*

IPSE PEDES PRÆVERTIT ÆQVVM. ] Statius Achilleide de Achille:

— *Volucres cùm iam præuertere ceruos,*
*Et Lapithas cogebat equo.*

SAMNIS... NEC VETERI PVRGATVS AB IRA. ]. Toties ab iis rebellatum! Liuius prima decade. Silius lib. 11.

*Sanior ante alios iras ſeruare repoſtas,*
*Atque odium renouare ferox in tempore Samnis.*

QVI BATVLVM ... AVT RVFRÆ. ] Æneid. 7.

*Qui Rufas, Batulúmque colunt.*

MVCRASQVE COLVNT. ] Pariſienſis liber: *Metunt.* Videtur ſcribendum *Macras & colunt*, non *Metunt*: etſi Strabo lib. 5. Μεταξὺ δὲ Αὔξης, καὶ Πίσης·

Μάκρης ὅτι χωρίον, ᾧ πέρατι τῆς Τυῤῥηνίας, καὶ τῆς Λιγυστικῆς κέχρηνται τῶν συγγραφέων πολλοί. *Lunam inter, ac Piſas, locus quidam eſt Macres nomine, quo fine Etruriæ, & Liguriæ vſi ſunt ſcriptorum multi.* Vbi Caſaubonus Galliæ togatæ princeps: *Omnes fluuium Macram in hoc tractu recenſent.* χωρίον *nemo, quod meminerim.* Plin. l. 3. ca. 5. *flumen Macra Liguriæ finis.* Scripſerim ideo apud Strabonem ὄρειον pro χωρίον.

OBSCVRA INCVLTIS HERDONIA MISIT AB AGRIS. ] Breui talis futura. Liuius li. 27. autor eſt *Herdonium, quia defecturam fuiſſe ad Romanos comperit Annibal, nec manſuram in fide, ſi inde abſceßiſſet, multitudine omni Metapontum ac Thurios traducta incendiſſe, occidißéque principes, qui cum Fuluio colloquia occulta habuiſſe comperti ſunt.* Hinc ignobilitas, & ſolitudo *Obſcura incultis*, colonis defecta.

SALENTINÆQVE COHORTES. ] Strabo li. 6. Τοὺς δὲ Σαλεντίνους Κρητῶν ἀποίκους φασι, *Cretum colonos Salentinos ferunt.* Verè addo victore, & duce Idomeneo. Æneid. 3.

> *Et Salentinos obſedit milite campos*
> *Lictius* Idomeneus.

Sext. Pompeius. *Salentinos à ſalo dictos, Cretas, & Illyrios, qui cum Locrenſib. nauigantes ſocietatem fecerint eius regionis Italiæ, quam o.* Suppleo ex fragmento Farneſiano: *Quam ab eis dicunt.* Solinus cap. 8. Salentinos à Lyciis ortos voluit.

BRVNDVSIVM, QVO DESINIT ITALA TELLVS.. ] Brunduſium concinnè deſcribit Lucanus primo Ciuilium:

> *Brunduſij tutas conſcendit Magnus in arces,*

& *Vltima* tellus: quia ſtatim inde excurſus in Græciam, Strabo lib. 6. & M. Tullius in Antonium 2. *Cùm Brunduſium, itérque illud, quod tritum in Græciam eſt, non ſine cura vitauiſſem.* Zonaras notauit tam commodum eſſe portum Brunduſij traiicientibus ex Illyrico, atque Græcia, vt eodem vento in eum accedere liceret, & inde ſoluere.

*Parebat legio audaci permiſſa Cethego,*
*Cui ſocias vires, atque indiſcreta maniplis*
*Arma recenſebant, nunc ſeſe oſtendere miles*
*Leucoſiæ è ſcopulis, nunc quem Picentia Peſto*
*Miſit, & exhauſtæ mox Pœno marte Carillæ,*
*Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt*
*Duritiem lapidum merſis inoleſcere ramis.*
*Ille & pugnacis laudauit tela Salerni,*
*Falcatos enſes, & quæ Buxentia pubes*
*Aptabat dextris irraſæ robora clauæ,*
*Ipſe humero exertus, gentili more parentum,*
*Diffici gaudebat equo, robúrque iuuentæ*
*Flexu cornipedis duro exercebat in ore.*
*Vos etiam attritæ, deſolatæq; virorum*

*Eridani gentes, nullo attendente deorum*
*Votis tunc veſtris, caſura ruiſtis in arma,*
*Certauit Mutinæ quaſſata Placentia bello.*
*Mantua mittenda certauit pube Cremonæ.*
*Mantua Muſarum domus, atque ad ſidera cantu*
*Euecta Andino, & Smyrneis æmula plectris.*
*Tum Verona Ateſi circunflua, & vndique ſollers*
*Arua coronantem nutrire Fauentia pinum.*
*Vercellæ, fuſcíq. ferax Pollentia villi,*
*Et quondam Teucris comes in Laurentia bella*
*Ocni priſca domus, paruíq. Bononia Rheni.*
*Quíque graui remo, limoſis ſegniter vndis*
*Lenta paludoſæ perſcindunt ſtagna Rauennæ.*
*Tum Troiana manus, tellure antiquitus orti*
*Euganea, profugíque ſacris Antenoris oris.*

NVNC SILARVS, QVOS NVTRIT AQVIS, QVO GVRGITE TRADVNT DVRICIEM LAPIDVM MERSIS INOLESCERE LIBRIS. ] Silius & Euſtathius in Dionyſium volunt reſtitui Straboni vocem ποτίμου lib. 5. extremo. Euſtath. Τοῦτον ὁ γεωγράφος Σίλαριν γράφων λέγει ἴδιον τοῦ Σιλάριδος, ὅτι τοῦ ὕδατος ὄντος ποτίμου. *Hunc Geographus Silarim ſcribens dicit eius proprietatem, cùm eius ſit vnda potabilis*, & Habet Strabo: Ἐπὶ τοῦ ὕδατος τοῦ ὄντος τοῦ ποταμοῦ πότιμου. Hic ποτίμου ſcribo vt referatur illud, *Quos nutris aquis*. Ibidem addit Strabo nec à colore, nec à forma lignum iam lapide verſum degenerare. Ouidius Metam. 15.

*Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit*
*Viſcera: quòd tactis inducit marmora rebus.*

Vin' plures ſeu fõtes, ſeu fluuios pari vi, fabula ne ſit fabula? Plinius oggeret pleno modio li. 31. c. 2. ex quibus hæc delibata ſunto: *Lebedon námque alluit riuus in quo ſaxa in altitudinem creſcunt. In Eurymenis fontem deiecta coronæ lapides fiunt. In Coloſſis flumẽ eſt, in quo lateres coniecti, lapides extrahuntur. In Scyretico metallo arbores quæcunque flumine alluuntur, ſaxa fiunt cum ramis. Diſtillantes quoque guttæ in lapides dureſcunt in antris Coryciis: nam Miezæ in Macedonia etiam pendentes in ipſis cameris: at in Corintho, vbi decidere. In quibuſdam ſpeluncis vtroque modo columnas faciunt, vt in Phauſia Cherſoneſi Rodiorum in antro magno etiam diſcolori adſpectu.* Adi Iſidorum li. 13. ca. 13.

QVÆ BVXENTIA PVBES APTARAT DEXTRIS IRRASÆ ROBORA CLAVÆ. ] Plin. li. 3. c. 5. Buxentum Græcis eſſe Pyxuntem docet, & in Lucania locat c. 8. Vnde ſuprà

*Lucanis excita iugis.*

Malè vulgo receptum: *Pyxidem*. Eſt enim Pyxûs ea forma, qua Cerasûs, Opûs, Selinûs, à buxetis ſortita nomen. Vnde ariolor è buxo clauas pubi Buxentiæ fuiſſe impolitas, ſeu *irraſas* è buxo: vt ad ſolidas vires pondus accedat tantò grauius.

c.53. Apollod. lib. 1. Nonnus lib. 1. ibi:

> Ἐξ ὅτε Μαρσύαο θεημάχον αὐλὸν ἐλέγξας.
> *Ex quo Marſyæ damnata eſt tibia Phœbo*
> *Certantis.* —

Conſuli poteſt & Xenophon lib. 2. de Exped. Cyri. Liuius lib. 38. Euſtath. in Dionyſium. Diuerſè fabellam recitat Apuleius lib. 1. Florid. Amœnitatis habet quamplurimum locus Maximi Tyrii de Marſya flumine, ſocióq. Mæandro: Φρύγες οἱ περὶ τὰς Κελαινὰς νεμόμενοι τιμῶσι ποταμοὺς δύο, Μαρσύαν, καὶ Μαίανδρον. εἶδον τοὺς ποταμοὺς ἀφίησιν αὐτοὺς πηγὴ μία, ἣ προσελθοῦσα ἐπὶ τὸ ὄρος ἀφανίζεται κατὰ τὴν πόλιν κ᾽ αὖθις ἐκδίδοι ἐκ τοῦ ἄστεος διελοῦσα τοῖς ποταμοῖς καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὰ ὀνόματα. Ὁ μὲν ἐπὶ Λυδίας ῥεῖ ὁ Μαίανδρος. ὁ δ᾽ αὐτοῦ περὶ τὰ πεδία ἀναλίσκεται. Θύουσι Φρύγες τοῖς ποταμοῖς, οἱ μὲν ἀμφοτέροις, οἱ δὲ τῷ Μαιάνδρῳ, οἱ δὲ τῷ Μαρσύᾳ, καὶ ἐμβάλλουσι τὰ μηρία εἰς τὰς πηγὰς ἐπιφημίσαντες τὸ ὄνομα τοῦ ποταμοῦ, ὁποτέρῳ ἔθυσαν. Ἀνενεχθέντα δ᾽ ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ ὑποδύντα τῷ ὕδατι, οὔτ᾽ ἂν ἐπὶ τὸν Μαρσύαν ἐκδοθείη τὰ τοῦ Μαιάνδρου, οὔτ᾽ ἐπὶ τὸν Μαίανδρον τὰ Μαρσύου. εἰ δ᾽ ἀμφοῖν εἴη, διαιροῦνται τὸ δῶρον. *Phryges, qui Celænas accolunt geminos fluuios Marſyam, & Mæandrum in pretio habent. Fluuios illos vidi: edit eos fons vnus, qui ad montem accedentib. à tergo vrbis non comparet, & rurſus ex vrbe euadit fluuiis aquam, & nomina diſtribuens. Mæander in Lydia fluit: Marſyas in campos effunditur. Hiſce fluuiis Phryges immolant, vtriſque nonnulli, quidam Mæandro, Marſyæ alij, ac femora (hoſtiarum) in fontes inijciunt, fluuij, cui immolant, nomen clamantes. Ea vbi in montem euaſerint, & aquam ſubierint, non in Marſyam euadent, quæ Mæandro dicata fuerint, neq. in Mæandrum, quæ Marſyæ: quod ſi vtriuſq. fuerint, donarium diuidunt.* Marſyas teſte Curtio lib. 3. *quamdiu intra muros fluit, nomen ſuum retinet: at cùm extra munimenta ſe euoluit, maiore vi, ac mole agentem vndas Lycum appellant.*

PHRYGIOS.. CRENOS.] Plinius lib. 16. c. 44. vocibus collatis vtitur: *Regionem Aulocrenem diximus, per quam ab Apamæa in Phrygiam itur. Ibi platanus oſtenditur* (πίτυν, ſeu pinum vocat Philoſtratus in Iconibus) *ex qua pependit Marſya victus ab Apolline, quæ iam tum magnitudine electa eſt.* Lib. 5. ca. 29. vocat *Aulocrenos*, & eandem fabellam obſerit. Ergo *Crenos*, ſeu *Crenen* (videtur enim ille fons eſſe origo Mæandri, & Marſyæ apud Maximum Tyrium) *Aulocrenos*, & *Aulocren* non diſtrahemus.

MYGDONIAM PHOEBI SVPERATVS PECTINE LOTON.] Mygdonia Pauſaniæ eſt Lydia: quod congruet cum Plinio ſupra *Marſyam ducem Lydorum* faciente. Lib. verò 43. Beſſaricon apud Nonnum eſt Phrygia, cuius tutela Rhea, ſeu Cybele:

> — — Ῥείῃ
> Μυγδονίης πολιοῦχον ἑῆς χθονός.
> *Mygdonij tutela ſoli Rhea.*

Hîc *Mygdoniam loton* poni pro *Lydia tibia* ex eo videtur, quòd læto cantamine cum Apolline contendent Marſya, non triſti. Cùm verò duplex fuerit tibia, Lydia lætior erat, & choreas ducentium: Phrygia luctibus, & vlulatibus, Cybeléſque ſacris accommodatior. Sed contrà Plin. lib. 7. c. 56. *Obliquam tibiam Midas in Phrygia. Geminas tibias Marſyas in eadem gente*, reperit: reperta vero cecinisse perſuadeor. Adiuuabit Philippus.

LOTON.] Lotus quia cauari facilis, tibiæ materies fuit. *Lotos arboris genus,*

*ex cuius materia frequenter tibiæ fiebant*, inquit Feſtus. Sic Faſt. 4.

— *ſed me ſonus æris acuti* (ſiſtra loquitur)
*Terret, & horrendo lotos adunca ſono.*

Et vaginæ. Theocritus Idyll. 25. de Amphitruone gladium quæritante:

Κουφίζων ἑτέρᾳ κολεὸν μέγα λώπινον ἔργον.
*Vaginam è loto rem magnam læua leuabat.*

Ouid. 6. Metam. tibiam Mineruæ, *Tritoniacam arundinem* dicit, ideo, quod opinor, quia Tritonis palus Libyę non procul à Lotophagis, vbi materia tibiæ vberat. Adeo vt ſi fuit illa Mineruæ tibia prima, è loto prima fuerit. Ouidius tamen in Faſtis è buxo primam vult, inuentámque Mineruæ, quæ ibi fatur:

*Prima terebrato per rara foramina buxo*
*Vt darem, effeci, tibia longa ſonos.*

Λωτίνους αὐλούς, *Tibias è loto.* leges etiam apud Athenæum lib. 4. & Μυγδόνιον αὐλόν, *Mygdoniam tibiam.* apud Theocritum Idyll. K. Succinat tandem victor tibia Apollo ex Philippi προοιμίῳ:

Ἥμερον αὐλήσαντι πολυτρήτων διὰ λώτων
Εἶπε λιγυφθόγγῳ Φοῖβος ἐπὶ Γλαφύρᾳ.
Μαρσύη ἐψεύσω τὸν εὕρεμα. τὸ γὰρ Ἀθήνης
Αὐλὸς ἐκ Φρυγίης ὕπες ἐληίσατο.
*Multiforis blandum cum lotina tibia cantum*
*Ederet, arguto Phœbus ait Glaphyra:*
*Inuenti vanus Marſyas: námq. Minerua*
*Quam Phrygia tulerat tibiam, habes Glaphyra.*

MARRVVIVM VETERIS CELEBRATVM NOMINE MARRI.] Alii Marrubium legunt, vt fere apud Virgilium ſcribi ſolemne eſt, quem & vidiſſe profuerit. Strabo lib. 5. Μαρούιον.

POMISQVE REPENDIT ARISTAS.] Alba pomifera, non frugiferens.

*Cætera in obſcuro famæ, & ſine nomine, vulgi*
*Sed numero caſtella valent: coniungitur acer*
*Pelignus, gelidóque rapit Sulmone cohortes.*
*Nec cedit ſtudio vicinus ſanguine miles,*
*Quem genuere Cales, non paruæ conditor vrbis*
*(Vt fama eſt) Calais, Boreæ quem rapta per auras.*
*Orithyia vago geticis nutriuit in antris.*
*Haud illo leuior bellis Veſtina iuuentus*
*Agmina denſauit venatu dura ferarum.*
*Quæ Fiſcellæ tuas arces, Pinnámq; virentem,*
*Paſcuáq; haud tarde redeuntia tondet Auella.*
*Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes*
*Corfini populos, magnúmq; Theate trahebat.*
*Omnibus in pugna fertur ſparus, omnibus alto*

Mox Silius:

*— Irpinaq. pubes*
*Horrebat telis, & tergo hirſuta ferarum.*

PASCVAQ. HAVT TARDE REDEVNTIA TONDET AVELLÆ.] Similia Maro delaudat ad Mantuam Georg. 2. in quibus

*— quantum longis carpent armenta diebus,*
*Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.*

ET TOTO DABAT AD BELLVM CAMPANIA TRACTV.] Scribo: *E toto.*

VICINIS SEDIBVS OSCI.] Habet exactum, quod ſcribit Poëta. Strabo lib. 5. patia. Τὴν δ᾽ συνεχῆ ταύτῃ πρότερον Αὔσονες ᾤκουν, οἵπερ καὶ τὴν Καμπανίαν εἶχον. Μετὰ δ᾽ τούτους Ὄσκοι. καὶ τούτοις δ᾽ μετῆν Καμπανίας. *Vicinam huic regionem prius tenuere Auſones ii, qui Campaniam tenuerant. Hos ſequuntur Oſci, qui & in Campaniæ conſortium admiſſi.*

SERVABANT, SINVESSA TEPENS.] Veriloquium retegit Strabo: Ἡ δ᾽ Σινύεσσα ἐν Σητίνῳ κόλπῳ ἵδρυται, ἀφ᾽ οὗ καὶ τοὔνομα. σίνος γὰρ ὁ κόλπος. Πλησίον δ᾽ αὐτῆς ἐστι θερμὰ λουτρὰ κάλλιστα ποιοῦντα πρὸς νόσους ἐνίας: *Sinueſſa in Setino ſinu, à quo & vocabulum: Sinus enim Latinis, qui Græcis* κόλπος. *Propter ipſam præſtantiſſima ſunt balnea calidis aquis, quibuſdam morbis medentia.* Ecquib. morbis? Plin. lib. 31. c. 2. *In eadem Campaniæ regione Sinueſſanæ aquæ ſterilitatem fœminarum, & virorum inſaniam abolere produntur.* Eò Claudius Imp. mollitie cœli, & ſalubritate aquarum captus Sinueſſam pergit, Taciti lib. 12.

QVASQ. EVERTERE SILENTIA AMYCLÆ.] Amyclæ Laconum vnæ, Sabinorum alteræ: ambæ cognitiſſimæ, Sabinorum etiam adagione, cui originem hanc tribuit Seruius in 10. Aeneid. Creperis, & iniquis temporib. aduentus hoſtium falſò ſæpe nunciatus erat Amyclis: erat autem id moleſtiſſimum. Quò igitur vano metu ciuitas liberaretur, lege cautum eſt, ne quis hoſtes aduentare nunciaret. Seriò tamen hoſtes propinquant vrbi, nec metu legis quiſquam id auſus proloqui eſt, tacetur, perit ciuitas. De alteris Amyclis adagionem natum putat Solinus c. 12.

REGNATA LAMO CAIETA, DOMVSQ. ANTIPHATÆ COMPRESSA FRETO.] Caietanum ſinum intellige, regnum Lami, & formias à Lamo poſitas. Horat. lib. 3. Car. Od. 17.

*Aeli vetuſto nobilis ab Lamo,*
*Quando & priores hinc Lamias ferunt*
*Denominatos, & nepotum*
*Per memores genus omne faſtos.*
*Autore ab illo ducis originem,*
*Qui Formiarum mœnia dicitur*
*Princeps & innantem Maricæ*
*Litorib. tenuiſſe Lirim*
*Latè tyrannus.*

Solin. c. 8. *Formiæ etiam Læſtrygonib. habitatæ.* Odyſſ. κ.

— Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον
Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην.

*— mœnia celſa Lami*
*Læſtrygoniæ editiorii.*

Cicero epiſt. 13. lib. 2. ad Atticum: *Si verò in hunc τηλέπυλον veneris Λαιστρυγονίην, Formias dico.* Strabo lib. 5. à Laconib. Formias vult conditas, editque cauſam nominis: Ὁρμίαι λεγομένων διὰ τὸ εὔορμον: Hormiæ dictæ (inde Formiæ) quia nauib. appellendis percommodæ. Coniurat Feſtus: *Formiæ opidum appellatur ex Græco velut Hormiæ, quòd circa id crebræ ſtationes, tutaq. erant, vnde proficiſcebantur nauigaturi.* Ex quo conficio *Formias* fuiſſe *domum Antiphatæ*; addito quod Odyſſ. κ. portum obiacentem Læſtrygoniæ miris modis deprædicat Poëta princeps:

> Ενθ' ἐπεὶ εἰς λιμένα κλυτὸν ἤλθομεν, ὃν πέρι πέτρη
> Ηλίβατος τετύχηκε διαμπερὲς ἀμφοτέρωθεν,
> Ακταὶ δὲ προβλῆτες ἐναντίαι ἀλλήλῃσιν
> Εν στόματι προὔχουσιν, ἀραιὴ δ' εἴσοδός ἐστιν.
> Ενθ' οἵγ' εἴσω πάντες ἔχον νέας ἀμφιελίσσας,
> Αἱ μὲν ἄρ' ἔντοσθεν λιμένος κοίλοιο δέδεντο
> Πλησίαι. οὐ μὲν γάρ ποτ' ἀέξετο κῦμά γ' ἐν αὐτῷ,
> Οὔτε μέγ', οὔτ' ὀλίγον. λευκὴ δ' ἦν ἀμφὶ γαλήνη.
> *Famoſum in portum deuenimus, vndique rupes*
> *Hac illac immanis erat, proiectáq. in ora*
> *Litora compoſitis ſurgebant frontibus arcto*
> *Introitu. Huc ſocij ſubiere, ratéſq. rotundas*
> *Continuere ſimul vinclis per mutua nexas.*
> *Inſurgit nunquam portu decumanus in illo*
> *Fluctus, nec minima vnda furit, ſed vbique ſerena eſt.*

Atqui hîc fuit Antiphatę ὑψηρεφὲς δῶ, *domus Antiphatæ.* Eſtque tam Antiphates Homero Læſtrygonum rex, quàm Lamus: Lamus licet vetuſtior, atq. adeo ſedis conditor. Ouid. 14. Metam.

> *Inde Lami veterem Læſtrygonis, inquit, in vrbem*
> *Venimus: Antiphates terra regnabat in illa.*

Strabonem igitur explico, quòd veterem Læſtrygoniam vrbem poſt conuenæ Lacones aliter denominarint, auxerintq. aut iteratò erexerint. Cicero Or. pro L. Manilia: *An verò ignoratis portum Caietæ celeberrimum, atque pleniſſimum nauium inſpectante prætore à prædonib. eſſe direptum?* Iterum de Antiphate ad lib. 14. ibi:

> *Poſt dirum Antiphatæ ſceptrum.*

STAGNISQ. PALVSTRE LINTERNVM ] Strabo lib. 5. Πόλεις μὲν δ' ἐπὶ θαλάττῃ μετὰ τὴν Σινόεσσαν, Λίτερνον. *Vrbes ſunt ad mare præter Sinueſſam, Linternum, aliæque.* Addit Scipionem Africanum ibi vitam finiſſe, & ſepultum, quod & Val. Maximus adſtruit lib. 5. c. 3. Seneca Epiſt. 51. lib. 1. D. Aug. lib. 3. de Ciuit. c. 21.

QVONDAM FATORVM CONSCIA CVMÆ. ] Adſpectu Sybillæ Cumanæ Aen. 6. Solin. c. 8. Cumæ. *Ibidem Sibyllæ ſacellum eſt, ſed eius quæ rebus Romanis quinquageſima Olympiade interfuit, cuiuſq. librum ad Cornelium vſque Syllam Pontifices noſtri conſulebant.*

*Illic Nuceria, & Gaurus naualibus apta,*
*Prole Dicarchenia, multo cum milite Graia,*

*Illic Parthenope, ac Pœno non peruia Nola,*
*Alliphe, & Clanio contentæ ſemper Acerræ,*
*Sarraſtis etiam populos, totáſque videres*
*Sarni mitis opes: illic quos ſulphure pingues*
*Phlegræi legere ſinus, Miſenus, & ardens*
*Ore giganteo ſedes Ithaceſia Bai,*
*Non Prochyte, non ardentem ſortita Typhœa*
*Inarime, non antiqui ſaxoſa Telonis*
*Inſula, nec paruis aberat Calatia muris,*
*Surrentum, & pauper ſulci cerealis Auella.*
*In primis Capua, heu rebus ſeruare ſerenis*
*Inconſulta modum, & prauo peritura tumore.*

PROLE DICARCHÆA MVLTO CVM MILITE GRAIA ILLIC PARTHENOPE.] Aderant Parthenopæi, ſiue Neapolitani cum multo milite, qui erat *Proles Dicarchæa*, hoc eſt, cum Puteolanis, Plin. lib. 3. c. 5. *Puteoli colonia Dicarchia dicti.* Præter cauſam nomenclationis in ea clauſam Sext. Pompeius: *Dicarchia vocabatur, quæ nunc Puteoli, quòd ea ciuitas quondam iuſtiſſimè regebatur.* Strabo lib. 8. nominis vtriúſque commeminit.

POENO NON PERVIA NOLA.] Autore Senatu, adiutore ac defenſore Claudio Marcello, etſi plebes Annibalem vellet quammaximè, Liuius lib. 23. *Nolam* à Tyriis fundatam tradidit. Solin. c. 8.

ET CLANIO CONTEMTÆ SEMPER ACERRÆ.] Maro:

— *Vacuis Clanius non æquus Acerris.*

Vrbs eſt ſupra Padum autore Plutarcho in Marcello. Municipium fuit Romanorum, vti Cumæ, de quib. antè, & Atella, Feſto verbo *Municeps.*

SARRASTES ETIAM POPVLOS, TOTASQ. VIDERES SARNI MITIS OPES.] Virgilii παρῴδημα, in quo:

*Sarraſtes populos, & quæ rigat æquora Sarnus.*

Quærit Heynſius: Quid ni: *Ditis opes?* Dico ſtudium fuiſſe Poëtæ leuem fluuii lapſum loqui, vt Maroni:

—— *leni fluit agmine Tibris.*

Simili tranſlatione dictum Silio:

*Clementer ſurgente iugo.*

dictum & Liuio. Heynſius putauit hîc Midam aliquem eſſe Sarnum, cùm ſit fluuius, Etſi non ambigo fluuiis diuitias quandoq. creſcere. Iterum libro vltimo Silius: *Mitis Iberus* de fluuio, cui *Diues* epithetum non diſconueniſſet, niſi Silius antetuliſſet aliud. Accedit Strabo lib. 5. & Plin. lib. 3. c. 5. *Alluente verò Sarno amne.*

PHLEGRÆI MISERE SINVS.] Euſtathius in Dionyſium etiam in terra Campania Phlegræos agnoſcit, & Polyb. lib. 2. Τὰ Φλεγραῖα ποτὲ καλούμενα πεδία περὶ Καπύην, *Phlegræi campi ad Capuam.* iterátque lib. 3. Plin. lib. 18. c. 11. *Laborias* fœcundiſſimam partem agri Campani putat: *Quantum autem vniuerſas terras campus circumpadanus antecedit, tantum ipſum pars eius, quæ Laboria vocantur,*

*quem Phlegræum Græci appellant. Finiuntur Laboria via ab vtroq; latere conſulari, quæ à Puteolis, & quæ à Cumis Capuam ducit.*

ANTIQVI SAXOSA TELONIS INSVLA.] Aen. 7.

*— quem generaſſe Telon Sebetide nympha*
*Fertur, Teleboûm Capreas cùm regna teneret*
*Iam ſenior.*

PAVPER SVLCI CEREALIS AVELLA.] Codex impreſſus à Phil. Nutio *Abella*. Rectè: etſi *Auella* hoc Silii loco amplectatur Caſaubonus in Strab. lib. 5. Agimus enim in Campania, vbi adſitas ſibi vult haſce ciuitates Strabo lib. 5. Νῶλα, καὶ Νουκερία, ϗ Ἀχέῤῥαι, ϗ Ἄβελλα. *Nola, Nuceria, Acerra, Abella.* Quid enim attinuit *Auellam* repeti? Ante vidiſti:

*Paſcua haut tardè redeuntia tondet Auellæ?*

Nec vano argumento reddiderim Virgilio vocem eandem Aeneid. 7.

*Et quos maliferæ deſpectant mœnia Auellæ.*

Vulgo *Bella*. Terra pomorum ferax minus eſt tritici, docuit de Alba, Silius:

*— pomiſq; rependit ariſtas.*

*Abella* quò pomorũ fœcũdiores, tritici ſteriliores, quòd Silius his adſerit:

*— pauper ſulci Cerealis Abella.*

Nec nouum earundem literarum colliſione alteram aut vocis pedi, aut capiti deripi. Veteres quidem codices Virgilio arrogant *Bella* teſte Pierio: tamen ipſe & Erythræus inclinant in *Abellas*, & Manutii editioni ſic eſt.

*Lectos venturo formabat Scipio bello.*
*Ille viris pila, & ferro circundare pectus*
*Addiderat, leuiora domo de more parentum*
*Geſtabant tela, ambuſtas ſine cuſpide cornos,*
*Aclidis vſus erat. factaque ad rura bipennes.*
*Ipſe inter medios ventura ingentia laudis*
*Signa dabat, vibrare ſudem, tranſmittere ſaltu*
*Muralis foſſas, vndoſam frangere nando*
*Indutus thoraca vadum: ſpectacula tanta*
*Ante acies virtutis erant: ſæpe alitè planta*
*Ilia perfoſſum, & campi per aperta volantem*
*Ipſe pedes præuertit equum, ſæpe arduus idem*
*Caſtrorum ſpatium & ſaxo tranſmiſit, & haſta:*
*Martia frons, faciléſque comæ, nec ponè retróque*
*Cæſaries breuior. flagrabant lumina, miti*
*Aſpectu, gratúſq; inerat viſentibus horror.*
*Affuit & Samnis, nondum vergente fauore*
*Ad Pœnos, ſed nec veteri purgatus ab ira.*
*Qui Batulum, Mucráſque colunt, Bouiania quíque*

*Exercent luſtra, aut Caudinis faucibus hærent,*
*Et quos aut Rufre, aut quos Eſernia, quóſve*
*Obſcura incultis Herdonia miſit ab agris,*
*Brutius haud diſpar animorum, vnaque iuuentus*
*Lucanis excita iugis, Hirpináq; pubes*
*Horrebat telis, & tergo hirſuta ferarum,*
*Hos venatus alit, luſtra incoluere, ſitímque*
*Auertunt fluuio, ſomníq; labore parantur.*
*Additur his Calaber, Salentinæque cohortes,*
*Nec non Brunduſium, quo deſinit Itala tellus.*

HEV REBVS SERVARE SECVNDIS INCONSVLTA MODVM. ] Detritum ex Virgiliano:

*Neſcia mens hominum fati, ſortiſque futuræ,*
*Et ſeruare modum rebus ſublata ſecundis!*

Ineſt quibuſdam exaratum: *Serenis* in Silio. Neque diſplicet: alterum forte ab eo, qui Poëtas contulit.

LECTOS VENTVRO FORMABAT. ] L. & Par. *Lectos rectores*: at ſi exercitamenta dinumeras, inuenies in quemuis lectum militem conuenire. Vide Vegetium li. 1. capitibus pluribus.

VNDOSVM FRANGERE MANDO INDVTVS THORACA VADVM. ] Virtus non ſimplex thoracatum nare per impetuoſum vadum. Claudianus Honorio adoleſcenti alterum decus addit:

*— tranſnare ſonoras*
*Torrentum furias.*

Immane quantum Batauis Tacitus adſcribat Hiſtor. li. 4. *Erat & domi delectus eques, præcipuo nandi ſtudio, arma, equóſque retinens integris turmis Rhenum perrumpere.* Euſtathius in Dionyſium de Perſis: Ἀσκεῖν δὲ λέγονται μεγαλοφωνίαν οἱ Πέρσαι, καὶ καῦμα, καὶ ψῦχος φέρειν, καὶ ὄμβρους, καὶ χειμάῤῥων διαβάσεις, ὥστε ἄβροχα φυλάσσειν τά τε ὅπλα, καὶ τὴν ἐσθῆτα: *Ad grandiloquentiam feruntur exerceri Perſæ, item æſtum iuxtà, atque frigus ferre, imbréſque & torrentium tranſitus armis, ac veſte intactis ab aqua.*

IPSE PEDES PRÆVERTIT ÆQVVM. ] Statius Achilleide de Achille:

*— volucres cùm iam præuertere ceruos,*
*Et Lapithas cogebat equo.*

SAMNIS... NEC VETERI PVRGATVS AB IRA. ] Toties ab iis rebellatum! Liuius prima decade. Silius lib. 11.

*Sæuior ante alios iras ſeruare repoſtas,*
*Atque odium renouare ferox in tempore Samnis.*

QVI BATVLVM ... AVT RVFRÆ. ] Æneid. 7.

*Qui Rufas, Batulúmque colunt.*

MVCRASQVE COLVNT. ] Pariſienſis liber: *Metunt*. Videtur ſcribendum *Macras & colunt*, non *Metunt*: etſi Strabo lib. 5. Μεταξὺ δὲ Λύρις, καὶ Πίσης:

Μάκρης ὅτι χωρίον, ᾧ πέρατι τῆς Τυῤῥηνίας, καὶ τῆς Λιγυστικῆς κέχρηνται τῶν συγγραφέων πολλοί. *Lunam inter, ac Piſas, locus quidam eſt Macres nomine, quo fine Etruriæ, & Liguriæ vſi ſunt ſcriptorum multi.* Vbi Caſaubonus Galliæ togatæ princeps: *Omnes fluuium Macram in hoc tractu recenſent.* χωρίον *nemo, quod meminerim.* Plin. l. 3. ca. 5. *flumen Macra Liguriæ finis.* Scripſerim ideo apud Strabonem ῥεῖον pro χωρίον.

OBSCVRA INCVLTIS HERDONIA MISIT AB AGRIS. ] Breui talis futura. Liuius li. 27. autor eſt *Herdonium, quia defecturam fuiſſe ad Romanos comperit Annibal, nec manſuram in fide, ſi inde abſceßiſſet, multitudine omni Metapontum ac Thurios traducta incendiſſe, occidißéque principes, qui cum Fuluio colloquia occulta habuiſſe comperti ſunt.* Hinc ignobilitas, & ſolitudo *Obſcura incultis*, colonis defecta.

SALENTINÆQVE COHORTES. ] Strabo li. 6. Τοὺς δὲ Σαλεντίνους Κρητῶν ἀποίκους φασίν, *Cretum colonos Salentinos ferunt.* Verè addo victore, & duce Idomeneo. Æneid. 3.

*Et Salentinos obſedit milite campos*
*Lictius* Idomeneus.

Sext. Pompeius. *Salentinos à ſalo dictos, Cretas, & Illyrios, qui cum Locrenſib. nauigantes ſocietatem fecerint eius regionis Italiæ, quam o.* Suppleo ex fragmento Farneſiano: *Quam ab eis dicunt.* Solinus cap. 8. Salentinos à Lyciis ortos voluit.

BRVNDVSIVM, QVO DESINIT ITALA TELLVS.. ] Brundusium concinnè deſcribit Lucanus primo Ciuilium:

*Brunduſij tutas conſcendit Magnus in arces,*

& *Vltima* tellus: quia ſtatim inde excurſus in Græciam, Strabo lib. 6. & M. Tullius in Antonium 2. *Cùm Brunduſium, itérque illud, quod tritum in Græciam eſt, non ſine cura vitauiſſem.* Zonaras notauit tam commodum eſſe portum Brunduſij traiicientibus ex Illyrico, atque Græcia, vt eodem vento in eum accedere liceret, & inde ſoluere.

*Parebat legio audaci permiſſa Cethego,*
*Cui ſocias vires, atque indiſcreta maniplis*
*Arma recenſebant, nunc ſeſe oſtendere miles*
*Leucoſiæ è ſcopulis, nunc quem Picentia Peſto*
*Miſit, & exhauſtæ mox Pœno marte Carillæ,*
*Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt*
*Duritiem lapidum merſis inoleſcere ramis.*
*Ille & pugnacis laudauit tela Salerni,*
*Falcatos enſes, & quæ Buxentia pubes*
*Aptabat dextris irraſæ robora clauæ,*
*Ipſe humero exertus, gentili more parentum,*
*Difficì gaudebat equo, robúrque iuuentæ*
*Flexu cornipedis duro exercebat in ore.*
*Vos etiam attritæ, deſolatæq; virorum*

*Eridani gentes, nullo attendente deorum*
*Votis tunc veſtris, caſura ruiſtis in arma,*
*Certauit Mutinæ quaſſata Placentia bello.*
*Mantua mittenda certauit pube Cremonæ.*
*Mantua Muſarum domus, atque ad ſidera cantu*
*Euecta Andino, & Smyrneis æmula plectris.*
*Tum Verona Ateſi circunflua, & vndique ſollers*
*Arua coronantem nutrire Fauentia pinum.*
*Vercellæ, fuſcíq. ferax Pollentia villi,*
*Et quondam Teucris comes in Laurentia bella*
*Ocni priſca domus, paruíq. Bononia Rheni.*
*Quíque graui remo, limoſis ſegniter vndis*
*Lenta paludoſæ perſcindunt ſtagna Rauennæ.*
*Tum Troiana manus, tellure antiquitus orti*
*Euganea, profugíque ſacris Antenoris oris.*

NVNC SILARVS, QVOS NVTRIT AQVIS, QVO GVRGITE TRADVNT DVRICIEM LAPIDVM MERSIS INOLESCERE LIBRIS.] Silius & Euſtathius in Dionyſium volunt reſtitui Straboni vocem ποτίμου lib. 5. extremo. Euſtath. Τοῦτον ὁ χωρογράφος Σίλαριν γράφων λέγει ἴδιον τοῦ Σιλάριδος, ὅτι τοῦ ὕδατος ὄντος ποτίμου. *Hunc Geographus Silarim ſcribens dicit eius proprietatem, cùm eius ſit vnda potabilis*, & Habet Strabo: Ἐπὶ τοῦ ὕδατος τοῦ ὄντος τοῦ ποταμοῦ τούτου. Hic ποτίμου ſcribo vt referatur illud, *Quos nutrit aquis*. Ibidem addit Strabo nec à colore, nec à forma lignum iam lapide verſum degenerare. Ouidius Metam. 15.

*Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit*
*Viſcera: quòd tactis inducit marmora rebus.*

Vin' plures ſeu fõtes, ſeu fluuios pari vi, fabula ne ſit fabula? Plinius oggeret pleno modio li. 31. c. 2. ex quibus hæc delibata ſunto: *Lebedon námque alluit riuus in quo ſaxa in altitudinem creſcunt. In Eurymenis fontem deiectæ coronæ lapides fiunt. In Coloſſis flumẽ eſt, in quo lateres coniecti, lapides extrahuntur. In Scyretico metallo arbores quæcunque flumine alluuntur, ſaxa fiunt cum ramis. Diſtillantes quoque guttæ in lapides dureſcunt in antris Corycijs: nam Miezæ in Macedonia etiam pendentes in ipſis cameris: at in Corintho, vbi decidere. In quibuſdam ſpeluncis vtroque modo columnas faciunt, vt in Phauſia Cherſoneſi Rodiorum in antro magno etiam diſcolori adſpectu.* Adi Iſidorum li. 13. ca. 13.

QVÆ BVXENTIA PVBES APTARAT DEXTRIS IRRASÆ ROBORA CLAVÆ.] Plin. li. 3. c. 5. Buxentum Græcis eſſe Pyxuntem docet, & in Lucania locat c. 8. Vnde ſuprà

*Lucanis excita iugis.*

Malè vulgo receptum: *Pyxidem*. Eſt enim Pyxûs ea forma, qua Ceraſûs, Opûs, Selinûs, à buxetis ſortita nomen. Vnde ariolor è buxo clauas pubi Buxentiæ fuiſſe impolitas, ſeu *irraſas* è buxo: vt ad ſolidas vires pondus accedat tantò grauius.

HVMERO EXERTVS GENTILI MORE PARENTVM. ] Cethegis amicum expapillato brachio depugnare. Notum illud Lucani:

*— exertique manus veſana Cethegi.*

Vt enim habiliùs valentiúſque telum euibrarent, ſubſtrictiores erant. Inde Horat.

*— cinctutis non exaudita Cethegis.*

Vbi Porphyrio *à cinctu, qui tunica aptatus eſſet infra pectus*, Acrone melius expoſuit Horatium. Tales olim *Exſilati* dicebantur.

ROBVRQVE IVVENTÆ

FLEXV CORNIPEDIS DVRO EXERCEBAT IN ORE. ] Malim cum Modio: *Flexi.*

VOS ETIAM ATTRITÆ. ] Alius liber: *Acciſæ.*

QVASSATA PLACENTIA BELLO. ] Bellicis tormentis, & obſidio Haſdrubalis, antè etiam ipſius Annibalis; nunc expugnata. Liuius lib. 27. Placentiam Cæſar octo legiones poſtea duxit, Cic. li. 6. Ep. 9. ad Attic.

MANTVA MVSARVM DOMVS. ] Virgilio datum. Legendum incipium lib. 3. Georg.

FVSCIQVE FERAX POLLENTIA VILLI, ] Lanas huius regionis appendit Strabo, cùm eam deſcribit oram lib. 5. Colorem Martialis reddit lib. 14. Epi. 57.

*Non tantum pullo lugentes vellere lanæ,*
*Sed ſolet & calices hæc dare terra ſuos.*

Plin. l. 8. c. 48. abit in diuerſum: *Pollentia iuxta Alpes cani* velleris. Columella tamen lib. 7. ca. 2. de Re Ruſtica cum Silio facit, & Martiale, vbi de lanarum colorib. iſta: *Sunt etiam ſuapte natura commendabiles pullus, atque fuſcus, quos præbent in Italia Pollentia, in Bætica Corduba.*

ET QVONDAM TEVCRIS COMES IN LAVRENTIA BELLA
OENI PRISCA DOMVS. ] Æneid. 10.

*Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris*
*Fatidicæ Mantûs, & Thuſci filius amnis.*

PARVIQVE BONONIA RHENI. ] Nonnulli à *Boijs Bononiam* denominant. Iac. Bononienſis à *Bono* rege ſententia Catonis, ſiue à *Bone.* Mela vrbibus Italiæ opulentiſſimis, quæ procul à mari, *Bononiam* apponit l. 2. c. 4.

LENTA PALVDOSÆ PERSCINDVNT STAGNA RHAVENNÆ. ] Str. lib. 5. Ἐν δὲ τοῖς ἕλεσι μεγίστη μέν ἐστι Ῥάβεννα: *Urbium, quæ in paludibus, Rauenna maxima.* Sequuntur non prænitendæ lectionis. Codices alii: *Proſcindunt.*

*Nec non cum Venetis Aquileia perfurit armis.*
*Tum pernix Ligus, & ſparſi per ſaxa Vageni*
*In decus Annibalis duros miſere nepotes*
*Maxima tot populis rector fiducia Brutus*
*Ibat, & hortando notum accendebat in hoſtem.*
*Læta viro grauitas, & mentis amabile pondus,*
*Et ſine triſtitia virtus: non ille rigoris*
*Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat,*

*Ne*

*Nec famam læuo quærebat limite vitæ.*
*Addiderat ter mille viros in Marte, ſagittæ*
*Expertos, fidus Sicula regnator ab Aetna.*
*Non totidem Ilua viros, ſed lectos cingere ferrum*
*Armarat patrio, quo nutrit bella, metallo.*
*Ignoſcet quanuis auido committere pugnam*
*Varroni, quicunque ſimul tot tela videret.*
*Tantis agminibus, Rheteo littore quondam*
*Feruere, quum magnæ Troiam inuaſere Mycenæ.*
*Mille rates vidit Leandrius Helleſpontus.*
*Vt ventum ad Cannas, vrbis veſtigia priſcæ,*
*Defigunt diro ſigna infelicia vallo.*
*Nec tanta miſeris, iámq; impendente ruina,*
*Ceſſarunt ſuperi vicinas prodere clades.*
*Per ſubitum attonitis pila exarſere maniplis,*
*Et celſæ toto ceciderunt aggere pinnæ,*
*Nutantíque ruens proſtrauit vertice ſyluas*
*Garganus, fundôq; imo mugiuit anhelans*
*Aufidus, & magno late diſtantia ponto*
*Terruerunt pauidos accenſa Ceraunia nautas.*

CVM VENETIS AQVILEIA PERFVRIT ARMIS. ] Par. *Superfuit.* Probo, eſt dicere præ Venetis Aquileienſes maiore fuiſſe numero. Sic M. Tullius Cicero in libro qui inſcriptus eſt de Iure ciuili in artem redigendo: *Nec verò ſcientia iuris maioribus ſuis Q. Helius Tubero defuit, doctrina etiam ſuperfuit.* Quo loco eſt, Supra fuit, & præſtitit, ſuperauítque maiores ſuos doctrina ſua ſuperfluenti tum, & nimis abundãti. Ita Gellius interpretatur lib. 1. c. 22. Magis tamen probo *Perfurit.* quo Aquileienſium colonorum, qui non ſine delectu ibi à Romanis conſtituti, vt barbarorum frangerent impetum virtus clareſcat. Erat enim Aquileia Romanis in barbaros propugnaculum: Strabo lib. 5. Κτίσμα μὲν ἐστι Ῥωμαίων ἐπιτειχισθὲν τοῖς ὑπερκειμένοις βαρβάροις. Auſonius de ea:

*Itala ad Illyricos obiecta colonia montes*
*Mœnib. & portu celeberrima.*

TVM PERNIX LIGVS, ET SPARSI PER SAXA VAGENI. ] Plin. l. 3. c. 5. & c. 8. *Ex Caturigibus orti Vageni, Ligures, & qui Montani vocantur.* An ex eo Silii *ſparſi per ſaxa,* ſcribendum in Plinio: *Ex Caturigibus orti Vageni, qui Montani vocantur, & Ligures?* Nequaquam. Vetat edicto ſuo Coſ. M. Tullius Cicero contra Rullum: *Ligures montani, duri, atque agreſtes.* De vtriſque igitur verba Silii capienda.

NON ILLE RIGORIS
INGRATAS LAVDES, NEC NVBEM FRONTIS AMABAT. ] Humanitus apud Tacitum lib. 15. philoſophatur Pætus Thraſea: *Quadam immo virtutes odio*

*ſunt: ſeueritas obſtinata, inuictus aduerſus gratiam animus.*

ADDIDERAT TER MILLE VIROS IN MARTE SAGITTÆ EXPERTOS. ] Hiero, de quo lib. 22. Liuius: *Miſiſſe mille ſagittariorum, ac funditorum aptam manum aduerſus Baleares, ac Mauros, pugnacéſque alias miſſili telo gentes.* Item Coſſ. Seruilio, & Flaminio Romanis Hiero πεντακοσίους Σαγιτάρες Κρῆτας, καὶ χιλίους πελταφόρους. *Quingentos Cretas ſubmiſit, & mille peltatos.*

PATRIO QVO NVTRIT BELLA METALLO. ] Ilua inſula, ex cuius ſcalpreſulis ſi metallum eximas, breui tempore renaſcitur. Vide ibi Seruium:

*— aſt Ilua trecentos*
*Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis.*

Æthaliam appellat Strabo lib. 5. vbi hæc: Τοῦτο δὴ παράδοξον ἡ νῆσος ἔχει καὶ τὰ ὀρύγματα ἀναπληροῦσθαι πάλιν τῷ χρόνῳ τὰ μεταλλευθέντα, καθάπερ τοὺς πλαταμῶνάς φασι τοὺς ἐν Ῥόδῳ, καὶ τὴν ἐν Πάρῳ πέτραν τὴν μάρμαρον, καὶ τοὺς ἐν Ἰνδοῖς ἅλας, ὥς φησι Κλείταρχος. *Hoc Æthalia paradoxum habet, quòd foſſæ metallicæ iterum tempore ipſo repleantur, vt foſſa litorales in inſula Rhodo, & Pariam rupem marmoream, & Indicum ſalem, Clitarchi fide.* Meminit vtriuſque nominis Plin. li. 3. c. 6. Nec malè Solinus c. 19. *Vilbam* ſcripſit.

QVICVMQVE SIMVL TOT TELA VIDERET. ] Varroni pugnæ quamuis auido ignoſceret. Hinc illud Giſconis ad Annibalem (ambo in tumulum euaſerant ſpeculabundi caſtra Romanorum)

Ὡς θαυμαστὸν αὐτῷ φαίνεται τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων,
*Multitudinem hoſtium nimium miram ſibi videri.*

Quid ad hæc Annibal? habes apud Plutarchum in Fabio, & prodiximus.

LÆANDRIVS HELLESPONTVS. ] Nominis originem euoluit Ouid. Epiſt.

*Nam cur hunc vectis Phryxo, Phryxique ſorore,*
*Solo dedit vaſtis fœmina (Helle) nomen aquis.*

Plura Didymus Homeri interpres ibi
Ἀγάρροος Ἑλλήσποντος.

*Leandrius*: quia hîc
*Vnda ſimul miſerum, vitaque deſeruit* Leandrum.

Alia Geographus li. [illegible]. Polybius li. 4. Hiſt. Apollod. l. 1. Solin. c. 15. & 22.

CANNAS VRBIS VESTIGIA PRISCÆ. ] Tamen Mariana li. 3. c. 14. Cannas auſus eſt vrbem dicere hoc temporis.

NEC TANTA MISERIS IAMQVE IMPENDENTE RVINA. ] Eſt qui malit: *Iam iam impendente.*

PILA EXARSERE MANIPLIS. ] Atqui aliàs fauſtum id portentum narratur Diodyſio li. 5. Antiq. Rom. Erant in procinctu Romani cum Sabinis dimicaturi. Pilorum ſumma verucula flammam concipiunt illuſtriorem, totóque exercitu fulgor ſpargitur: inde Romanis animus præſentior, pugnant, vincunt. Ὡς ἀστραπαῖς περιλαμπόμενα ἀπέφαινον, ὃ πᾶσιν ἀνθρώποις συμβαίνειν ἐν χαλεπῷ δοκεῖ, τὴν νίκην αὐτοῖς ταχεῖαν, καὶ λαμπρὰν σημαίνει τὸ δαιμόνιον. *Vt oſtentorum interpretes adſeuerabant, & cuiuis conycere perfacile erat, victoriam illis citam, atque il-*

*luſtrem à genio ſignificari.* Nec contentus narratu ſimplici curioſius boni huius ominis cauſas rimatur: Ἐπειδήπερ ἅπαντ' εἴκει πυρὶ, καὶ οὐδέν ἐστιν ὃ οὐχ ὑπὸ τοῦ πυρὸς διαφθείρεται: *Quandoquidem igni cedunt omnia, & nihil eſt, quod non ignis vi abſumatur.* Si ſuperarent hodie Philadelphi monumenta περὶ Διοσημείων, fors diſcrimen noſſemus. Liuius certè huius prodigii haut meminit, & pauciora Silio poſuit: Plerumque ſemper id infauſtum. Tacitus Annali 15. *Pila militum arſere magis inſigni prodigio: quia Parthus hoſtis miſſilibus telis decertat.*

*Quæſiuit Calaber, ſubducta luce repente*
*Immenſis tenebris, & terram, & littora Sipus.*
*Obſedítq; frequens caſtrorum limina bubo,*
*Nec denſæ trepidis abſunt ſe inuoluere nubes,*
*Ceſſarúntq; aquilis: non vnus crine coruſco*
*Regnorum euerſor rubuit lethale cometes.*
*Caſtra quoque, & vallum, rabidæ ſub nocte ſilenti*
*Irrupere feræ, raptíq; ante ora pauentum*
*Adiunctos vigilis ſparſerunt membra per agros,*
*Ludificante etiam terroris imagine ſomnos,*
*Gallorum viſi buſtis rupere nitores.*
*Terq; quaterq; ſolo penitus tremuere reuulſæ*
*Tarpeiæ rupes, atque atro ſanguine flumen*
*Manauit Iouis in templis, lacrymæq; vetuſta*
*Effigie patris large fluxere Quirini.*
*Maior & horrificis ſeſe extulit Allia ripis.*
*Non Alpes ſedere loco, non nocte diéve*
*Ingentes interſtetit Apenninus hiatus.*
*Axe ſuper medio, Libyes à parte, coruſcæ*
*In Latium venere faces, ruptúsq; fragore*
*Horriſono polus, & vultus patuere tonantis.*
*Aetnæos quoque contorquens è cautibus ignes*
*Lemnius intonuit, ſcopulíſq; in nubila iactis*
*Phlegræus tetigit trepidantia ſidera vertex.*
*Ecce inter medios belli præſagus, & ore*
*Attonito, ſenſúque ſimul, clamoribus implet*
*Miles caſtra feris, & anhelas clade futura.*
*Parcite crudeles ſuperi, iam ſtragis aceruis*
*Deficiunt campi, video per denſa volantem*
*Agmina ductorem Libyæ, currúſq; citatos*
*Arma virûm ſuper, atque artus, & ſigna trahentem.*

*Turbinibus furit inſanis,& prælia ventus*
*Inq; oculos,inq; ora rotat : cadit immemor æui*
*Nequicquam Thraſimene tuis Seruilius oris*
*Subductus:quò Varro fugis? proh Iuppiter ictu*
*Procumbit ſaxis feſſis ſpes vltima Paulus.*
*Ceſſerit huic Trebia exitio, pons ecce cadentum*
*Corporibus ſtruitur, tacitúsque cadauera fundit*
*Aufidus, ac victrix inſultat belua campis.*
*Geſtat Agenoreus noſtro de more ſecures*
*Conſulis,& ſparſos lictor fert ſanguine faſces,*
*In Libyam Auſonij portatur pompa triumphi,*
*O dolor, hoc etiam ſuperi vidiſſe iubetis,*
*Congeſto læuæ quodcunque auellitur auro*
*Metitur latias victrix Carthago ruinas:*

QVÆSIVIT CALABER ... ET TERRAM, ET LITORA SIPVS. ] Olim aliter: poſtea Daunij, Iapyges, & Salentini Calabrorum vocabulo fuere contenti teſte Tzetze Chiliade prima: *Sipus* autem vrbs Apuliæ. Polyb. lib.10.

Ἀπὸ γὰρ ἄκρας Ἰαπυγίας ἕως εἰς Σιπῦντα.

Sipus ædificatio eſt Diomedis ἀπὸ τῶν ἐκκυματιζομένων σηπιῶν. *Ab exundantib. ſipijs.* autore Strabone. Ptolomæo Σιπῦς, Stephano Σιπῦς πόλις Δαυνίων. Mela li.2.c 4. *Extrà Sipuntum, vel, vt Graij dixere, Sipyus.*

NEC DENSÆ TREPIDIS ABSVNT SE INVOLVERE NVBES,
CESSARVNTQVE AQVILIS. ] Perplexabilis oratio, & quæ ad corrigendum faciat audaciam. Vuæ apium his, aut his pendentes locis in prodigiis fuere. Valer. Max. li.1. cap. de Prodigiis: *Examinib. apium ſigna obſeruando ſubita triſtitia implicatis militum animis.* Dio Caſſius annotat, Varianæ cladis ſignificationibus: Μέλισσαί τε περὶ βωμοὺς αὐτῶν κηρία ἀνέπλασσον: *Eorum aris ceras apes allinebant.* Iterúmque fragmentorum vlt[illegible]: Μέλισσαι κηρία ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Βασιλικῇ ἀνέπλασσον: illius ergo Macrinum mors impendebat. Liuius li.21. *Examen apum in arbore prætorio imminente conſidens.* Lib.24. *Cùm Romæ quoque in ipſa vrbe ſecundum examen apum in foro viſum, quod mirabile eſt.* Lib.27. *Caßini examen apum ingens in foro conſediſſe.* Cicero Orat. de Aruſp. reſp. *Si examen apum ludis in ſcenam veniſſet, aruſpices acciendos ex Etruria putaremus. atque in apum fortaſſe examine nos ex Etruſcorum ſcriptis aruſpices, vt a ſeruitio caueremus, monerent.* Valebat iam Heroicis temporibus ea religio. Æn.7. portentis terrificis connumeratur:

*Huius apes ſummum denſæ mirabile dictu*
*Stridore ingenti, liquidum trans æthera vectæ*
*Obſedere apicem, & pedibus per mutua nexis*
*Examen ſubitum ramo frondente pependit.*

Quare cùm *apium* examina, ſeu *nubes* prodigiis infauſtioribus apponantur; adlubeſcit hic reſcribi:

*Nec denſæ trepidis apium ſe inuoluere nubes*
*Ceſſarunt aquilis.*

Nec enim potuit non eſſe inauſpicatum ſacrorum ſignorum tale dehoneſtamentum. De quo prodigii genere alia non inſcita Tiraquellus in lib. 5. Alexandri c. 13. Aditus mirificè reliquas Silii præſignificationes aperiet. Caligauit hîc oculus Capitolino in Antonino: *Eius ſtatuas in omni Etruria examen apium repleuit.* iactanticuli Critici veteris lectionis retinentis. Enodabo & ex Plinio lib. 11. c. 17. *Sedere in caſtris Druſi Imp. cùm proſperrimè pugnatum apud Arbalonem eſt, haut quaquam perpetua Aruſpicum coniectura, qui dirum id oſtentum exiſtimant ſemper.*

REGNORVM EVERSOR RVBVIT LETHALE COMETES.] Suet. Neronis c. 36. *Stella crinita, quæ ſummis poteſtatibus exitium portendere vulgo putatur.* Sibyllina lib. 3.

— — *Κομήτην*
Ῥομφαίας, λιμοῦ, θανάτοιό τε σῆμα βροτοῖσιν
Ἡγεμόνων τε φθορὰς ἀνδρῶν μεγάλων, κ᾽ ἐπισήμων.
— *Cometes*
*Bellorum, famis, atque necis mortalib. index,*
*Perniciiq. megiſtanum, clarúmq. virorum.*

De Cometis iri poteſt ad Plin. lib. 2. c. 25. & ad librum primum in Silium rediri, ad Tibullum lib. 1. Eleg. 5.

ADIVNCTOS VIGILIS SPARSERVNT MEMBRA PER ÆGROS.] Coniector non malus, cui placuit: *Abiunctos*, ſeu dilatos. id enim miri plus habet.

GALLORVM VISI BVSTIS RVPERE NITORES.] Modius feliciter:
*Gallorum viſi buſtis erumpere manes*,
quos ſub Capitolium abſtulerat dira eſuritio, peſtilitas, vindex enſis Camilli; aceruatim inibi ſiti erant. *Viſi*: ideóque talia prodigia Feſto *Promonſtra*.

LIBYES A PARTE CORVSCÆ IN LATIVM VENERE FACES.] Plin. l. 2. c. 26. *Emicant & faces, non niſi, cùm decidunt, viſæ: qualis Germanico Cæſare gladiatorum ſpectaculum edente præter ora populi meridiano tranſcurrit.* Ibidem *Faces* diſcriminat, & *Lampades*.

RVPTVSQ. FRAGORE HORRISONO POLVS, ET VVLTVS PATVERE TONANTIS.] *Hiatum cœli* Latini dicunt, Græci *χάσμα*, Plin. lib. 2. c. 26. Eôdem refero iſta Cointi Calabri:

Ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἂν ἐξ χρόνον βίρλω ἐν ἀστράσι Διὸς Σελλῶν
Ἐκθρώσκῃ, ἐν πάντεσσιν ἀρίζηλος χαμᾶζε:
Αἰθέρος ἀμφιραγέντος [ruptus polus Sil.] ὑπαὶ πυρίων ἐριδούπων

Senecæ Agamemnone:
*Ipſóſq. rupto crederes cœlo Deos*
*Decidere.* —

TVVS SERVILIVS ORIS.] Ennius verſo quantitatis modulo, ſi modo rectè habet:
*Hunc inter pugnas compellat Seruilius ſic.*
Fortè verſus ita emendabilis:
*Hunc inter pugnam appellat Seruilius hiſce.*

PONS ECCE CADENTVM CORPORIB. STRVITVR.] Val. Max. lib. 9. c. 12. *Annibal in flumine Vergello corporib. Romanis ponte facto exercitum traduxit.* Vide Florum lib. 2.

TACITVSQ. CADAVERA FVNDIT AVFIDVS.] Expedita lectio. Qui nodum in ſcarpo quærunt, coniiciunt legendum:

*— reſtátq. cadauere fumans*
*Aufidus.*

Modius Epiſt. 86.

*— reiicitq. cadauera fumans*
*Aufidus.*

*Aufidum* deſcribit Polybius libro tertio: Ὡς μόνος διαιρεῖ τὸν Ἀπεννῖνον. τοῦτο δ' ἐστὶν ὄρος συνεχὲς, ὃ διείργει πάσας κατὰ τὴν Ἰταλίαν ῥύσεις τὰς μὲν εἰς τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος, τὰς δ' εἰς τὸν Ἀδρίαν. δι' οὗ ῥέοντα συμβαίνει τὸν Αὔφιδον τὰς μὲν πηγὰς ἔχειν ἐν τοῖς πρὸς τὸ Τυρρηνικὸν κλίμασι τῆς Ἰταλίας, ποιεῖσθαι δὲ τὴν ἐκβολὴν εἰς τὸν Ἀδρίαν. *Solus Aufidus Appenninum ſecat, qui mons eſt perpetuus dirimens omnia Italiæ fluenta, tam quæ in Tyrrhenum mare, quàm quæ in Adriam euoluuntur. Hac cùm perfluat Aufidus, fit vt eius fontes in ea ſint Italiæ plaga, quæ Tyrrhenum mare reſpicit, euoluantur autem in Adriam.* Quare lib. 1. dictum de Aufido:

*Vix inter Adriacas rumpentem ad litora ponti.*

---

# IN LIB. IX. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO,

*Claud. Dauſquey Can. Tor.*

COMMENTARIVS.

*TVrbato monſtris Latio cladiſq. futuræ*
*Signa per Auſoniam prodentibus irrita diuis,*
*Haud ſecus ac ſi fauſta forent, & proſpera pugnæ*
*Omnia ventura, Conſul traducere noctem*
*Exſomnis, telúmque manu vibrare per vmbras,*
*Ac modo ſegnitie Paulum increpitare, modo acres*
*Exercere tubas, nocturnáq, claſsica velle.*
*Nec minor in Pœno properi certaminis ardor.*
*Erumpunt vallo fortuna vrgente ſiniſtra,*
*Conſertaque manus: nam ſparſi ad pabula campis*
*Vicinis raptandæ Macæ, fudere volucrem*

*Telorum nubem: ante omneis inuadere bella*
*Mancinus, gaudens hoſtili tingere primus*
*Tela cruore cadit, cadit & numeroſa iuuentus.*
*Nec pecudum fibras Varro, & contraria Paulo*
*Auſpicia incuſante Deûm, compeſceret arma,*
*Ni ſors alterni iuris, quo caſtra reguntur*
*Arbitrium pugnæ properanti in fata negaſſet.*
*Quæ tamen haud valuit perituris millibus, vna*
*Plus donaſſe die, rediere in caſtra, gemente*
*Haud dubie Paulo, qui craſtina iura videret*
*Amenti ceſſura viro, fruſtráq. ſuorum*
*Seruatas à cæde animas: nam turbidus ira*
*Infenſúſque mora, dilata ob prælia ductor.*

PROSPERA PVGNÆ OMNIA.] Meliores libri: *Omina.* Et Silius in ſubiectis:

*Talia venturæ mittebant omina pugnæ.*

Subiectiùs:

— *ferte hæc, ait, omina Paulo.*

TRADVCERE NOCTEM EXSOMNIS.] Paterculus lib. 2. *Tunc vrbis cuſtodÿs præpoſitus C. Mæcenas . . . vir, vbi res vigiliam exigeret, ſanè exſomnis, prouidens, atque agendi ſciens.* Vtitúrq. Horatius.

NAM SPARSI AD PABVLA CAMPIS.] *Iam* multo rectiùs, vixq. alterum ferri poteſt.

QVI CRASTINA IVRA VIDERET AMENTI CESSVRA VIRO.] Indubitanter Silius ſenſit alternis diebus, non menſibus Coſſ. Romanos imperitaſſe; Liuiúmque autorem habuit lib. 22. *Cæterùm victoribus effuſè ſequentibus metu inſidiarum obſtitit Paulus Conſul, cuius eo die (nam alternis imperitabant) imperium erat.* Iteratò: *Ea modo vna cauſa, ne extemplo tranſirent flumen, dirigeréntque aciem, tenuerat Romanos, quòd ſumma imperÿ eo die penes Paulum fuerit. Itáque Varro poſtero die, cui ſors eius dies imperÿ erat, nihil conſulto collega ſignum pugnæ propoſuit.* Teſtamur & Plutarchum in Fabio: Ἀλλ' ὁ Τερέντιος ἐμβαλὼν αὐτὴν εἰς τὸ παρ' ἡμέραν ἄρχειν. *Terentius alterna die imperio ſe impoſuit.* Firmatur hæc imperii ratio iam tum inſtituta Tatii æuo, & Romuli, quas apud Ennium hiſce pacificabat Herſilia:

*Alterna ſcitote die concorditer ambo.*

Ante etiam Procas Albanorum rex Numitori, atque Amulio eandem imperandi viciſſitatem videtur obtuliſſe. Verùm ſeceſſionem faciunt Dionyſius, atque Suetonius, ex quibus pertendere liceat alternis menſibus, non diebus Conſules imperium tenuiſſe. Ille Antiq. Rom. lib. 5. Γίνεται δ' τῶν πελέκεων ἡ παράληψις ἐκ περι-τροπῆς ἕνα μῆνα κατέχοντος αὐτοὺς παραλλὰξ ἑκατέρου. *Viciſsim ſecures adſumi, menſem vnum vtroq. viciſsim eas obtinente.* Iterum lib. 9. Ἦν δ' τοῦ μηνὸς ἐκείνου ἡ ἡγεμονία τῷ Κοΐντῳ προσήκουσα. ὥστε ἀναγκαῖον ἦν τὸν ἕτερον [App. Claudium] τῶν ὑπάτων μηδὲν ἄκοντος ἐκείνου ποιεῖν: *Menſis illius imperium Quinctÿ*

*erat, quo neceſſe fuit Conſulem alterum illo inuito agere nihil.* Suetonius Iulii c. 20. *Antiquum enim retulit morem, vt quo menſe faſces non haberet, accenſus ante eum iret, lictores ponè ſequerentur.* Non habebat autem faſces, quo menſe penes ſe Conſulatus ſumma non erat. Alter autem *Maior Conſul* dicebatur. Feſti Fragmentum: *Maiorem Conſulem L. Cæſar putat dici, vel eum, penes quem faſces ſint, vel eum, qui prior factus ſit.* Alternis diebus belli imperatum dicerem, quo vergit pondus verborum Silii, & Dionyſii ſuprà, alternis menſibus domi: ſed intercedit diſcrimini Dionyſius eodem libro, vbi foris ad Antium res geritur à Coſſ. Ἦν δὲ ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἡ τοῦ πολέμου ἐξουσία Ῥωμιλίῳ προσήκουσα: *In illis diebus* (menſem, non diem, ſingularium loqui videtur) *belli ſumma penes Romilium erat.* Polyb. lib. 3. de his noſtris Coſſ. τῆς δ' ἡγεμονίας τῷ Γαΐῳ καθηκούσης εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, διὰ τὸ παρὰ μίαν ἐκ τῶν ἐθισμῶν μεταλαμβάνειν τὴν ἀρχὴν τοὺς ὑπάτους: *Cum ad C. Terentium inſtantis diei perueniſſet imperium, quòd ex veteri more Coſſ. viciſſim imperium ſumerent.* Ex his luceſcit illud è lib. 1. Machab. c. 8. de Romanis: *Committunt vni homini magiſtratum per ſingulos annos*: námq. vel vno dumtaxat die, vel vno dumtaxat menſe regnat vnus Conſul. Quod interpretes noui non videre.

*Siccine nunc, inquit, grates pretiúmq. rependis*
*Paule tui capitis? meruerunt talia qui te*
*Legibus, atque vrnæ dira eripuere minanti?*
*Tradant imò hoſti reuocatos ilicet enſes,*
*Tradant arma iube, aut pugnantum diripe dextras.*
*Sed vos quorum oculos, atq. ora humentia vidi,*
*Vertere cùm Conſul terga, & remeare iuberet*
*Ne morem & pugnæ ſignum expectate petendæ,*
*Dux ſibi quiſq; viam capito, cùm ſpargere primus*
*Incipiet radiis Gargana cacumina Phœbus.*
*Pandam egomet primus portas, ruite ocyus, atq. hunc*
*Ereptum reuocate diem: ſic turbidus ægra*
*Peſtifero pugnæ caſtra incendebat amore.*
*At Paulus iam non idem, nec mente, nec ore,*
*Sed qualis ſtratis dilecto milite campis*
*Poſt pugnam ſtetit, ante oculos, atq. ora futuro*
*Obuerſante malo, ceu iam ſpe lucis adempta,*
*Cùm ſtupet exanimata parens, natíque tepentes*
*Nequicquam fouet extremis amplexibus artus:*
*Per toties, inquit, concuſſæ mœnia Romæ,*
*Perque has, nox ſtygia quas iam circumuolat vmbra,*
*Inſonteis animas, cladi parce obuius ire,*
*Dum tranſit diuûm furor, & conſumitur ira*
*Fortunæ, nouus Annibalis ſat nomina ferre*

Si

*Si diſcit miles,nec frigidus aſpicit hoſtem.*
*Nonne vides cùm vicinis auditur in aruis*
*Quàm ſubitus linquat pallentia corpora ſanguis?*
*Quamq. fluant arma ante tubas? cunctator & æger*
*(Vt rere) in pugnas Fabius,quoſcunq. ſub illis*
*Culpatis duxit ſignis, nunc arma capeſſunt,*
*Haud quos Flamminius,ſed dira auertite diui.*
*Sin noſtris animus monitis,precibúſque repugnat*
*Aures pande Deo,cecinit Grynæa per orbem*
*Hæc olim vates,& te præſaga; tuoſque*
*Vulgauit terris,proauorum ætate furores.*
*Iámque alter tibi,nec perplexo carmine,coràm*
*Fata cano vates.ſiſtis ni craſtina ſigna,*
*Firmabis noſtro Phœbeæ dicta Sibyllæ*
*Sanguine,nec Graio poſthac Diomede ferentur,*
*Sed te,ſi perſtas,inſignes Conſule campi.*
*Hæc Paulus,lacrymaq. oculis ardentibus ortæ,*
*Necnon & noctem ſceleratus polluit error.*

PRETIVMQ. REPENDIS PAVLE TVI CAPITIS?] Cum vitæ diſcrimen adiſti à bello Illyrico,plebiſque beneficio ereptus es. Tangit bellum iſtud lib.10.

— *Vel cum Taulantia regna*
*Vertit,& Illyrico ſunt addita vincla tyranno.*

QVISQ. VIAM CAPITO.] Membranæ:*Rapito*.efficaciùs.

CVM SPARGERE PRIMIS INCIPIET RADIIS GARGANA CACVMINA PHOEBVS.] Modius ita emendauit, cum eſſet *primus*. Sed *primis radiis*,ſeu primo mane id quod fieri, citatioris eſt ſtudii. Primus tamen Phœbus idem ſignare potuit:prius notauimus.

PANDAM EGOMET PORTAS.] Belli; ſed Caſtrenſes: aliæ enim *Belli porta* in Vrbe,quas Conſul ex officio recludebat, vbi bellum hoſti obnunciandum Aeneid. 7. Item Aeneid. 1. Caſtrorum quoque portis, quæ militem in hoſtes effundebant, opinor ſuos non defuiſſe præfectos, qui arbitrio Conſulum obſerarent, & reſerarent. Quare præcipitantis Varronis eſt:

*Pandam egomet portas.* —

Et de Fabio cùm Minutio ſuccurrebat libro antegreſſo:

*Primus clauſtra manu portæ Dictator, & altos*
*Diſiecit poſtes,rupitque in prœlia curſum.*

QVAMQ. FLVANT ARMA ANTE TVBAS.] Virgilius:

— *cur ante tubam tremor occupat artus?*

NEC GRAIO POSTHAC DIOMEDE FERENTVR.] Campi. Præter inſulam Diomedis, cuius memoria eſt apud Antonium Liberalem Metam. 37.& Marcianum Heracleotam Græcis ſcriptores, quámq. extra Italiam locat

Sex. Pompeius; præter Canuſium, & Argyripam Diomedis vrbes Liuio, Silio, Straboni cognitas, fuit καὶ τὸ πεδίον *& campus Diomedis*. Straboni lib. 6. Silio toties memoratus, de quo Feſtus: *Diomedis campi in Appulia appellantur, qui ei in diuiſione regni, quam cum Dauno fecit, ceſſerant.*

*Xanthippo captus, Libycis tolerarat in oris*
*Seruitium Satricus, mox inter præmia regi*
*Autololum dono datus ob virtutis honorem*
*Huic domus, & gemini fuerant Sulmone relicti*
*Matris in vberibus nati, Mancinus, & vnà*
*Nomine Rheteo Solymus: nam Dardana origo,*
*Et Phrygio genus à proauo, qui ſceptra ſecutus*
*Aeneæ, claram muris fundauerat vrbem*
*Ex ſeſe dictam Solymon, celebrata colonis*
*Mox Italis paulatim attrito nomine Sulmo.*
*Ac tum barbaricis Satricus cum rege cateruis*
*Aduectus, quo non ſpretum (ſi poſceret vſus)*
*Noſcere Getulis Latias interprete voces.*
*Poſtquam poſſe datum Peligna reuiſere tecta,*
*Et patrium ſperare larem, ad conamina noctem*
*Aduocat, ac furtim caſtris euadit iniquis.*
*Sed fuga nuda viri, ſumpto quia prodere cœpta*
*Vitabat clypeo, & dextra remeabat inermi.*
*Exuuias igitur, proſtratáq. corpora campo*
*Luſtrat, & exutus Mancini cingitur armis.*
*Iámque metus leuior: verum cui dempta ferebat*
*Exangui ſpolia, & cuius nudauerat artus*
*Natus erat paulo ante Maca proſtratus ab hoſte.*
*Ecce ſub aduentum noctis, primúmq. ſoporem,*
*Alter natorum Solymus, veſtigia vallo*
*Auſonio vigil extulerat, dum ſorte viciſſim*
*Alternat portæ excubias, fratríſq. petebat*
*Mancini ſtatum ſparſa inter funera corpus,*
*Furtiua cupiens miſerum componere terra.*
*Nec longum celerarat iter, quum tendere in armis*
*Aggere Sidonio venientem conſpicit hoſtem.*

MOX ITALIS PAVLLATIM ATTRITO NOMINE SVLMO.] Faſtorum 4. Sulmonenſis Poeta:

> *Huius* [Aeneæ] *erat Solymus* [ſcriptum refero] *Phrygia comes*
> *vnus ab Ida.*

*A quo Sulmonis mœnia nomen habent.*

*Sulmonis gelidi patriæ Germanice noſtræ!*

MANCINI CINGITVR ARMIS. ] Hiſtoria Solymi Silio relata, Satirici, Mancini digna nota. Quòd ſi à Poëta eſt, fictam dico ad imaginem ſeculi Siliani, cùm Iulium Manſuetum ſuus filius tum in Galbæ partibus, errore cecidit. Lege Taciti Ann. lib. 3.

VESTIGIA VALLO AVSONIO VIGIL EXTVLERAT, DVM FORTE VICISSIM ALTERNAT PORTÆ EXCVBIAS. ] Non ſolùm in caſtris vigilabant Romani, ſed etiam extrà; præſertim ſi hoſtis non inde procul. Feſtus: *Procubitores dicuntur ferè velites, qui noctu cuſtodiæ cauſa ante caſtra excubant, cùm caſtra hoſtium in propinquo ſunt.* Hoc eſt, quod addit Silius:

*— cùm tendere in armis*

*Aggere Sidonio venientem conſpicit hoſtem.*

Die quoque pro caſtris excubabant. Polyb. lib. 6. τὴν δ' ἐκτὸς ἐπιφάνειαν οἱ γροσφομάχοι πληροῦσι, παρ' ὅλον καθ' ἡμέραν τὸν χάρακα παρεφεδρεύοντες. Vbi veteris correctionis à Lipſio V. C. teſtatę me nondum pœnitet, τηροῦσι: locum enim ſeruabant, qui caſtris exterior, non implebant vigiles pauci præ aliorum numero. Deinde Polybius mox: τῶν τὴν πρώτην μελλόντων τηρεῖν, *qui prima vigilia ſeruaturi ſunt.*

*Quodque dabat fors in ſubitis nec opina, ſepulcro*
*Aetoli condit membra occultata Thoantis:*
*Inde vbi nulla ſequi propius ponè arma, virúmq.*
*Incomitata videt veſtigia ferre per vmbras,*
*Proſiliens tumulo contorquet nuda parentis*
*In terga, haud fruſtra, iaculum: Tyriámq. ſequentum*
*Satricus eſſe manum, & Sidonia vulnera credens,*
*Authorem cæci trepidus circunſpicit ictus.*
*Verum vbi victorem iuuenili robore curſus*
*Attulit, & notis fulſit lux triſtis ab armis,*
*Fraternúſque procul, luna prodente, retexit*
*Ante oculos ſeſe, & radiauit comminus vmbo,*
*Exclamat iuuenis ſubita flammatus ab ira,*
*Non ſum equidem Sulmone ſatus tua Satrice proles,*
*Nec frater Mancine tuus, fateárque nepotem*
*Pergameo indignum Solymo, ſi euadere detur*
*Hinc noſtra te impune manu: tu nobile geſtes*
*Germani ſpolium ante oculos, referáſque ſuperba*
*Me ſpirante, domus Pelignæ perfidus arma?*
*Hæc tibi chara parens apta ad ſolatia luctus*
*Dona feram nati, vt figas æterna ſepulchro.*
*Talia vociferans ſtricto mucrone ruebat.*
*Aſt illi iam tela manu, iámq; arma fluebant*

*Audita patria, natiſq; & coniuge, & armis,*
*Ac membra & ſenſus gelidus ſtupefecerat horror.*
*Tum vox ſemianimi miſeranda effunditur ore.*
*Parce precor dextræ, non vt mihi vita ſuperſit,*
*Quippe nefas hac velle frui, ſed ſanguine noſtro*
*Ne damnes, ô nate, manus, Cartaginis ille*
*Captiuus patrias nunc primum aduectus in oras*
*Ille ego ſum Satricus, Solymi genus, haud tua nate*
*Fraus vlla eſt, iaceres in me cùm feruidus haſtam*
*Pœnus eram, verum caſtris elapſus acerbis*
*Ad vos, & caræ properabam coniugis ora.*
*Hunc rapui exanimi clypeum, ſed iam vnice nobis*
*Hæc fratris tumulis arma excuſata reporta.*
*Curarum tibi prima tamen ſit nate, referre*
*Ductori monitus Paulo, producere bellum*
*Nitatur, Pœnóque neget certamina martis,*
*Augurio exultat diuûm, immenſámq. propinquâ*
*Stragem acie ſperat: quæſo prohibete furentêm*
*Varronem: nanque hûnc fama eſt impellere ſigna.*
*Sat magnum hoc miſeræ fuerit mihi cardine vitæ*
*Solamen, cauiſſe meis: nunc vltima nate*
*Inuento ſimul, atque amiſſo, redde parenti*
*Oſcula: ſic fatus galeam exuit, atque rigentis*
*Inuadit nati tremebundis colla lacertis,*
*Attoniti & nitens verbis ſanare pudorem,*
*Vulneris impreſſi telum excuſare laborat.*
*Quis teſtis noſtris, quis conſcius affuit actis?*
*Non nox errorem nigranti condidit vmbra?*
*Cur trepidas? da nate magis, da iungere pectus.*
*Abſoluo pater ipſe manum, atque in fine laborum*
*Hac condas oculos dextra precor. at miſer imo*
*Pectore ſuſpirans iuuenis, non verba vicéſq.*
*Alloquio vocémve refert, ſed ſanguinis atri*
*Siſtere feſtinat curſum, laceróq. ligare*
*Ocyus illacrymans altum velamine vulnus.*
*Tandem inter gemitus, miſeræ erupere querelæ.*
*Siccine te nobis genitor Fortuna reducit*
*In patriam? ſic te nato natumq. parenti*
*I[illegible]ta reſtituit? felix ô terq. quaterq.*

*Frater, cui fatis genitorem agnoſcere ademptum.*
*Aſt ego Sidonijs impercitus, ecce parentem*
*Vulnere cognoſco, ſaltem hoc Fortuna fuiſſet*
*Solamen culpæ, dubia, vt mihi ſigna dediſſes*
*Infauſti generis verùm linquetur iniquis*
*Non vltra ſuperis noſtros tolerare labores.*
*Hæc dum amens queritur, iam deficiente cruore*
*In vacuas ſenior vitam diſperſerat auras.*
*Tum iuuenis mæſtum attollens ad ſidera vultum,*
*Pollutæ dextræ, & facti Titania teſtis*
*Infandi, quæ nocturno mea lumine tela*
*Dirigis in patrium corpus, non amplius, inquit,*
*His oculis, & damnato violabere viſu*
*Hæc memorat, ſimul enſe fodit præcordia, & atrum*
*Suſtentans vulnus, mananti ſanguine ſignat*
*In clypeo mandata patris: FVGE PRAELIA VARRO.*
*Ac ſummi tegmen ſuſpendit cuſpide teli,*
*Defletumque ſuper proſternit membra parentem.*

ÆTOLI CONDIT MEMBRA OCCVLTATA THOANTIS. ] Thoas Ætoliæ rex in Homeri Catalogo:

Αἰτωλῶν δ' ἡγεῖτο Θόας Ἀνδραίμονος υἱὸς,
Τῷ δ' ἐπὶ πάντ' ἐτέταλτο ἀνασσέμεν Αἰτωλοῖσι.
*Ætoliſq; Thoas Andræmone natus erat dux,*
*Huic ergo regnum mandatum erat Ætolorum.*

Meminit & cognominis cuiuſdam Ætoli principis Polyb. Ecloga 24.

NON SVM EQVIDEM SVLMONE SATVS TVA SATRICE PROLES. ] Modius: *Non ſim.* Probo. Solens námque priſcis id loquendi genus. Plautus Menæchmis:

*Non Hercle is ſim, qui ſum, niſi hanc iniuriam,*
*Méque vltus pulcrè fuero*

Homerus hæc Vlyſſem loqui facit Il. 6.

Μηδ' ἔτι Τηλεμάχοιο πατὴρ κεκλημένος εἴην,
*Non ſim Telemachi genitor, vel nomine ſolo.*

SI EVADERE DETVR HINC NOSTRA TE IMPVNE MANV. ] Membranæ mollius, rectiúſque.

*Huic noſtras impunè manus*

HÆC TIBI CARA PARENS APTA AD SOLATIA LVCTVS DONA FERAM. ] Modius:

*Hæc tibi cara parens Acca.*

inducto *Apta.* Coniectorem amplector: ſed attuliſſet rationem, illi ſuccenturiatus adſum. Nominauit Solymus patriam Sulmonem, patrem Satricum fratrem Mancinum, & matris blandiſſimæ nomen effluxiſſet? mi-

nimè gentium. Nominatam teſtor Silium:

*Aſtilli (Satrico) iam tela manu, iámque arma fluebant*
*Audita patria, natiſque, & coniuge, & armis.*

Satrici autem coniux, mater erat Solymi dicentis:

*Hæc tibi cara parens Acca.*

Latio bene cognitum nomen. Ouid. Faſt.

*Fauſtulus infelix, & paßis Acca capillis.*

PARCE PRECOR DEXTRÆ ] Æneid. 3. Polydorus Æneæ, Tros Troï:

*— parce ſepulto,*
*Parce pias ſcelerare manus.*

IN ME IACERES CVM PERFIDVS HASTAM POENVS ERAM. ] *Pœnus eram* iudicio armorum, tuóque ô fili, iudicio non improbo: quia ab inimicorum caſtris aduentabam: eáque de cauſa Tertul. li. de Cor. Militis, patrem, ac matrem, & omnem proximum ſacramento ſuo eieraſſe milites notat. Eodem refero Cæſaris verba ante pugnam apud Lucanum li. 7.

*— non vos pietatis imago*
*Vlla, nec aduerſa conſpecti fronte parentes*
*Commoueant: vultus gladio turbate verendos.*
*Siue quis in feſto cognata in pectora ferro*
*Ibit, ſiue vllum violabit vulnere pignus*
*Ignoti iugulum tanquam ſcelus impetat hoſtis.*

NON VERBA, VICESVE ALLOQVIO, VOCEMVE REFERT. ] *Alloquio*, ſolatio, παραμυθίαν conſimiliter efferunt Græci.

LINQVETVR INVLTIS NON VLTRA SVPERIS NOSTROS TOLERARE LABORES. ] Nulla hîc mihi offuſa caligo: & ſi Modius non infeliciter *Celare* malit. Ac ſi dicat Silius: Non orabo Deos, vt tacitum hoc infortunium eſſe velint, nulliſque innoteſcat: ſed manu remedium inueniam dolori meo. Aptius explicetur: Sed faciam vulgo diſpaleſcant ærumnæ noſtræ: eo ſcilicet flagitio noſtro cognito, & monitu ſanguineis notis in clypeo relicto: *Fuge prælia Varro.*

TELA DIRIGIS IN PATRIVM CORPVS. ] Æneid. 6.

*— qui Pandis direxſti tela, manúſque*
*Corpus in Æacidæ.*

*Talia venturæ mittebant omina pugnæ*
*Auſonijs ſuperi, ſenſímque abeuntibus vmbris*
*Conſcia nox ſceleris roſeo cedebat Eoo.*
*Ductor in arma ſuos Libys, & Romanus in arma*
*Excibat de more ſuos, Pœníſq; redibat*
*Qualis nulla dies omni ſurrexerit æuo.*
*Nec verborum, inquit, ſtimulantum Pœnus egetis,*

*Herculeis iter à metis, ad Iapygis agros*
*Vincendo emenſi: nuſquam eſt animoſa Saguntho,*
*Conceſſere alpes: pater ipſe ſuperbus aquarum*
*Auſonidum Eridanus, captiuo defluit alueo:*
*Strage virum merſus Trebia eſt, atque ora ſepulto*
*Lydia Flamminio premitur, latéque refulgent*
*Oſſibus, ac nullo ſulcantur vomere campi.*
*Clarior his titulis plus allatura cruoris*
*Lux oritur, mihi magna ſatis, ſat vera ſupérque*
*Bellandi merces, ſit gloria, cætera vobis*
*Vincantur: quicquid diti deuexit Ibero,*
*Quicquid & Aetneis iactauit Roma triumphis*
*Quin etiam Libyco ſi quid de litore raptum*
*Condidit, in veſtros venient ſine ſortibus enſes.*
*Ferte domos quod dextra dabit, nil victor honoris*
*Ex opibus poſco, raptor per ſecula longa*
*Dardanus, edomitum vobis ſpoliauerit orbem.*
*Qui Tyria ducis Sarranum ab origine nomen,*
*Seu Laurens tibi Sigæo ſulcata colono*
*Arridet tellus, ſeu ſunt Buxentia cordi*
*Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis,*
*Electos optare dabo inter prælia campos,*
*Addam etiam flaua Tybris quas irrigat vnda*
*Gurgitibus late captiuis poſcere ripas.*
*Qui verò extremo ſocius mihi cardine Byrſæ*
*Signa moues, dextram Auſonia ſi cæde cruentam*
*Attolles, hinc iam ciuis Cartaginis eſto.*
*Neu vos Gargani, Dauníq; fefellerit ora.*
*Ad muros ſtatis Romæ, licet auia longe*
*Vrbs agat, & noſtro procul à certamine diſtet:*
*Hæc hodie ruet, atque vltra te ad prælia miles*
*Nulla voco, ex acie tende in capitolia curſum.*
*Hæc memorat, tum propulſo munimine valli*
*Foſſarum rapuere moras, aciémque locorum*
*Conſilio curuis accommodat ordine ripis.*

QVIDQVID DITI DEVEXIT IBERO.] Hiſpaniæ metalla vi ac virtute occuparant Romani, vnde vberrimus prouentus teſte Strabone li. 3. Occupaſſe dicit hiſtoria ſacra Machabæorum li. 1. c. 8. *Quod in poteſtatem redigerunt metalla argenti, & auri, quæ illic ſunt.* Quod & ſi κατὰ πρόληψιν videri poſſit di-

xiſſe Silius: tamen hoc etiam tempore belli ſecundi Punici aliquid fuit Scipionibus in Hiſpania bellantibus. Vnde probrum Annibalis in vtrúmque Scipionem iactum li. 7.

> — *nunc errat vterque*
> *Nomina noſtra tremens, & ripas ſeruat Iberi.*

Teſtor & Strabonem lib. 5. Ὕστερον δὲ τῶν Ῥωμαίων κρατησάντων τῆς Ἰβηρίας πλῆθος Ἰταλικὸν ἐπεπόλασε τοῖς μετάλλοις, καὶ μεγάλους ἀπεφέροντο πλούτους διὰ τὴν φιλοκερδίαν, ὠνούμενοι γὰρ πλῆθος ἀνδραπόδων παραδιδόασι τοῖς ἐφεστηκόσι ταῖς μεταλλικαῖς ἐργασίαις. *Poſteris deinde temporibus, cùm Romani Hiſpaniam occupaſſent, Italorum multitudo metallis incubare viſa eſt, atque cupidine lucri ingentes retulere opes. Emta námque mancipia multa tradebant præfectis operum in metallis.* Adiuuat in parte Marianali. 2. c. 9. Multis prætereà locis auri, atque argenti ſecturæ perſcrutando effoſſæ Annibale res gerente: atque ex eo communi omnes voce *Annibalis putei* dicti ſunt. Eapropter acri doloris morſu Silianis per ſimilia protuliſſe potuit Annibal.

QVIDQVID ET ÆTNÆIS IACTAVIT ROMA TRIVMPHIS. ] *Cùm* Mamertinæ ciuitati contra tyrannum tulit auxilium victríxque reuenit. Notauimus bellum iſtud ad pedem libri primi Punicorum Silii.

QVINETIAM LIBYCO SIQVID DE LITORE RAPTVM. ] Circumſpectè Silius τὸ Si: cùm de Hiſpania, & Sicilia affirmatiùs: ne Annibal ſuos à Romanis victos fateatur. Eadem fini poſitum: *Libyco de litore*, non de Libyæ viſceribus. Item: *Raptum* latrocinantis more. Poſſunt hæc referri ad primum Punicum. Hoc ego moneo, Siliúmque munio, ne manus improuida pro *Siquid* faciat *Quidquid* exemplo ſuperiorum verſuum, vtq; quàm exactum fuerit Silio, quidquid ſcripſit, cognoſcatur. Sed & hoc ſecundo Punico confecto bello multum æris annuatim coegit in ærarium P. R. Lucan. li. 3. innuit:

> — *tum conditus imo*
> *Eruitur templo multis congeſtus ab annis,*
> *Romani cenſus populi, quem Punica bella,*
> *Quem dederat.*

NIL VICTOR HONORIS EO OPIBVS POSCO. ] Nolo gloriari opibus è ſpoliis redactis. Nec inconcinnè dixeris: Nihil emolumenti, nihil lucri: eſt enim *honor* à Græco ὄνημα.

SEV SVNT BVXENTIA CORDI
RVRA MAGIS CENTVM CERERI FRVTICANTIA CVLMIS. ] Buxentia plebes li. 8. meret in caſtris Romanorum, èſtque Italiæ *Buxentum*, ſiue *Pyxus*, à buxeti[illegible], qui[illegible] us vndat, denominata. Hoc equidem loco nihili dictio eſt. Mutanda eſt in *Byzantia*, vel *Gyzantia*. Promittit enim ſuis Annibal vel Italiæ campos:

> *Seu Lauren[illegible] ubi Sigæo ſulcata colono*
> *Arid[illegible]:*

[illegible]e [illegible] tanguntur, in ea carum & vbertate ſolum nobile: [illegible] campi *Byzantij* centum culmis (id in *Buxentios* conuenire non [illegible]) fruticantes in Libophœnicibus. Varroni li. 1. de re ruſtica: *In Syria ad [illegible]anda, & in Africa ad Byzatium, item ex modio naſci centum*, Solin. cap. 40. Plinio

Plinio li.5.c.4. *Libophœnices vocantur, qui ByZantium incolunt. Ita appellatur regio CCLX. M.p. per circuitum fertilitatis eximiæ cum centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra.* Qui lib.18.c.10. ex modio centenos quinquagenos modios reddit. Correctio è cortina. Eudoxus Cnidius, quem teſtatur Apollonius in Hiſtoriis Miris, eos *GyZantas* vocat, & vbi ſituati, aperit magis: Ἐπὶ πᾶσι τῶν ἐν Λιβύῃ ἔθνος τι εἶναι, οἱ ὑπεραίω Σύρτεών τε, καὶ Καρχηδόνος πρὸς ἀνατολὰς κείμενοι, οἱ καλοῦνται Γύζαντες. *Præterea Africanorum gentem eſſe quandam vltra Syrtes, & Cartaginem orientem verſus, qui dicuntur GyZantes.* iiſque mellis è flore conficiendi artem adſcribit. Euſtathius in Dionyſium eoſdem eſſe *Byzantes* & *GyZantes* docet: Εἰσὶ δὲ καὶ Λίβυες Βύζαντες, καὶ πόλις ἐκεῖ Βυζάντιον. τινὲς δὲ Γύζαντας ἐκείνους καλοῦσι. *Sunt etiam Africani ByZantes, & ciuitas inibi ByZantium: nonnulli GyZantas eos vocant.* Eapropter mihi non exaudiuntur, qui apud Herodotum Γύζαντες malè ſcribi adſerunt. Vide tu Stephanum. Sed quia in vbere campo verſamur, eamus ad vberiorem, ad vberrimum tranſituri. Strabo decempedam & modium nobis ſufficiet. Lib.15. de Suſide: Πολύσιτος δ' ἄγαν ἐστὶν, ὥστε ἑκατοντάχουν δι' ὁμαλοῦ καὶ κριθὴν καὶ πυρὸν ἐκτρέφειν: *Frumento abũdat adeo Suſis, vt & hordeum & triticum in planicie centuplum ferat, nonnunquam etiam ducentuplum.* Sibaritano tantundem adſcribit Varro ſuperiore loco. Lib.17. de Mauruſia: Τὸν δὲ καρπὸν διακοσιοτετταρακοντάχουν ἀποδίδωσι. *Fructum reddit ducentoquadragintacuplum.* Lib.16. amplius de Babylonia: Ἡ δὲ χώρα φέρει κριθὰς μὲν ὅσας οὐκ ἄλλη. καὶ γὰρ τελακοσιάχουν λέγουσι: *Ora hæc hordeum fert, quale alia nulla, trecentocuplum.* Ita emendaui, quod erat τελακοσταχία. Marſus deſignat his verbis opidum Lucaniæ *Buxentum*, ἀθεεί.

CAPTIVIS LATE GREGIBVS DEPASCERE RIPAS. ] Hîc olim hæſit plaga, vt indicant librorum cicatrices: ſed Modius affuit Æſculapii vicem Legebatur:

> *Gurgitibus latè captiuis paſcere ripas.*

CIVIS CARTAGINIS ESTO. ] Expoliti illud Ennii relatum à Cicerone pro Cornelio Balbo:

> *Hoſtem qui feriet, mihi erit Cartaginienſis;*
> *Quiſquis erit, ciuitatis erit.*

Quæ tam bella promiſſa non tam ab ingenio Poëtæ, quàm ex hiſtoria. Liuius lib. 22. *Qui ſociorum, ciues Cartaginienſes fieri volent, poteſtatem facturum.*

HÆC HODIE RVET. ] Roma planiſſimo ſenſu. *Roma ruit*, cùm Romani pereunt. Fruſtra lectionem hanc remoliuntur. Germana Silii locutio. Lib.11.

> *Et iacet in campis Latium.*

Latini Lib.3.

> *Alpibus impoſuit Libyen.*

Libyas. Lib.14.

> — *Athenas*
> — *. . . merſas impunè profundo.*

Athenienſes Lib.4.

> *Cartago . . .*
> *Ægathis inter vaſto iacet obruta ponto.*

Cartaginienſes. Lib. 1.

*Extulerit Latio ſpreta me Troius inquit,*
*Dardaniam.*

Reliquias Sardanorum. Florus conſimiliter lib. 2. c. 2. *Tanta denique fuit illa victoria, vt de excidendis hoſtium mœnibus non quareretur. Superuacaneum viſum eſt in arcem, muróſque ſæuire, cùm iam in mari eſſet deleta Cartago*, Cui iam abſurdum erit *Romam* ad Cannas *ruere?* Στελίχι, ὄτω, κωμηλιῳ.

*Barbaricus læuo ſtetit ad certamina cornu*
*Bellator Naſamon, vnáq; immanior arctus*
*Marmarides, tum Maurus atrox, Garamáſq;, Macéſq;*
*Et Maſſylæ acies, & ferro viuere lætum*
*Vulgus Adrimachidæ, pariter gens accola Nili*
*Corpora ab immodico ſeruans nigrantia Phœbo.*
*Queis poſitum agminibus caput, imperiúmque Nealces.*
*At parte in dextra, ſinuat quà flexibus vndam*
*Aufidus, & curuo circum errat gurgite ripas,*
*Mago regit, ſubiere leues, quos horrida miſit*
*Pyrene populi, varióq; auxere tumultu*
*Flumineum latus, effulget cetrata iuuentus,*
*Cantaber ante alios, nec tectus tempora Vaſco,*
*Ac torto miſcens Balearis prælia plumbo,*
*Betigenæque viri: celſus media ipſe coërcet*
*Agmina, quæ patrio firmâuit milite, quæq;*
*Celtarum Eridano perfuſis ſæpe cateruis.*
*Sed quà ſe fluuius retro labentibus vndis*
*Eripit, & nullo cuneos munimine vallat,*
*Turritas moles, ac propugnacula dorſo*
*Belua nigranti geſtans, ceu molibus agger*
*Nutat, & erectos attollit ad æthera muros,*
*Cætera iam Numidis circumuolitare, citóſq;*
*Ferre datum curſus, & toto feruere campo,*
*Dum Libys incenſo diſpenſat milite vires,*
*Hortandóq; iterum, atq. iterum inſatiabilis vrget,*
*Factis quenque ſuis, & ſe cognoſcere iactat*
*Qua dextra veniant ſtridentis ſibila teli:*
*Promittítque viris nulli ſe defore teſtem:*
*Iam Varro exacta vallo legione, mouebat*
*Cladum principia, at pallenti lætus in vnda*
*Laxabat ſedem venturis portitor vmbris.*
*Stant primi, quos ſanguineæ pendente vetabant*

*Ire notæ clypeo, defixíque omine torpent.*
*Iuxta terribilis facies, miſeranda iacebant*
*Corpora in amplexu, natúsq; in pectore patris*
*Impoſita vulnus dextra lethale tegebat.*
*Effuſæ lacrymæ, Manciníq; inde reuerſus*
*Fraterna ſub morte dolor, tum triſte mouebat*
*Augurium, & ſimiles defuncto in corpore vultus,*
*Ocyus erroris culpam, deſlendáq; fata*
*Ductori pandunt, atque arma vetantia pugnam.*
*Ille ardens animi, ferte hæc, ait, omnia Paulo:*
*Nanque illum, cui fœmineo ſtant corde timores,*
*Mouerit iſta manus, quæ cæde imbuta nefanda*
*Cùm furiæ expeterent pœnas, fortaſſe paterno*
*Signauit moriens ſceleratum ſanguine carmen.*
*Tum minitans propere deſcribit munera pugnæ,*
*Quáque feras ſæuus gentes, aciémq; Nealces*
*Temperat, hac ſeſe Marſo cum milite, cúmq;*
*Samnitum opponit ſignis, & Iapyge alumno.*
*At campi medio (nanque hac in parte videbat*
*Stare ducem Libyæ) Seruilius obuia adire*
*Arma, & Picentes, Vmbrósq. inferre iubetur.*
*Cætera Paulus habet dextro certamina cornu.*
*His ſuper, inſidias contra, Nomadúmque volucrem*
*Scipiadæ datur ire manum, quáq; arte dolíſque*
*Scindent ſe turmæ, prædicit ſpargere bellum.*
*Iámque propinquabant acies, agilíque virorum*
*Diſcurſu, mixtóq; ſimul calefacta per ora*
*Cornipedum hinnitu, & multis trepidantibus armis*
*Errabat cæcum turbata per agmina murmur.*
*Sic vbi prima mouent pelago certamina venti,*
*Incluſam rabiem, ac ſparſuras aſtra procellas*
*Parturit vnda freti, fundóq. emota minaces*
*Expirat per ſaxa ſonos, atque acta cauernis*
*Torquet anhelantem ſpumanti vertice pontum.*

CEV MOLIBVS AGGER NVTAT.] *Mobilis* reponit Modius. Firmari potuit: quia militum congeſto robore truſatiles fuerunt aggeres, & portatiles, hoc eſt, mobiles. Sic lib.2.

*— ſubit arduus agger*
*Imponitque globos bellantum deſuper vrbi.*

Ideóque mutat agger: quia molibus ſtat aut malè præcōpoſitis, & iniquo

pondere horſum illorſum inclinante, aut non ſatis firmè nexis, aut ab agentibus non æquabiliter actis. Mouetur quidem agger, & hominum actu, & rotis (vide Commentar. ad li. 13.) ac fortè lapſibus. Sed & moles infuiſſe aggerib. ſoli, trabium, aliarum rerum certum eſt. Adi quæſo ad Suidam voce Ἀγεσ. Quare culpatum & ſuppoſiticium: *Mobilis*.

CITOSQVE FERRE DATVM CVRSVS. ] *Vagos* qui volunt, diſciplinam militiæ non attendunt, animo ipſi peregrinantur vagi. Quaſi verò extra ordines exerrare licentiùs fas ſit, præſertim pugna ineunte: hîc autem primulùm acies ordinatur:

*Dum Libys incenſo diſpenſat milite vires.*

Nec multo poſt dicat: *nec magis poteſt*

*— ordine pelli*

*Fixa ſuo Sarrana manus, quàm vellere ſede*

*Si tentet Calpen impacto gurgite pontus.* Item:

*— inſidias contra, Nomadúmque volucrem*

*Scipiadæ datur ire manum.*

Iiſdem: *— citóſque*

*Ferre datum curſus.*

AT CAMPI MEDIO. ] Nonnihil aliter hanc ordinat aciem Appian. Annibalicis, aliter Liuius li. 22.

CORNIPEDVM HINNITV, ET MVLTVM TREPIDANTIB. ARMIS. ] Quia Modius non ſemel repoſuit *Crepitantib.* pro *Trepidantibus*, pertæſus mutationis eiuſdem, nouam hîc comminiſcitur: *Strepitantibus*. Proba merx: modò non vſui. Reſcribo ego:

*— trepidantibus alis.*

Seriem mihi inſpice, nec abnues:

*— facilique virorum*

*Diſcurſu, motúque ſimul calefacta per ora*

*Cornipedum hinnitu, & multum trepidantib. alis.*

hoc eſt, feſtinantibus, & accurrentibus. Græcè *ἀτλόσσω, ſe haſtant*. Mutuarit hoc Silius à Virgilio Æn. 4.

*Dum trepidant alæ, ſaltûſque indagine cingunt.*

Item ex Æn. 12.

*— patrio mucrone relicto*

*Dum trepidat* (feſtinat) *ferrum aurigæ rapuiſſe Metiſci.*

Liuius l. 22. *Trepidante tota ciuitate ad excipiendum Pœnum, viſendúmq.* Campanos loquitur certatim ruentes obuiam Annibali: ne tremorem inſcitè capias. Silius li. 4.

*Sternit præcipitem trepido te Farfare telo,*

hoc eſt, me interprete, telo incitatiſſimo. Æn. 11.

*Arma manu trepidi poſcunt: fremit arma iuuentus,*

trepidi, feſtinantes, ardentes. Hui! tam graues raſtros? quippini? Creticorum proceres minus capiunt.

*Nec verò fati tam ſæuo turbine, ſolum*

*Terrarum fuit ille labor, diſcordia demens*

*Intrauit cælos, ſuperóſque ad bella coëgit.*
*Hinc Mauors, hinc Gradiuum comitatus Apollo.*
*Et domitor tumidi pugnat maris, hinc Venus amens,*
*Hinc Veſta, & captæ ſtimulatus cæde Sagunthi*
*Amphitryoniades, pariter veneranda Cybele,*
*Indigetéſque Dei, Faunúſq. ſatórq. Quirinus,*
*Alternúſq. animæ mutato Caſtore Pollux.*
*Contra cincta latus ferro Saturnia Iuno,*
*Et Pallas Libycis Tritonides edita lymphis,*
*Ac patriis flexis per tempora cornibus Hammon,*
*Multáq. præterea diuorum turba minorum,*
*Quorum vbi mole ſimul venientum, & greßibus alma*
*Intremuit tellus, pars impleuere propinquos*
*Diuiſi montes, pars ſedem nube ſub alta*
*Ceperunt, vacuo deſcenſum ad prælia cælo.*
*Tollitur immenſus deſerta ad ſidera clamor,*
*Phlegræis quantas effundit ad æthera voces*
*Terrigena in campis exercitus, aut ſator æui*
*Quanta Cyclopas noua fulmina voce popoſcit*
*Iuppiter, extructis vidit cum montibus ire*
*Magnanimos raptum cæleſtia regna gigantes.*
*Nec verò prima in tantis concurſibus haſta*
*Vlla fuit, ſtridens nimbus certante furore*
*Telorum ſimul effuſus, cupidæq. cruoris*
*Hinc atque hinc animæ, gemina cecidere procella.*
*Acrius inſanus dextra qua ducitur enſis*
*Bellantum pars magna iacet, ſuper ipſa ſuorum*
*Corpora conſiſtunt auidi, calcántque gementes.*
*Nec magis aut Libyco protrudi Dardana niſu*
*Auertíue poteſt pubes, aut ordine pelli*
*Fixa ſuo Sarrana manus, quàm vellere ſede*
*Si tentet Calpen impacto gurgite pontus.*
*Amiſere ictus ſpatium, nec morte peracta*
*Arctatis cecidiſſe licet, galea horrida flictu*
*Aduerſæ ardeſcit galeæ, clypeúſq; fatiſcit*
*Impulſu clypei, atque enſis contunditur enſe,*
*Pes pede, virq; viro teritur, tellúſq; videri*
*Sanguine operta nequit, cælúmq; & ſidera pendens*
*Abſtulit ingeſtis nox denſa ſub æthere telis.*

*Queis aſtare loco dederat fortuna ſecundo,*
*Conterum longo & proceræ cuſpidis ictu*
*Ceu primas agitent acies, certamina miſcent.*
*At quos deinde tenet retrorſum inglorius ordo*
*Miſſilibus certant pugnas æquare priorum.*
*Vltra clamor agit bellum, miléſq. cupiti*
*Martis inops, ſæuis impellit vocibus hoſtem.*

INTRAVIT COELOS.] Nego id rectum. Gell. lib. 19. c. 8. *Nam cum cælum* ἑνικῶς *ſemper dicatur, mare, & terra non ſemper.* Corrigo: *Intrauit cælo.* Sic vndecimo libro:

*— cum cærula nondum*
*Cognita terrigenis, pontóq. intrare negarent.*

Tamen Lucretius lib. 2.

*Quis pariter cælos omnes conuertere, & omnes*
*Ignib. ætheriis terras ſuffire feraces?*

SVPEROSQ. AD BELLA COEGIT.] Deos committit Silius de Homeri exemplo, qui cælo in pugnas deuocat Palladem, & Iunonem, Il. ϑ. Neptunum Il. ξ. & ν. Neptunum & Apollinem Iliad. ο. alibi Venerem: Iliad. υ. Diis omnibus Iupiter facit pugnæ copiam:

Βὰν δ' ἴμεναι πόλεμόνδε θεοὶ δίχα θυμὸν ἔχοντες.
*In bellum venere Dii diuerſa ſecuti.*

Fuſim, ac diſertim Deorum certamina certata traducit D. Auguſt. lib. 2. c. 25. de Ciuitate.

HINC MAVORS, HINC GRADIVVM.] A Romanis.

HINC VESTA.] Illa quidem Romanis adiungenda, ſi in prœlium prudenter mitti potuit: nam cum Veſta terra ſit, eáque immota maneat, videtur bello & conflictu ſeponenda. Certè Platonis hæc ſunt in Timæo verba: Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα πρῶτος πορεύεται διακοσμῶν πάντα, καὶ ἐπιμελούμενος. τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν, καὶ δαιμόνων κατὰ δώδεκα μέρη κεκοσμημένη. μένει γὰρ Ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη: *Magnus in cælo dux Iupiter alatum currum agens prouehitur ordinans omnia, & accurans. Quem inſequitur Deorum, Dæmonúmq. exercitus duodecim ordinibus diſtinctus. Veſta autem ſola in Deorum domicilio manet.* Et Euripides:

Καὶ Γαῖα μῆτερ, Ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
Βροτῶν καλοῦσιν, ἣ μένεις ἐν αἰθέρι.
*Et terra mater, quam vocant mortalium*
*Veſtam ſapientes, quæ manes in æthere.*

Peccāt codices, quibus eſt: ἡμένη ἐν αἰθέρι. Quæ cui placuerint, ſcribat in Silio:

*Hinc eſt* [pro *Hinc Veſta*] *à captæ ſtimulatus cæde Sagunthi*
*Amphitr[illegible]oniades.*

Quam coniecturam iuuerint illa Euſtathii in Il. Υ. Vbi cùm Dii in concilium, tum in pugnam ab Homero euocentur, quærit de Terra Euſtathius: περὶ δὲ τῆς γῆς, καὶ μηδὲν ὁ Ποιητὴς διορίζεται, ὅμως βέλτιόν φασι νοεῖν ὡς ἀπολειπομένης καὶ συλλόγου καὶ αὐτῆς. Nam vt eſt in 6. Faſt.

*Veſta eadem eſt & Terra: ſubeſt vigil ignis vtrique.*

*Significant ſedem Terra, focúſque ſuam.*

ALTERNVSQVE ANIMÆ MVTATO CASTORE POLLVX.] Non temerè fictum: nam interfuiſſe pugnæ Romanorum in Latinos ad Regillum lacum crediti ſunt, Flor. lib. 1. ca. 11. & ob præſentiam ædes votiua reddita, Liuius lib. 22. Item M. Tullius lib. 1. Tuſcul. *Eadémque fama celebritate Tyndaridæ fratres, qui non modò adiutores in prœliis victoriæ populi Romani: ſed etiam nuncii fuiſſe perhibentur.*

PARS SEDEM NVBE SVB ALTA CEPERVNT.] Potiſſimùm Iupiter, ac Iuno aëris præſides.

AVT SATOR ÆVI IVPITER.] *Sator æui* Saturnus, qui κρόνος ex χρόνος Græcis. At Iupiter etiam: Solē enim Iouē volunt, Iouémq; Salii in carminibus velut autorem lucis dicunt *Lucetium* Feſto, Gellio, Lactantio, & Macrobio autoribus, & Horatius *Dieſpitrem*, aliique teſte Gellio, & Auguſtino lib. 4. de Ciuit. c. 11. inſinuante, ac Varrone: etſi Lactantius ſcribat hæc lib. 1. c. 14. *Pluton Latinè eſt Dieſpiter.* Vide Prudentium lib. 2. contra Symmachum. Vt Iupiter ſit Sol, pluribus docet Macrob. lib. 1. Satur. c. 23. *Dius* item vox ab Ioue eſt, & ἀπὸ Διός nominatur autore Feſto verbo *Dies*, & verbo *Dium*: *Dium fulgur appellabant diurnum, quòd putabant Iouis, vt nocturnum Summani.*

GALEA HORRIDA FLICTV ADVERSÆ HORRESCIT GALEÆ.] Iterabit lib. 14.

*Remorúmq. fragor, flictúq. ſonantia roſtra.*

Poſuit pedem in magiſtri veſtigia, cui ſcriptum, ſi Seruio, & antiquis codicibus credimus lib. 9.

*— tela, cauaq.*
*Dant ſonitum flictu galeæ.*

Non *Afflictu*, quod reponunt inconcinniter. Antè in Aegiſtho verbum vſurpauerat Accius: *Heu cuiatis ſtirpem funditus fligi ſtudet.*
Nec aliter legi fas apud Auſonium epiſt. 25.

*Cymbala dant flictu ſonitum.*

*Nec vllum deſit teli genus, hi ſude pugnas,*
*Hi pinu flagrante cient, hi pondere pili.*
*At ſaxis, fundáq; alius, iaculóq. volucri.*
*Interdum ipſis metuenda phalarica muris,*
*Interdum ſtridens per nubila fertur arundo.*
*Speramúſne Deæ, quarum mihi ſacra coluntur,*
*Mortali totum hunc aperire in ſecula voce*
*Poſſe diem? tantúmne datis confidere linguæ,*
*Vt Cannas vno ore ſonem? ſi gloria vobis*
*Noſtra placet, neque vos magnis auertitis auſis,*
*Huc omneis cantus, Phœbúmq; vocate parentem,*
*Verum vtinam poſthac animo Romane, ſecunda*
*Quanto tunc aduerſa, feras, ſitq; hactenus ora,*

*Nec libeat tentare Deis, an Troia proles*
*Par bellum tolerare queat, túque anxia fati*
*Pone precor lacrymas, & adora vulnera, laudes*
*Perpetuas paritura tibi. nam tempore Roma*
*Nullo maior eris, mox ſic labere ſecundis,*
*Vt ſola cladum tuearis nomina fama.*
*Iámq. inter varias Fortuna vtrinq. virorum*
*Alternata vices, incerto eluſerat iras*
*Euentu, mediáq. diu pendente per ambas*
*Spe gentes, paribus Mauors flagrabat in armis.*
*Mitia ceu virides agitant cùm flamina culmos,*
*Necdum maturas impellit ventus ariſtas.*
*Huc atq; huc it ſumma ſeges, nutánſq. viciſſim*
*Alterno lente motu incuruata niteſcit.*
*Tandem barbaricis perfractam viribus acer*
*Diſſipat incurrens aciem clamore Nealces,*
*Laxati cunei, perq. interualla citatus*
*Irrupit trepidis hoſtis, tum turbine nigro*
*Sanguinis exundat torrens, nullúmq. ſub imis*
*Cuſpide procumbit corpus, dum vulnera tergo*
*Bellator timet Auſonius, per pectora ſæuas*
*Exceptat mortes, & letho dedecus arcet.*
*Stabat cum primis media certamina pugnæ*
*Aſpera ſemper amans, & par cuicunq. pericla*
*Scæuola, nec tanta vitam iam ſtrage volebat,*
*Sed dignum proauo lethum, & ſub nomine mortem.*
*Is poſtquam frangi res, atq. augeſcere vidit*
*Exitium, breuis hoc vitæ quodcunq. relictum*
*Extendamus ait: nam virtus futile nomen,*
*Ni decus adfuerit patiendo, vbi tempora lethi*
*Proxima ſint, pulcrámq. per vulnera laudem:*
*Dixit, & in medios quà dextera concita Pœni*
*Limitem agit, vaſto conni̇xus turbine fertur,*

NEC VLLVM DEſIT TELI GENVS.] Rectè habet modulus, id in ſimili ſatis ſupérq. probauimus: rectè vox, quam Silio placitam video lib. 15.

*Nec Sidicina cohors deſit.*

Terentio in Eunucho: *Nil cùm eſt, nil deſit tamen.* Maroni in Eclogis, Gellio lib. 1. c 14. Prop. lib. 1. Eleg. 1.

H.. PINV FLAGRANTE CIENT.] Pugnas. Flammata face deprœliari olim ſolemnè.

ſolemne. Silius lib. 13.

*Tertius aptabat flammis, ac ſulphure tædas.*

Aen. 9.

*Atque omnis facibus pubes accingitur atris,*
*Diripuere focos, piceum fert fumida lumen*
*Tæda, & commiſtam Vulcanus ad aſtra fauillam.*

Lib. 10.

*Quid face Troianos atra vim ferre Latinis?*

Valer. Flaccus lib. 8.

*— profugis infeſtam lampada Graijs*
*Concutiens.*

Apollonius lib. 4.

Τῇ δ' ἑτέρῃ πεύκην δαιμυχία.

Sic verto, ſic explico:

*Ingentem læua piceam quaſſabat ab igne*
*Terribilem.*

Nonnus lib. xii. Cyclopas exhibet:

— Μαρμαρυγῆς δαΐδεσσι. *tædis pugnantes.* item:
Δαλὸν ἔχων ἅτε τόξον.
*Pro telo fax atra fuit.* —

Meminit Strabo lib. 16. Enderitarum τόξοις χρωμένων καλαμίνοις, καὶ πεπυρακτωμένοις οἰστοῖς. Apollodorus lib. 2. de Hercule Hydram ex antro exigente: Βαλὼν βέλεσι πεπυρακτωμένοις. Hinc collucescet illud Pauli c. 6. ad Epheſios: πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρακτωμένα σβέσαι. *Omnia tela nequiſſimi ignea exſtinguere.* Florus lib. 1. c. 12. *Fidenæ, quia pares non erant ferro, ad terrorem mouendum facib. armatæ, & diſcolorib. ſerpentium in modum vittis furiali more proceſſerant.* Hauſit ex Liuii lib. 4. Florus iterum lib. 1. c. 18. *Et in turres* [elephantorum, in acie] *vibratæ faces* [à Romanis] *tota hoſtium agmina ardentib. ruinis operuerunt.* Sed & oppugnandis locis, ac munimentis faces peropportunæ. Silius teſtatur lib. 13. Maro Aen. 9. Lucanus lib. 3. Valer. Flaccus lib. 8. Appianus Ibericis, cæteríque paſſim Hiſtorici. Adeo facem incenſam priſcis pugnæ fuiſſe ſymbolum. Euſtath. in Iliad. φ. Ὅτι δὲ καὶ δαλὸς ἀνημμένος ἦν μάχης σύμβολον, Εὐριπίδης δηλοῖ. *Tædam incenſam pugnæ ſignum fuiſſe, Euripides declarat.* Ex his coniicere eſt, vnde Coriolano facultas ſit ſuppeditata ad Coriolos incendio inuadendos, aliis in acie pro mœnib. decertantib.

INTERDVMQ. IPSIS METVENDA FALARICA MVRIS INTERDVM STRIDENS PER NVBILA FERTVR ARVNDO.] Verſuum præpoſterum ordinem arguere videtur ipſa copula; facillimè redigi poteſt. Arundo hîc ſagitta ex vſu veteri, καταχρηστικῶς nunciam. Strabo lib. 16. ἦν δέ τις ἐν βάθει Ἐνδέρα γυμνητῶν ἀνθρώπων. κατοικία τόξοις χρωμένων καλαμίνοις. *In vlteriori regione erat Endera nudorum hominum habitatio calamis pro ſagitta vtentium.*

SITQ. HACTENVS ORO.] Fortè aptius: *Steiq. hactenus.*

MOX SIC LABERE SECVNDIS.] Nam

*Luxuriant animi rebus plerumq. ſecundis:*
*Nec facile eſt æqua commoda mente pati.* Phormione Terent.
*Quapropter omnes, cùm ſecundæ res ſunt maximè, tum maximè*

*Meditari ſecum oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferant.*

*Quippe ſecundæ res ſapientum animos fatigant*, inquit Salluſtius. Cuius cauſam pandit primo Hiſtor. Tacitus: *Secundæ res acrioribus ſtimulis animum explorant: quia miſeriæ toleramur, felicitate corrumpimur.* Norat apprimè Sulmonenſis Poëta tot iactatus caſibus, inſuper exilio lib. 2. de Ponto Eleg. 2.

*Tuta petant alii fortuna miſerrima tuta eſt:*
*Nam timor euentus deterioris abeſt.*

Plura Autor ad Herennium lib. 4. Cato apud Gellium lib. 7. c. 3. Nec tamen virtus ſecundis ferendis Romanis defuit. Apud Liuium lib. 22. Fabius Maximus Dictator aiebat *ſecunda ſe magis, quàm aduerſa timere.* Prouidè. Lib. 42. *Ita tum mos erat in aduerſis vultum ſecundæ fortunæ gerere, moderari animis in ſecundis.* Dictum de Romanis. Alterum tantum, dum lubeat, addere poſſumus.

NAM VIRTVS FVTILE NOMEN.] Flor. lib. 4. c. 6. *Sed quanto efficacior eſt Fortuna, quàm virtus? & quàm verum eſt, quod moriens efflauit. Non in re; ſed in verbo tantum eſſe virtutem.* Quæ hîc Bruto adſcribit, ex M. Tullio lib. 5. Tuſc. mutuatus videtur Silius. Inclinat Aelian. lib. 3. c. 47. Nec longè abit Curtius lib. 8. *Quis neget eximiam quoque gloriam ſæpius Fortunæ, quàm Virtutis eſſe beneficium?* Inde illud iactatum Græcis: Θίλω τύχης σταλαγμὸν, ἢ φρενῶν πίθον. Sed addit Silius:

*Ne decus affuerit patiendo.*

ARMA HOSTILIA MORSV APPETIT.] Modius reponit *Arua*, & Heynſius nimis præceps *alieno currere loro. Arma* fuit; & erit. Quàm in procliui fuit Calarim arma hoſtilia parantem ſpoliare, ex repentino caſu ea morſu appetere? Ecce vobis, ô boni, pares in Silii lib. 5. loci:

*— telum ore cruento*
*Exſpirans premit, atq. admorſæ immurmurat haſtæ.*

*Arua* nullus locus. Nec ſemper deiectus ſolo incubat, ſed in tela, ſed in hoſtem pugna maximè confertiore. Silius lib. 5.

*Procubuit moriens, & telum vulnere preſſit.* ibidem:
*— collapſáq. membra ſub ictu*
*Hoſte ſuper cæſo ſubita cecidere ruina.*

Cur his in locis admorderi nequeat telum, aut cæſus hoſtis, cùm morſus iſte ſit violentus, & doloris imperio, naturæque fatiſcentis extortus, non cuiuſque voluntate? Silius ante lib. 1.

*— iacet ore truci ſuper arma, viróſq.*

An tunc terram admomordit? lib. 17.

*Extendit labens palmas, Herſiúmq. iacentem* [fratrem,]
*Amplexus iuncta leniuit morte dolorem.* Lib. 4.
*— ſternit ſuper arma iacentûm*
*Corpora.*

At; inquit, Modius illud indicat hoc equidem loco.

*— mortis premit in tellure dolores.*

Prorſus quia *premit in tellure dolores*, ante non premebat arua, (ne Silius ταυτολογεῖν) ſed *morſu* tantum *hoſtilia arma appetebat*, quod conantis eſt mordere, nondum mordentis: qui conatus quia fruſtratus, cadauere humi collapſo,

cellus mordetur. Pulcrè notauit Tiberius Donatus: *Cadentes enim repentino iĉtu mordent, quod fortaſſis occurrerit*: non ſemper terram, vel *arua*.

*Hic exultantem Calarim, atq. erepta volentem*
*Induere excelſo cæſi geſtamina trunco*
*Enſe ſubit, capulóſq. tenus ferrum impulit ira.*
*Voluitur ille ruens, atque arma hoſtilia morſu*
*Appetit, & mortis premit in tellure dolores.*
*Nec Gabari, Sichæq. virum tenuere furentes*
*Concordi virtute manus, ſed perdidit acer*
*Dum ſtat, deciſam Gabar inter prælia dextram.*
*At Sichæ auxilium, magno turbante dolore,*
*Dum temere accelerat, calcato improuidus enſe*
*Succidit, & nudæ ferro veſtigia plantæ*
*Damnauit, dextráq. iacet morientis amici*
*Tandem conuertit fatalia tela Nealcæ*
*Fulminei gliſcens iuuenis furor, exilit ardens*
*Nomine tam claro ſtimulante, ad præmia cædis.*
*Tum ſilicem ſcopulo auulſum, quem montibus altis*
*Detulerat torrens, raptum contorquet in ora*
*Turbidus, incuſſo crepuerunt pondere malæ.*
*Ablatúſq. viro vultus, concreta cruento*
*Per nares cerebro ſanies fluit, atráq. manant*
*Orbibus eliſis, & trunca lumina fronte.*
*Sternitur vnanimo Marius ſuccurrere Caſpro*
*Conatus, metuénſq. viro ſupereſſe cadenti.*
*Lucis idem auſpicium, ac patrium, & commune duobus*
*Paupertas, ſacro iuuenes Præneſte creati*
*Miſcuerant ſtudia, & iuncta tellure ſerebant,*
*Velle ac nolle ambobus idem, ſociatáq. toto*
*Mens æuo, ac paruis diues concordia rebus,*
*Occubuere ſimul, votíſq. ex omnibus vnum*
*Id fortuna dedit, iunctam inter prælia mortem.*
*Arma fuere decus victori bina Simetho.*
*Sed longum tanto lætari munere caſus*
*Haud licitum Pœnis: aderat terrore minaci*
*Scipio conuerſæ miſeratus terga cohortis,*
*Et cuncti fons Varro mali, flauúſq. comarum*
*Curio, & à primo deſcendens conſule Brutus.*
*Atque his fulta viris acies repararet ademptum*

*Mole noua campum, ſubito ni turbine Pœnus*
*Agmina frenaſſet iam procurrentia ductor.*

NEC GABARI, SICHÆQ. ] Scribo auſpicibus libris nonnullis: *Gabaris* tertio declinatu. Depoſtulat analogia Amilcaris, Geſtaris, ſimilium nominum Africanorum. Neque multo pòſt habes:

— *deciſam Gabar inter prælia dextram.*

*Gabar* autem Hebræis, & Pœnis eſt *Fortis*.

SVCCIDIT, ET NVDÆ. ] Succumbit. Plaut. *Tenebræ oboriuntur, genua ſuccidunt.* Curtius lib. 9. de Alexandro M. *Continuo labore grauia genua ſucciderant.* Inde *Succiduus*. Claudianus de Raptu Proſ. lib. 3.

*Succiduis titubant greſſus.* pro *Labundis*.

Ouid. Epiſt.

*Succiduo dicar procubuiſſe genu.* pro *Lapſo*.

METVENSQ. VIRO SVPERESSE CADENTI. ] Gellium adi lib. 1. c. 22.

ET CVNCTI FONS VARRO MALI. ] Ἀρχέκακος Varro.

*Iſq; vt Varronem procul inter prælia vidit,*
*Et iuxta ſagulo circumuolitare rubenti*
*Lictorem, noſco pompam, atq; inſignia noſco,*
*Flamminius modo talis ait, tum feruidus acrem*
*Ingentis clypei tonitru prænuntiat iram.*
*Heu miſer æquari potuiſti funere Paulo,*
*Si tibi non ira ſuperûm tunc eſſet ademptum*
*Annibalis cecidiſſe manu, quàm ſæpe quærere*
*Varro Deis, quòd Sidonium defugeris enſem.*
*Nam rapido ſubitam portans in morte ſalutem*
*Procurſu cœpta ſeſe in diſcrimina vertit*
*Scipio; nec Pœnum (quanquam eſt ereptus opimæ*
*Cædis honor) mutaſſe piget maiore ſub hoſte*
*Prælia, & erepti Ticina ad flumina patris*
*Exigere oblato tandem certamine pœnas.*
*Stabant educti diuerſis orbis ab oris,*
*Quanto non aliàs vidit concurrere tellus*
*Marte viri, dextráq. pares, ſed cætera ductor*
*Anteibat Latius, melior pietate, fidéq;.*
*Diſſiluere caua turbati ad prælia nube*
*Mauors Scipiadæ metuens, Tritonia Pœno,*
*Aduentúq. Deûm intrepidis ductoribus, ambæ*
*Contremuere acies. ater quà pectore flectit*
*Pallas, Gorgoneo late micat ignis ab ore,*
*Sibiláque horrificis torquet ſerpentibus ægis.*

*Fulgentis ſanguinei, geminum vibrare cometen*
*Vt credas, oculi, ſummáq; in caſſide largus*
*Vndantes voluit flammas ad ſidera vertex,*
*At Mauors moto perturbans aëra telo*
*Et clypeo campum inuoluens, Aetnæa cyclopum*
*Munere fundentem loricam incendia geſtat,*
*Ac pulſat fulua conſurgens æthera criſta.*
*Ductores pugnæ intenti, quantûmque viciſſim*
*Auderet propius menſi, tamen arma ferenteis*
*Senſere aduenisſe deos, & lætus vterq;*
*Spectari ſuperis, addebant mentibus iras.*
*Iámq; ictu valido libratam à pectore Pœni*
*Pallas in obliquum dextra detorſerat haſtam.*
*Et Gradiuus opem diuæ portare ferocis*
*Exemplo doctus, porgebat protinus enſem*
*Aetnæum in pugna iuueni, ac maiora iubebat.*
*Tum virgo igneſcens penitus, violenta repente*
*Suffudit flammis ora, atque obliqua retorquens*
*Lumina, turbato ſuperauit gorgona vultu.*
*Erexere omnes immania membra chelydri*
*Aegide commota, primíq; furoris ad ictus*
*Retulit ipſe pedem ſenſim à certamine Mauors.*
*Hic dea conuulſam rapido conamine partem*
*Vicini montis, ſcopulíſque hærentia ſaxa*
*In Martem furibunda iacit, longéque relatos*
*Expauit ſonitus tremefacto littore Saſſon.*
*Ac non hæc Superûm fallebant prælia regem,*
*Demittit propere ſuccinctam nubibus Irim,*
*Quæ nimios frenet motus, ac talia fatur:*
*I Dea, & Oenotris velox allabere terris,*
*Germanaq; truces dic Pallas mitiget iras,*
*Nec ſperet fixas Parcarum vertere leges,*
*Dic etiam, ni deſiſtis (nam virus & æſtus*
*Flammiferæ noui mentis) nec colligis iram,*
*Aegide præcellant quantum horrida fulmina noſces.*
*Quæ poſtquam accepit dubitans Tritonia virgo,*
*Nec ſat certa diu, patrijs an cederet armis,*
*Abſiſtemus ait campo? ſed Pallade pulſa*
*Num fata auertet? cælóq; arcebit ab alto*

*Cernere Gargani feruentia cædibus arua?*
*Hæc effata, caua Pœnum in certamina nube*
*Sublatum diuerſa tulit, terraſque reliquit:*
*At Gradiuus atrox, remeantis in æthera diuæ*
*Abſceſſu reuocat mentes, fuſámq. per æquor*
*Ipſe manu magna nebula circundatus atra*
*Reſtituit pugnam, conuertunt ſigna, nouámque*
*Inſtaurant Itali, verſa formidine, cædem.*
*Tum ventis poſitus cuſtos, cui flamina carcer*
*Imperio compreſſa tenet, cælumque ruentes*
*Eurique & Boreæ patent, Corique Notique,*
*Iunonis precibus promiſſa haud parua ferentis*
*Regnantem Aeoliis Vulturnum in prælia campis*
*Effrenat, placet hic iræ exitiabilis vltor.*
*Qui ſe poſtquam Aetnæ merſit candente barathro,*
*Concepitque ignes, & flammea protulit ora,*
*Euolat horrendo ſtridore, ac Daunia regna*
*Perflat agens cæcam glomerato puluere nubem.*
*Eripuere oculos auræ, vocémque, manúsque*
*Vertice arenoſo candentes flebile dictu)*
*Torquet in ora globos Itâlum, & bellare maniplis*
*Iuſſa lacerantur rabie, tum mole ruinæ*
*Sternuntur tellure, & miles, & arma, tubæque,*
*Atque omnis retro flatu occurſante refertur*
*Lancea, & interdum Rutulis cadit irritus ictus.*
*Atque idem flatus Pœnorum tela ſecundat,*
*Et velut amento contorta haſtilia turbo*
*Adiuuat, ac Tyrias impellit ſtridulus haſtas.*

ET IVXTA SAGVLO CIRCVMVOLITARE RVBENTI LICTOREM. ] *Rubenti* purpureo. Imperatorum ſaga quandoque purpurea, diſcere eſt è Cæſaris li.5. *Nam cùm Scipio ſagulo purpureo ante regis Iuba aduentum vti ſolitus eſſet.* Liuii li.30. Plinio lib.22.c.2. *Coccum imperatoriis dicatum paludamentis.* Verùm ex imperatoris fuiſſe dignitate videtur, vt lictores concolores apparerent ex hoc Silii loco, & Varrone l.6. [illegible] o námque ituri ad bellum ſagulum mutant lictores: *Paludamenta, inquit, ſunt inſignia, & ornamenta militaria. Ideo ad bellū cū exit imperator ac lictores mutant veſtem. Hinc faſces, ſecuréſque Romanæ viam faciunt* [illegible] l. 7.c.36. Hoc eſt, quia faſcium, ſecuriúmque geruli [illegible] cunt è colore cuncti ſibi via decedendū. Appianus [illegible]que Libycis [illegible] lictores repræſentat in Scipionis triumpho: [illegible] ἡγοῦνται τοῦ στρατηγοῦ ῥαβδοῦχοι φοινικοῦς χιτῶνας ἐνδεδυκότες. *Ipſum ante-*

*eunt Imperatorem lictores puniceo amictu.* Liuius quoque lib. 41. C. Claudium culpat, quòd *non paludatis* lictoribus ierit in prouinciam. Verùm album quoque lego fuiſſe imperatori paludamentum. Valerius Max. li. 1. c. *Pullum ei* [Craſſo] *traditum eſt paludamentum, cùm in prælium exeuntib. album, aut purpureum dari ſoleret.* Pullum iſtud inominale fuit.

QVANTO NON ALIAS. ] Marte. At concinniùs *Quantos* Maronis imitatione, cui Æneide prima dictum:

— *Quantus Achilles*

Vndecima:

— *quantus*
*In clypeum adſurgat.*

Similiter Silius li. 10. de Scipione:

*Quantus Sidonium contra fera prælia miſcens.*

IPSE MANV MAGNA. ] Nonnullo virium argumento. Æneid. 5.

*Ingentíque manu malum de naue Sereſti*
*Erigit.*

Non hîc vires opus? Homerus χειρὶ παχείῃ, quo dicto Straboni diſplicuit certè non mihi.

PROMISSA HAVT PARVA FVRENTIS. ] Deprauatè. Correctiores libri: *Ferentis.* probè.

IVSSA LACERANTVR RABIE. ] Similiter P.N. M.N. & Aſc. Quidam Baſ. *Laceſſuntur*: ſententia deterior, numerus non melior: nam ſi non *iuſſa rabie*, quæ iuſſa? Reſtituo:

*Iuſſus* (Vulturnus) *acerbatur rabie.*

Ita Silius lib. 6.

*Cætera acerbantem queſtu.*

Vſurpauit & Claudianus in Rufinum li. 1.

— *exiguum ſtimulando vulnus acerbat.*

Statius Thebaide nona:

— *acerbat vulnera dictis.* Item 12.

STERNVNTVR TELLVRE ET MILES, ET ARMA, TVBÆQVE. ] Melius: *Iubæque* quæ menda ſerpſit in Silio. Inopinata, miráque venti impotentia: maior apud Diodorum eoſdem obturbantis locos li. 5. Ἀπὸ γὰρ θερινῆς δύσεως, καὶ ἄρκτου πνεῖν εἰώθασιν ἄνεμοι τηλικαύτην ἔχοντες σφοδρότητα, καὶ δύναμιν, ὥστε ἀναρπάζειν ἀπὸ τῆς γῆς λίθους χειροπληθιαίους τοῖς μεγέθεσι, καὶ τὸν ψηφίδων ἁδρομερῆ κονιορτόν. καθόλου δὲ καταιγίζοντες λάβρως ἁρπάζουσιν ἀπὸ μὲν τῶν ἀνδρῶν τὰ ὅπλα, καὶ τὰς ἐσθῆτας, ἀπὸ δὲ τῶν ἵππων τοὺς ἀναβάτας: *Ab aſtiuo occaſu, & Septentrione venti tanto ſpirant impetu, tanta vi, vt manuaria ſaxa abripiant ſolo, vt denſiſſimum ſuſtollant calculi puluerem. Denique vehementiore concita procella viris arma veſtéſque excutiunt, & equis adſcenſores.* Gemina his prodit Strabo li. 4. Lucanus li. 9. de venti rabie per Africæ deſerta deſæuientis:

— *galeas, & ſcuta virorum*
*Piláq; contorſit violento ſpiritus actu*
*Intentúſque tulit magni per inania cæli.*
*Illud in externa for ſan, longéque remota*
*Prodigium tellure fuit: delapſáque cælo*

*Arma timent gentes, hominúmque erepta lacertis*
*A Superis demiſſa putant. Sic illa profectò*
*Sacrifico cecidere Numæ, quæ lecta iuuentus*
*Patricia ceruice mouet: ſpoliauerat Auſter,*
*Aut Boreas populos ancilia noſtra ferentes.*

*Tum denſo fauces præcluſus puluere miles*
*Ignauam mortem compreſſo mæret hiatu,*
*Ipſe caput flauum caligine conditus atra*
*Vulturnus, multáque comam perfuſus arena*
*Nunc verſos agitat tergo ſtridentibus alis,*
*Nunc mediam in frontem veniens clamante procella*
*Obuius arma quatit, patulóq. inſibilat ore.*
*Interdum intentos pugnæ, & iam iámque ferentes*
*Hoſtili iugulo ferrum, conamine & ictu*
*Auertit, dextrámque ipſo de vulnere vellit.*
*Nec ſatis Auſonias paſſim fœdare cohortes,*
*In Martem vomit immixtas mugitibus auras*
*Bísque Dei ſummas vibrauit turbine criſtas:*
*Quæ dum Romuleis exercet prælia turmis.*
*Aeolius furor, & Martem ſuccendit in iras,*
*Affatur virgo ſocia Iunone parentem:*
*Quantos Gradiuus fluctus, in Punica caſtra*
*Reſpice agit, quantíſque furens ſe cædibus implet.*
*Nunc quæſo terris deſcendere non placet Irim?*
*Quanquam ego non Teucros (noſtro cum pignore regnet*
*Roma & Palladio ſedes hac vrbe locarim)*
*Non Teucros delere aderam, ſed lumen alumnæ*
*Annibalem Libyæ, pelli florentibus annis*
*Vita, atque extingui primordia tanta negabam.*
*Excipit hæc Iuno, longíq. laboris ab ira*
*Imo, ait, vt noſcant gentes, immania quantum*
*Regna Iouis valeant, cunctíſque potentia quantum*
*Antiſtet coniux Superis tua, diſcute telo*
*Flagranti (nil oramus) Cartaginis arces,*
*Sidoniámque aciem vaſto telluris hiatu*
*Tartareis immerge vadis, aut obrue ponto*
*Contra quæ miti reſpondet Iuppiter ore.*
*Certatis fatis, & ſpes extenditis ægras.*
*Ille ô nata libens, cui tela inimica ferebas*

*Contundet*

*Contundet Tyrios iuuenis, ac nomina gentis*
*Induet, & Libycam feret in Capitolia laurum*
*At cui tu coniux, cui das animóſque, decúſque,*
*(Fata cano) auertet populis Laurentibus arma.*
*Nec longe cladis metæ, venit hora, diéſq;*
*Qua nullas vnquam tranſiſſe optauerit alpes.*
*Sic ait, atque Irim propere demittit olympo,*
*Quæ reuocet Martem, iubeátq; abſcedere pugna.*
*Nec vetitis luctatus abit Gradiuus in altas*
*Cum fremitu nubes, quanquam lituíq;, tubæque,*
*Vulneráque, & ſanguis, & clamor, & arma iuuarent.*
*Vt patuit liber Superûm certamine tandem,*
*Laxatúſque Deo campus, ruit æquore ab imo*
*Pœnus, quo ſenſim cæleſtia fugerat arma.*
*Magna voce trahens equitémque virósque, feræque*
*Turrigeræ molem, tormentorúmq. labores.*
*Atq. vbi turbantem leuiores enſe cateruas*
*Agnouit iuuenem, ſcintillauítque cruentis*
*Ira genis, quæ nam furiæ, quíſue egit in hoſtem*
*En Minuti deus, vt rurſum te credere nobis*
*Auderes inquit? genitor tibi, natus ab armis*
*Ille meis, vbi nunc Fabius? ſemel improbe noſtras*
*Sit ſatis euaſiſſe manus: atque inde ſuperbis*
*Haſta comes dictis, murali turbine pectus*
*Transforat, & voces venturas occupat ictu.*
*Nec ferro ſæuire ſat eſt, appellitur atra*
*Mole fera, & monſtris componitur Itala pubes.*
*Nam prouectus equo, moderantem cuſpide lucas*
*Maurum in bella boues, ſtimulis maioribus ire,*
*Ac raptare iubet Libycarum armenta ferarum.*
*Immane ſtridens agitur, crebróq. coacta*
*Vulnere bellatrix properos fert belua greſſus.*
*Liuenti dorſo turris, flammáque, virísque,*
*Et iaculis armata ſedet, procul aſpera grando*
*Saxorum ſuper arma rui. paſſimque volanti*
*Celſus telorum fundit Libys aggere nimbum*
*Stat niueis longum ſtipata per agmina vallum*
*Dentibus, atque ebori præfixa comminus haſta*
*Fulget ab incuruo deiecta cacumine cuſpis.*

*Hic inter trepidos rerum, per membra, per arma*
*Exigit Vfentis ſceleratum belua dentem,*
*Clamantémque ferens calcata per agmina portat.*
*Nec leuius radio læuum qua tegmine thorax*
*Multiplicis lini claudit latus, improba ſenſim*
*Corpore non læſo penetrarunt ſpicula dentis,*
*Et ſublime virum clypeo reſonante tulerunt.*
*Haud excuſſa noui virtus terrore pericli.*
*Vtitur ad laudem caſu, geminúmque citato*
*Vicinus fronti lumen tranſuerberat enſe.*
*Extimulata graui ſeſe fera tollit ad auras*
*Vulnere, & erectis excuſſam cruribus alte*
*Ponè iacit voluens reflexo pondere turrim.*
*Arma viríque ſimul, ſpoliatáque belua viſu*
*Sternuntur, ſubita (miſerandum) mixta ruina.*
*Spargere flagrantes contra bellantia monſtra*
*Dardanius tedas victor iubet, & facis atræ*
*Quos fera circunfert, compleri ſulfure muros.*

Nvnc versos agitat tergo stridentibvs alis, Nvnc mediam in frontem. ] Medela eſto:

*Nunc verſos agit a tergo ſtr. a.*

Bisqve Dei.] Martis.

Affatvr Virgo. ] Pallas.

Longiqve laboris ab ira. ] Pertæſa Iuno tam longarum ærumnarum, quibus Pœni laborant ſe orbi dominos imponere.

Atqve Irim propere. ] Idem munus Iris fungitur Iliad. θ. vbi Iunonem, Palladémque prœlio Iupiter auocat.

Nec levivs radio. ] Lego:

*Et leuius radio.*

Dardanivs tædas. ] Ignis æque leonum, & elephantorum terror. Ælianus li. 7. c. 6. Δεδοίκασι δὲ πῦρ ὁμοίως οἱ λέοντες καὶ ἐλέφαντες. *Ignem æquè timent leones, atque elephanti.*

*Nec iuſſo mora, collectis fumantia lucent*
*Terga elephantorum, flammis, raptúsq; ſonoro*
*Ignis edax vento, per propugnacula fertur.*
*Non aliter Pindo Rhodopéve incendia paſtor*
*Quum iacit, & ſyluis ſpatiatur feruida peſtis.*
*Frondoſi igneſcunt ſcopuli, ſubitóque per alta*
*Collucet iuga diſſultans Vulcanius ardor.*
*It fera candenti torrente bitumine corpus*

*Amens,& laxo diducit limite turmas.*
*Nec cuiquam virtus propiora capeſſere bella*
*Longinquis audent iaculis,& arundinis ictu.*
*Vritur impatiens,& magni corporis æſtu,*
*Donec vicini tandem ſe fluminis vndis*
*Præcipitem dedit,& tenui decepta liquore*
*Stagnantis per plana vadi,tulit incita longis*
*Extantem ripis flammam,tum deniq; ſeſe*
*Gurgitis immerſit molem capiente profundo.*
*At quà pugna datur,necdum Mauruſia peſtis*
*Igne calet, circunfuſi Rheteia pubes,*
*Nunc iaculis,nunc & ſaxis, nunc alite plumbo*
*Eminus inceßunt , vt qui caſtella per altos*
*Oppugnat munita locos,atq; obſidet arces.*
*Auſus digna viro,fortuna & digna ſecunda,*
*Extulerat dextram,atque aduerſum comminus enſem*
*Mutius infelix auſi, ſed ſtridula anhelum*
*Feruorem effundens monſtri manus,abſtulit acri*
*Implicitum nexu,diróque ligamine torſit,*
*Et ſuperas alte miſerum iactata per auras*
*Tellure eliſit,ac flexit (flebile) membris.*
*Has inter clades viſo Varrone ſub armis*
*Increpitans Paulus,quin imus comminus,inquit,*
*Ductori Tyrio, quem vinctum colla catenis*
*Staturum ante tuos currus promiſimus vrbi?*
*Heu patria,heu plebes ſcelerata,& praua fauoris,*
*Haud vnquam expedies tam dira ſorte malorum,*
*Quem tibi non naſci fuerit per vota petendum,*
*Varronem,Annibalemne magis? dum talia Paulus*
*Vrget præcipitans Libys,atque in terga ruentum*
*Ante oculos cunctas ductoris concitat haſtas.*
*Pulſatur galea,& quatiuntur Conſulis arma,*
*Acrius hoc Paulus medios ruit aſper in hoſtes,*
*Tum verò excuſſus mentem,in certamina Paulo*
*Auis deducto,conuertit Varro,manúq;*
*Cornipedem inflectens,das,inquit,patria pœnas*
*Quæ Fabio incolumi,Varronem ad bella vocaſti.*
*Quænam autem mentis,vel quæ diſcordia fati?*
*Parcarúmque latens fraus eſt? abrumpere cuncta*

*Iamdudum cum luce libet: ſed comprimit enſem*
*Neſcio quis Deus,& meme ad grauiora reſeruat.*
*Viuámne? & fractos, ſparſóſque cruore meorum*
*Hos referam populo faſces? atque ora per vrbes*
*Iratas ſpectanda dabo? & quo ſæuius ipſe*
*Annibal haud poſcat, fugiam, & te Roma videbo?*
*Plura indignantem, telis propioribus hoſtes*
*Egere,& ſonipes rapuit laxatus habenas.*

RAPTVSQVE SONORO IGNIS EDAX VENTO. ] Marſus: *Partus*. Modius & Heynſius: *Paſtus*. Quid vulgata clarius:

*Ignis vento raptus per propugnacula fertur?*

Et vt *ignis paſtus* alibi quadret aptiſſimè: tamen hîc ineptiuſculum eſt: *Ignis paſtus edax.*

RHODOPEVE INCENDIA PASTOR

CVM IACIT. ] Simili paſtorum incendio montes Pyrenæos arſiſſe retulit, lib. 5. Bibliothecæ Diodorus: Iliados ο:

— Ἠ ὀλοὸν πῦρ
Οὔρεσι μαίνηται βαθέης ἐνὶ τάρφεσιν ὕλης.
— *aut perniciabilis ignis*
*Alto in monte furit, qua confertiſſima ſylua.*

Apollonius li. 4. Argon. Lucretius li. 5.

MAGNI CORPORIS ÆSTV. ] Explet Modius Nouantiquus:

*Huc, atque huc iactas accendit bellua flammas.*

MVTIVS INFELIX AVSI. ] Modius: *Mincius*. Certè Mutius Scæuola ſaxo prius obtritus fuit à Nealce hoc ipſo libro: Marſique codex: *Mnicius* ex quo rectam ſcripturam pronum fuit elicere.

TELLVRE ELISIS AFFLIXIT. ] Modius ſibi lectorem deuinxit ea correctione. Fuerat:

*Tellure eliſit, ac flexit.*

STATVRVM ANTE TVOS CVRRVS PROMISIMVS VRBI. ] Ioſ. Scaliger in Catullum iactat vidiſſe ſe primum reponendum *Staturi*. Vereor ne ſpeculum mendax nobis venditet. Varro námque iactantior id promiſerat. Pariter etiam Silius li. 17. eſt elocutus:

*Si renuat, blande nimium, facilique marito*
*Statura obſequia.*

FVGIAM, ET TE ROMA VIDEBO? ] Varro Conſul autor pugnæ, autor & fugæ. Appianus Annibalicis: Τραπέντες ἔφευγον ἀκόσμως, πρῶτοι μὲν οἱ ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ, καὶ ὁ Τερέντιος αὐτοῖς ἐξῆρχε τῆς φυγῆς: *Verſi, inordinatique primi fugiebant, qui in dextro cornu, ipſiſque autor fugæ Terentius.*

IN LIB. X. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO,

Claud. Dauſqueij Can. Tor.

COMMENTARIVS.

*PAulus vt aduerſam videt increbeſcere pugnam,*
*Ceu fera, quæ, telis circumcingentibus, vltro*
*Aſſilit in ferrum, & per vulnera colligit hoſtem,*
*In medios fert arma globos, ſeſeq. periclis*
*Ingerit, atque omni lethum molitur ab enſe.*
*Increpat horrendum perſtate, & fortiter, oro*
*Pectoribus ferrum accipite, ac ſine vulnere terga*
*Ad manes deferte viri, niſi gloria mortis*
*Nil ſupereſt: idem ſedes adeuntibus imas*
*Hic vobis dux Paulus erit. velocius inde*
*Hæmonio Borea, pennáq. citatior ibat*
*Quæ redit in pugnas fugientis arundine Parthi:*
*Atque vbi certamen primi ciet immemor æui*
*Petus Gradiuus mente, & cito fertur in hoſtes,*
*Ac iuuenem quem Vaſco leuis, quem ſpicula denſus*
*Cantaber vrgebat, lethalibus eripit armis.*
*Abſceſſere retro, pauidíque in terga relatos*
*Abduxere gradus, vt lætus valle remota*
*Cùm capream venator agit, feſſámque propinquo*
*Inſequitur curſu, & ſperat iam tangere dextra,*
*Si ferus aduerſo ſubitum ſe protulit antro,*
*Et ſtetit ante oculos frendens leo, deſerit vna*
*Et color, & ſanguis, & tela minora periclo.*
*Nec iam ſperata cura eſt in pectore prædæ.*
*Nunc in reſtantes mucronem comminus vrget,*
*Nunc trepidos, ac terga mala formidine verſos*
*Aſſequitur telis, furere, ac decorare labores,*
*Et ſæuire iuuat: cadit ingens nominis expers*

*Vni turba viro: Alter ſi detur in armis*
*Paulus Dardaniis, amittant nomina Cannæ.*

PECTORIB. FERRVM ACCIPITE.] Quod ſolent gladiatores animoſi, & valentes. Cicero pro Sextio: *Ipſum verò quid accuſat? num defuit gladius? num repugnauit? num, vt gladiatoribus imperare ſolet, ferrum non recepit?* Maro:

*— Iuguloq. haud inſcius accipit enſem.*

HÆMONIO BOREA.] Mendoſa ſunt exemplaria, quibus neglecta diphthongus: fluuio námque Hęmo nomen poſuit Hæmus Scytharum rex, Euſtath. in Dionyſ. Mendoſa, quæ abſq. adſpirationis nota cuiuſuis Autoris. Priorem enim ſyllabam aſperat Theocritus Idyll. 7.

Εὖτε χιὼν, ὥς τις κατατάκετο μακρὸν ὑφ' Αἷμον.
*Plurima nix veluti ſub longo liquitur Hæmo.*

Alioqui ſcriptum oportuit ὑπ' Αἶμον. Liber item Valerii Flacci chirographus *Hæmoniam* exhibet fide Carrionis. Eſt & in Thracia mons *Hæmus*, à quo montiuagus Boreas *Hæmonius* Poëtis dicitur. Strabo lib. 7. πρὸς μὲν οὖν τῷ Πόντῳ τὸ Αἷμον μέγιστον τῶν ταύτῃ, καὶ ὑψηλότατον μέσην πως διαιροῦν τὴν Θρᾴκην. *propter Pontum Hæmum maximum hac in regione montium, & celſiſſimum mediam interſecantem Thraciam.* Alii ἀπὸ τοῦ Αἵματος, *à ſanguine* fluxo de Typhonis membris, cùm crebris fulminib. ibi Iupiter eum appetiiſſet, Apollod. li. 1. Ipſa quoque Theſſalia orthographiam hanc comprobat, quæ olim *Hæmonia*. Apollon. lib. 4.

Αἱμονίην δ' ἐξαῦτις ἀφ' Αἵμονος.

ET CITO FERTVR IN HOSTES AC IVVENEM.] Malim: *Hæc citò*: nam ad Paulum referenda. Vel.

*— & cito fertur in hoſtem*
*Et i.*

itidem ad Paulum oratione relata, qui Pætum iuuenem hoſti eripuit.

VNI TVRBA VIRO: ALTER SI.] Ita Codd. vniuerſi præter Lugdunenſem cui: *Viro: Iam alter ſi.*

ALTER SI DETVR IN ARMIS PAVLVS DARDANIIS: AMITTANT NOMINA CANNÆ.] Παρίζεται ex illo Diomedis de Aenea:

*Si duo præterea tales Idæa tuliſſet*
*Terra viros, vltro Inachias veniſſet ad vrbes*
*Dardanus, & verſis lugeret Græcia fatis.*

Vtrique Homerus præiuerat de Neſtore:

Εἰ δέκα τοιοῦτοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν,
Τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος.
*Si Graium dent tales mihi conſultores*
*Sint, ſubito Priameia regna labaſcant.*

*Tandem inclinato cornu ſine more ruebat*
*Prima acies, non parca fuga Labienus, & Ocris*
*Sternuntur letho atque Opiter, quos Setia colle*
*Vitifero, celſis Labienum Cingula ſaxa*

*Miſerunt muris, iunxit fera tempora lethi*
*Sidonius non conſimili diſcrimine miles:*
*Nam Labienus obit penetrante per ilia cornu*
*Fratres, hic humero cecidere, hic poplite cæſo.*
*Oppetis & Tyrio ſuper inguina fixe veruto*
*Mæcenas, cui Mæonia venerabile terra,*
*Et ſceptris olim celebratum nomen Hetruſcis.*
*Per medios agitur, proiecto lucis amore*
*Annibalem luſtrans Paulus: ſors vna videtur*
*Aſpera, ſi occumbat ductore ſuperſtite Pœno.*
*Quam metuens molem (neque enim certamine ſumpto*
*Tempeſtas tanta, & rabies impune fuiſſet)*
*In faciem pauidi Iuno conuerſa Metelli,*
*Quid vanos, inquit, Latio ſpes vnica Conſul*
*Incaſſum renouas fato renuente furores?*
*Si ſupereſt Paulus, reſtant Aeneia regna,*
*Sin ſecus, Auſoniam tecum trahis: ire tumentem*
*Tu contra iuuenem, & caput hoc abſcindere rebus*
*Turbatis ô Paule paras? nunc Hannibal ipſi*
*(Tam lætus bello eſt) auſi certare tonanti.*
*Et iam (conuerſis vidi nam flectere habenis)*
*Euaſit Varro, ac ſeſe ad meliora reſeruat.*
*Sit ſpatium fatis, & dum datur eripe letho*
*Hanc noſtris maiorem animam, mox bella capeſſes.*
*Ad quæ ſuſpirans ductor, mortémne ſub armis*
*Cur poſcam, cauſa iſta parum eſt, quod talia noſtra*
*Pertulerint aures ſuadentem monſtra Metellum?*
*I demens, i carpe fugam, non hoſtica tela*
*Excipias tergo, ſuperos precor, integer oro*
*Intactúſq. abeas, atque intres mœnia Romæ*
*Cum Varrone ſimul, talin' pauidiſſime dignum*
*Me vitæ? pulchráq. indignum morte putaſti?*
*Quippe ſinit Pœnus, qui nunc contraria bella*
*Ipſi ferre Ioui valeat, prôh degener altæ*
*Virtutis patrum, quando certamen inire,*
*Cuíve viro mallem memet componere, quàm qui*
*Et victus dabit, & victor per ſecula nomen?*
*Talibus increpitat, mediosq. aufertur in hoſtes,*
*Ac retro curſum ſcudentem ad crebra ſuorum*

*Agmina,& in denſis furantem membra maniplis,*
*Per conferta virûm,& ſtipata vmbonibus arma*
*Conſequitur melior planta,atque obtruncat Acerram.*

CINGVLA SAXA.] Plin.lib.3.c.5.memorantur *Cingulani*, & c.13. in quintam regionem referuntur. Cicero lib.7.ad Atticum epiſt.11. *Cingulum nos tenemus: Anconem amiſimus.*

PENETRANTE PER ILIA CORNV.] *Corno* ſcribendum ariolatur nonnemo; ſententia certè non alia fuerit: cornus enim ſagittæ materia eſt, cornu particula.

MÆCENAS ... CVI SCEPTRIS OLIM CELEBRATVM NOMEN ETRVSCIS.] Horat.lib.3.Oda 29.

*Tyrrhena regum progenies.*

& lib.1. Oda 1. Propert.lib.3.

*Mæcenas eques Etruſco de ſanguine regum.*

Velleius lib.2.

*C. Mæcenas equeſtri, & ſplendido genere natus.*

SORS VNA VIDETVR ASPERA.] *Mors* reponit autor Crepundiorum. Non id magis hoc loco ferendum, quàm ſi Aeneid.6. id faciat, vbi eſt:

*— ſortémque animo miſeratus iniquam*
*Cernit ibi mæſtos, & mortis honore carentes.*

IRE TVMENTEM TV CONTRA IVVENEM.] Pauli venuſtate 2.Faſt.

*Iupiter intumuit, quáq. eſt non vſa modeſtè*
*Eripit huic linguam.*
*Ira tumida corda.* Aeneid.6.

MOX BELLA CAPESSES.] Tritum eſt: Ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχέσεται.

I DEMENS, I, CARPE FVGAM: NON HOSTICA TELA EXCIPIAS TERGO.] Iliad. Θ. Diomedes Vlyſſi in fugam verſo:

Πῆ φεύγεις μετὰ νῶτα βαλὼν, κακὸς ὣς ἐν ὁμίλῳ;
Μήπως τι φεύγοντι μετάφρενον ἐν δόρυ πήξῃ.
*Quò fugis ex acie conuertens terga, fugax vt*
*Non tergo excipias, dum te abripis, hoſtica tela.*

*Vt canis occultos agitat quum belgicus apros,*
*Erroréſque feræ ſollers per deuia merſa*
*Nare legit, tacitóque premens veſtigia roſtro*
*Luſtrat inacceſſos venantum indagine ſaltus.*
*Nec ſiſtit, niſi conceptum ſectatus odorem,*
*Deprendit ſpiſſis arcana cubilia dumis.*
*At coniux Iouis, vt Paulum depellere dictis*
*Nequicquam fuit, & Conſul non deſinit ire*
*In faciem Mauri, rurſus mutata Gelaſtæ*
*Aduocat ignauum ſæua ad certamina Pœnum.*

*Huc*

*Huc tela, huc, inquit, dextram implorantibus affer*
*O decus æternum Cartaginis, horrida iuxta*
*Stagnantes Conſul molitur prælia ripas,*
*Et laus haud alio maior datur hoſte perempto.*
*Hæc ait & iuuenem diuerſa ad prælia raptat.*
*Flumineo Libycam turbabat in aggere pubem,*
*Chriſtæ nomen erat, bis terni iuncta ferebant*
*Arma ſenem circa nati, paupérque penatum*
*Sed domus haud obſcura Tuder, notúſque per Vmbros*
*Bellator populos, factis & cæde docebat*
*Natorum armigeram pugnas tractare cohortem.*
*Vnanima inde phalanx credo ducente magiſtro,*
*Poſtquam hominum ſatiata necem, proſtrauerat ictu*
*Innumero cum turre feram, facibúſque ſecuta,*
*Ardentem monſtri ſpectabat læta ruinam,*
*Cùm ſubitus galeæ fulgor, conóque coruſcæ*
*Maiore intremuere iubæ: nec tarda ſenectus*
*Agnouit hac luce virum, rapit agmina natos*
*Sæua parens vltro in certamina, & addere paſſim*
*Tela iubet, nec manantes ex ore feroci,*
*Aut quæ flagrarent galea exhorreſcere flammas.*
*Armiger haud aliter magni Iouis, anxia nido*
*Quum dignos nutrit geſtanda ad fulmina fœtus,*
*Obuerſam ſpectans ora ad Phaëtontia prolem,*
*Explorat dubios Phœbea lampade natos.*
*Iámque ſuis daret vt pugnæ documenta vocatis,*
*Stridentem gelidis vibrauit viribus haſtam,*
*Quæ medias raptim velox præteruolat auras.*
*Hæſit multiplici non alte cuſpis in auro,*
*Atque ſenem inualido dependens prodidit ictu.*

VT CANIS OCCVLTOS APROS. ] *Ἐμφωλεύοντας deliteſcentes.* Ariſtoteli, Poëtis *φωλάδας.*

MERSA NARE LEGIT.] Canina naris aëri vuenti, atque ex aprorum ſpiritu conflato innatans, *merſa* Poëtæ dicitur: ſiquidem quæ naris odoratur, odoro ſpiritu perfuſa eſt, & Poëtica dictione *Merſa.* Naturæ ignoratio locum, extra me fuiſſet, deprauauerat, Heynſiique manu ſuppoſitum erat: *Terſa.* Verum audiat Apollonii Scholiaſten in lib. 2. *προεγείρουσιν οἱ κυνηγοὶ πρὸ ἡμέρας ἐξάγειν τοὺς κύνας ἐπὶ θήραν, ἵνα πρὸ ἡλίου ἐπιτολῆς εὐχερῶς ἰχνηλατῶσι τοὺς ῥίων: Mouent venatores ante diem canes ad venationem educendos: vt ante Solis ortum opportunius naribus ferarum veſtigia perſequantur.* Quia videlicet aërem

infectum ſpiritu ferarum calore ſuo purgat Sol actior, & earum quaſi ſignata in aëre veſtigia odorata diſſipat. Hoc eſt, quod ipſe Apollonius lib. 4. venuſtiſſimè, planiſſimè:

Οἵ τε κύνεσσι πεποιθότες ὔποτε νύκτα
Ἄγραυλοι κνώσσουσιν ἀλευάμενοι φάος Ἠοῦς
Μὴ πρὶν ἀμαλδύνῃ θηρῶν στίβον, ἠδὲ καὶ ὀδμὴν
Θηρείην λευκῇσιν ἐνισκίμψασα βολῇσιν:
*Quos canibus fretos ſub prima crepuſcula Solis*
*Nunquam ſomni hebetant: Auroræ lumina ne fors*
*Obſcurent calcata feris veſtigia, néue*
*Albentis radio exhauſti perdantur odores.*

Nemeſianus Cynegeticis:

*Venemur, dum mane nouum, dum mollia prata*
*Nocturnis calcata feris veſtigia ſeruant.*

Tunc cùm reſtat vberior ſparſa per aërem ferarum anima, odora canum vis haurit affatim, *mergitur*. Hoc dicit Silius:

*Erroréſque via ſollers per deuia merſa*
*Nare legit.*

Nec ſtat; addit:

*— niſi conceptum ſectatus odorem.*

Si *conceptus odor*, iam canina naris eo *merſa*, non *terſa*. Ea cauſa *pinguem auram* cecinit Sidonius Apollinaris, qua naris mergi potis. Carmine ſeptimo:

*Raptores ceu fortè lupi, qui nare ſagaci*
*(Monſtrat odor pinguem clauſis ab ouilibus auram)*
*Irritant, acuuntque famem.*

Artgeſiæ noſtræ nobilitas ſedulò propterea ſeruat, vt canes ante auroram ad venandum agat: orto námque Sole, ac diſſipato odore copioſiore, ferè experiuntur eos ſegneſcere, cunctari, fugitantes laboris: etſi Franci ſuos aliter conſuefaciunt, quorum canes

*Aera per nitidum tenues ſectantur odores,*

vt Varius apud Macrobium loquitur. Seneca in Hippolyto:

*Nunc demiſsi nare ſagaci*
*Captent auras, luſtráq. preſſo*
*Quærant roſtro: dum lux dubia eſt,*
*Dum ſigna pedum roſcida tellus*
*Impreſſa tenet.*

Heynſius hîc nullus: piſcator quippe non venator. Addo: quippe *acceptis canum latratibus ſecundo vento vias dirigunt, vt odor cum ipſis recedat*, Solini vox eſt c. 31.

QVIPPE SINIT POENVS, QVI NVNC CONTRARIA BELLA IPSI FERRE IOVI VALEAT.] Præſtabilius ſit: *Quippe furit Pœnus.*

DEPRENDIT SPISSIS ARCANA CVBILIA DVMIS.] Laudi huic canis Belgici in perſequendo, & deprehendendo apto etiamnum hodie venatorum experientiores ſubſcribunt: *Deprehendendo*: ſiquidem fatentur non æquè valere apprehendendo, quæ præſtantia eſt Anglicorũ canum. Quod & æuo ſuo fuiſſe innuit Strabo lib. 4. Κύνας δ' εὐφυεῖς πρὸς τὰς κυνηγεσίας, *canes ve-*

*nationibus nati*. ex Britannia ſcilicet exportantur, quorum noſtratibus hodie non poſtrema cura. Nec tamen in apprehendendo nullus canis Belgicus. Martialis lib. 3. Epig. 47.

*Leporémque læſum Gallici canis dente.*

Videtúrque ad eos illud Ouidii pertinere:

*A cane non magno ſæpe tenetur aper.*

Britannici námque vaſtiores Belgicis. Certè Gallici præclara memoria eſt Metam. 1.

*Ut canis in vacuo leporem cùm Gallicus aruo*
*Vidit, & hic prædam pedibus petit.*

NON DESINT IRÆ.] *Deſine irarum calidæque rixæ*, Horat.

IN FACIEM MAVRI RVRSVS MVTATA.] Adeo Romanis infeſta Iuno. at, ne neſcias, Varroni potiſſimum. Lactantius lib. 2. de Origine erroris c. 16. *Quoties autem pericula impendent, ob aliquam ſe ineptam, & leuem cauſam profitentur iratos: ſicut Iuno Varroni, quòd formoſum puerum in templo Iouis ad excubias tenendas collocarat: & ob hanc cauſam Romanum nomen apud Cannas pene deletum eſt*. Valerius lib. 1. c. 1.

ADVOCAT IGNAVVM SÆVA AD CERTAMINA POENVM.] Ac ſi dicat: Nihil agis, ô Annibal, dum Paulus molitur tot funera: ignauus es, & re minora geris:

*Huc tela, huc dextram.*

Quibus id non intellectum, repoſitum iuerunt:

*Auocat ignarum ſæuo à certamine Pœnum.*

SED DOMVS HAVD OBSCVRA TVDER.] Strabo: Τοῦδερ εὐκλεὴς πόλις. *Domus* pro ciuitate, aut patria venuſtè quoq. Virgil. poſuit: *Qui Cærete domo.* Veteres inſcriptiones in id plurimas vidimus. Item in eo: *Belliq. domiq.*

POSTQVAM HOMINVM SATIATA NECEM, PROSTRAVERAT ICTV.] Reſcribo: *Satiata nece eſt*. Nec malè (qualia priùs condocefecimus:)

— *ſatiata nece, proſtrauerat.*

RAPIT AGMINA NATOS.] Lectio nihili. Repono: *Agmine*, ab ordine, vel *Agmine*, ſimul actos, vt oblatam pugnam capeſſant. Vel *Agnita* in certamina. Sed prior lectio ſtat etiam codice Venetiano.

OBVERSAM SPECTANS ORA AD PHAETHONTIA PROLEM.] De aquila protrita res. Qui plura volet, adeat Lucanum lib. 9. Claudianum Præfatione in Panegyrim ſuper tertio Honorii Conſulatu, qui γλαφυρώτατα id cecinit. Aelianum lib. 2. c. 26. D. Aug. tractatu 36. in Ioannem.

*Cui Pœnus: quis nam ad caſſos furor impulit ictus*
*Exanguem dextram ſenio? vix prima momordit*
*Tegmina Callaici cornus tremebunda metalli.*
*En reddo tua tela tibi, memorabilis iſta*
*A nobis melius diſcet bellare iuuentus.*
*Sic propria miſeri transfigit pectora cornu.*
*At contrà (horrendum) bis terna ſpicula dextra*
*Torta volant, paribúſq. ruunt conatibus haſtæ.*

*Haud ſecus ac Libyca fœta tellure leæna*
*Inuadunt rapidi iam dudum, & inania tentant*
*Nondum ſat firmo catuli certamina dente.*
*Conſumit clypeo tela, & collectus in arma*
*Suſtinet ingentes crepitantibus ictibus haſtas*
*Sidonius ductor: nec iam per vulnera credit,*
*Aut per tot cædes actum ſatis, iráque anhelat,*
*Ni letho det cuncta virûm, iungátque parenti*
*Corpora, & excidat miſeros cum ſtirpe penates.*
*Tunc Abarim affatur, nanq; vna hic armiger ira*
*Flammabat martem, atq; omneis comes ibat in actus.*
*Suppedita mihi tela, vadis liuentis Auerni*
*Demitti globus ille cupit, qui noſtra laceſſit*
*Tegmina, iam ſtultæ fructus pietatis habebit.*
*Hæc fatus, iaculo Lucam, qui maximus æui,*
*Tranſadigit, preſſa iuuenis cum cuſpide labens*
*Arma ſuper fratrum reſupino concidit ore.*
*Mortiferum inde manu properantem vellere ferrum*
*Pilo Volſonem (nanque hoc de ſtrage iacentum*
*Sors dabat) affixa ſternit per tegmina nare.*
*Tum Veſulum calido lapſantem in ſanguine fratrum*
*Enſe metit rapido, plenámq; (heu barbara virtus)*
*Abſciſi galeam capitis, ceu miſſile telum*
*Conuerſis in terga iacit. Teleſinus ad oſſa*
*Illiſo ſaxo, quà ſpina interſtruit artus,*
*Occumbit, fratríſque videt labentia membra*
*Quercentis, quem funda procul per inane voluta*
*Sopierat, dum ſupremam Teleſinus in auras*
*Exhalat lucem, & dubitantia lumina condit*
*At feſſus mœrore ſimul curſúq; metúque*
*Et tamen haud iræ vacuus, non certa per æquor*
*Interdum inſiſtens Peruſinus membra ferebat,*
*Hunc ſude, quam Libyci raptam per terga iacentis*
*Armiger obtulerat monſtri, ſuper inguina fixum*
*Obtruncat, quercuq; premit violentus obuſta.*
*Tentarat pr[illegible] ſæuum lenire furorem,*
*Sed ſtygius [illegible] impleuit feruor hiatus,*
*Et pulm[illegible]e tenus depreſſit anhelitus ignem.*
*Tandem cum toto cecidit grege, nomen in Vmbre.*

*Clarum Chriſta diu populo, ceu fulmine celſa*
*Eſculus, aut proauis ab origine cognita quercus*
*Cùm fumat percuſſa Ioui, ſacróſq; per æuum*
*Aethereo ramos populantur ſulfure flammæ,*
*Donec victa deo late procumbit, & omnem*
*Collabens operit ſpatioſo ſtipite prolem.*
*Atque ea dum iuxta Tyrius ſtagna Aufida ductor*
*Molitur, Paulus numeroſa cæde futuram*
*Vltus iam mortem, ceu victor bella gerebat.*

FOETA TELLVRE LEÆNA. ] Adiungit Modius:

*Venator premit obſeſſo quam Maurus in antro.*

OMNES COMES IBAT IN ACTVS. ] *Vocabulum Actus pro eo, quod Græci dicunt* ἐνέργειαν, *planè barbarum eſt, & priſcis illis temporibus, quibus Romani ſermonis integritas viguit, inauditum,* inquit Muretus li. 6. Var. ca. 19. Dico primum voce *Actus* ſignificari τὰ πεπραγμένα, vel πρακτέα apud Silium, vti apud Statium li. 4. Syl. ad Marcellum:

*Magna geres, dignóſque etiamnum belliger actus*
*Poſcit.*

Lucan. l. — *licet ingentes abruperit actus*
*Feſtinata dies fatis.*

hîc τὰ πράγματα. Perſius Sat. 5.

— *vt teneat vetitos inſcitia debilis actus.*

Similiter vtuntur Claudianus Præf. in 2. lib. de Raptu, & Macrob. lib. 1. in Somnium Scipionis. Verùm *Actum* quoque pro ἐνέργεια poſuere, qui mollitus Latii fluxere: Ouid. Eleg. 5. l. 3. de Ponto:

*Felices, quibus hæc ipſo cognoſcere in actu,*
*Et tam facundo contigit ore frui.*

Salluſtius: *Et in prælus actu fortiſſimus.*

PILO VOLSONEM: NAM [illegible]VE HOC DE STRAGE IACENTVM SORS DABAT. ] Cauſam ſorti adſignat, cur Annibal *pilum* miſerit. Fuit enim telum Romanorum. Inde nata Propertio querimonia de Cleopatra *pilum* Romanorum iaculante lib. 4.

*Piláque fœminea turpiter acta manu.*

Inde Lucanus bellum ciuile ordiens, & conciues volens committere hanc legit dictionem:

— *& pila minantia pilis.*

De *pilis* Dionyſius li. 5. Antiq. Rom. Ἔστι δὲ ταῦτα βέλη Ῥωμαίων, ἃ συνιόντες εἰς χεῖρας ἐξακοντίζουσι. *Pila, tela ſunt Romanorum, quæ, vt prælio congrediuntur, eiaculantur.* Rectè ergo libro quarto Silius *pilum* à telo Libyco diſtinxit:

*Hinc pila, hinc Libyca certant ſubtexere cornus*
*Denſa nube po[illegible]um.*

CALIDO LAPSANTEM SANGVINE FRATRVM. ] Æneid. 2.

*In multo lapſantem ſanguine nati.*

COLLABENS OPERIT SPA[illegible]IOSO STIPITE PROLEM. ] Nimis venuſtè

*ſpatioſo ſtipite* pro ingenti,& multum ſpatii,ſoliue occupante. Li.5. quercus

*Eliſitque viros ſpatioſa magna ruina.*

Ouid.li.2. Medicinæ:

*Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum.*

Seneca Troad. *Spatioſus Chiron.* Curt.li.9. *Spatioſo ſtipiti corpus,ne circuiri poſſet applicuit.* Metam.3.

*Dum ſpatium victor victi conſideras hoſtis.*

Iterúmque Lucil.li.9.Satyr.

*Nec tutus ſpatio eſt elephas.*

ANTIQVA TVMENTEM NOMINA. ] Superbum nobilitate, ἰλλωίσμῷ. Curtius li.7. *Lætatur aduentum amici.* Catullus:

*— hoc amem neceſſe eſt*

*Et Veraniolum meum, & Fabullum.*

ob hoc. Phot. c.54. Συλλαμβαίνεται ἢ τῦτο Σόραιχος: *Sorachus idcirco comprehenditur.* Eiuſdemmodi loquelis ſcatent autores Græci.

*Inter mille viros iacet ingens Phorcus,ab antris*
*Herculeæ Calpes, cælatus Gorgone parmam,*
*Vnde genus triſtíſq; deæ manabat origo.*
*Hunc obiectantem ſeſe,atque antiqua tumentem*
*Nomina, ſaxificæ monſtroſa ex ſtirpe Meduſæ,*
*Dum læuum petit incumbens violentius inguen*
*Detrahit excelſi correptum vertice coni,*
*Afflictúmque premens,tergo quà balteus imo*
*Sinuatur,coxáq; ſedet munimen vtráque*
*Coniecto fodit enſe: ſuperuomit ille calentem*
*Sanguinis effundens per hiantia viſcera riuum,*
*Et ſubit Aetolos Atlanticus accola campos.*
*Has inter ſtrages rapido terrore coorti*
*Inuadunt terga,atque auerſo turbine miſcent*
*Bella inopina viri,Tyrius quos fallere doctos*
*Hanc ipſam pugnæ rector formarat ad artem,*
*Succinctiq; dolis, fugerent ceu Punica caſtra,*
*Dediderant dextras: tum totis mentibus actam*
*In cædes aciem, ponè atque in terga ruentes*
*Præcipitant, non haſta viro, non deſinit enſis,*
*E ſtrage eſt ferrum,atque auulſa cadauere tela.*
*Raptum Galba procul (neq; enim virtutis amorem*
*Aduerſa exemiſſe valent) vt vidit ab hoſte*
*Auferri ſignum, connixus corpore toto*
*Victorem aſſequitur, lethaliq; occupat ictu.*
*Ac dum comprenſam cæſo de corpore prædam*

*Auellit, tardéque manus moribunda remittit,*
*Transfixus gladio propere occurrentis Amorgi*
*Occidit, immoriens magnis non proſper in auſis.*
*Hæc inter veluti nondum ſatiaſſet Enyo*
*Iras ſæua truces, ſublatum puluere campum*
*Vulturnus rotat, & candentes torquet arenas,*
*Iámque reluctantes ſtridens immane procella*
*Per longum tulit ad campi ſuprema, cauíſque*
*Afflictos ripis, tumidum demerſit in amnem.*
*Hic tibi finis erat, metas hic Aufidus æui*
*Seruabat tacito non felix Curio letho.*
*Námque furens animi dum conſternata moratur*
*Agmina, & oppoſitu membrorum ſiſtere certat,*
*In præceps magna propulſus mole ruentum*
*Turbatis hauritur aquis, fundóque volutus*
*Adriaca iacuit ſine nomine mortis arena.*
*Ingens ferre mala, & fortunæ ſubdere colla*
*Neſcius, aduerſa fronte incurrebat in arma*
*Vincentum Conſul, pereundi Martius ardor,*
*Atque animos iam ſola dabat fiducia mortis.*
*Quum Viriatus agens telis regnator Iberæ*
*Magnanimus terræ, iuxta atque ante ora furentis*
*Obtruncat Pauli, feſſum certaminis hoſtem.*

ET SVBIT ÆTOLOS ATLANTICVS ACCOLA CAMPOS. ] An fortè in flagrantiſſima pugna (quod voluit nonnemo) ſepulturæ vacant ſocii? Nequaquam dictum, vt: Subit tellurem, Acheronta moritur. Calabri lib. 3.

— τάχα γαῖαν ὑπ' Διὸς ἄπτιτι αἴσῃ
Δυσόμεθ' ἐσσυμένως.

Niſi ſi ex illo:

— *ſuperuomit ille calentem*
*Sanguinis . . . riuum.*

reponendum:

*Es luit Æt. Atl. a. c.* Priora meliora.

RAPIDO TERRORE COORTI INVADVNT TERGA. ] Ac poplites cedunt, ex Liuio, Feſto. *Supernari dicuntur, quibus femina ſunt ſucciſa in modum ſuillarum pernarum.* Ennius:

*Heis pernas ſuccidit iniqua potentia Pœni.*

Græci ἀγκυλοκοπεῖν, ἰγνυβεῖζειν. Quo numero? quingenti. Liuius lib. 22. & Appianus Annibalicis. Pauciores Valerius Maximus lib. 5. c. 4. *Poſtremò quadringentos equites ſubornauit, qui ſimulata tranſitione petierint Conſulem, à quo iuſſi more transfugarum depoſitis armis in vltimam pugnæ partem ſecedere, diſtrictis gla-*

*dios, quos inter tunicas, & loricas abdiderant, poplites pugnantium* Romanorum *ceciderunt*. Cuius verba non mutanda pronuncio, quòd aliam videatur hiſtoriam ſecutus Valerius. ecce enim tibi equites facit, non alii. Addit Appianus: Καὶ φόνον εἰργάσαντο πλεῖστον ἐπὶ μάλιστα, ἅτε πάντων ὄντες ὀπίσω. *Et maximam hi præ cæteris fecere cædem, quippe poſtremus omnium ita fuit integrum.*

PROPERE OCCVRRENTIS AMORGI. ] Spectâ pugnam hanc. Galba Romanus hoſtem victorem adſequitur, & internecat: Amorgus hoſtis in vindictam cæſi ſocii non poteſt properè occurrere? non hoſti pectus aduerſum ferre? Malè igitur Nouantiquis ὁ τερατολόγων *Accurrentis* prætulit. Amat tales fortuitas mortes Silius. Lib. 7. Bibulus

*— penituſque in viſcera adegit,*
*Exſtabat fixo quod forte cadauere, ferrum.*

Et neſcio quis alius occidit:

*— calcato improuidus enſe.*

Ita Galbæ inopinanti occurrit Amorgus.

MAGNIS NON PROSPER IN AVSIS.] Membranæ Colon. *Proſperus auſis.*

*Heu dolor, heu lacrymæ, Seruilius optima belli*
*Poſt Paulum, belli pars optima corruit ictu*
*Barbarico, magnámque cadens letho addidit vno*
*Inuidiam Cannis: triſtem non pertulit iram*
*Conſul, & inſani quanquam contraria venti*
*Exarmat vis, atque obtendit puluere lucem,*
*Squalentem rumpens ingeſtæ turnus arenæ*
*Ingreditur nimbum, ac ritu iam moris Iberi*
*Carmina pulſata fundentem barbara cetra*
*Inuadit, læuæq; fodit vitalia mammæ.*
*Hic fuit extremus cædum labor, addere bello*
*Haud vltra licuit dextram, nec tanta relictum*
*Vti Roma tibi poſthac ad prælia Paulo.*
*Saxum ingens vaſto libratum pondere, cæca*
*Venit in ora manu, & perfractæ caſsidis æra*
*Oſsibus infodiens compleuit ſanguine vultus.*
*Inde pedem referens labentia membra propinquo*
*Impoſuit ſcopulo, atque vndanti puluere anhelans*
*Sedit terribilis clypeum ſuper ore cruento:*
*Immanis ceu depulſis leuioribus haſtis*
*Accepit leo cum tandem per pectora ferrum,*
*Stat teli patiens media tremebundus arena,*
*Ac manante iubis rictuq; & naribus vnda*
*Sanguinis interdum languentia murmura torquens*
*Effundit patulo ſpumantem ex ore cruorem.*

*Tum vero incubuit Libyes ſuper ipſe citato*
*Ductor equo, quà flatus agit, quà peruius enſis,*
*Quà ſonipes, quà belligero fera belua dente.*
*Obrutus hic telis, ferri per corpora Piſo*
*Rectorem vt vidit Libya, connixus in haſtam*
*Ilia cornipedis ſubrecta cuſpide tranſit,*
*Collapſóq; ſuper nequicquam incumbere cœptat.*
*Cui Pœnus propere collecto corpore, quanquam*
*Cernuus inflexo ſonipes effuderat armo,*
*Vmbrane Auſoniæ rediuiua in bella retractant*
*Poſt obitum dextras? nec in ipſa morte quieſcunt?*
*Sic ait, atque ægrum cœptanti attollere corpus*
*Arduus inſurgens totum permiſcuit enſem.*
*Ecce Cydonea violatus arundine plantam*
*Lentulus, effuſis campum linquebat habenis,*
*Cùm videt in ſcopulo rorantem ſaxa cruore,*
*Toruóq; obtutu labentem in tartara Paulum:*
*Mens abijt, puduítque fugæ, tum viſa cremari*
*Roma viro, tunc ad portas iam ſtare cruentus*
*Annibal, & toti tum primum ante ora fuere*
*Sorbentes Latium campi, quid deinde relictum eſt*
*Craſtina cur Tyrios lux non deducat ad vrbem?*
*Deſeris in tantis puppim ſic Paule procellis?*
*Teſtor cælicolas, inquit, ni damna gubernas*
*Crudelis belli, viuisq; in turbine tanto*
*Inuitus, plus Paule (dolor verba aſpera dictat)*
*Plus Varrone noces. cape quæſo hunc vnice rerum*
*Feſſarum, cape cornipedem, languentia membra*
*Ipſe leuabo humeris, & dorſo tuta locabo.*

RITV IAM MORIS IBERI
CARMINA FVNDENTEM. ] De Luſitanis Diodorus lib. 5. Bibliothecæ: ἐν δὲ τοῖς πολέμοις πρὸς ῥυθμὸν ἐμβαίνουσι, καὶ παιᾶνας ἄδουσιν, ὅταν ἐπίωσι τοῖς ἀντιταγμένοις. & Strabo li. 9. Ἰὲ παιὰν, *Ie Pæan*, & παιανισμός. *Pæaniſmos*. Luſitanis tribuit. At hæc apud Silium de Viriatho Luſitano notantur. Tacitus de cohorte Sugambra: *Nec minus cantuum, & armorum tumultu trucem*. Idem li. 4. Annal. de Thraciæ gentibus: *Qui ante vallum more gentis cum carminibus, & tripudijs præſultabant.* Item de Germanis fuſius viſe. De Gallis teſtis Plutarchus in Mario: Οὐδὲ ἄναρθρον ἀλαλαγμὸν ἱέντες, ἀλλὰ κρούοντες ῥυθμῷ τὰ ὅπλα, καὶ συνεξαλλόμενοι πάντες ἅμα, τὴν αὑτῶν ἐφθέγγοντο πολλάκις προσηγορίαν. Ἄμβρωνες, εἴτε ἀνακαλούμενοι σφᾶς αὐτοὺς εἴτε τοὺς πολεμίους τῇ προδηλώσει προεκφοβοῦντες. Vide, vt paria ſint hæc cum illis Si-

lianis: *neque inarticulatum vlulatum mittunt; ſed plauſis numero armis omnes ſimul exultant, eadem prolata voce, Ambrones; ſiue ſeſe hortentur mutuo, ſiue hoſtes ante ſui præſignificatione percellant.* De Ambronib. Vide Feſtum. Ex his liquet apud Gellium lib.9 c.12. rectè ſcripſiſſe Q. Claudium de Gallo, qui in Manlium pugnauit ſcuto proiecto *cantabundum*, non *cautabundum*, quod voluit vir ter maximus.

COECA VENIT IN ORA MANV. ] Lucanus li.3.

*Cæca tela manu, ſed non tamen irrita mittit.*

VNDANTI PVLVERE ANHELANS. ] Quem Vulturnus torquebat in ora Pauli: Iſque *vndans* (vt, *lora vndantia*) quia fluitans inuolabat: & hinc Paulo animæ reciprocandæ labor, hinc *anhelans.* Modius cum pediſſequo nequidquam reponunt *Vulnere.* Fuit vulnus. quis negat? at exprimi hoc loco non putamus voce ſua.

TVM VISA CREMARI ROMA VIRO. ] Efficaciſſimè. Puta. Æneid.4. Didone ferro traiecta:

*Non aliter, quàm ſi immiſſis ruat hoſtibus omnis*
*Cartago, aut antiqua Tyros, flammæque furentes*
*Culmina pérque hominum voluantur, pérque Deorum.*

Silius lib.1.

— *ceu tota Saguntho*
*Igne micet.*

Quintus Calaber lib.1.

Ἀ'μφὶ δ' ἄρα σφισι πένθος ἀάσπετον
Ὡ'ς ἤδη σμύχοιτο καταιθαλόεσσα πυρὶ Τροίης.
*Luctus eis ingens, acſi Troia ardeat igni.*

Homeri auſpiciis Iliados X.

— ὡσεὶ ἅπασα
Ἴ'λιος ὀφρυόεσσα πυρὶ σμύχοιτο κατ' ἄκρης.
— *celſiſſima tanquam*
*Ilios ardenti tota abſumatur ab igne.*

*Hæc inter, lacero manantem ex ore cruorem*
*Fiectans Conſul, macte ô virtute paterna,*
*Nec vero ſpes anguſtæ, cùm talia reſtent*
*Pectora Romuleo regno, calcaribus aufer*
*Qua vulnus permittit equum, atque hinc ocyus vrbis*
*Claudantur portæ, ruet hæc ad mœnia peſtis.*
*Dic oro, rerum Fabio tradantur habenæ,*
*Noſtris pugnauit monitis furor, amplius acta*
*Quid ſupereſt vita, niſi cacæ oſtendere plebi*
*Paulum ſcire mori? ferar an conſumptus eidem*
*Vulneribus? quantíve emptum velit Annibal, vt nos*
*Vertentes terga aſpiciat? nec talia Paulo*
*Pectora, nec manes tam parua intramus imago.*

*Ille ego, ſed vario quid enim te demoror æger*
*Lentule conqueſtu? perge atq; hinc cuſpide feſſum*
*Eripe quadrupedem propere. tum Lentulus vrbem*
*Magna ferens mandata petit: nec Paulus inultum*
*Quod ſupereſt de luce ſinit, ceu vulnere tigris*
*Lethifero cedens tandem, proiectáq; corpus*
*Luctatur morti, & languentem pandit hiatum*
*In vanos morſus, nec ſufficientibus iræ*
*Ictibus, extrema lambit venabula lingua.*
*Iámq; coruſcanti telum, propiúsq; ferenti*
*Greſſum exultantem, & ſecuro cædis Ilerthæ*
*Non expectatum ſurgens defixerat enſem,*
*Sidoniúmque ducem circunſpectabat, in illa*
*Exoptans animam certantem ponere dextra.*
*Sed vicere virum coëuntibus vndique telis*
*Et Nomas, & Garamas, & Celtæ, & Maurus, & Aſtur.*
*Hic finis Paulo. iacet altum pectus, & ingens*
*Dextra, quem (ſoli ſi bella agitanda darentur)*
*Aequares forſan Fabio, mors additur vrbi*
*Pulchra decus, miſitque viri inter ſidera nomen.*
*Poſtquam ſpes Italûm, mentéſque in Conſule lapſæ,*
*Ceu truncus capitis, ſæuis exercitus armis*
*Sternitur, & victrix toto furit Africa campo.*
*Hic Picentum acies, hic Vmber martius, illic*
*Sicana procumbit pubes, hic Hernica turma.*
*Paſſim ſigna iacent, quæ Samnis belliger, & quæ*
*Sarraſtes populi, Marſaque tulere cohortes.*
*Transfixos clypeos, galeaque & inutile ferrum*
*Fractáque conflictu parmarum tegmina, & ore*
*Cornipedum direpta fero ſpumantia frena,*
*Sanguineus tumidis in campos Aufidus vndis*
*Eiectat, reddítque furens ſua corpora ripis.*
*Sic Lagæa ratis, vaſto velut inſula ponto*
*Conſpecta illiſit ſcopulis, vbi nubifer Eurus*
*Naufragium ſpargens operit freta, iámque per vndas*
*Et tranſtra, & mali, laceróque apluſtria velo,*
*Ac miſeri fluitant reuomentes æquora nautæ.*

NEC VERO SPES ANGVSTÆ. ] Poëta princeps Æneid. 6.
*Ponite ſpes ſibi quiſque: ſed hæc quàm anguſta, videtis.*

FERAR AN CONSVMTVS EIDEM VVLNERIBVS? ] *Eidem*: *cæca plebi*(vide Silium) cuius inuidiæ ſeſe iterum obiectare Paulum puditum eſt, pigitumque. Modius, quíque non intellexerunt: *In Vrbem* ſuppoſuerunt.

VVLNERIBVS? QVANTIVE EMTVM VELIT ANNIBAL.] Saxo caput omne contuſum, & diffractum pene eſt, galea etiam oſſibus illiſa, dixit ante Silius. Sed principale vulnus vnicum, ſaxo in caput acto, infráque vnicum alii ingens vulnus in Paulo agnoſcitur:

*— tum toto corpore vulnus.*

Quare nihil obeſt huic lectioni:

*Vulnere quantiuis emtum velit Annibal, vt nos*
*Vertentes terga adſpiciat.*

In quo pleriſque crux aut *quantiue*, aut quantíne tentantibus, tertia ſuperefflluente ſyllaba.

NEC MANES TAM PARVA INTRAMVS IMAGO. ] Functorum ſiquidem ſimulacra pro modo animæ fuerunt: Pauli autem magna. Horatius li. 1. Oda 12.

*— animæque magnæ*
*Prodigum Paulum ſuperante Pœno.*

MORS ADDITVR VRBI PVLCHRA DECVS, MISITQVE. ] Lenius *Addidit.*

MISITQVE VIRI INTER SIDERA NOMEN. ] Reſpicit opinor Pauli ſupremos honores, & quaſi ἀποθέωσιν, quam à M. Tullio accepit lib. 4. ad Att. epiſt. 15. *Paulus in medio foro baſilicam iam pene texuit iiſdem antiquis columnis: illam autem quam locauit, facit magnificentiſſimè. Quid quæris? nihil gratius illo monumento, nihil glorioſius.* Ædem Paulus F. parenti Paulo vnam reficiebat, alteram faciebat.

ET TRANSTRA, ET MALI, LACEROQVE APLVSTRIA VELO. ] Ineptius *Bello*, quod ſedit Her. Stephano. *Apluſtria* dixit Lucretius li. 2. & 4.

*Nauigia, apluſtris fractis, obnitier vndis.*

Conſtat nauium eſſe ornamenta. Nec vana fides *apluſtria* eſſe vexilla paruula velis ſuperaddita ex ſummo malo dependentia. Confer hæc:

*— mali, laceróque apluſtria velo.*

Indicat & Germanicus Cæſar:

*Fulgent Argoæ pellis apluſtria puppis.*

Summa namque pleraque omnia nitentius illuſtrantur. Vocis origo animum incertat meum, nec ariolari placet.

*At Pœnus per longa diem certamina ſæuis*
*Cædibus emenſus, poſtquam eripuere furori*
*Inſignem tenebræ lucem, tum denique martem*
*Dimiſit, tandémq; ſuis in cæde pepercit.*
*Sed mens inuigilat curis, noctiſq; quietem*
*Ferre nequit, ſtimulat dona inter tanta Deorum.*
*Hortatur nondum portas intraſſe Quirini.*
*Proxima lux placet, hinc ſtrictos ferre ocyus enſes*

*Dum feruet cruor, & perfuſæ cæde cohortes,*
*Deſtinat, ac iam clauſtra manu, iam mœnia flamma*
*Occupat, & iungit Tarpeia incendia Cannis.*
*Quo turbata viri coniux Saturnia cœpto*
*Irarúmq. Iouis, Latiíque haud neſcia fati,*
*Incautum ardorem, atque auidas ad futile votum*
*Spes iuuenis frenare parat, ciet inde quietis*
*Regnantem tenebris Somnum, quo ſæpe miniſtro*
*Edomita inuicti componit lumina fratris.*
*Atque huic arridens; Non te maioribus, inquit,*
*Auſis Diue voco, ne poſco vt mollibus alis*
*Des victum mihi Somne Iouem, non mille premendi*
*Sunt oculi tibi, nec ſpernens tua numina cuſtos*
*Inachiæ multa ſuperandus nocte iuuencæ.*
*Ductori precor immittas noua ſomnia Pœno,*
*Ne Romam, & vetitos cupiat nunc viſere muros,*
*Quos intrare dabit nunquam regnator Olympi.*
*Imperium celer exequitur, curuóque volucris*
*Per tenebras portat medicata papauera cornu.*
*Aſt vbi per tacitum allapſus, tentoria prima*
*Barcæi petiit iuuenis, quatit inde ſoporas*
*Deuexo capiti pennas, oculíſque quietem*
*Irrorat, tangens lethæa tempora virga.*
*Exercent rabidam truculenta inſomnia mentem.*
*Iámque videbatur multo ſibi milite Tybrim*
*Cingere, & inſultans aſtare ad mœnia Romæ*
*Ipſe refulgebat Tarpeiæ culmine rupis*
*Elata torquens flagrantia fulmina dextra*
*Iuppiter, & lati fumabant ſulphure campi,*
*Ac gelidis Anio trepidabat cœrulus vndis,*
*Et denſi ante oculos, iterúmq. iterúmque (tremendum)*
*Vibrabant ignes; tunc vox effuſa per auras:*
*Sat magna, ô iuuenis, prenſa eſt tibi gloria Cannis,*
*Siſte gradum, neque enim ſacris irrumpere muris*
*Pœne magis dabitur, noſtris quàm ſcindere cælum.*
*Attonitum viſis, maioráque bella pauentem*
*Poſt confecta ſopor Iunonia iuſſa reliquit,*
*Nec lux terribili purgauit imagine mentem.*
*Quos inter motus ſomni, varioſq. tumultus*

*Dedita per noctem reliquo cum milite caſtra*
*Nuntiat, & prædam plene trahit agmine Mago.*

TANDEMQ. SVIS IN CÆDE PEPERCIT.] Suorum labori pepercit Annibal in morte Romanorum peragenda. D. Auguſtinus lib. 3. de Ciuit. c. 19. *Annibal cùm eſſet crudeliſſimus, tamen tanta inimicorum atrociſſimorum cæde ſatiatus parci iuſſiſſe perhibetur.* Iuſſiſſe in hæc verba refert Florus lib. 2. c. 6. *Miles parce ferro.* Viuem hîc memoria deſtituit.

DES VICTVM MIHI SOMNE IOVEM.] Iliados ξ. Iuno Somno:

Κοίμησόν μοι Ζηνὸς ὑπ' ὀφρύσιν ὄσσε φαεινώ.
*Da mihi, Somne, Jouem ſopitum lumen vtrumque.*

NON MILLE PREMENDI SVNT OCVLI TIBI.] Argi μυριοφθάλμου. *Oculis infinitis, ſeu plurimis.*

SPERNENS TVA NVMINA CVSTOS.] Idem Argus, qui his conniuentibus in ſomnum oculis, aliis fraudes vigilantibus exit.

*Huic ductor lætas Tarpeio in vertice menſas*
*Spondenti, cùm quinta diem nox orbe tuliſſet*
*Celatis ſuperûm monitis, clauſóq. pauore,*
*Vulnera, & exhauſtas ſæuo certamine vires,*
*Ac nimium lætis excuſat fidere rebus.*
*Tum ſpe deiectus iuuenis, ceu vertere ab ipſis*
*Terga iuberetur muris, ac ſigna referre,*
*Tanta mole, inquit, non Roma (vt credidit) ipſa,*
*Sed Varro eſt victus. Quonam tam proſpera Martis*
*Munera deſtituis fato? patriámq. moraris?*
*Mecum exultet eques, iuro hoc caput, accipe muros*
*Iliacos, portáſq. tibi ſine Marte patentes.*
*Dúmque ea Mago fremit cauto non credita fratri*
*Iam Latius ſeſe Canuſina in mœnia miles*
*Colligere, & profugos vicino cingere vallo*
*Cœperat: heu rebus facies inhonora ſiniſtris.*
*Non aquilæ, non ſigna viris, non Conſulis altum*
*Imperium, non ſubnixæ lictore ſecures,*
*Trunca, atque ægra metu, ceu magna eliſa ruina*
*Corpora debilibus nituntur ſiſtere membris.*
*Clamor ſæpe repens, & ſæpe ſilentia fixis*
*In tellurem oculis, nudæ pleriſq. ſiniſtræ*
*Detrito clypeo, deſunt pugnacibus enſes.*
*Saucius omnis eques, galeis carpſere ſuperbum*
*Criſtarum decus, & damnarunt martis honores.*

*At multa thorax perfoſſus cuſpide, & hærens*
*Loricæ, interdum Mauruſia pendet arundo.*
*Interdum mæſto ſocios clamore requirunt.*
*Hic Galba, hic Piſo, & letho non dignus inerti*
*Curio defletur, grauis illic Scæuola bello:*
*Hos paſſim: at Pauli pariter, ceu dira parentis*
*Fata gemunt, vt vera mali præſentia nunquam*
*Ceſſarit canere, & Varronis ſiſtere mentem.*
*Atque diem hunc quoties nequicquam auerterit vrbi,*
*Atque idem quantus dextra: ſed cura futuri.*

MENSAS SPONDENTI CVM QVINTA DIEM NOX ORBE TVLISSET.] Liuius lib. 22. Maharbali tribuit ea promiſſa: *Maharbal præfectus equitum minimè ceſſandum ratus: Immò, vt quid hac pugna ſit actum, ſcias, die quinto, inquit, victor in Capitolio epulaberis. Sequere cum equite, vt prius te veniſſe, quàm venturum ſciant.* Verùm quod vni fuit conſilii, cur non pluribus? Macrobius lib. 1. c. 4. *Mitte Romam mecum equitatum die quinti in Capitolio tibi cœna cocta erit.* Verba ſunt ex Originib. M. Catonis, quæ Magiſtro equitum tribuuntur. Eandem ſententiam Magoni Silius.

CANVSINA IN MOENIA MILES.] Mirum eſt vnius ſuffugii Canuſini meminiſſe Silium, cùm dicat Appianus Annibalicis: Ὀλίγοι δ' ἐς Κανύσιον διέδρασαν: *Canuſium paucis fuit perfugium.* Et Plut. in Marcello: Ὀλίγοι δὲ σωθέντες εἰς Κανύσιον συνεπεφεύγεσαν. At de iis, quibus in gemina caſtra effugium fuit: Οἱ δὲ ἐς δύο τὰ ἀμφὶ τὰς μυρίας καὶ πεντακισχιλίους, οἷς ὁ Ἀννίβας φυλακὴν ἐπέστησεν: *Ibi quindecim fuiſſe millia, quos obſeruari iuſſerit Annibal,* Appianus. Suſpicio eſt Poëtam illa potiſſimum decem millia reſpexiſſe, qui duce P. Sempronio maioribus caſtris deſertis hoſtes perruperunt, ac de media nocte Canuſium peruenerunt, quod Appiano ibidem traditur.

CLAMOR SÆPE REPENS, ET SÆPE SILENTIA.] Tacitus Annal. 1.

*Murmur incertum, atrox clamor, & repens quies.*

INTERDVM MOESTO SOCIOS CLAMORE REQVIRVNT.] Priuatis colloquiis requirebant: vnde: *Hic Galba, hic Piſo, &c.* Et *Clamore.* Tzetzes in Hiſt. Τὸ πρότερον τοὺς θνήσκοντας ἐς γῆν τὴν ἀλλοτρίαν ἀποδημοῦντας οἱ αὐτοῖς βιοτάνες ἀνεκάλουν, ὡς Ὅμηρος ἐδίδαξε βίβλῳ τῆς Ὀδυσσείας. Τοῦτο δ' ἔδρων ὡς μνήμονες τυγχάνοντες φιλίας, καὶ ὡς εἰ ἀπελείφθη τις πρὸς τὴν φωνὴν συνδράμοι φιλίας: *Mortuos, qui in aliam terram peregrinati fuerint, ſui olim ter reuocabant, quod Homerus docet Odyſſea libro. Factum id, quo ſignificarent amicitiæ ſe memores, vtque ſiquis relictus fuiſſet, ad amicorum vocem accurreret.* Aptiſſimè tempori Silius. Locus Odyſſeæ eſt libro nono:

Οὐδ' ἄρα μοι προτέρω νῆες κίον ἀμφιέλισσαι,
Πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι,
Οἳ θάνον ἐν πεδίῳ Κικόνων ὑπὸ δῃωθέντες.
*At mihi flexibiles non ibant antè carinæ,*
*Nomina quàm ſociûm ter conclamata fuiſſent,*

*Quos Ciconum in campo ſors obtruncarat acerba.*

*Quos premit, aut foſſas inſtant producere muris,*
*Aut portarum aditúq. (vt rerum eſt copia) firmant,*
*Quáque patet campus planis ingreſſibus hoſti,*
*Ceruorum ambuſtis imitantur cornua ramis,*
*Et ſilus occulitur, cæcum in veſtigia telum.*
*Ecce ſuper clades, & non medicabile vulnus,*
*Relliquias belli, atque imperdita corpora Pœnis,*
*Impia formido, ac maior iactabat erinnys.*
*Trans æquor, Tyrios enſes, atque arma parabant*
*Punica, & Hannibalem mutato euadere cœlo.*
*Dux erat exilio collectis marte Metellus,*
*Sed ſtirpe haud parui cognominis, is noua bello*
*Pectora, degenerémque manum, ad deformia ægebat*
*Conſulta, atque alio poſitas ſpectabat in orbe,*
*Queis ſeſe occulerent terras, quo nomina nulla*
*Pœnorum, aut patriæ penetraret fama relictæ.*
*Quæ poſtquam accepit flammata Scipio mente,*
*Quantus Sidonium contra fera prælia miſcens*
*Ductorem ſtetit in campis rapit ocyus enſem,*
*Atque vbi turpe malum, Latioque extrema coquebant*
*Cœpta viri, ruptis foribus ſeſe arduus infert:*
*Tum quatiens ſtrictum cum voce ante ora pauentum*
*Mucronem, Tarpeia pater, qui templa ſecundam*
*Incolis à cælo ſedem, & Saturnia nondum*
*Iliacis mutata malis, túq; aſpera pectus*
*Aegide gorgoneos virgo ſuccincta furores,*
*Indigitéſq. Dei, ſponte inter numina noſtra.*
*Pérque caput nullo leuius mihi numine patris*
*Magnanimi iuro, nunquam Lauinia regna*
*Linquam, nec linqui patiar, dum vita manebit.*
*Ocyus en teſtare Deos, ſi mœnia tedis*
*Flagrabunt Libycis, nullas te ferre Metelle*
*Auſurum in terras greſſus: ni talia ſancit,*
*Quem tremis, & cuius ſomnos formidine rumpis,*
*Annibal hic armatus adeſt, moriere, nec vllo*
*Pænorum melior parietur gloria cæſo.*
*His excuſſi incœptu minis, iámque ordine iuſſo*

Obſtrin-

*Obſtringunt animas patriæ, dictatáq. iurant*
*Sacramenta Deis, & purgant pectora culpa.*
*Atque ea dum Rutulis turbata mente geruntur,*
*Luſtrabat campos, & ſæuæ triſtia dextræ*
*Facta recenſebat pertractans vulnera viſu*
*Annibal, & magna circunſtipante caterua*
*Dulcia præbebat trucibus ſpectacula Pœnis,*
*Quas inter ſtrages confoſſus pectora telis,*
*Seminecem extremo vitam exhalarat in auras*
*Munere deficiens iam Clœlius, oráque niſu*
*Languida vix ægro, & dubia ceruice leuabat.*
*Agnouit ſonipes, arrectíſq. auribus acrem*
*Hinnitum effundens, ſternit tellure Vageſum,*
*Quem tunc captiuo portabat in agmina dorſo.*
*Hinc rapidum glomerans curſum, per lubrica pinguis*
*Stante cruore ſoli, & mutata cadauera cæde*
*Euolat, ac domini conſiſtit in ora iacentis.*
*Inde inclinatus collum, ſubmiſſus & armos*
*De more, inflexis præbebat ſcandere terga*
*Cruribus, ac proprio quodam trepidabat amore.*
*Milite non illo quiſquam felicius acri*
*Inſultarat equo, vel ſi reſupina citato*
*Proiectus dorſo ferret cum membra, vel idem*
*Si nudo ſtaret tergo, cùm rapta volucris*
*Tranſigeret curſu ſonipes certamina campi.*
*At Libys humanos æquantem pectore ſenſus*
*Haud parcè miratus equum, quinam ille ſiniſtræ*
*Depugnet morti iuuenis, noménq. decúſque*
*Erogitat, lethíque ſimul compendia donat.*
*Hinc Cynna (ad Tyrios nanque is ſua verterat arma)*
*Credulus aduerſi, qui tum comes ibat ouanti*
*Auribus, huic, inquit, ductor fortiſſime origo eſt*
*Non indigna tuis, quondam ſub regibus illa,*
*Quæ Libycos renuit frenos, ſub regibus olim*
*Roma fuit, ſed enim ſolium indignata Superbi*
*Vt ſceptra exegit, confeſtim ingentia bella*
*Cluſina venere domo, ſi Porſena fando*
*Auditus tibi, ſi Cocles, ſi Lydia Caſtra.*
*Ille ope Mæonia, & populo ſuccinctus Hetruſco*

*Certabat pulſos per bella reponere reges.*
*Multa adeo nequicquam auſi,preßitque tyrannus*
*Ianiculum incumbens, vbi mox iam pace probata*
*Compreſſere odia,& poſitum tum fœdere bellum,*
*Obſidibúſq; obſtricta fides,manſueſcere corda*
*Neſcia (pròh ſuperi) & nil non immite parata*
*Gens Italûm pro laude pati, bis Clœlia ſenos*
*Nondum compleret primæui corporis annos,*
*Vna puellarum Laurentum, & pignora pacis*
*Inter virgineas regi tranſmiſſa cateruas,*
*Facta virûm ſileo,rege hæc, & fœdere,& annis,*
*Et fluuio ſpretis,mirantem interrita Tybrim .*
*Tranauit frangens vndam puerilibus vlnis:*
*Cui ſi mutaſſet ſexum natura,reuerti*
*Forſan Tyrrhenas tibi non licuiſſet in oras*
*Porſena,ſed iuueni(ne ſim tibi longior)huic eſt*
*Et genus,& clara memorandum à virgine nomen.*
*Talia dum pandit,vicinus parte ſiniſtra*
*Per ſubitum erumpit clamor,permixta ruina,*
*Inter & arma virûm,& lacerata cadauera,Pauli*
*Eruerant corpus, media de ſtrage iacentem.*
*Heu quis erat,quàm non ſimilis modo Punica telis*
*Agmina turbanti,vel cùm Taulantia regna*
*Vertit,& Illyrico ſunt addita vincla tyranno.*

FOSSAS INSTANT PRODVCERE MVRIS. ] Lipſius lib. de Machinis legit: *Praducere*. Firmari poteſt e Propertio.

AVT PORTARVM ADITVQ. ] Ita non vnus codex. P. N. *Aditus*. quod oportuit ſcriptum.

CERVORVM AMBVSTIS IMITANTVR CORNVA RAMIS. ] Ceruos vallares intelligit. Feſtus: *Cæcum vallum dicitur, in quo praacuti pali terra affixi herbis, vel frondibus occultantur.* Varro: *Cerui à ſimilitudine cornuum cerui.* Erant enim ſtipites ramoſi, acciſi, ambuſti, ſolo depacti, opertique.

ET SILVS OCCVLITVR COECVM AD VESTIGIA TELVM. ] Quidam libri: *In veſtigia*. Omnes: *Silus*. Moſtellum verbi *Stilus*, ſiue *Stylus* eſſe debuit. Hirtius de bello Africano: *Extra vallum ſtyli cæci mirabilem in modum conſiti.* Cæſar lib. 7. *Stimulum* vocat: *Ante hæc talea pedem longæ ferreis hamis infixis tota in terram infodiebantur, mediocribuſque intermißis ſpatiis omnibus locis diſſerebantur, quos Stimulos nominabant.* Curtius lib. 4. *Murices* dicit. Vnde *Muricati greſſus* formidoloſi, ac pauendi Fulgentio dicuntur. Vide & illa Prudentii in S. Vincentio:

*Aut ſub fragoſis rupibus*

*Scabri petrarum murices*
*Inter receſſus ſcrupeos*
*Diſciſſa rumpent viſcera.*

Vegetius lib.3.c.24.*Tribulum.* Habe verba.*Tribulus autem eſt quatuor palis confixum propugnaculum, quod quo modo abieceris, tribus radiis ſtat, & erecto quarto infeſtum eſt,* qui propriè *Stilus*, & συνεκδοχῇ ipſamet machinula. *Tribulos* dici reor ἀπὸ τεσσάρων βολῶν, εἴτ' ἐξοχῶν, vt loquitur Herodianus. Occulebant autem arena leui, frondibus, ramo teneriore. Herodianus lib. 4. extremo de Romanis: Προσποιούμενοι ἀναχωρεῖν τριβόλους τε, καὶ πολλὰ ἄλλα τεχνάσματα σιδήρου ὀξυτάταις ἐξοχαῖς πεπηγμένα ἐρρίπτουν. παρέλαθόντα δὲ ἐν ταῖς ψάμμοις, καὶ οὐ καθορώμενα ὑπὸ τῶν ἱππέων, ἢ τῶν καμηλιτῶν, ὀλέθρια ἦν αὐτοῖς. πατοῦντες γὰρ οἱ ἵπποι, οἵ τε κάμηλοι μάλιστα ἔχουσαι ἁπαλὰ τὰ πέλματα ὤκλαζον, καὶ τοὺς ἐπιβάτας, οὓς ἔφερον, ἀπεσείοντο: *Simulata fuga tribulos, & alia inuenta acutiſſimis è ferro ſtimulis circumiecta iaciebant. Quæ arenâ occulta, & equitibus inuiſa, vectiſque camelo, ipſis erant perniciabilia: equi námque calcantes, & cameli, quibus vngulæ molliores procumbebant, & quos vehebant, deturbabant.* Plutarchus in Apophthegmatis. Valerius Maximus lib. 3. cap. 7.

DVX ERAT EXILIO COLLECTIS MARTE METELLVS.] Res Liuio memorata lib.22. Oroſio lib.4.c.6. Valerio Maximo lib.5.c.6. aliis.

TARPEIA PATER QVI TEMPLA.. SATVRNIA... VIRGO.] Iupiter, Iuno, Minerua. Præter ædem Iunoni à Camillo dicatam in Auentino, præter eam, quæ Iunoni Monetæ poſita, fuit alia in Capitolio communiter cum Ioue. Ouid.6. Faſtorum:

*Aurea poſſedit ſocio Capitolia templo*
*Mater, & vt debet, cum Ioue ſumma tenet.*

Item cum Minerua. Liuii lib. 3. occupato iam ab Herdonio Capitolio ita Conſul loquitur: *Iupiter Opt. Max. Iuno regina* [Iunonis, quæ in Capitolio, cognomentum] *& Minerua, alij Dij, Deæque obſidentur.* Tacitus lib. 4. Hiſt. *Iouem, Iunonem, Mineruam, præſidéſq. imperij Deos precatus, vti cœpta proſperarent.* Lactant. lib.1.c.11. *Iupiter enim ſine contubernio coniugis, filiaque coli non ſolet,* hoc eſt Iunonis, ac Palladis. Arnobius lib.6. *Cum Capitolium toties edax ignis abſumeret, Iouémque ipſum Capitolinum cum vxore corripuiſſet, ac filia.* D. Aug. lib.4. de Ciuit. c.10. Cicero Verrina vltima exeunte. Singulis verò diſtinctæ cellæ. Liuii 3. Herdonius non in Iunonis aut Mineruæ, ſed in Iouis cella agit: *Seruorum dux profanatis omnibus in cella Iouis* Opt. Max. *habitaret.* Dionyſius lib.4. Antiq. Rom. luculentè: Ἐν δὲ αὐτῷ τρεῖς ἔνεισι σηκοὶ παράλληλοι κοινὰς ἔχοντες πλευράς. μέσος μὲν ὁ τοῦ Διός. παρ' ἑκάτερον δὲ τὸ μέρος, ὅ τε τῆς Ἥρας, καὶ ὁ τῆς Ἀθηνᾶς, ὑφ' ἑνὸς ἀετοῦ, καὶ μιᾶς στέγης καλυπτόμενοι: *Intus tres ſunt cellæ, quæ æquali diſtantia, communibus continentur lateribus: media Iouis: à lateribus Iunonis vna, Mineruæ altera ſub eodem laqueari, tectóque.* Ideo factum, vt in certamine inſtituto Ioui Capitolino Domitianus Germanicam capite geſtarit coronam auream cum *effigie Iouis, ac Iunonis, Mineruæque pari habitu,* Suet. c. 4. Ideo M. Tullius quinto in Verrem libro finiente præ cæteris tres hoſce Deos appellat, & Orat. de exilio ad equites. Exſtat Antonini Pii Auguſti numus, cuius altera facie trium iſtorum Deorum ſymbola coniūguntur Noctua, Aquila, Pauo.




Ab hac religione eſt illud Auſonii Idyll. 11.

*Trina in Tarpeio fulgent conſortia templo.*

PERQ. CAPVT NVLLO LEVIVS MIHI NVMINE PATRIS.] Scipio parentes caput iurat. Lib. 6. Serranus Reguli:

— *teſtor mea numina manes.*

Ibidem ille ipſe:

*Magne parens, inquit, maius quo numine nobis*
*Tarpeia nec in arce ſedet.*

Parentes contrà filiorum caput teſtabantur. De Aenea indicium facit Aſcanius lib. 9. Aen.

*Per caput hoc iuro, per quod pater antè ſolebat.*

Aeneas per Aſcanii caput iurabat, vt Apuleius lib. de Dæm. Socratis interpretatur hunc locum.

PERTRACTANS VVLNERA VISV.] Sunt enim oculi veluti longæ manus, quibus res vel diſſitas admodum contrectamus. Ideo in Iure ſi poſſeſſor antiquus eminus mihi fundum oſtendat, detq. ego vero acceptem, cenſeor adiiſſe poſſeſſionem.

VITAM EXHALARAT IN AVRAS.] Vt igitur *ora languidà leuauit.* Nec enim ſe mortui mouent. Pari modo reponendum *Exhalabat.*

ARRECTISQ. AVRIBVS ACREM HINNITVM.] Generoſum equum arguunt arrectæ aures. Plinius lib. 8. c. 15. *Leonum animi index cauda; ſicut & equorum aures.* Apud Sophoclem: Ἵππος εὐγενὴς ὀρθὸν οὖς ἵστησι: *Equus generoſus arrectis auribus ſtat.* Apollonius:

κυδιόων ὀρθοῖσιν ἐπ' οὔασιν αὐχέν' ἀείρει.

*Arrecta exultans ceruicem ſurrigit aure.*

Georg. 3.

*Stare loco neſcit, micat auribus.*

Vbi ægris equis contra *demiſſæ aures.* Calaber lib. 4.

Οὔατα δ' ὀρθώσαντο.

Solin. c. 40. *Animos leonum frons, & cauda indicant, ſicut motus equini de aurib. intelliguntur.*

STERNIT TELLVRE VAGESVM. ] Ex nobili Clœliæ facinore,quæ Tiberim tranauit,cepit occaſionem Poëta elaudandi equi Clœlii. Nec abſurda laus:iſta námque virtus in equis. Plinius li.8.c.42. *Philarchus refert Centaretum e Gălatis in prælio occiſo Antiocho potitum equo eius,conſcendiſſe ouantem. At illum indignatione accenſum domitis frænis ne regi poſſet, præcipitem in abrupta iſſe, examinatúmque vnà.*

INFLEXIS PRÆBEBAT SCANDERE TERGO CRVRIBVS. ] Dio Caſſius li. 49. in rebus M. Antonii notat hoc Romanis vſitatum: *Nam & equi docti ſunt in genua ſubmittere ſeſe, & inflectere.*

CVM TAVLANTIA REGNA VERTIT. ] Illyricum. Appianus in Illyricis. Perge ad Commentarios ſuper libro quinto ab decimo.

*Quíque per Illyricum Taulantius incola litus.*

*Puluere concilies atro,accenſíque cruore*
*Squalebat barba,& perfracti turbine dentes*
*Muralis ſaxi,tum toto corpore vulnus.*
*Quem poſtquam aſpexit geminatus gaudia ductor*
*Sidonius: fuge Varro,inquit,fuge Varro ſuperſtes,*
*Dum iaceat Paulus: Patribus,Fabióq; ſedenti*
*Et populo,Conſul totas ediſſere Cannas.*
*Concedam hanc iterum, ſi lucis tanta cupido eſt,*
*Concedam tibi Varro fugam. at cui fortia,& hoſte*
*Me digna,haud paruo caluerunt corda vigore,*
*Funere ſupremo,& tumuli decoretur honore.*
*Quantus Paule iaces? qui tot mihi millibus vnus*
*Maior lætitiæ cauſa es:cum fata vocabunt,*
*Tale precor nobis ſalua Cartagine lethum.*
*Hæc ait,& ſocium mandari corpora terræ*
*Poſtera cum thalamis aurora rubebit apertis*
*Imperat:armorúmque iubet conſurgere aceruos*
*Arſuros Gradiue tibi.tum munera iuſſa*
*Defeſſi quanquam accelerant, ſparsóſque propinquos*
*Agmine proſternunt lucos; ſonat acta bipenni*
*Frondoſis ſylua alta iugis,hinc ornus & altæ*
*Populus alba comæ validis acciſa lacertis*
*Scinditur,hinc ilex proauorum condita ſeclo,*
*Deuoluunt quercus,& amantem littora pinum.*
*At ferale decus;mœſtas ad buſta cupreſſos,*
*Funereas tum deinde pyras certamine texunt:*
*Officium infelix,& munus inane peremptis.*
*Donec anhelantes ſtagna in Tarteſſia Phœbus*

*Merſit equos, fugiénsq; polo Titania cæcam*
*Orbita nigranti traxit caligine noctem.*
*Poſt vbi fulſerunt primis Phaëtontia frena*
*Ignibus, atque ſui terris rediere colores,*
*Supponunt flammam, & manantia corpora tabo*
*Hoſtili tellure cremant, ſubit horrida mentem*
*Formido incerti caſus, tacitúsque pererrat*
*Intima corda pauor, ſi fors ita Martis iniqui*
*Mox ferat, ac ipſis inimica ſede iacendum.*
*Aſt tibi bellipotens, ſacrum conſtructus aceruo*
*Ingenti mons armorum, ſurgebat ad aſtra.*
*Ipſe manu celſam pinum, flammáque comantem*
*Attollens ductor, Gradiuum in vota ciebat,*
*Primitias pugnæ, & lethi libamina belli*
*Annibal Auſonio cremat hæc de nomine victor,*
*Et tibi Mars genitor votorum haud ſurde meorum*
*Arma electa dicat, ſpirantum turba virorum.*
*Tum face coniecta populatur feruidus ignis*
*Flagrantem molem, & rupta caligine in auras*
*Actus apex, claro perfundit lumine campos.*
*Hinc citus ad tumulum, donatáque funera Paulo*
*Ibat, & hoſtilis lethi iactabat honorem,*
*Sublimem eduxere pyram, mollésq; virenti*
*Stramine compoſuere toros. ſuperaddita dona*
*Funereum decus expertis, inuiſus & enſis,*
*Et clypeus, terróxque modo, atque inſigne ſuperbum,*
*Tum lateri faſces, captæq; in Marte ſecures.*
*Non coniux, natíve aderant, non iuncta propinquo*
*Sanguine turba virum, aut celſis de more feretris*
*Præcedens priſca exequias decorabat imago.*
*Omnibus exequijs nudo, iámq; Annibal vnus*
*Sat decoris laudator erat, fulgentia pingui*
*Murice ſuſpirans inijcit velamina, & auro*
*Intextam clamydem, ac ſupremo affatur honore.*
*I decus Auſoniæ, quò fas eſt ire ſuperbas*
*Virtute & factis animas, tibi gloria letho*
*Iam parta inſigni noſtros fortuna labores*
*Verſat adhuc, caſúsque iubet neſcire futuros.*
*Hæc Libys, atque repens crepitantibus vndique flammis*

*Aethereas anima exultans euaſit in auras.*
*Fama dehinc gliſcente ſono iam ſidera adibat,*
*Iam maria ac terras, primámque intrauerat vrbem.*
*Diffidunt muris, ſolam pauitantibus arcem*
*Sperauiſſe ſat eſt. nec enim ſupereſſe iuuentam,*
*Ac ſtare Auſoniam, vacuum ſine corpore nomen.*
*Quódque adeo nondum portis irruperit hoſtis*
*Contemptu ceſſare putant, iam tecta cremari,*
*Ac delubra rapi, cædéſque ante ora nefandæ*
*Natorum, ſeptémque arces fumare videntur.*
*Lux vna euerſas bis centum inſtare curules,*
*Ac iuuenum bis tricenis orbata gemebat*
*Millibus exhauſtæ nutantia mœnia Romæ,*
*Atque ea poſt Trebiam, poſt Thuſci ſtagna profundi,*
*Nec ſocium numero pariter leuiore peremto.*

HINC CITVS AD TVMVLVM, DONATAQVE FVNERA PAVLO. ] Annibal, qui habiti Paulo honoris laudatus eſt à Lucano li. 7.

— *non illum Pœnus humator*
*Conſulis.*

TVM LATERI FASCES. ] Reponendum: *Laceri.*

BIS TRICENIS ORBATA GEMEBAT MILLIBVS.] Continenter æquam ſociorum cædem addit. Coge in vnum numerũ, erunt cẽtum viginti millia Aliter Appia. Annibalicis, ubi depugna Cannẽſi ἀπέθανον γὰρ αὐτῶν ἐν ταῖςδε ταῖς ὥραις πεντακισμύριοι: *Tunc námque reperiere Romanorũ quinquaginta millia.* Dionyſi⁹ Halicarnaſſ. li. 2. ἀπὸ μὲν ἑξακισχιλίων ἱππέων ἑβδομήκοντα καὶ τριακόσιοι περιελείφθησαν, ἀπὸ δὲ μυριάδων ὀκτὼ τῶν ἐς τὸ κοινὸν στράτευμα καταγραφέντων, ὀλίγῳ πλείους τρισχίλιοι ἐσώθησαν: *E ſex equitum millibus tantum* CCCLXX. *ſuperfuerunt reliqui: &* *ex* LXXX. *peditum millibus in publicam illam expeditionem conſcriptis, paulo plures ter mille manſerunt incolumes.* Redi ad eum locum libri ſeptimi:

*Non aliàs maiore virûm, maiore ſub armis*
*Agmine.*

POST TVSCI STAGNA PROFVNDI. ] *Tuſci à Tuſco rege filio Herculis ſunt dicti, vel à ſacrificando ſtudioſè ex Græco* θυοσκόοι, *vel vt Tuſculum dictum, quòd aditum difficilem habet,* id eſt δύσκολον, Feſtus.

*Hæc inter ſed enim reliqui pia turba ſenatus*
*Munera ſortito inuadunt, celer omnia luſtrans*
*Clamitat attonitus Fabius, non vlla relicta*
*Credite cunctandi ratio, approperemus, vt hoſtis*
*Nequicquam armatos auſit ſuccedere muros.*
*Dura inter pauidos alitur fortuna ſedendo,*

*Et gliſcunt aduerſa metu, ite ite ocyus, arma*
*Diripite ô pubes templis. vos atria raptim*
*Nudate, & clypeos in bella refigite captos.*
*Sat patriæ ſumus è numero, ſi ad prælia noſter*
*Nil minuit pauor in patulis illa horrida campis*
*Sit metuenda lues, muros haud fregerit vnquam*
*Exultare leuis nudato corpore Maurus.*
*Dum Fabius lapſas acuit formidine mentes,*
*Varronem aduentare vagus per mœnia rumor*
*Sparſit, & occulto perfundit pectora motu:*
*Haud ſecus, ac fractæ rector ſi forte carinæ*
*Littoribus ſolus vacuis, ex æquore ſoſpes*
*Adnatet, incerti trepidant, tendántne, negéntve*
*Iactato dextras, ipſámque odere ſalutem*
*Vnius amiſſa ſuperantu puppe magiſtri.*
*Quam reſtare viro labem, qui accedere portis*
*Audeat, ac dirum veniat pauitantibus omen.*
*Hos mulcens queſtus Fabius, deforme docebat*
*Cladibus iraſci, vulgúmq; arcebat ab ira.*
*Aduerſis etenim frangi non eſſe virorum,*
*Qui Martem inſcribant genti, non poſſe dolores*
*Condere, & ex pœna ſolatia poſcere luctus.*
*Si verò exprobrare ſinant, ſibi triſtius illum*
*Illuxiſſe diem, quo caſtris viderit ire*
*Varronem, quàm quo videat remeare ſine armis.*
*His dictis ſedere minæ, & conuerſa repente*
*Pectora, nunc fati miſeret, nunc gaudia Pœno*
*Conſulibus reputant cæſis erepta duobus.*
*Ergo omne effundit longo iam ſe agmine vulgus*
*Gratantum, magnáq; actum ſe credere mente.*
*Teſtantur, quod ſiſus auis, ſceptríſque ſuperbis*
*Laomedontiadum non deſperauerit vrbi,*
*Nec minus infelix culpæ, grandíq; pudore*
*Turbatus Conſul, titubantem ad mœnia greſſum*
*Portabat lacrymans: deiectum attollere vultum,*
*Ac patriam aſpicere, & luctus reuocare pigebat.*
*Quòd vero reduci, tum ſe populúſque patréſque*
*Offerrent, non gratari, ſed poſcere natos*
*Quiſque ſuos, fratréſq; ſimul, miſeræq; parentes*

*Ire*

*Ire videbantur, laceranda ad Conſulis ora.*
*Sic igitur muto lictore inuectus in vrbem,*
*Damnatum ſuperis aſpernabatur honorem.*
*At patres, Fabiúsq; ſimul mœrore remoto,*
*Præcipitant curas. raptim & delecta iuuenta,*
*Seruitia armantur. nec claudit caſtra ſaluti*
*Poſtpoſitus pudor. infixum eſt Aeneia regna*
*Parcarum in leges quacunq; reducere dextra:*
*Próque arce, & ſceptris, & libertatis honore,*
*Vel famulas armare manus: primæua ſuorum*
*Corpora prætexto ſpoliant velamine, & armis*
*Inſolitis cingunt. puerilis caßide vultus*
*Clauditur, atque hoſtis pubeſcere cæde iubetur.*
*Iidem obſecrantes, captiuum vulgus vt auro*
*Penſarent paruo, nec pauca fuere precantum*
*Milia, miranti durarunt prodere Pœno.*
*Cuncta adeo ſcelera, & noxam ſuperauerat omnem*
*Armatum potuiſſe capi. tunc terga dediſſe*
*Damnatis, Siculas longe meritare per oras*
*Impoſitum, donec Latio decederet hoſtis.*
*Hæc tum Roma fuit, poſt te cui vertere mores*
*Si ſtabat fatis, potius Cartago maneres.*

CLAMITAT ATTONITVS FABIVS. ] Nimiam quandam animi præſentiam in Fabio arguunt inſequentia: quare rectè mihi coniiciunt, quibus placet: *Attonitis*, Romanis.

DIRIPITE Ô TEMPLIS PVBES. ] Arma templis detracta ſeruitiis armandis teſtatur quoque D. Auguſtinus lib. 3. cap. 19. de Ciuitate, Appianus Annibalicis, Liuius. Id factu pronum: quia in templis manubias, hoſtiúmque ſpolia ſuſpendebant vetere inſtituto. Silius li. 1. luculentè:

*In forib. ſacris, primóque in limine templi*
*Captiui currus belli decus, armáque rapta*
*Pugnantûm ducibus, ſæuaque in Marte ſecures,*
*Perfoßi clypei, & ſeruantia tela cruorem,*
*Clauſtráque portarum pendent.* Liuius li. 10. l. 22. paſſim.

SIC IGITVR MVTO LICTORE INVECTVS IN VRBEM.] Mœror publicus claudebat vocem, nec ſinebat illo ſolemni verbo Conſulem honorari; DATE VIAM CONSVLI.

SERVITIA ARMANTVR. ] Liuius li. 22. putat octo fuiſſe millia, & publicè prius emta, quàm in militiam allegerentur, ne cæteræ militiæ, aut Romano nomini eſſent indecores ſerui milites. Vide Florum lib. 2. c. 6. Val. Max. ſeruos adactos, iureiurando: STRENVAM SE FORTEMQVE OPERAM DATVROS, QVOAD POENI IN ITALIA ESSENT.

PRIMÆVA SVORVM

CORPORA PRÆTEXTO SPOLIANT VELAMINE. ] Occupant pueris prætextam adimere,& eos armare. Vt hoc fuerit: longè aliud ſcribit Macrobius li.1.Saturn.c.6. teſtatus M. Lælium augurem; Bello Punico ſecundo Sibyllinis aditis multa ad expianda prodigia conſtituta,tum: *Acta igitur obſecratio pueris ingenuis,itémque libertinis:ſed et virginibus patrimis, matrimiſque pronunciantibus carmen. Ex quo conceſſum, vt libertinorum quoque filij, qui ex iuſta duntaxat matreſfamilias nati fuiſſent,togam prætextam, & lorum in collo pro bulla decore geſtarent.*

CAPTIVVM VVLGVS VT AVRO PENSARENT PARVO. ] M.Tullius l.3.de Officiis: *Octo hominum millia tenebat Annibal,non quos in acie cepiſſet,aut qui periculo mortis diffugiſſent:ſed qui relicti in caſtris fuiſſent à Paulo,& Varrone Coſſ. Eos Senatus non cenſuit redimendos, cùm id parua pecunia fieri potuiſſet: vt eſſet inſitum militibus noſtris,aut vincere,aut emori.* Hæc è Polybio. Cicero, quæ examuſſim cum Silio congruunt,eúmq; luculentius aperiunt. Pulcra & in Liuio li.22. in vtramlibet partem diſſertatio ſuper iis redimendis, vbi tandem Torquatus ne redimerentur,perfecit.

---

## IN LIB. XI. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO,

*Claud. Dauſqueij Can. Tor.*

COMMENTARIVS.

*NVnc age,quos clades inſignis Iapyge campo*
*Verterit ad Libyam populos,Sarranáque caſtra*
*Expediam. ſtat nulla diu mortalibus vſquam*
*Fortuna titubante fides,adiungere dextras*
*Certauere palàm rumpenti fœdera Pœno*
*Heu nimium faciles læſis diffidere rebus.*
*Sæuior ante alios iras ſeruaſſe repoſtas,*
*Atque odium renouare ferox in tempore Samnis.*
*Mox leuis,& ſero preſſurus facta pudore*
*Brutius,ambiguis fallàx mox Appulus armis.*
*Tum gens,Hirpini,vana,indocilíſque quietem,*
*Et rupiſſe indigna fidem,ceu dira per omneis*

*Manarent populos fœdi contagia morbi.*

STAT NVLLA DIV MORTALIB. VSQVAM. ] Detritum ex illo Virgilii: *Rhebe diu, res ſiqua diu mortalibus vlla eſt.*

ATQVE ODIVM RENOVARE FEROX IN TEMPORE SAMNIS. ] Samnitium abſtruſa in Romanos odia, crebróque reuocata inde ſcite eſt, quòd Florus lib. 1. ca. 17. ponit eam gentem ſexies rupto fœdere rebellaſſe, cladibúſque ipſis animoſiorem; & Samnium fuiſſe Romano materiam quatuor & viginti triumphorum. Meminit & Strabo lib. 5. Appiani niſi malè adimutilata fuiſſet Hiſtoria, librum tertium legeremus, in quo erat bellum Romanorum cum Samnitibus geſtum per annos octoginta. Libri inſcriptio fuit Σαυνιτική teſte Photio c. 57. Teſtatur etiam Dion. Halica. Legationum Ecloga 3. Samnites in Lucanos vetera expróſiſſe odia: Οἱ Σαυνῖται χρόνον ὀλίγον ἀντισχόντες, ἐπὶ Λευκανοὺς ἐστράτευσαν ὁμόρους ὄντας, ἐκ παλαιᾶς ἔχθρας ὁρμηθέντες. *Samnites veteri exciti odio, cùm paulùm ſuſtinuiſſent impetum, in finitimos Lucanos mouerunt.*

MOX LEVIS... BRVTTIVS. ] Quia deficere à dominis huic genti inſitum ab ortu Strabonis fide lib. 6. Ὠνόμασται δὲ τὸ ἔθνος ὑπὸ Λευκανῶν. Βρεττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς ἀποστάτας. ἀπέστησαν δ᾽, ὥς φασι, ποιμαίνοντες αὐτοῖς πρότερον, εἶθ᾽ ὑπὸ ἀνέσεως ἐλευθεριάσαντες, ἡνίκα ἐπεστράτευσε Δίων Διονυσίῳ, καὶ ἐτάραξεν ἅπαντας πρὸς ἅπαντας. *Ea gens à Lucanis nomen accepit; Brettios namq. ſeditioſos dicunt. Cùm enim prius eorum paſcerent greges ſeceſſionem fecerunt, deinde ex licentia ſe in libertatem adſeruerunt, quo tempore Dio in Dionyſium arma cepit, & omnes mutua perturbatione concuſſit.* Vicini autem Lucanis Bruttii, ſcitum ex Feſto in *Bilingues*, & ex aliis.

ET SERO PRESSVRVS FACTA PVDORE BRVTTIVS. ] Siquidem quòd ad Annibalē primi defeciſſent (vt notat Gellius l. 10. c. 3.) Ignominiæ cauſa Bruttii non legebantur milites, nec pro ſociis habebantur: *ſed magiſtratibus in prouincias euntibus parere, & præminiſtrare ſeruorum vicem iuſſi ſunt. Itaque ii ſequebantur magiſtratus tanquam in ſcenicis fabulis, qui dicebantur Lorarij, & quos iuſſi erant, vinciebant, aut verberabant.* Silius tamen Samnites principes vult defectionis. Bruttios eadem adſpergit ignominia Strabo lib. 5. excute: Τῶν δὲ Πικέντων ὑπῆρχε μητρόπολις Πικεντία· νυνὶ δὲ κωμηδὸν ζῶσιν ἀπωσθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων διὰ τὴν πρὸς Ἀννίβαν κοινωνίαν. ἀντὶ δὲ στρατείας ἡμεροδρομεῖν, καὶ γραμματοφορεῖν ἀπεδείχθησαν ἐν τῷ τότε δημοσίῳ, καθάπερ καὶ Λευκανοὶ, καὶ Βρέττιοι κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. *Picentia Picentum fuit metropolis: nunc autem pagatim viuunt à Romanis depulſi, quòd cum Annibale ſocietatem contraxerint, ac militiæ iure exuti, per diem currere, ac tabellarios agere à republica, quæ tum fuit, atque iuſſi ſunt, ac Lucani & Bruttij eaſdem ob cauſas.* A Bruttiis, qui officia ſeruilia magiſtratibus præſtabant dicti *Brutiani*, Sext. Pompeius. Qui indubiè alii erant à Bruttiis, puta, Picentini, Lucani. Quare Gretſeri concluſio incerta eſt, ac elumbis ſibi perſuadentis Bruttios Chriſtum flagellaſſe incogitanter; cur enim hos præ Picentibus, aut Lucanis? Verum vltimi cum Romanis in gratiam rediere Bruttii *ſero pudore* defectionis. Conficio ex illo Appiani Ibericis: Ἐς Βρεττίους, ὅπερ αὐτῷ λοιπὸν ἔθνος ὑπήκοον ἦν, ἀνεχώρει: *Annibal ad Bruttios, quæ gens tam vnica illi erat obnoxia, receſſit.* Quæ mutuatus videtur ex 11. li. Hiſt. Polyb. Preſſit

eam tamen ignominiam ( ne quod intactum relinquam) Bruttius ingenti animo, ſummáque in Romanos propenſione. Ecce tibi exſequitur Appianus: Ἐν δὲ Λιβύῃ Καρχηδονίων συνεχῶς ὑπὸ τοῦδε τοῦ Σκιπίωνος ἡττωμένων, ὅσοι Βρυττίων ἔτι τε ἐγίνωσκον, ἀφίσταντο ἀπὸ τοῦ Ἀννίβου, καὶ τὰς φρουρὰς οἱ μὲν ἔκτεινον, οἱ δ' ἐξέβαλλον, οἱ δὲ οὐδέτερα τούτων δυνάμενοι λάθρα πρὸς τὴν σύγκλητον ἐπρέσβευον, τὴν μὲν ἀνάγκην αὐτῶν καὶ τὴν προαίρεσιν ἀποδεικνύντες: *Cùm à Scipione alias ſuper alias clades acciperent Cartaginienſes, quicumque Bruttiorum Annibalis fuerant, ab eo deſciſcebant, & præſidia vel interimebant, vel exigebant: qui neutrum poterant clancularijs ad Senatum Romanum legationibus, neceßitatem exponebant ſuam, & voluntatis propenſionem.* Nihilominus bonum numerum Brutatium ſecum auexit in Africam Annibal, vt ex libro Silii 17. non obſcurè conficitur: Strabo verò de integris vrbibus, aut caſtellis loquitur.

TVM GENS IRPINI. ] Feſtus: *Irpini appellati nomine lupi, quem Irpum dicunt Samnites: eum enim ducem ſecuti agros occupauere.* Strabo lib. 5. tantundem. Similiter Lycia ἀπὸ τοῦ λύκου Antonio Liberali Metamorphoſi 35. quæ eſt de Latona, *a lupo*: etſi Euſtathius in Il. C. velit à Lyco Pandionis F. Strabonem ſecutus li. 14. verbis vix diſcrepantibus.

INDOCILISQVE QVIETEM. ] Confragoſum loquendi genus. Lib. 1.

*Nec Cereri terra indocilis.*

Ad quem modum reponendum fuerit. *Ind. quieti.*

*Iámque Atella ſuas, iámque & Gallatia abegit,*
*Fas ſuperante metu, Pœnorum in caſtra cohortes.*
*Inde Phalanteo leuitas animoſa Tarento*
*Auſonium laxare iugum. patefecit amicas*
*Alta Croton portas, Afriſque ad barbara iuſſa*
*Theſpiadum docuit ſubmittere colla nepotes,*
*Idem etiam Locros habuit furor, ora vadoſi*
*Littoris, Argiuos maior qua Græcia muros*
*Seruat, & Ionio luitur curuata profundo,*
*Lætas res Libyæ, & fortunam errore ſequuta*
*Iurauit pauitans Tyrio ſua prælia Marti.*
*Iam verò Eridani tumidißimus accola Celtæ*
*Incubuere malis iterum, veteríſq; doloris*
*Tota ſe ſocios properarunt iungere mole.*

IAMQVE ATELLA SVAS, IAMQVE ET GALATIA ABEGIT. ] Vitii ſequax manus ſparſit in omnia exemplaria: *Galatia*, locorum poſitu, & modulo vocis repugnante, nullóque Criticorum refragante. At eſſe debuit *Calatia*. Strabo li. 5. eam Campaniæ vrbem Capuæ proximam facit, & in ſeductioribus *Atellam* reponit. Atellani quòd municipes teſte Sex. Pompeio grauiter deliquerunt. Municipes fuiſſe clarat, etiam epiſtola 13. lib. 2. ad Q. Fratrem. Hinc *Atellanæ* Fabulæ. Diomedes li. 3. *Tertia ſpecies fabularum Latinarum eſt, quæ à ciuitate Oſcorum Atella, in qua primum cœpta, Atellanæ di-*

*ſtæ ſunt argumentis, dictiſque ſecularibus ſimiles Satyricis fabulis Græcis.* Vide Liuium lib. 7.

INDE PHALANTEO LEVITAS ANIMOSA TARENTO.] Horat. lib. 3. Od. 5. *Lacedæmonium Tarentum*: vtrumque eſt epithetum à *Phalanto Lacedæmonio*, ſiue *Ledæo*. Martialis lib. 8. Epigr. 28.

*Appula Ledæi tibi floruit herba Phalanti.*

Qui *Phalantus* Partheniis in eam profectis coloniam dux, autor Iuſtinus lib. 3. Conſuli poteſt Euſtathius fuſè, rectéq. notans in illud Dionyſii:

— Τάρας δ' ἁλὸς ἐγγύθι κεῖται,
Ἥν ποτ' Ἀμυκλαίων ἐπολίσσατο καρτερὸς Ἄρης.

— *mari vicina Tarentum,*
*Quæ per Amyclæos quondam eſt fundata furores.*

De Tarenti conditu quamuis vberrimè dixit Strabo lib. 6. apponam vnius Marciani Heracleotæ locum:

Εἶτ' ἐστὶ μεγίστη τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Τάρας
Ἀπό τινος Ἥρωος Τάραντος λεγομένη,
Λακεδαιμονίων ἄποικος εὐδαίμων πόλις.
Οἱ Παρθενίαι ταύτην γὰρ ἔκτισαν περὶ τὸ
Εὐκαιρεῖν, ὀχυρὰν, φυσικὸν εὐτύχημά τι.
Συναγομένη γὰρ λιμέσιν ἐπὶ ἴσον δυοῖν
Πᾶσιν * σκεπεινὴν καταγωγὴν ἔχει.

*Vrbes Tarentum eſt maxima inter Italas,*
*Illuſtre nomen cui Taras heros dedit.*
*Vrbs hæc Laconum perbeata colonia eſt,*
*Hanc condidere namq. Parthenii prius*
*Sat commodam, tutámque natura bonis*
*Nam clauſa portubus geminis æqualiter*
*Nauem tegentibus eſt receptus omnibus.*

Vltima ſic emendatiùs:

Ναυσὶ σκέπην πᾶσι καταγωγὴν ἔχει.

Cum Marciano eſt Euſtath. & Heſychius: Τάρας πόλις Ἰταλίας ἀπὸ Τάραντος τοῦ Ποσειδῶνος. Ἔστι δὲ Λακεδαιμονίων ἄποικος. Polyb. lib. 8. Solin. c. 8. *Ab Heraclidis Tarentum.* Maximus Tyrius Orat. 9. & Euſtathius *Philanthum* appellauit, Iuſtinus *Palantum.*

ALTA CROTON.] *Alta* reſpectu montis, qui Crotone, Euſtath. in Dionyſium: Ὄρος δὲ Κρότωνος τὸ Λακίνιον, ἐξ οὗ καὶ ἱερὸν τὸ Λακίνιον, καὶ Ἥρα Λακινιάς. *Lacinium Crotonis mons, ex quo & templum erat Lacinium, & Juno Lacinias.* Fuit & lata Croton. Liuius: *Vrbs Croton murum in circuitu patentem duodecim millia paſſuum habuit.* Crotonem Myſcellus condidit autore Strabone lib. 6. & Euſtathio antè, locum oraculo præmonſtrante, ac iubente.

THESPIADVM DOCVIT SVBMITTERE COLLA NEPOTES.] Nam Theſpiadæ tandem è Sardinia in Italiam effuſi vicina Cumis tenuere, Diodorus lib. 5. & Sex. Pompeius in fragmento Farneſiano.

IDEM ETIAM LOCROS HABVIT FVROR.] Verè *furor*: nam à prima ſui origine cum Latinis affinitatem iunxerant. Conon Narratu tertio, vbi retulit diſcidium Alcinoum inter, & Locros fratres ortum, ac deinde æquis

legibus compoſitum, pergit de Locro dicere: Ὅς καὶ ἐπὶ τῆς Ἰταλίας πλεύσας ξενίζεται παρὰ Λατίνῳ Ἰταλῶν βασιλεῖ δόντι πρὸς γάμον καὶ τὴν θυγατέρα Λαυρίνην: *Cùm nauigando Italiam tetigiſſet, diuerſatur apud Latinum Italiæ regem, qui hoſpiti filiam Laurinam nuptum dedit.* De Locrorum defectione Liuius lib. 24. *Locrenſibus iuſſu Annibalis data pax, vt liberi ſuis legibus viuerent, vrbs pariter, & portus in poteſtate Locrenſium eſſent: ſocietas eo iure ſtaret, vt Pœnus Locrenſem, Locrenſis Pœnum bello, ac pace iuuaret.* Pòſt ſimiliter dicet Capuanorum defectionem *furorem*: quia *Dardana ab ortu mœnia* Capuæ.

ARGIVOS MAIOR QVA GRÆCIA MVROS SERVAT.] Ora hac potitum Annibalem ſcripſit & Polybius: Καρχηδόνιοι παραχρῆμα τῆς μὲν λοιπῆς παλαιᾶς χεδὸν πάσης, καὶ Μεγάλης καλουμένης Ἑλλάδος ἦσαν ἐγκρατεῖς. *Cartaginienſes breui tempore reliqua vetere prope tota Græcia Magna nominata potiti ſunt.* De ratione nominis Sex. Pompeius in fragmento ex bibliotheca Ful. Vrſini: *Maior Græcia dicta eſt Italia, quòd eam Siculi quondam obtinuerunt: vel quòd multæ, magnaque ciuitates in ea fuerunt ex Græcia profectæ.* Ouid. 4. Faſt.

*Itala non tellus Græcia Maior erat.*

Strabo lib. 3.

FORTVNAM ERRORE SECVTA.] Aſc. & P. N. *In morte.* Non arridet. Liber alius *In Marte.* Nec hoc culpabile: nec illud emendabile.

CELTÆ INCVBVERE MALIS ITERVM.] Adeſte quiqui libris M. S. vos, fidémq. veſtram deuouiſtis. Membranæ Colonienſes hoc loco repræſentant: *Malis Italûm.* Modium depuduit non ſequi. Ego τὸ *Iterum* diſpungi non poſſe ſine piaculo, non ſine ἀισχρνοίας nota clamo. Eſt enim τὸ *Iterum* veterum bellorum (quæ Silius innuit illo quoq. *Veteriſque doloris*) commemoratio. Sed hodie nec bella bella putant, nec bellè dici, niſi ambagioſis verſuum periodis: arctis tamen opus eſt ſtrictim nonnulla tangi potiùs, quàm augeri. Ad rem. Flaminius Celtas vicerat. Silius ſuprà lib. 6.

*Flaminio ſpectatus eras, cùm Celtica victor*
*Obrueret bello Diuis melioribus arma.*

Et alibi. Plut. item in Marcello, Polyb. lib. 2. *Iterum* deinde Celtæ bellum renouarunt, & *incubuere malis*, cùm à M. Claudio & Cn. Cornelio victi ſunt auctore Polybio ſuprà. Præterea *Celtæ incubuere malis iterum*, perfidiáq. recruduit eorum hoc bello Punico, cùm Italia videretur in manus Annibalis partim veniſſe, partim ventura. Huius adſpectu ſubiiciet:

*Sed fas id Celtis, fas impia bella referre.*

Sæpiſſimè aliàs quoque Gallos in Romanos arma ſumſiſſe compendio ſcribit Polybius lib. 2. & 3. Ergo τὸ *Iterum* hoc equidem loco apprimè conuenit.

*Sed fas id Celtis, fas impia bella referre*
*Boiorum fuerit populis, Capuæne furorem,*
*Quem Senonum genti placuiſſe? & Dardana ab ortu*
*Mœnia, barbarico nondum ſociata tyranno,*
*Quis nam mutato tantum nunc tempore credat?*
*Luxus, & inſanis nutrita ignauia luſtris,*

*Conſumtúſque pudor peccando, vníſq. relictus*
*Diuitiis probroſus honor, lacerabat hiantem*
*Deſidia populum, ac reſolutam legibus vrbem.*
*Inſuper exitio truculenta ſuperbia agebat.*
*Nec vitiis deerant vires, non largior vlli*
*Auſoniæ populos ſic tum fortuna fouebat*
*Aurique argentiq. modus, madefacta veneno*
*Aſſyrio, manibus veſtis, medióq. dierum*
*Regales epulæ, atque ortu conuiuia ſolis*
*Deprenſa, & nulla macula non illita vita.*

DARDANA AB ORTV MOENIA.] Capuæ: ſequitur Maronem lib. 10.
*Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.*
Sequitur & lib. 2. Lucanus: tanta eſt Maronis reuerentia!
*— trepido diſcedens agmine magnus*
*Mœnia Dardanij tenuit Campana colonis.*
Et Sueton. Iulii c. 81. repertam Capuæ arcam ſcribit, vbi literis Latinis, Græcíſq. Capys Capuæ conditor ſcribebatur. Cato, aliíque apud Velleium lib. 1. à Thuſcis Capuam poſitam volunt. Item Strabo lib. 5. ab iiſdem poſitam, & quod duodecim Etruriæ vrbium caput eſſet, dictam Capuam cùm alibi, tum hoc loco: *Δώδεκα δ' πόλεις ἐγκατοικίσαντες τὴν οἷον κεφαλὴν ὠνόμασαν Καπύην. Duodecim conditarum vrbium quaſi caput Capuam nominarunt.* Plinius in tertiam appellationis rationem concedit, cuius tamen verba ægrè capio lib. 3. c. 5. *Capua à* XI. *campo dicta.* Scribo: *Capua à* XII. *campo dicta.* Campaniæ vrbes in planis campis ſitæ erant. Silius:
*Nola ſedet campo.* —
Dices idem de cæteris. Vrbs ibi duodecima, mater aliarum, & caput, à campo duodecimo, & opimiore Capua dicta fuerit de mente Plinii. Indulget & correctioni noſtræ præpoſitio, A. Sex. Pompeius: *Capuam in Campania quidam à Capy appellatam ferunt, quem à pede introrſus curuato nominatum antiqui, noſtri Falconem vocant. Alij à planicie regionis.* Liuium addo lib. 4. *Vulturnum Etruſcorum vrbem, quæ nunc Capua eſt, à Samnitib. captam: Capuámque duce eorum Capye, vel (quod propius vero eſt) à campeſtri agro appellatam.* Pauet huic originationi M. Tullius contra Rullum: *Illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas ruſticorum, cellam atque horreum Campani agri eſſe voluerunt.* Fauet & *Campanorum* appellatio: *Capuani* enim non dicuntur.

BARBARICO NONDVM SOCIATA TYRANNO.] Pro *Nondum*, eſt cui placeat *Nunquam*: eſt cui *Tandem*: re impenſiùs examinata mihi τὸ *Nondum*, hac mente. Capua Romanis hactenus fidiſſima, & olim non Porſennę ſociata, atque in hanc diem *nondum cui barbarico tyranno*; nunc tamen Annibali adiungitur: quis credat? Tunc verò ſcribes ſequentem verſum litera auctiorem hocce modo:
*Quiſnam mutatos tantùm nunc tempore credat?*
*Mœnia Dardana*, ſeu *Capuanos mutatos* dictio eſt Poëtis, atque Hiſtoricis non infrequens.

MADEFACTA VENENO ASSYRIO MANIB. VESTES.] Conſimiliter apud Tullium in Catilinam probroſæ ſunt *manicatæ tunicæ*, & apud Plautum *manuleata* ridetur.

MEDIOQ. DIERVM REGALES EPVLÆ.] Putant nonnulli meridiana prandia fuiſſe luxus, non communis vſus per Italiam, quibus minimè ſubſcribo: meridianæ námque epulæ non culpantur, ſed *meridiana regales*, & prandia nimium accurata. Nam priſci, etiam Romani de more prandebant, ſed ſobriè, veſpere autem largiùs. Multi veterum loci prandia nobis referunt. Hor. Sat. 4. lib. 2.

*— ille ſalubres*
*Aeſtates peraget, qui nigris prandia moris*
*Finiet.*

Sat. 5.

*Poſtquam eſt impranſi correptus voce magiſtri.*

Ac ſi inſolitum: quòd impranſi, vt ieiuniis exinaniti, ferè ſint bilioſiores. Eiuſdem lib. Sat. 8. non carpit prandentem, ſed qui cum meridiana compotatione iungit veſpertinam:

*Vt Naſidieni iuuit te cœna beati?*
*Nam mihi quærenti conuiuam dictus here illic*
*De medio potare die.*

Similiter de Nerone Sueto. c. 27. *Epulas à medio die ad mediam noctem protrahebat refotus ſæpe calidis piſcinis, ac tempore æſtiuo niuatis.* Prandium dabit & illud Martialis lib. 6. Epigr. 64.

*Nec qualem Curio, dum prandia portat aranti.*

Quod de *cœna* intelligi minimè poteſt: cùm enim cœnæ tempus appetit, aratores ab opere domum ſe referunt: meridie autem cibus eis defertur. Vas etiam, in quo prandium fertur *Ariſtophoron* dici Feſtus notat. Ad oram maioris Græciæ pertinet illa Platonis vox referente Tullio lib. 5. Tuſcul. *Nullo modo mihi placuit bis in die ſaturum fieri.* Quod ibi in more poſitum. Val. Max. lib. 2. c. 25. *Maximis viris prandere, & cœnare in propatulo verecundiæ non erat.* Quod *prandium* appellauere quoque *cœnam*. Feſtus: *Nam meridianum cibum cœnam vocabant.* Plautus: *Non bonus eſt ſomnus de prandio.* Cui dicto nimis compar Theocriteum illud exiſtimo:

— φεύγειν δ' μεσαμβρινὸν ὕπνον.

Prandium etiam *Merendam* dixere, idem Feſtus: *Merendam antiqui dicebant pro prandio: quòd ſcilicet medio die caperetur.* Prandium tamen cœna parciùs fuiſſe vltro dabo, dum mihi redonent nonnullos dapſiliter pranſitaſſe: nam *rubens cibo, ac potione ex prandio Burrus appellatur*, inquit Feſtus, quem vide verbis *Cœna*, & *Scenas*. Et vulgatus Cæſaris æuo iocus fuit in Reuilum, ſiue Rebilium paucarum horarum conſulem pridie Cal. Ianuarias: *Conſulem habuimus tam ſeuerum, tam cenſorium, vt in eius magiſtratu nemo pranderit, nemo cœnauerit, nemo dormierit*, narrat Trebellius, ni memoriola vacillat.

ORTV CONVIVIA SOLIS DEPRENSA.] Cicerauli malint hoc equidem loco, ſimiliq. *Sympoſia*. Nequidquam. Nam *Conuiuium* & *Sympoſium* nimis gemina ſunt, nec alterum altero honeſtius, & quandoq. infame vtrúmque vocabulum. Συμπόσιον vox *Compotationem* ſonat, & à Græcis pro quo *conuiuio*

capitur

capitur. A natura cauſa eſt, non à luxuria. Quidquid enim alimenti capis, eliquatur, vt venas omnes corporis, ſinúſque penitiſſimos permeet: vnde *Sympoſium* epulas, & quidquid compranſoribus anteponitur, capit. Ob eandem cauſam Hebræi מִשְׁתֶּה ſeu *compotationem* pro *Conuiuio* vſurpant. Vide Geneſeως c.26. v.30. cùm Iſaacus Geraritas inuitat. Quam rationem ſi M. Tullius animaduertiſſet, eam vocem Græcam libro de Senectute nullus irriſui habuiſſet: ne *Conuiuÿ* quidem prætuliſſet appellationem. Ecquis enim ſcit, num eorum ſit *conuiuium*, qui ſe, vt edant, viuere profitentur? Quoties Martialis, & Epicuri de grege porci id iactant in vulgus? Sed ad rem à Silio notatam facit M. Tullius, dum eos infamat, *quorum omnis labor, & induſtria in antelucanis cœnis expromitur.* Lego & apud Platonem Comicum πότους ἑωθινούς, *potus matutinos*, & de Eutropio li. 2. apud Claudianum:

*Inter quæ tumidus leno producere cœnas,*
*In lucem fœtere mero.*

Hinc natus Martiali iocus lib. 1.

*Heſterno fœtere mero qui credit Acerram,*
*Fallitur: in lucem ſemper Acerra bibit.*

Vbi Deſ. Heraldus notæ non incurioſus. Athenæus lib. 11. Dionyſ. profert ex Hedylo:

Ἐξ ἠοῦς εἰς νύκτα, καὶ ἐκ νυκτῶν Πασισωκλῆς
Εἰς ἠῶ πίνει τετραχόοισι κάδοις. Daleſcampius:
*Ex aurora in noctem, & ex nocte Paſiſocles*
*In auroram bibit cadis quatuor congios capientibus.*

Contrà Tacitus de moribus Germanorum tradit *diem, noctémque continuare potando nulli probrum.*

NVLLA MACVLA NON ILLITA VITA.] Haut placet, qui remolito. *Illita*, reponit *Inclyta*. Plautus Pœnulo: *Pulcrum ornatum turpes mores prius cœno collinunt.*

*Tum populo ſaui patres, plebéſque ſenatus*
*Inuidia lacera, & collidens diſſona corda*
*Seditio, ſed enim interea temeraria pubes*
*Delicta augebat, pollutior ipſa ſenectus.*
*Nec quos vile genus, deſpectáque lucis origo*
*Fœdabat, ſperare ſibi & depoſcere primi*
*Deerant imperio, ac patriæ pereuntis habenas.*
*Quin etiam exhilarare viris conuiuia cæde*
*Mos olim, & miſcere epulis ſpectacula dira,*
*Certantum ferro ſæpe, & ſuper ipſa cadentum*
*Pocula reſperſis non parco ſanguine menſis.*
*Has aſtu aggreſſus, quo verteret acrius ægras*
*Ad Tyrios mentes, quia nulla ſorte daturam*
*Certus erat Romam. neque enim impetrata volebat*

*Pactulo (fuit haud obſcurum crimine nomen)*
*Hortatur ſummi partem depoſcere iuris,*
*Atque alternatos ſociato conſule faſces:*
*Et ſi partita renuant ſediſſe curuli*
*Aequatúmq. decus, gemináſque videre ſecures,*
*Vltorem ante oculos, atq. ora aſtare repulſæ.*
*Ergo electa manus greſſu fert dicta citato.*
*Antiſtat cunctis præcellens Virius ore.*
*Sed genus obſcurum, nullíque furore ſecundus.*
*Impia dementis vulgi, & vix tota profudit*
*Conſulta, & tumidis incendit vocibus aures.*
*Concordi fremitu renuentum effunditur aſper*
*Toto è conſilio clamor, tum quiſq. fatigat*
*Increpitans, vocúmq. tremit certamine templum.*
*Hic Torquatus auum fronte æquauiſſe ſeuera*
*Nobilis, heu Capua portantes talia dicta*
*Romuleis duraſtis, ait, ſuccedere muris?*
*Ad quos non auſi Carthago atq. Annibal, arma*
*Poſt Cannas afferre ſuas? nunquámne per aures*
*It veſtras, in Tarpeia cùm ſede Latini*
*Orarent paria, haud verbis, haud voce, ſed acri*
*Propulſum dextra, qui tum mandata ſuperbo*
*Ore aſportabat, tanto per limina templi*
*Turbine præcipitem reuoluti corporis actum,*
*Vt ſæuo afflictus ſaxo, ſpectante piaret*
*Triſtia dicta Ioue, & lueret verba impia letho?*
*En ego, progenies eius qui ſede tonantis*
*Expulit orantem, & nuda Capitolia Conſul*
*Defendit dextra: rapidum hunc, palmáſque virorum*
*Intentantem oculis, proauitáq. facta parantem.*

PLEBESQ. SENATVS INVIDIA LACERA.] Senatus, quia plebi inuiſus, eam viciſſim oderat, vexabat, lacerabat; quę dictio Patriciorum ſæuitiam explicat, & reip. Capuanæ diſcidium. Modius tamen *Inuidia læta* maluit. verùm qui inuidet, cuíue inuidetur, triſticulus plerúmq. ſemper eſt. Ipſa de re Valer. Max. lib. 9. c. 6. *Inſolentiæ verò inter Cartaginienſem & Campanum Senatum quaſi æmulatio fuit. Ille enim ſeparato à plebe balneo lauabatur: hic diuerſo foro vtebatur. Quem morem Capuæ aliquandiu retentum C. quoque Gracchi oratione in Plautium ſcripta patet.*

QVINETIAM EXHILARARE VIRIS CONVIVIA CÆDE MOS OLIM, ET MISCERE EPVLIS CONVIVIA DIRA.] De Campanis Strabo lib. 5. *ὅτι ποσοῦτον γε ἐνετρύφησαν, ὡς ἐπὶ δεῖπνον πρὸς ζεύγη μονομάχων, ὁρίζοντες ἀριθμὸν κατὰ τὴν τῶν δεί-*

πων ἀξίαν. *Tam immaniter luxuriati ſunt, vt ad conuiuium inducerent gladiatorum paria, numero pro conuiuii dignitate finito.* Tam Romanis, atque Campanis diuertebant mores, vt Liuius lib. 39. traduxerit Flaminini Coſ. crudelitatem, qui ante menſam decollandi artifice vſus eſſet: quos mire tamen infamat Nicolaus Damaſcenus: Τὰς τῶν μονομάχων θέας οὐ μόνον ἐν πανηγύρεσι, καὶ θεάτροις ἐποιοῦντο Ῥωμαῖοι παρὰ Τυρρηνῶν λαβόντες τὸ ἔθος, ἀλλὰ κἀν ταῖς ἑστιάσεσιν. ἐκάλουν γοῦν τινες ἐπὶ δεῖπνον τοὺς φίλους ἐπί τε ἄλλοις, καὶ ὅπως ἂν δύο, ἢ τρία ζεύγη ἴδοιεν μονομάχων, ὅτε καὶ κορεσθέντες δείπνου, καὶ μέθης εἰσεκάλουν τοὺς μονομάχους. καὶ ὁ μὲν ἅμα ἐσφάττετο, αὐτοὶ δ' ἐκρότουν ἐπὶ τούτῳ ἡδόμενοι. *Gladiatorum ſpectacula non in celebritatibus ſolùm, ac theatris more ab Etruſcis accepto edebant Romani, ſed & in ipſis conuiuiis. Nonnulli igitur amicos ad cœnam vocabant cum aliis de cauſis, tum vt bina, ternáue gladiatorum paria ſpectarent; ſimulátq. verò quis iugulabatur, ipſi plaudebant, ideo lætitia perfuſi.* Et quod mirere magis, aduerte reſtantia: Ἤδη δέ τις καὶ ταῖς διαθήκαις γέγραφε γυναῖκας εὐπρεπεστάτας μονομαχῆσαι, ἃς ἐκέκτητο. Ἕτερος δὲ παῖδας ἀνήβους ἐρωμένους ἑαυτοῦ. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἠνέσχετο ὁ δῆμος τὴν παρανομίαν ταύτην, ἀλλ' ἄκυρον τὴν διαθήκην ἐποίησεν. *Iam verò nonnemo teſtamento ſcripſit, vt mulieres decentiſſimæ, quas poſſederat, gladiatorum more depugnarent. Alter, vt impuberes ſui amaſii. At peruerſum hoc decretum non tulit populus, ſed teſtamentum fecit irritum.*

NVLLIQ. FVRORE SECVNDVS.] Subnectit Modius:

*Qui poſtquam cœtu Patrum, ingentique Senatu.*

Nihil hîc deſidero: luculentè námque hæc in Senatu dicta cùm aliis, tum his Silius indicat:

*Toto è concilio clamor; tum quiſq. fatigat*
*Increpitus: vocumque tremit formidine templum.*

HIC TORQVATVS AVVM FRONTE ÆQVAVISSE SEVERA.] Enotatur potiſſimum Manlii Torquati ſeueritas, qui filio deligato ceruicem feriri imperauit. Adi tor Liuius lib. 7. Val. Max. lib. 1. c. 7. D. Aug. lib. 5. de Ciuit. c. 18. Dionyſ. Halic. lib. 8. Ab eo Manliana imperia pro *ſeueris.* Gell. lib. 1. c. 13. Indubitanter verò Silius intentior eſt in ſeueritatem Manlii Torquati, quam apud Liuium lib. 8. expromſit in legatos Latinorum. Connata Torquatis ſeueritas: hinc ab Hortenſio Torquatus audit ἄμουσος, ἀπροσήγορος, ἀπρόσιτος, *Inelegans, inhumanus, non adeundus.* Gell. lib. 1. c. 5. Planè autem cum Silio ſentit Val. Max. lib. 6. c. 5. *Tunc Manlius Torquatus, inquit, ſtirpis eius, qui Latinos apud Veſerum inclyta pugna fuderat,* &c.

SPECTANTE PIARET TRISTIA DICTA IOVE.] Hauſtum ex Liuii lib. 8. vbi Torquatus *conuerſus ad ſimulacrum Iouis: Audi Iupiter hæc ſcelera, inquit.* Legenda inibi Annii oratio communi ſociorum nomine vnum è Latinis conſulem Romæ flagitantis, & eius ferociam præcipitio punitam.

RAPIDVM HVNC, PALMASQ. VIRORVM.] Lug. meliùs: *Rabidum.*

*Vt vidit maiore adeo crudeſcere motu,*
*Excipit his frendens Fabius prôh cuncta pudendi,*
*Sedes ecce vacat belli viduata procella:*
*Quem quæſo è vobis huic impoſuiſſe paratis?*
*Inque locum Pauli quem nam datis? an tua Viri*

*Prima atque ante alios ſors concedente ſenatu*
*Te citat, ac noſtris æquat iam purpura Brutis?*
*I demens, i quò tendis, tibi perfida faſces*
*Det Carthago ſuos. medio feruore loquentis*
*Impatiens vltra gemitu cohibere furorem*
*Fulminea toruum exclamat Marcellus ab ira.*
*Quæ tandem & quàm lenta tenet patientia mentem*
*O confuſe nimis Gradiui turbine Varro?*
*Vt præferre queas furibunda inſomnia Conſul?*
*Nonne exturbatos iam dudum limine templi*
*Præcipites agis ad portas? & diſcere cogis*
*Semiuiros, quòd ſit noſtro de more creati*
*Conſulis imperium? non vnquam ſobria pubes*
*Et peritura breui, moneo, ocyus vrbe faceſſe.*
*Muros ante tuos ( vt par eſt ) debita ductor*
*Armatus reſponſa dabit, conſurgere cuncti*
*Hinc pariter, magnóq. viros clamore premebant.*
*Necnon & foribus propere Campana iuuentus*
*Extulit acta gradum, tantæque dolore repulſæ*
*Concitus Annibalem voluebat Virius ore.*
*Fuluius ( huic iam ſpondebant præſagia mentis*
*Venturum decus, & Capuæ pereuntis imago*
*Iam tum erat ante oculos ) non ſi Carthaginis, inquit,*
*Ductorem veſtris deuictum colla catenis*
*Romam victor agas, poſthac intrare Quirini*
*Sacratas dabitur ſedes. tende ocyus oro*
*Quò mens ægra vocat. referunt hæc inde citati*
*Mixta minis, & torua trucis reſponſa Senatus.*
*Tantáne omnipotens caligine merſa latere*
*Fata placet? veniet quondam felicior ætas,*
*Cùm pia Campano gaudebit conſule Roma,*
*Et per bella diu, faſces, perq. arma, negatos*
*Vltro ad magnanimos referat ſecura nepotes:*
*Pœna ſuperborum tamen hæc durabit auorum*
*Quòd non antè ſuos Capua ad ſuffragia mittet,*
*Quàm Cartago ſuos, poſtquam nunc dicta Senatus,*

SEDES ECCE VACAT.] Pauli Coſ. demortui.

FVLVIVS ( HVIC IAM SPONDEBANT.] Explanatiùs: *Inſit, Fatur,* quod non infrequens omittitur.

QVOD NON ANTE SVOS CAPVA AD CERTAMINA MITTET QVAM CARTAGO SVOS. ] *Suos*, ſeu ciues, ſeu veriùs Cartaginienſium olim imperio obnoxios, puta Gaditanos. Quæ ambages canunt Cornelium Balbum maiorem, de quo Plin. lib. 7. c. 43. *Primus externorum, atque etiam in Oceano genitorum vſus illo honore, quem maiores quoque Latio negauerunt.* Idem li.5.c.5. eum Gadib. natum ſcribit, & Coſ. triumphaſſe. Epiſtolæ Ciceronis ad Atticum, præſertim huius memoriam teſtantur locis complurib. Quò ſit euectus Seuerus Pertinax, cui voce Auſonii *Punica origo*, Silio gnarum eſſe non potuit.

POENA SVPERBORVM. ] Gell.l.1.c.24. epigramma Næuii plenum eſſe *Campanæ ſuperbiæ* pronunciat: quia *Campani* tales. Cicero Orat. poſt reditum: *Capuaue te putabas, in qua vrbe domicilium ſuperbiæ fuit.* Idem pluries. Liuius lib.9. ſcribit *Campanis ingenitam ſuperbiam.* Lib. 53. *Inde ingens ferocia ſuperbæ ſuopte ingenio genti creuit.* Lege Auſonii Capuam.

*Nunc fata expoſuit, tum veris falſa per artem*
*Viriùs admiſcens, cecinit fatale cruenti*
*Turbati ſignum belli, furiata iuuentus*
*Arma Annibalémque volunt, ruit vndique vulgus,*
*Et Pœnos in tecta vocant, ingentia facta*
*Sidonij iuuenis celebrant, vt vicerit alpes*
*Herculei ſocius decoris, diuiſq; propinquas*
*Tranſierit curſu rupes, vt cæde referta*
*Clauſerit Eridani victor vada, victor vt idem*
*Lydia Romano turbarit ſtagna cruore,*
*Et Trebiæ ripas æterno nomine famæ*
*Tradiderit, Paulúmque idem inter prælia, & idem*
*Flamminium proceres rerum, demiſerit vmbris.*
*His ſuper exciſam primori marte Saguntum,*
*Et iuga Pyrenes, & Iberum, & ſacra parentis,*
*Iuratúmque viro bellum puerilibus annis*
*Accumulant, vnum ducibus tot cæde peremptis,*
*Tot fuſis acie, ſtare inter prælia nullis*
*Attactum telis ſuperûm, quum munere detur*
*Huic ſociare viro dextras, & fœdere iungi*
*Faſtus & exanguis populi, vanúmque tumorem.*
*Nimirum Capua & dominatum perferat vrbis*
*Ceu famulis faſces, æquatáq; iura negantis.*
*Prorſus enim tanto potiorem nomine habendum*
*Varronem, vt fugiat Conſul fulgentior oſtro.*
*Talia iactantes iam lectam forte parabant*

*Mittere, quæ Tyrios adiungat fœdere pubem.*

ARMA, ANNIBALEMQVE VOLVNT. ] Quidam liber: *Arma ſibi*. Commodius eandem vocem reprehendas:

*Arma, arma, Annibalémque volunt.*

Ea certè geminatio propior ſit veterem, ritualémque adhortationem. Silius lib. 12.

*— arma, crientus*
*Hoſtis adeſt, rapite arma viri.*

Æneid. 2.

*Arma viri, ferte arma viri.*

Æneid. 11.

*Arma manu trepidi poſcunt: fremit arma iuuentus.*

Ouid. 14. Metam.

*Certatimque omnes vno ore, arma loquuntur.*

VT VICERIT ALPES. ] Colon. membranæ: *Ruperit*.

ET IVGA PYRENES. ] De illorum opinione, qui ſcripſerunt Alpes intratas per Pyrenem ab Annibale, meminit Liuius li. 21. Et antè ſecutus erat Poëta, vbi iactantior Annibal hæc:

*— non Pyrenem, Rhodanúmque furentem.*

Polyb. lib. 3.

FASTVS ET EXSANGVIS POPVLI. ] Reſcindenda copula. *Faſtus*, repulſam Conſulatus. Propertius lib. 4. Eleg. 5. pari venuſtate:

*Nempe tulit faſtus auſa rogare prior.*

*Exſanguis populi*, probrum in Romanos, quâ ſunt ex conuenis orti, & flagitioſis in aſylum confluentibus, quibus non ſanguis certus, nobiliſque proſapia deriuatus. Iuuenalis opprobramentum:

*— ab infami nomen deducis aſylo.*

Vel opportûnius *Exſanguis*, ſeminecis: vt li. 12. de Roma:

*Exſangues rurſus tollebat ad æthera vultus.*

Vt Val. Maximus li. 5. c. 3. *Africanus ſuperior non ſolum contuſam & confractam belli Punici armis rempub. ſed penè iam exſanguem, atque morientem Africæ dominam reddidit.*

*Sed non inuictum ponebat pectora robur*
*Tum ſolum Decius Capuæ decus, iſq; receptus*
*In medios cœtus, neq; enim differre dabatur,*
*Itis, ait, ciues violanda ad iura parentum,*
*Damnatùmque caput temerati fœderis aris*
*Iungitis hoſpitio? quæ tanta obliuio recti?*
*Magnum vtique, in magnis rebus, populíſque viríſque*
*Aduerſis, ſeruare fidem. nunc tempus inire*
*Prælia pro Rutulis, nunc ſigna aciémque mouere,*
*Dum trepidæ res, & medicinam vulnera poſcunt.*

*Is locus officio, cùm ceſſant proſpera, cúmq;*
*Dura ad opem fortuna vocat: nam læta fouere*
*Haudquaquam magni eſt animi decus: hic age adeſte,*
*Noui dijs animas ſimiles, & pectora magnis*
*Nunquam anguſta malis, capiunt (mihi credite) Cannæ,*
*Et Thraſimena vada, & Pauli memorabile lethum.*
*Hi ſunt qui veſtris infixum mœnibus hoſtem*
*Deiecere manu, & Capuam eripuere ſuperbis*
*Samnitum iuſſis: hi ſunt qui iura dedere*
*Terrore expulſo, Sidicinâque bella remorunt.*
*Quos fugitis ſocios odiis? quóſue additis? ille*
*Dardanias, cui ſacra pater, cui nomina liquit*
*A Ioue ducta Capys, magno cognatus Iulo:*
*Ille ego ſemihomines inter Naſamonas, & inter*
*Sæuum, atq; æquantem rictum Garamanta ferarum,*
*Marmarico ponam tentoria mixtus alumno?*
*Ductorémq; feram, cui nunc pro fœdere, próq;*
*Iuſtitia eſt enſis, ſolæque è ſanguine laudes?*
*Non ita, non Decio permixtum fáſque nefáſque*
*Hæc vt velle queat, nullo vos inuida tanto*
*Armauit natura bono, quàm ianua mortis*
*(Quod patet) è vita non æqua, exire poteſtas.*

ADVERSIS SERVARE FIDEM. ] Sic eſt codicibus M. N. & B. Alc. & P. N. item L.

*Aduerſam oſtentare fidem.*

praué.

NOVI DIS SIMILES ANIMAS. ] Θεοειδέας, Θεοεικέλας. *Dijs ſimiles.*

CAPVAM ERIPVERE SVPERBIS

SAMNITVM IVSSIS, SIDICINAQVE BELLA REMORVNT. ] Recinit Capyenſium Romam legationem narratam Liuio lib. 7. vbi hæc: *Precantibúſque datum, vt præſidium eo in hiberna mitteretur, quo Samnitium excurſiones arcerentur.* Sed & hæc pleraque omnia è Liuii lib. 23. ſunt in numeros redacta. *Sidicináq;*: Plinius li. 3. c. 5. in Campania locat *Teanum Sidicinum* cognomine, & Strabo li. 5. Τὸ γὰρ Τέανον τὸ καλούμενον Σιδικινὸν ἐφεξῆς κείμενον, ἐκ τοῦ ἐπιθέτου δηλοῦται, διότι τῶν Σιδικινῶν ἐστιν, Οὗτοι δ' Ὄσκοι Καμπανῶν ἔθνος ἐκλελοιπός. ὥστε λέγοιτ' ἂν τῆς Καμπανίας, καὶ αὐτὴ μεγίστη οὖσα τῶν ἐπὶ τῇ Λατίνῃ πόλεων: *Teanum quod Sidicinum appellatur, ſequitur, atque ex epitheto cognoſcitur eſſe Sidicinorum. Sidicini vero Oſci ſunt, Campanorum gens deſita. Eſtque Teanum Campaniæ facilè maxima Latij ciuitatium.* Æn. 7.

*— ſidicinâque iuxta*
*Æquora.*

QVOS FVGITIS SOCIOS ODIIS? QVOSVE ADDITIS? ILLE DARDANIVS. ] Quis? Ego Decius. Totum hunc locum ſic in melius refero:

*Quos fugitis ſocios? quóſue additis? ille ego ſanguis*
*Dardanius, cui ſacra pater &c.*
*Ille ego ſemihomines.*

In Par. M. N. & L. habetur, vt citauimus: in Baſ.

*Quos fugitis ſocios, ego ſanguis: quóſue additis? ille*
*Dardanius.*

Ex hoc inquinatiſſimo, & alteris ſemiplena ſententia libris correctionem erui.

CVI NOMINA LIQVIT AB IOVE DICTA CAPYS MAGNO COGNATVS IVLO. ] *Cognatus* συγγενὴς, ὁμαίμων: quia Capys, à quo Campuani, ab Ioue, & Iulus, a quo Romani conſanguinei. Ouid. 4. Faſtorum:

*Dardanon Electra quis neſcit Atlantide natum?*
*Scilicet Electram concubuiſſe Ioui.*
*Huius Erichthonius, Tros eſt generatus ab illo,*
*Aſſaracum creat hic, Aſſaracúſque Capyn.*
*Proximus Anchiſes, cum quo commune parentis*
*Non dedignata eſt nomen habere Venus.*
*Hinc ſatus Æneas.*

Ab Ænea Iulus.

*Sic genus amborum ſcindit ſe ſanguine ab vno!*

Cui genealogiæ ſuffragantur Apollodorus li. 3. Photius c. 57. Bibliothecæ. Homerus Iliados Υ. Conon Narratu 21. Scholiaſtes Apollonii Rhodij.

ÆQVANTEM RICTVM GARAMANTA FERARVM. ] An quod Garamantum rictum vtraque longius exit? An quod hiantia ferarum capita, capiti æquent ſuo pro galea, aut ſuper? Plutarchus in Mario ſimile quid de Cimbris equitibus denarrat: Κράνη μὲν εἰκασμένα θηρίων φοβερῶν χάσμασι, *galeas in terribilium belluarum ora conformatas*, circumtuliſſe. Non audiendus, qui coniectat *Ritum*. Præſertim cùm Cynamolgi ſcribantur à Solino c. 43. *habere caninos rictus, & prominula ora*, neque Cynamolgi à Garamantib. vſque diſſiti ſint. Rictum tale in probris fuit. Catul. ad Æmilium:

*Præterea rictum, qualem defeſſus in æſtu*
*Meientis mulæ cunnus habere ſolet.*

Martialem vide in Vetuſtino libro tertio exeunte.

NVLLO NOS INVIDA TANTO. ] *Viuida* nihili eſt. *Inuida*, & nouerca licet natura.

NVLLO NOS INVIDA TANTO ARMAVIT NATVRA BONO. ] Seneca cap. 6. de Prouidentia: *Ante omnia neq... vos teneret inuitos, patet exitus.* Poſt illa: *Ideoque ex omnibus rebus, quas eſſe vobis neceſſarias volui, nihil feci facilius, quàm mori. Prono animam loco poſui.* Pli. l. 2. c. 7. *Sibi mortem conſciſcere, ſi velit, quod homini dedit optimũ in tantis vitæ pœnis.*

QVAM IANVA MORTIS QVOD PATET, E VITA NON ÆQVA EXIRE POTESTAS. ] Leuicula acceſſione leuabitur ſententia, & illuſtrabitur:

Quòd

*Quod patet, & vita. n. æ. e. p.*
*Vita non æqua*, triſti, & ærumnoſa. Æneid. 2.
— *patet iſti ianua letho.*
Hauſtum è Vatis termaximi fontibus: Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσι. *Ille mihi inferni portis æquè eſt odioſus.* Habes & Νερτέρων πύλας. *Inferorum portas.* in Euripidis Hippol. Sic locutus Theocritus, Dio, Lucretius, alii.

*Hæc vana auerſas Decius iactauit ad aures.*
*Aſt delecta manus iungebat fœdera Pœno.*
*Iámq; aderat præmiſſa duci turbante tumultu*
*Autololes numeroſa cohors, ipſe agmine magno*
*Feſtinata citus per campos ſigna mouebat.*
*Et Decius, nunc hora viri, nunc tempus, adeſte*
*Dum Capua dignum, dum me duce dextera vindex*
*Molitur facinus, procumbat barbara pubes,*
*Pro ſe quiſque alacres rapite hoc decus, hoſtis adire*
*Si parat, obſtructas præbete cadauere portas,*
*Et ferro purgate nefas: hic denique ſolus*
*Eluerit ſanguis maculatas crimine mentes.*
*Dúmque ea nequicquam, non vlli læta profatur*
*Audita aſperitate viri, cæptoque feroci,*
*Multa fœta gerens ira præcordia Pœnus*
*Aſtabat muris, properéq; accerſere lectos*
*Immitem caſtris Decium iubet: horrida virtus,*
*Armatúmque fide pectus, rectíque cupido*
*Et maior Capua mens, imperterrita mole*
*Inuicta ſtabat, toruóque minantia vultu*
*Iuſſa ducis, verbíſque etiam inceſſebat amaris.*
*Quem Libyæ rector tot ſigna tot arma ferentis*
*Spernentem increpitans, magno clamore profatur:*
*Poſt Paulum, poſt Flaminium componimur, heu heu,*
*Vecordi Decio mecum certaſſe volenti.*
*In decus & famam lethi, rapite, inde citati*
*Signa duces, pateátque mihi Campana vetante*
*Vrbs Decio, explorare libet noua bella monenti*
*Cui patuere alpes, ſaxa impellentia cælum,*
*Atque vni calcata deo. ſuffuderat ora*
*Sanguis, & à toruo ſurgebant lumine flammæ.*
*Tum rictu ſpumas, & anhelis faucibus acta*
*Verſabant penitus dirum ſuſpiria murmur.*

Mmm

AT DELECTA MANVS IVNGEBAT FOEDERA POENO. ] Explicatius, quod Hiſtoricum oportuit, fœderis leges retulit Liuius lib. 23. *Ne quis Imperator, Magiſtratúſue Pœnorum ius vllum in ciuem Campanum haberet. Néue ciuis Campanus inuitus militaret, munúſue faceret. Ut ſuæ leges, ſui Magiſtratus Campanis eſſent. Vt trecentos ex Romanis captiuos Pœnus daret Campanis, quos ipſi elegiſſent: cum quibus equitum Campanorum, qui in Sicilia ſtipendia facerent, permutatio fieret. Hæc pacta.*

MVLTA FOETA GERENS IRA PRÆCORDIA POENVS. [] Nonnus in Paraphraſi:

— ἀμπλακίης ἐγκύμονα κόσμον.

*Grauidam bellis vrbem* ſcripſit Vopiſcus in Caro. Iterum Silius li. 17.

*Noui fœta viri bellis præcordia.*

ET MAIOR CAPVA MENS. ] Decii. Ingens animus, & rectus: aliorum ingentior, non rectior. Philippi Macedonis apud Demoſthenem Orat. 3. Οὐδ' ἡ Ἑλλάς, οὐδ' ἡ βάρβαρος χωρεῖ πλεονεξίαν τ' ἀνθρώπου. Annibalis Iuuenali Sat. 10.

— *hic eſt, quem non capit Africa Mauro*
*Perfuſa oceano.*

Viſe cætera. Curtius legati Scytharum verba hæc ad Alexandrum ponit: *Si Dij habitum corporis tui auiditati animi parem eſſe voluiſſent, orbis te non caperet.* Seuerus ante mortem phialam capiendis cineribus aptam his alloquitur: Χωρήσεις ἄνδρα, ὃν ἡ οἰκουμένη οὐκ ἐχώρησεν. *Virum capies, quem non cepit orbis vniuerſus.* Xiphilinus.

RAPITE INDE CITATI. ] Col. & Par. *Ite.*

PATEATQVE MIHI CAMPANA VETANTE
VRBS DECIO. ] Col. *pateátue.* Ita debuit. Item *Capua* vrbs *Campana* eſt: tamen expreſſius ſit

*Capuana vetante*
*Urbs Decio.*

ſed deterius: nam in decima Æneide habes pro Capua:

*Et Capys: hinc nomen Campana ducitur vrbi.*

Varro quoque togæ decus lib. 9. negat analogiæ vſum in his: Roma Romanus, Capua Capuanus, & ſupra Campanum quoties reponit Liuius vno pene in ambitu? Comperior tamen Inſcriptione in perantiqua: ΚΑΠΥΑΝΩΝ. *Capuanum.* Fortè id Græculis ignarum.

*Sic vrbem ingreditur tanto comitante ſenatu,*
*Et vulgo ad ſpectanda ducis ſimul ora ruente,*
*Effundit cunctam rabiem, irarúmque procellas.*
*Necnon & Decio propiora pericula mentem*
*Flammarant, tempúsq; adeo cernebat adeſſe,*
*Quo laudes ducis inuicti ſuperaret inermis.*
*Non illum fuga, non clauſi occuluere penates,*
*Sed liber, veluti nullus penetraſſet in vrbem*
*Annibal, intrepido ſeruauerat otia vultu.*

*Cùm iuuenem ſæuis horrendum concitus armis*
*Inuadit globus, & pedibus ſublime ſedentis*
*Ductoris ſiſtit: tonat inde ferocibus alte*
*Inceſſens victor dictis, ſolúſne ruentem*
*Fulcire, ac reuocare paras à funere Romam?*
*O demens, en qui diuûm mihi munera tanta*
*Eripiat. Decio prorſus ſeruabar inerti*
*Vincendus, Decio imbelli, cui fœmina nulla*
*Orta in Agenoreis noſtræ Carthaginis oris*
*Ceſſerit: huic agedum (nam cur indigna feramus)*
*Magnanimo miles meritas innecte catenas.*
*Dixerat, & nondum finem conuitia norant*
*Quum fera gens Decij conſtanti pectore corpus*
*Inuadit, vincítq; manus poſt terga catenis.*
*Illatus velut armentis ſuper ardua colla*
*Cùm ſeſe impoſuit, victorque immane ſub ira*
*Infremuit leo, & immerſis grauis vnguibus hæſit*
*Mandit anhelantem pendens ceruice iuuencum.*
*At Decius dum vincla ligant, necte ocyus, inquit.*
*Nam ſic Annibalem decet intrauiſſe catenas*
*Fœderis infauſti pretium, ſic victima prorſus*
*Digna cadat Decius, nec enim te ſanguine lætum*
*Humano, ſit fas cæſis placaſſe iuuencis.*
*En dextra, en fœdus, nondum tibi curia, nec dum*
*Templorum intranti poſtes, iam panditur acri*
*Imperio carcer, perge ac primordia tanta*
*Accumula paribus factis, mihi fama ſub vmbris*
*Te feret oppreſſum Capuæ occidiſſe ruinis.*
*Nec plura effari conceſſum, obnubitur atra*
*Veſte caput, trahitúrq; ferox ante ora ſuorum.*

SIC VRBEM INGREDITVR TANTO COMITANTE SENATV. ] Col. *Inuectus toto* c. S. Ita velim de mente Poëtæ. Suprà:

*Tum ſolum Decius Capuæ decus.*

Poſtillà Decio Annibal:

— *ſolúſne ruentem*
*Fulcire, ac reuocare paras à funere Romam?*

E quibus totum Senatum facimus Annibalis. Liuius *totam ciuitatem* lib. 23. *In foro cum filio, clientibuſque paucis otioſè inambulauit* [Pacuuius Calauius] *trepidante tota ciuitate ad excipiendum Pœnum, viſendúmque.*

CVI FOEMINA NVLLA, CESSERIT. ] Redi ad ſcripta in lib. 2.

NEC ENIM TE SANGVINE LÆTVM HVMANO. ] Lib. 1. *Penitúſque medullis Sanguinis humani flagrat ſitis.* In laude poteſt eſſe de forti, & ſanguinis adſpectu læto; vt Senecæ illud: *Sanguinem Mauors cupiens recentem.* Ego in deterius iactum autumo de iniuſta ſanguinis humani profuſione, puta, cùm fratres fratribus commiſit Annibal, & filiis parentes. Appianus Annibalicis: Ὅσοι δ᾽ ἦσαν ὑπὸ τῆς βουλῆς, ἢ ἄλλως ἐπιφανεῖς, μονομαχεῖν αὐτοὺς ὑπὸ θεαταῖς τοῖς Λίβυσιν ἠνάγκαζεν, πατέρας τε υἱοῖς, καὶ ἀδελφοὺς ἀδελφοῖς, οὐδὲν ἐκλείπων ὑπεροψίας ὠμῆς. Plin. li. 8. c. 7. conſulendus, & Val. Maximus pag. 393.

TEMPLORVM INTRANTI POSTES. ] *Intrati* rectius. Liuius lib. 21. *Vbi rurſus ſylua intrata.* Tacitus 2. Annal. *At ſi mare intretur.* Poëtæ, Silius lib. 2.

*Intratam Senonum capietis millibus vrbem.*

Apollinaris Car. 2.

*Intratis ſolidatur aquis.*

Ouid. in Faſtis:

*Intrata eſt Superis quòd domus vna tribus.*

Cogit nos ad eam correctionem ſeries verborum.

*— necdum curia, necdum*
*Templorum intrati poſtes.*

Nam *intraſſe curia* ferri haut poteſt. Modio ſatis fuit correxiſſe: noſtrum eius iudicium ſine cauſa non amplecti.

OBNVBITVR ATRA VESTE CAPVT. ] Ductum ex illo veteri edicto: *Caput obnubito, infelici arbori ſuſpendito.* Meminere Liuius lib. 1. & Cicero.

*Exin victor ouans ſedato pectore tandem*
*Spectandis vrbis tectis, templíſque ſerenos*
*Lætus circunfert oculos, & ſingula diſcit.*
*Quis muris ſator, & pubes ſit quanta ſub armis,*
*Quótque auri pateant bello argentíque talenta,*
*Nunc qualis frenata acies, nunc deinde pedeſtris*
*Copia quanta viris. monſtrant Capitolia celſa,*
*Stellateíſque docent campos, Cereremque benignam*
*Iámque diem ad metas defeſſis Phœbus olympo*
*Impellebat equis, fuſcabat & Heſperus vmbra*
*Paulatim infuſa, properantem ad litora currum*
*Inſtituunt de more epulas, feſtámque per vrbem*
*Regifice extructis celebrant conuiuia menſis.*
*Ipſe deûm cultu, & ſacro dignatus honore,*
*Præcipuis, multóq; procul ſplendentibus oſtro*
*Accipitur ſublime toris: non vna miniſtri*
*Turba gregis: poſuiſſe dapes his addita cura,*
*His adolere focos, his ordine pocula ferre.*

*Necnon & certis ſtruitur penus, aſpera menſa*
*Pondera cælati fulgent antiquitus auri.*
*Eripiunt flammæ noctem. ſtrepitúq. mouentum*
*Murmurat alta domus, ſtupet inconſuetus opimæ*
*Sidonius menſæ miles, faciémq. ſuperbi*
*Ignotam luxus, oculis mirantibus haurit.*
*Veſcitur ipſe ſilens, & tantos damnat honores*
*Eſſe epulis, faciléſque coli tanto agmine menſas.*
*At quum pulſa fames, & Bacchi munera duram*
*Laxarunt mentem, cùm fronti reddita demum*
*Lætitia, & poſitæ grauiores pectore curæ,*
*Perſonat Euboica Teuthras teſtudine Cymes*
*Incola, & obtuſas immiti murmure ſæuæ*
*Inter bella tubæ, permulcet cantibus aures.*
*Iámq. Iouem, & lætos per furta canebat amores,*
*Electræque toros Atlantidos, vnde creatus*
*Proles digna Deûm tum Dardanus, isque tonanti*
*Vt det Erichthonium magna de ſtirpe nepotem.*
*Hinc Tros, hinc Ilus, generis tunc ordine longo*
*Aſſaracus, nullóque minor famáue manúue,*
*Tum Capys vt primus dederit ſua nomina muris.*
*Concelebrant plauſu pariter Sidonia pubes,*
*Campanæque manus, ante omnes ductor honori*
*Nominis auguſto libat carcheſia ritu,*
*Cætera quem ſequitur, Bacchíque ex more liquorem*
*Irrorat menſis turba, ardeſcítque Liæo.*

MONSTRANT CAPITOLIA CELSA.] Καταχρηστικῶς arcem Capuæ. Sic & Byrſa Cartaginienſium nominata *Capitolium*, vti notauimus ex S. Cypriano epiſt. 55. ad Cornelium Papam, & lib. de Lapſis. Sic *Pergamum* non Troiæ dumtaxat. Didymus in Il. lib. 4. Ὅμηρος δὲ μόνην τὴν Ἰλίου ἀκρόπολιν, Πέργαμον καλεῖ· οἱ δὲ νεώτεροι πάσας τὰς ἀκροπόλεις. *Homerus Ilij ſolius arcem vocat* Pergamum, *iuniores paſſim arces.* Cur non id æquè, atque à *Palatio* Romano *Palatia cætera?*

STELLATESQ. DOCENT CAMPOS, CEREREMQ. BENIGNAM.] Patefaciam agri Stellatis opimitates ex contentione Tulliana cum Campano, contra Rullum: *Adiungit Stellatem campum agro Campano, & in eo duodena deſcribit* [ampliter] *in ſingulos homines iugera. Quaſi verò paullùm differat ager Campanus à Stellati.* Sueton. c. 20. Iulii: *Campum Stellatem maiorib. conſecratum, agrúmq. Campanum ad ſubſidium reip. vectigalem relictum diuiſit extra ſortem* viginti hominum millib. gratificaturus, quibus domi curta ſuppellex proles multa.

PROLES DIGNA DEVM. ] Ἰσόθεος, ἀντίθεος. Notatum ad Baſilium Seleuciæ.

ANTE OMNES DVCTOR HONORI NOMINIS AVGVSTO LIBAT CARCHESIA RITV, CÆTERA, QVEM SEQVITVR. ] Turba. Saphpho libantibus quoque, ac Deos comprecantibus dat *carcheſium*. Κοινῇ δ' ἄρα πάντες καρχάσι᾽ εἶχον, καὶ λεῖβον· ἀράσαντο δὲ πάμπαν ἐσλὰ τῷ γαμβρῷ. Daleſcampius: *In commune habuerunt omnes carcheſia, & libauerunt: generóq. fauſta ſunt precati.* Hac igitur ex cauſa, & mox ſubiicienda, pro illo *Nominis* reſtituo *Honori Numinis.* [*aliud enim*, inquit Accius in Terco, *& nomen, & numen Iouis* ] & *Diana* numen intelligo Silio, & Euſtathio ducibus, auſpicibuſque cœptæ correctionis. Silius lib. 13.

*Cerua fuit. —*
*— — famulámq. Dianæ.*
*— — credebant.*

Vides Dianam *cultam Capuæ?* Dico iamnunc ex Euſtathio in Iliad. λ. *Carcheſium* nobile illi dicatiſſimum fuiſſe: Καί φασιν ἐν Καπύῃ πόλει Καμπανίας ἀνακεῖσθαι Ἀρτέμιδι ποτήριον ἐν τοιούτῳ σχήματι, ὃ λέγεται εἶναι τοῦ Νέστορος. *Et in Capua ciuitate Campaniæ poterium Dianæ ſacrum aiunt eſſe, conſimili cum Neſtoreo poculo figura.* Græcam vocem retinui de exemplo Plauti. Progredior. Neſtoreum poculum duplici ſuo fundo cum carcheſio, cui fundum duplicat Athenæus, probè congruebat. De cuius carcheſii forma pleniùs habe ex Athenæi Dionyſ. lib. 11. & Callixeni Rhodii libris de Alexandria: Ποτήριόν ἐστιν ἐπιμήκες, συνηγμένον εἰς μέσον ἐπιεικῶς, ὦτα ἔχον μέχρι τοῦ πυθμένος καθήκοντα. Interpretem mihi ſuccenturio Macrobium lib. 5. c. 21. *Carcheſium verò procerum, & circa mediam partem compreſſum, anſatum mediocriter, anſis à ſummo ad infimum pertingentibus.* Verba præpoſtera ex Græcis ſcriptoribus in ordinem redigenda: *Circa mediam partem compreſſum mediocriter, anſatum* [quæ anſarum poſitura? ] *anſis à ſummo ad infimum pertingentibus.* Placet etiam ſic illa necti: *Honori Numinis auguſto*, non, *auguſto ritu.* Iure Dianæ Numen *auguſtum* dicimus: nam pretioſiſſima quæque, & ſacratiſſima priſci vocabant *auguſta.* Xiphilinus in Auguſto. Vide Sueton. in Auguſto c. 7. Ouidium in Faſtis.

*Interea Tyrio reſoluta in gaudia cætu*
*Converſo (neque enim iuuenis non digne ſilere*
*Transmittam tua cœpta libens, famámque negabo*
*Quanquam imperfectis, magnæ tamen indolis auſis)*
*Mens vna inuiolata mero, nulliſque venenis*
*Potando exarmata, decus pugnaque ne iſque*
*Sidoniæ tacito voluebat pectore molem.*
*Quóque eſſet miranda magis magis tum ſacra libido,*
*Pactolo genitus patrias damnauerat artes.*
*Is variis oneratum epulis, atque atria tardo*
*Linquentem greſſu comitatus pone parentem,*
*Poſtquam poſſe datum meditata aperire, nouóſque*

*Pandere conatus, & liber parte relicta*
*Tectorum à tergo patuit locus, accipe digna*
*Et Capua, & nobis, inquit, conſulta, (togáque*
*Armatum amota nudat latus) hoc ego bellum*
*Conficere enſe paro, atque auulſum ferre tonanti*
*Rectoris Libyci victor caput. hic erit ille*
*Qui polluta dolis iam fœdera ſanciet enſis.*
*Si perferre nequit ſpectacula tanta ſenectus,*
*Et tremit inceptis laſſo maioribus æuo,*
*Et tu ſecuris concede penatibus, & me*
*Linque meæ menti: ſummum tu credis, & æquas*
*Annibalem ſuperis, ô quantum nomine maior*
*Iam Pœno tibi natus erit! vibrabat ab ore*
*Ignis atrox, animúſque viri iam bella gerebat.*

QVANQVAM IMPERFECTIS, MAGNÆ TAMEN INDOLIS AVSIS.] Parolla huic adoleſcenti vocabulum fuit, Liuius lib. 23. Silius Ouidii radit iter Metam. 2. in Epitaphio Phaëthontis:

*Hîc ſitus eſt Phaëthon currus auriga paterni,*
*Quem ſi non tenuit; magnis tamen excidit auſis.*

MENS VNA INVIOLATA MERO, NVLLISQ. VENENIS POTANDO EXARMATA.] *Vinum* hîc *venenum* ab effectis. Martialis æqualis, & admirator Silii vſu parili lib. 6. Epigr. 78.

*Vinum Phryx, oculus bibit venenum.*

Luſcus erat immodicè vinoſus, ſecurus monitorum, pergit ſe mero ingurgitare, atque ex Coelitum proſapia tranſiit in Appii Claudii familiam.

PACTVLO GENITVS.] Hoc ipſo libro:

*Pactulo [fuit haud obſcurum crimine nomen.]*

Hic igitur *pactulone* dicendum fuerat. Verùm hîc reſcribendum: *Pacuuio genitus.* & ſupra *Pacuuios fuit.* Liuius lib. 23. *Stenium, Pacuuiúmq. inclytos nobilitate, ac diuitiis. Eò Pacuuius Calauius, de quo antè dictum eſt, princeps factionis.*

PATRIAS DAMNAVERAT ARTES.] Vel quibus Pacuuius rem Campanam attraxerat ad Pœnos: Vel *Artes* potandi largiùs.

QVI POLLVTA DOLIS IAM FOEDERA SANCIET ENSIS.] Liuius lib. 23. *Iam ego, inquit* Parolla, *ſanguine Annibalis ſanciam* Romanum *fœdus.* Veteris ritus memoria. Fœderibus componendis adhibita, cæſáque olim hoſtia. Homerus Iliade tertia: Item ſaxo pecudem elidebant, Liuius loco non vno. Cùm ſanguis flueret, *ſanctum* fœdus dicebatur, & *ſanciri*: eſt enim *Sancire* veluti *Sangire*, autor Iſidorus Hiſpalenſis. Fuit & multis populis [alibi ponam] humano ſanguine fœdus ſanciendi vetus inſtitutum. Cuius moris adſpectu apud Lucanum Pompeii percuſſor exclamat eius ſanguine Cæſari cum Ægyptiis ictum iam fœdus, oſtentato per ludibrium capite:

— *hoc tecum percuſſum eſt ſanguine fœdus.*

Nec Liuii, aut Silii verba abhorrent à more malè moto. Ex his natæ ſunt

loquendi formulæ: *Sancire foedus, Percutere, Ferire, Icere.*

ET TV SECVRIS SVCCEDE PENATIB. ET ME LINQVE MEÆ MENTI.] Ac ſi dicat, Tu, tuique familiares domi eſte, in qua ſecuritas: ego intercadum curam, ac periculum ſubibo. Quorſum *ſecurus*, Heynſi?

PEDIBVS CREBRO PAVIDA OSCVLA FIGENS.] Pacuuius in cauſa reip. filii pedes diſſuauiatur; alii ſeruiliter lucelli ſpe. Macrob. lib. 1. Sat. c. 10. *Inuenies dominum ſpe lucri oſcula alienorum ſeruorum manibus infigentem.* Cinyre in Baſſaricis lib. 4. imaginis:

> Ἠλέκτρης κύσε χεῖρα, καὶ ὄμματα, καὶ πόδας ἄκρους.
> *Electræque manus, oculos, veſtigia ſumma*
> Ore premit.

Suetonius c. 12. *Multi præſentium militum cum plurimo fletu manus, ac pedes iacentis exoſculati.* A Diocletiano ambitioſè quæſitum.

*Cum ſenior tanti pondus conaminis ægra*
*Iam dudum vix aure ferens, tremebundus ibidem*
*Sternitur, & pedibus crebro pauida oſcula figens*
*Per ſi quid ſupereſt vitæ, per iura parentis*
*Pérq. tuam noſtra potiorem nate ſalutem*
*Abſiſte inceptis oro, ne ſanguine cernam*
*Polluta hoſpitia, ac tabo repleta cruento*
*Pocula, & euerſas pugnæ certamine menſas.*
*Túne illum, quem non acies, neque mœnia, & vrbes*
*Ferre valent, cùm frons proprior, luménque coruſco*
*Igne micat, túne illa viri quæ vertice fundit*
*Fulmina pertuleris? ſi viſo intorſerit enſe*
*Diram, quæ vertit per campos agmina, vocem?*
*Fállit te, menſas inter quòd credis inermem.*
*Tot bellis quæſita viro, tot cædibus armat*
*Maieſtas æterna ducem, ſi admoueris ora*
*Cannas, & Trebiam ante oculos, Thraſimenáq. buſta,*
*Et Pauli ſtare ingentem miraberis vmbram.*
*Quid tanto in caſu, comitum, iuxtáque iacentum*
*Torpebunt dextræ? parce oro, & deſine velle*
*Cui nequeas victor ſupereſſe: an triſtia vincla*
*Et Decius non erudiunt componere mentem?*
*Talia commemorans famæ maioris amore*
*Flagrantem vt vidit iuuenem, ſurdúmque timori,*
*Nil vltra poſco, refer in conuiuia greſſum,*
*Approperemus ait, non iam tibi pectora pubis*
*Sidoniæ fodienda manu tutantia regem.*

*Hoc*

*Hoc iugulo dextram explora, nanque hoc tibi ferrum*
*( Si Pœnum inuaſiſſe paras ) per viſcera lenta*
*Noſtra eſt ducendum, tardam ne ſperne ſenectam,*
*Opponam membra, atque enſem extorquere negatum*
*Morte mea eripiam. lacrymæ tunc ore profuſæ,*
*Et magna ſuperûm cura ſeruatus in arma*
*Scipiadæ Pœnus, nec tantum fata dederunt*
*Externa peragi dextra, pulcherrimus iræ,*
*Et dignus fieri compos memorabilis auſi,*
*Amiſit quantam poſito conamine laudem,*
*Cui tantum eſt voluiſſe decus. tum reddere ſeſe*
*Feſtinant epulis, & triſtia fronte ſerenant,*
*Donec læta virum ſoluit conuiuia ſomnus.*

TVNE ILLVM, QVEM NON ACIES, NEQ. MOENIA, ET VRBES FERRE VALENT, CVM FRONS PROPIOR. ] Non glorioſum militem delineat Silius: at viuidum, atque ex hiſtoria. Liuius lib. 23. *Vultum ipſius Annibalis, quem armati exercitus tremunt, quem horret populus Rom. tu ſuſtinebis?*

LVMENQ. CORVSCO IGNE MICAT: TVNE ILLA VIRI, QVÆ VERTICE FVNDIT FVLMINA PERTVLERIS? ] De flamma, ac ſcintillis innoxiè è corporibus erumpentibus pauca de multis, ac fortè nonnullis retruſa promam. Scholiaſtes Apollonii in lib. 1. de Augia Solis filio: Εἰδόκεον δ᾽ ἀκτῖνες ἀπολάμπειν αὐτοῦ τῶν ὀφθαλμῶν: *Radij ab ipſis oculis exſplendeſcere videbantur.* Damaſcius apud Photium c. 242. quæ ſic Latinè feci, ne cui ſerior interpres veniat: *Seueri equus, quo vtebatur plurimùm, demulſus ſcintillas ab ore multas, nec paruas, mittebat. Tiberij adoleſcentis aſinus Rhodi ſimiliter non ſine imperij præſignificatione. Balemeris Attilæ ſatrapa ſcintillas de ſuo corpore iaciebat. Ipſe de ſe Damaſcius adſerit, dum indueretur, aut exueretur, etſi rariùs, eueniſſe tamen vt crebræ proſilirent ſcintillæ, quandóque etiam cum crepitu; quandoq. flammæ confertiores ipſam collumınarent veſtem, nec vrerent. Dicit & viſum ſibi hominem è capite ſcintillas vibrantem, atque etiam flammam accendentem, cùm caput aſperiore panno perfricare collubitum eſſet.* Philoſophabor hîc; at paucis, vt ille. Immodicus in nonnullis eſt calor abſtruſus, qui motu vel interno, puta ira, alióue affectu impotentiore: vel externo affrictu, aut percuſſu foras cietur: tum vapores ſubito concurſu igneſcunt: quia cùm omnes ſublimè ferantur, colliſione corpuſculorum ſiccorum, & calidorum, fumus, ſcintillæ, ignis cooritur pro modo qualitatum. Porro non lædunt ea: Liuius enim ſcribit lib. 25. flammam Martio concionanti ſine ipſius ſenſu cum magno pauore circumſtantium militum offuſam. Id inde prouenit, quòd exilior eſt ignis hîc, & in pertenui materia non æquas vires ſortitur: quemadmodum in ignem ex charta, canabe, linóue manus innoxiè indimus, atq. etiam flammam ex faſcibus percurrit manus. Subtilitas igitur materiæ, & duratio exiguiſſima vim frangunt. Plura leges apud Euſtathium in quintam Iliadem, & Pimpontium in ſecundam Æneidem ibi:

Nnn

*Fundere lumen apex.* —

ARMAT MAIESTAS ÆTERNA DVCEM.] Valer.Max.lib.2. de Marii maieſtate: *Claritate viri occæcatus, abiecto ferro, attonitus inde, ac tremens fugit. Cimbrica nimirum calamitas oculos hominis ſtrinxerat.* Reſtantia meæ Lector, condona breuitati: tu vide.

CVI NEQVEAS VICTOR SVPERESSE.] Scio quàm ex Latii dictamine ſit, Alicui *ſupereſſe*: malim tamen: *Cùm neq. v. ſ.* Vide mihi Gell.lib.1. c.2.

NON ERVDIVNT COMPONERE MENTEM.]

— *componite mentes*
*Ad magnum virtutis opus.*

Cato ſuis apud Lucanum lib.9.

NAMQ. HOC TIBI FERRVM PER VISCERA LENTA NOSTRA EST DVCENDVM.] Non concinnè ſatis. Col.

— *per viſcera ferrum.* reprehenſa voce. Fortè:
— *per viſcera læta:*

voluptabile námque Pacuuio trucidari, triſte Deos Hoſpitales, fidémque Pœno a ſe datam domi ſuæ violari. Ideo inquit:

*Opponam membra, atque enſem extorquere negatum*
*Morte mea eripiam.*

OPPONAM MEMBRA.] Ego pater ferro filii. Appoſitum deiiciendo meditato facinori commentum. Sic Iocaſta mater obiiciendam ſe filio Eteocli paranti Thebis in Polynicem fratrem erumpere, opponit. Statius:

— *ſtabo ipſa in limine portæ*
*Auſpicium infelix, ſcelerúmq. immanis imago.*
*Hæc tibi canities, hæc ſunt calcanda nefande*
*Vbera; pérque vterum ſonipes hic matris agendus.*

Quæ dum Poetæ ſcriptitant ſui, aut vicini æui imaginem repræſentant. Vt Pacuuius filii ferro, & Iocaſta filii equo ſe obiiciunt: ſic ſeditio naſcens erumpat in perniciem, Cecinna apud Tacitum lib.1. *comperto vanam eſſe formidinem: cùm tamen neq. autoritate, neq. precibus, ne manu quidem obſiſtere, aut retinere militem quiret, proiectus in limine portæ, miſeratione demum, quia per corpus legati eundum erat, clauſit viam.* Sic Pompeius apud Plutarchum: Ὁ δὲ Πομπήιος ἐν μέσοις ἀναστρεφόμενος, καὶ δακρύων ἱκέτευε· τέλος δὲ ῥίψας ἑαυτὸν ἐπὶ στόμα πρὸ τῆς πύλης τῷ χάρακι ἐμποδὼν ἔκειτο κλαίων, καὶ πατεῖν ἐκέλευε τοὺς ἐξιόντας: *Pompeius medios inter verſatus, ac ſupplicans lacrymabat: tandem ipſum ſe pro porta ante vallum conſiciens, plorans, iacenſque impedimento eſt, hortaturq. parantes exire, ſe proculcent.* Ammianus lib. 25. *Noſtros cadentes obiecto pectore ſuo aliquoties cohibuit ſolus.*

—

*Poſtera lux Phaëtontis equos proferre parabat*
*Iam rapidos, omni curru ſplendente ſub vndis.*
*Et iuuenis magno generatus Amilcare, duras*
*Iam dudum exercet curas. Carthaginis arces*
*Ire ferox Mago, & patribus portare iubetur*
*Nuntia facta ducis, prædæ & captiua leguntur*

*Corpora, direptæque viris ſub Marte cruento*
*Exuuiæ, fauſti ſuperis libamina belli.*
*Altera curarum Libycis dimittitur oris*
*Heu Decius, reduci lentas ſeruatus ad iras,*
*Ni pœnæ iuuenem indignæ miſeratus ab alto*
*Iuppiter, antiquam Batti vertiſſet ad urbem.*
*Hic Pellæa virum Ptolemæi ſceptra, vehentum*
*Eripuere minis, reſolutáque vincula collo,*
*Atque eadem vitæ cuſtos, mox deinde quieto*
*Accepit tellus oſſa inuiolata ſepulchro.*
*Nec Venerem interea fugit exoptabile tempus*
*Pœnorum mentes cæco per læta premendi*
*Exitio, & luxu corda importuna domandi.*
*Spargere tela manu paſſim fallentia natis*
*Imperat, & tacitas in pectora mittere flammas.*
*Tum pueris dulce arridens: eat improba Iuno,*
*Et nos (nec mirum, quid enim ſumus?) acta ſecundis*
*Deſpiciat, valet illa manu, valet illa lacertis:*
*Paruula nos arcu puerili ſpicula ſenſim*
*Fundimus, & nullus noſtro de vulnere ſanguis.*
*Verum agite ô mea turba precor, nunc tempus, adeſte*
*Et Tyriam pubem tacitis exurite telis.*
*Amplexu, multóque mero, ſomnóq. virorum*
*Profliganda acies, quam non perfregerit enſis,*
*Non ignes, non emiſſis Gradiuus habenis.*
*Combibat illapſos ductor per viſcera luxus,*
*Nec pudeat picto fultum iacuiſſe cubili,*
*Nec crinem Aſſyrio perfundere pugnet amomo.*
*Ille ſub hyberno ſomnos educere cælo*
*Iactator, tectis malit conſumere noctes.*
*Ac ponat ritus veſcendi, ſæpe citato*
*Dum reſidet ſub caſſide equo, diſcátque Lyæo*
*Imbellem donare diem. tum deinde madenti*
*Poſt epulas ſit grata chelys, ſegníſq. ſoporas*
*Aut noſtro vigiles ducat ſub numine noctes.*
*Hæc poſtquam Venus, applaudit laſciuus, & alto*
*Mittit ſe cælo niueus exercitus alis.*
*Sentit flammiferas pubes Mauruſia pennas,*
*Et pariter fuſis tepuerunt pectora telis,*

*Bacchi dona volunt, epuláſq. & carmina rurſus*
*Pieria liquefacta lyra, non acer aperto*
*Deſudat campo ſonipes, non vlla per auras*
*Lancea nudatos exercet torta lacertos.*
*Mollita flammis lympha languentia ſomno*
*Membra fouent, miſeríſque bonis perit horrida virtus.*
*Ipſe etiam afflatus fallente Cupidine ductor*
*Inſtaurat menſas dapibus, repetítque volentum*
*Hoſpitia, & patrias paulatim decolor artes*
*Exuit, occulta mentem vitiante ſagitta.*

EQVOS PROFERRE PARABAT IAM RAPIDOS OMNI CVRRV SPLENDENTE SVB VNDIS.] Defæcata, liquidáque lectio. Modu tamen correctio non aſpernanda:

*Jam rapido ſummis curru ſplendente ſub vndis.*

Ingenii ſpecimen, an felicitatis?

BATTI VERTISSET AD VRBEM.] Liuio lib. 23. debentur iſta accepta: *Nauem Cyrenas detulit tempeſtas, quæ tum in ditione regum erant. Jbi cùm Magius* [ſiue Decius] *ad ſtatuam Ptolomæi regis confugiſſet, deportatus à cuſtodibus Alexandriam ad Ptolomæum, dum eum docuiſſet contra ius fœderis vinctum ſe ab Annibale eſſe, vinculis liberatur.*

Hîc PELLÆA VIRVM PTOLOMÆI.] Ptolomæi reges ab eo erant, qui prius Alexandro M. ſatrapes; qui Alexander ortus è Pella & *Pellæus iuuenis* dictus Iuuenali Sat. 10. Ideo Silius ἀκίνδυνον, quod adſolet, Ptolomæi Cyrenæ dominantis *ſceptra Pellæa* nominat. Aut quod Alexandriæ, quæ Alexandri *Pellæi* opus, dominaretur Ptolomæus.

EAT... ACTA SECVNDIS.] Impulſa, prouecta rebus ſecundis. Lucanus lib. 1.

— *nunc cùm fortuna ſecundis*
*Mecum rebus agat.*

Adeo cùm Latinè locutus ſit Silius, fixum eſt lectionem iſtam cunctis addicentibus libris retinere. Heynſius molitur *Aucta* reponere.

ET NVLLVS NOSTRO DE VVLNERE SANGVIS.] Maro:

*Et noſtro ſequitur de vulnere ſanguinis.*

PATRIAS PAVLLATIM DECOLOR ARTES EXVIT.] Aeneid. 8.

*Deterior donec paullatim, & decolor ætas.*

Naſo in Epiſtolis. *Fama decolor.* Capitolinus *Decolorare famam.*

OCCVLTA MENTEM VITIANTE SAGITTA.] Prope par illud è libris de Ponto:

*Eſtur vt occulta vitiata teredine nauis.*

*Altera iam patria, atque æquo ſub honore vocatur,*
*Altera Carthago Capua, intactumque ſecundæ*

*Fortunæ ingenium vitia ad latrantia quaſſant.*
*Nec luxus vllus, merſæq; libidine vitæ*
*Campanis modus: accumulant, variáſque per artes*
*Scenarum, certant epulas diſtinguere ludo,*
*Vt ſtrepit aſsidue Phrygiam ad Nilotica loton*
*Memphis Amyclæo paſsim laſciua Canopo,*
*In primis dulcem, Pœno lætante, per aures*
*Nunc voce infundit Teuthras, nunc pectine cantum*
*Isq; vbi mirantem reſonantia pollice fila*
*Ductorem vidit Libyæ, canere inde ſuperbas*
*Aoniæ laudes ſenſim teſtudinis orſus,*
*Concordem citharæ mouit per carmina linguam,*
*Vincere linquenteis vitam quæ poſsit olores.*
*Atque hæc è multis carpſit molliſsima menſæ*
*Facta antiqua virûm, placidas queis mulceat aures.*
*Argolicis quondam populis (mirabile dictu)*
*Exaudita chelys, lapidem teſtudine prompta*
*Ducere, & in muros poſuiſſe volantia ſaxa*
*Hæc Amphionio vallauit pectine Thebas,*
*Ac ſilice aggeribus per ſe ſcandente vocatis,*
*Iuſsit in immenſum cantatas ſurgere turres.*
*Altera turbatum plectro moderata profundum*
*Et tenuit Phocas, & in omni Protea forma*
*Traxit, & æquoreo portauit Ariona dorſo.*
*Nam quæ Peliaca frenabat rupe canendo*
*Heroum mentes, & magni pectora Achillis,*
*Centauro dilecta chelys, compeſceret iras*
*Percuſſa fide vel pelagi, vel triſtis auerni.*

INTACTVMQVE SECVNDÆ FORTVNÆ INGENIVM VITIA ADLATRANTIA QVASSANT. ] *Intactum*, integrum. Liber vnus *Intectum*, quod erit incautum, improuiſum. Horat. li. 2. Sat. 8.

*Sed conuiuatoris, vti ducis, ingenium res*
*Aduerſæ nudare ſolent, celare ſecunda.*

Titus Largius Romanorum dictator apud Dionyſium μέγιστον εἶναι λέγων ἐγκώμιον, ὥσπερ ἑνὸς ἀνδρὸς, οὕτω καὶ πόλεως ὅλης, ἐν μὴ διαφθαρήσονται ταῖς εὐπραγίαις, ἀλλ' εὐμενῶς, καὶ μετρίως φέρει τἀγαθά. *Laudem eſſe longè maximam adſerens, vti viri vnius, ſic & ciuitatis totius, ſi non rebus ſecundis corrumpetur, ſed pacatè, ac moderatè bona perferat.* Appoſitum & illud ex Epiſt. 10. l. 1.

*Quem res plus nimio delectauere ſecundæ,*

*Mutatæ quatient.*

VT STREPIT ASSIDVE PHRYGIAM AD NILOTICA LOTON MEMPHIS AMYCLÆO PASSIM LASCIVA CANOPO. ] Menelai gubernator Canopus vbi nomen reliquit conſepultus, imponente Menelao, Euſtath. in Dionyſium, Conon narratu 8. Tacitúsq; li. 2. Annalium. Strabo li. 10. hæc feſta tripudia ad Canopũ maximè memorabilia putauit: Ἀπὸ πάντων δ' ἐστὶν ὁ τῶν πανηγυριστῶν ὄχλος τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας κατιόντων διώρυγι· πᾶσα γὰρ ἡμέρα καὶ πᾶσα νὺξ πληθύει τῶν ἐν πλοιαρίοις καταυλουμένων, καὶ κατορχουμένων ἀνέδην μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀκολασίας καὶ ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν. Interpres: *Sed ante omnia memorabilis eſt eorũ turba, qui ad feſtiuos conuentus per foſſam Alexandria deſcendunt. Nã ſingulis diebus, ac noctibus* [ Silius *Aßidue* ] *plena nauicularum eſt ea viros, ac mulieres vectantium, qui extrema cum laſciuia cantant, ac tripudiant impudenter.* Marſus *Niloticam Mẽphin* accipit, nec iure carpetur ſi verba retineantur, & ordo. Duriuſcula tum erit collocatio verborum. Quare lubentius legerim:

*Vt ſtrepit aßiduè Phrygia ad Nilotida loton*
*Memphis Amyclæo paßim laſciua Canopo.*

*Phrygiam* intelligo *tibicinam*, cuius cum tibia fidiculæ Teuthrantis contendantur: vt cum olore cantus eius: erat enim Teuthras è pſallocithariſtarum numero, qui Silii, Domitianíque æuo in deliciis erant, adi Sueto. c. 4. Pſalthriæ autem, & tibicinæ ferè Phrygiæ, aut Syræ. Porrò *Nilotis lotos* forma Poëtarum, vt Martialis:

— *picti tunica Nilotide Mauri.*

*Nilotida* eſt vnico exemplari Baſileenſi. Silius *Laſciua* cur dixerit è Strabone vidiſti, & eadem ratione dictum à Poëtarum maximo lib. 7.

— *inceſti regina Canopi:*

niſi ſi fortaſſè illud quoque Maro reſpexit: Εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν κέντρον ὠθεῖς, *In foramen nefarium ſtimulum pellis.* Euſtath. aliíque.

VINCERE LINQVENTES VITAM QVÆ POSSIT ODORES. ] Appetente morte canorum olorem negant illi, ſuſtinent hi. Lucretius, Virgilius, Silius, Martialis, Seneca, Ouidius, Poëtæ. Dio Chryſ. Orat. 33. Piſidas Coſmurgia, Ariſtoteles, ex quo li. 19. Athenæus: Εἰσὶ δ' ᾠδικοὶ καὶ μάλιστα περὶ τὰς τελευτάς, διαπερῶσι δὲ καὶ τὸ πέλαγος ᾄδοντες: *Canori ſunt, ſub mortem præcipuè. Tranant etiam mare cum cantu.* Adiicit Ὁ δὲ Μύνδιος φησὶ Ἀλέξανδρος πολλοῖς τελευτῶσι παρακολουθήσας οὐκ ἀκοῦσαι ᾀδόντων. *Alexander Myndius, cùm cygnos morientes plures eſſet proſecutus, adſerit ſe canentes non audiſſe.* Diodorus Tarſi lib. contra Fatum. Ridicularia ſanè cygnei cantus ratio reddita eſt in quinto Tuſculanorum, quòd prouidentes cygni quid in morte boni ſit, cum cantu, & voluptate moriantur. Fungis id ſuade. Aduerſæ opinionis expugnantior cauſa ſit illa, Ouidio Faſtorum ſecundo inſinuata:

*Flebilibus numeris veluti canentia dura*
*Traiectus pinna tempora cantat olor.*

Adiuuo. Inſtante morte quædam fortè fit in capite cygneo humorum vertigo tam violenta, vt pinnæ emotæ nonnihil cerebrum fodicent, inde dolor, inde cãtus. Sed profectò nimis Stoicus fuerit cygnus, ſi in mediis cruciatibus canit. Quare accredam auribus potius meis, quàm oculis legentibus, aut coniecturis. Et Plinii verba ſunt: *Olorum morte narratur flebilis*

*cantus falsò, vt arbitror aliquot experimentis.*

FACTA ANTIQVA PATRVM. ] Modius hunc verſum diſpunxit ex membranatum: ſed reuocabilis eſt.

EXAVDITA CHELYS LAPIDEM TESTVDINE PROMTA DVCERE, ET IN MVROS POSVISSE VOLANTIA SAXA. ] Amphioniam loquitur. *Volentia* pro *Volantia* reponere catillonis eſt: nec *promtum* ſupponere τῷ *Promta* ſatis placet. Scio Homerum λᾶαν ἀναιδῆ dixiſſe, & quibuſdam improbatum, quod non diſputo modò. Scio rebus inanimis ſenſum ac voluntatem à Scriptoribus accommodari: ſed non vbique id agunt. Firmandum fuerat loco hoc Silium ita ſcriptum reliquiſſe, quod equidem non arbitror. *Volantia* verò ſaxa interpretor rapidiſſimè ſe agentia, vt paſſim tela. Iuuo ex Nonni Baſſaricis lib. 25.

— Ἀμφὶ δ' ὁ μολπῇ
Εἰς δρόμον αὐτοκύλιστοι ἕλιξ ἐχόρευε κολώνη.
*Sponte volubilibus rupes cantata mouebat*
*Curſibus: hanc feſtas credas agitare choreas.*

Tollitur quoque nonnihil virium citharæ, ſi non impellit ipſa ſaxa, ſi non ipſa volant, ſed voluntate ſua loco transferuntur. *Promtum* verò *lapidem ducere* quid quæſo eſt? quid ducit lapis: qui vix trahi poteſt extra fabulam, in ea nuſquam certè promtus ducere: Lapis iſte à teſtudine ducebatur, vt magico carmine ſegetes pelliciuntur. Aut, ſi alia fabulæ placitat interpretatio, cantus delinimento opifices pene ſui obliti, acriter πόνον ἄπονον. *Abſque labore labor*, capeſſebant.

ÆQVOREO PORTAVIT ARIONA DORSO. ] Vel νῶτα θαλάσσης, *terga maris* capies: quia ſummis innans aquis Arion merſus non eſt profundo: vel, quod malim, *æquoreum dorſum* delphinorum eſt æquoris incolarum, & vectorum Arionis. Volenti hiſtoriam in promtu eſt liber primus Herodoti, Sympoſium ſeptem Sapientum Plutarchi, Gellius lib. 16. c. 19. Poetæ paſſim tangunt, aut canunt logiſcoriam hanc.

CENTAVRO DILECTA CHELYS. ] Cuius modis Chiron Centaurus Achillem pædagogus ipſe aſſueſecerit.

*Nanque chaos, cæcam quondam ſine ſidere molem,*
*Non ſurgente die, ac mundum ſine luce canebat.*
*Tum deus vt liquidi diſcuſſit ſtagna profundi,*
*Tellurisq; globum media compage ligaſſet.*
*Vt celſum ſuperis habitare dediſſet olympum,*
*Caſtaq; Saturni monſtrabat ſecula patris,*
*Sed quos pulſabat, Rhipheum ad Strimona, nerui*
*Auditus ſuperis, auditus manibus Orpheus,*
*Emerito fulgens clara inter ſidera plectro.*
*Hunc etiam mater, tota comitante ſororum*
*Aonidum turba, mater mirata canentem,*
*Non illo Pangæa iuga, aut mauortius Hemus,*

*Non illo modulante ſonos ſtetit vltima Thrace,*
*Cùm ſyluis venêre feræ, cùm montibus amnes.*
*Immemor & dulcis nidi, poſitóque volatu*
*Non mota volucris captiua pependit in æthra.*
*Quinetiam Pagaſea ratis, cùm cærula nondum*
*Cognita terrigenis, pontóque intrare negaret,*
*Ad puppim ſacræ cithara eliciente carinæ*
*Adductum cantu venit mare, pallida regna*
*Biſtonios vates, flammíſq; Acheronta ſonantem*
*Placauit plectro, & fixit reuolubile ſaxum.*
*O diræ Ciconum matres, Geticiq; furores,*
*Et damnata deis Rhodope, tulit ora reuulſa*
*In pontum, ripis vtrinque ſequentibus Hebrus.*
*Tum quoque cum rapidi caput à ceruice reciſum*
*Portarent fluctus, ſubito emicuere per vndas*
*Ad murmur cete toto exultantia ponto.*
*Sic tum Pierius, bellis durata virorum*
*Pectora, caſtalio frangebat carmine Teuthras.*
*Interea placida attulerant iam flamina terris*
*Magonem Libycis, lauro redimita ſubibat*
*Optatos puppis portus, pelagóque micabant*
*Captiua arma procul celſa fulgentia prora.*

NAMQVE CHAOS. ] Cuia ratio ponitur? Reſcribo *iámque chaos* & ante, *Iam quæ Peliaca*. Prius æquo verbo:

*Nunc voce infundit Teuthras, nunc pectine cantum.*

TELLVRISQVE GLOBVM MIDIA COMPAGE LIGASSET. ] Ouid. 6. Faſt. ſuper hoc miraculo [illegible] prorſus inuidenda:

*Terra pila ſimilis nullo fulcimine nixa*
*Aëre ſubiecto tam graue pendet onus.*
*Ipſa volubilitas libratum ſuſtinet orbem:*
*Quique premat partes angulus omnis abeſt.*
*Cúmque ſit in media rerum regione locata,*
*Et tangat nullum plusue, minusue latus:*
*Ni conuexa foret, parti vicinior eſſet,*
*Nec medium terræ mundus haberet onus.*

EMERITO FVLGENT CLARA INTER SIDERA PLECTRO. ] Marſus, *Quòd meruit cœlum.* Ego *à cantu feriatum* volo, vt *emeritos* milites militiæ munere iam vacantes. Ita *currus* Solis *emeritos* dixit Seneca, cùm occaſus eſt. Locus è Thyeſte:

*Nondum Heſperiæ flexura ritæ*
*Iubet emeritos ſoluere currus.*

Loquitur

Loquitur tenebras medio die prodigioſas. Item Agamemnone:

*Stat ecce Titam dubius emerito die.*

Ciceronem exſcribit Silius li.6.ad Att,epiſt.2,*Annua enim mihi opera ad M. Cal.Sext.emerentur*,hoc eſt,annua prouinciæ adminiſtratio terminatur.Sic *Emeritum annuum tempus* ,pro *Confecto* epiſt. 5. *Etſi annuum tempus propè iam emeritum habebamus:dies enim xxxiij.erant reliqui*.Prud.l.2.cótra Symmachū:

*Transfert emeritas ad fulcra iugalia rugas.*

PECTORA CASTALIO FRANGEBAT CARMINE TEVTHRAS. ] At priùs aures.Hoc pulcrè Damaſcius eloquitur apud Photium c. 242. Ἤδη γὰρ ἐνίοις τὰ ὦτα κατεαγότων, ϗ ἅμα διεφθαρμένων τὰς διανοίας εἰς κωμῳδίαν ἐτράπη, ϗ γέλωτα πολλῶν: *Jam enim quibus aures fractæ, vnâque mens deterior in comœdiam inclinat, & riſum multum.*

*At patulo ſurgens iam dudum & æquore late*
*Nauticus implebat reſonantia littora clamor,*
*Et ſimul adductis percuſſa ad pectora tonſis,*
*Centeno.fractus ſpumabat verbere pontus.*
*Nec lentum in medios rapienda ad gaudia vulgus*
*Procurrit fluctus,elatáq; turba fauore*
*Certatim ingenti celebrant noua gaudia plauſu.*
*Aequatur rector diuis, illum vndiq; matres,*
*Illum turba minor,moniti laudare nepotes,*
*Et ſenior manus,& iuxta populúsq;,patrésque,*
*Mactatis ſuperûm dignantur honore iuuencis.*
*Sic patriam Mago,& portas ingreſſus ouanteis*
*Fraternæ laudis fama, ruit inde ſenatus,*
*Et multo patrum ſtipatur curia cœtu.*
*Tum diuos veneratus,auum de more vetuſto,*
*Martem agit egregium,& fractas queis Itala tellus*
*Nitebatur opes, pars ipſe haud parua laborum*
*Nuntio,pugnatum ſuperis in vota ſecundis.*
*Eſt locus Aetoli ſignat quem gloria regis,*
*Poſſeſſus quondam priſca inter ſecula Dauno,*
*Humenteis rapido circundat gurgite campos*
*Aufidus,& ſtagnis intercipit arua refuſis,*
*Mox fluctus feris Adriacos,magnóque fragore*
*Cedentem impellit retrorſum in æquora pontum.*
*Hic Varro,& magnum Latia inter nomina Paulus*
*Nomen, queis rerum ducibus permiſſa poteſtas,*
*Vix dum depulſa nigræ caligine noctis*
*Inuadunt campum,& late fulgentibus armis*
*Accendunt vltro lucem ſurgentis Eoi.*

*Nos contrà (nam germanum furor acer agebat*
*Optatæ pugnæ) caſtris cita ſigna mouemus.*
*Intremuit tellus, & pulſus mugit Olympus.*
*Hîc fluuium, & campos abſcondit ſtrage virorum*
*Ductor, quo nunquam maiorem ad bella tulerunt*
*Rectorem terræ. vidi quum turbine ſæuo*
*Auſoniæ, & ſonitu bellantis fuſa per agros*
*Vni terga daret, vidi quum Varro citato*
*Auferretur equo, proiectis degener armis.*
*Quin & magnanimum perfoſſo corpore telis*
*Stare ſuper ſocium, vidi te Paule cadentem.*
*Aegateis ille, & ſeruilia fœdera, larga*
*Vltus cæde dies, non plus optaſſe liberet,*
*Quantum conceſſit dexter Deus, altera iam lux*
*Si redeat, populis certe ſis omnibus vna*
*Tum Cartago caput, terráſq; colêre per omnes.*

IAMDVDVM ET ÆQVORE LATE. ] Meliores libri: *Ex æquore latè*, Certè otioſa eſt copula, & præpoſitura ſuauior oratio, clariórque.

MONITI LAVDARE NEPOTES. ] Alii libri: *Gaudere.*

MACTATIS SVPERVM DIGNANTVR HONORE IVVENCIS. ] Cartaginienſes Annibalem. Ex more ſui temporis loqui videtur Poëta, quo Romani ſuis Imperatoribus, etiamnum viuis, atque videntibus aras, & templa ſtatuebant. Facinus ridicularium! Æquè perdelirium narrat Polybius poſt victoriam de Antiocho partam ad Rhapiam lib. 5. Διόπερ οὐκ ἀπέλιπον ὑπερβολὴν ἀρισκείας στεφάνοις, θυσίαις, καὶ βωμοῖς, καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις τιμῶντες τὸν Πτολεμαῖον. *Non abſtinuere ſupereminenti cultu, coronis, ſacrificiis, aris, ſimilibúsque modis omnibus, Ptolomæum honorantes.* Quid de Metello Pio Valer. Maximus lib. 9. c. 1. *In Hiſpania aduentus ſuos aris, & thure excipi patiebatur?*

ÆTOLI .. REGIS. ] Diomedis. Ante Thoantem conſepeliuimus: hîc vt veterrimi regis Ætolorum Dauni meminit Poëta.

PROIECTIS DEGENER ARMIS. ] Non *laceris, raptis, ſubtractis*, ſed *Proiectis*, in quo ῥιψάσπιδος crimen ineſt, quod infame, quia iudicium animi ad deditionem parati. Dionyſius lib. 8. Antiq. Rom. refert Coriolanum Tolerinos fugitantes cecidiſſe, niſi ſiqui *proiectis armis* ſupplices fieri vellent: Ὁ δ' ἠκολούθει κτείνων τοὺς πολεμίους καταλαμβανομένους, ὅσοι μὴ τὰ ὅπλα ῥίψαντες εἰς ἱκεσίας ἐτράποντο. *Perſequebatur cædens hoſtem quemquem nactus erat, qui non abiectis armis ſupplex fiebat.* Ea cauſa non erubuit ſcribere Veneris miles. lib. 2. Oda 7:

*Tecum Philippos, & celerem fugam*
*Senſi relicta non bene parmula.*

Hoc eſt, inhoneſtè, indecorè. Adi Dionyſium li. 5. 9. 10. Iſocratem περὶ Ἀντιδόσεως, & ſecunda ad Philippum oratione.

STARE SVPER SOCIVM. ] Nullo moriens Paulus innixus eſt, nulli auxilium debuit ſocio. Res prope clamat ſcribendum:

*Strage ſuper ſocium.*

QVANTVM CONCESSIT DEXTRÆ DEVS. ] Et hîc reſcribo fide codicis Venetiani:

*Quam tum c. d. Deus.*

*Teſtes hi ſtragis, quos ſignum illuſtre ſuperbis*
*Mos læua geſtare viris. tum funditur ante*
*Ora admirantum præfulgens annulus auro,*
*Dátq; fidem verbis, haud paruo inſignis aceruo.*
*Hinc iterum repetens. reſtat nunc ſedibus imis*
*Vertenda, atque æquanda ſolo iam ſubruta Roma.*
*Adnitamur, ait, vires refouete tot hauſtas*
*Caſibus, & pateant non parca æraria dextris,*
*Quas emimus bellis. deſit iam belua triſtis*
*Auſonijs terror, necnon alimenta fatigant.*
*Atque ea dum memorat, toruo conuerſus in ora*
*Annonis vultu, quem gliſcens gloria prauum*
*Ductoris ſtudio iam dudum agitabat acerbo.*
*Iámque tibi dextras, incœptáque noſtra probamus,*
*Iam fas Dardanio me non ſeruire colono.*
*An ne iterum Annibalem dedi placet? atra veneno*
*Inuidiæ, nigróq; vndantia pectora felle*
*Tandem tot titulis, tótque exornata trophæis*
*Infelix muta, dextra hæc, en dextera, quam tu*
*Aeneadis lacerare dabas, & littora, & amnes*
*Et ſtagna, & latos impleuit ſanguine campos.*
*Hæc Mago, atq; animos fauor haud obſcurus habebat.*
*Cui ſimul inuidia, atque ira ſtimulantibus Hanno:*
*Talia veſani iuuenis conuitia miror*
*Haud equidem, tumet ingenio, fraternáque corda*
*Non tarde agnoſcas, & virus futile linguæ.*
*Qui ne mutatum vanis abſiſtere credas,*
*Nunc pacem orandam, nunc improba fœdere rupto*
*Arma reponenda, & bellum exitiale cauendum*
*Author ego, atque adeo voſmet perpendite quæſo*
*Quid ferat, haud aliud nobis cenſere relictum eſt.*
*Tela, viros, aurum, claſſis alimenta precatur,*
*Belligerámque feram, victus non plura dediſſem.*
*Sanguine Dardanio Rutulos ſaturauimus agros,*

*Et iacet in campis Latium. deponere curas*
*Tandem ergo bone da victor, liceátq; ſedere*
*In patria, liceat non exhaurire rapacis*
*Impenſis belli vacuatos ſæpe penateis.*
*Nunc en, nunc inquam (falſa vt præſagia noſtra*
*Sint oro, ménsq; augurio ludatur inani)*
*Haud procul eſt funeſta dies, atrocia noui*
*Corda, ac proſpicio natas è cladibus iras.*
*Vos ego vos metuo Cannæ, ſubmittite ſigna,*
*Atque adeo tentate, agedum, & depoſcite pacem,*
*Non dabitur, parat ille dolor, (mihi credite) maius*
*Exitium accepto, citiúsq; hæc fœdera victor*
*Quàm victus dabit, atque adeo qui tanta ſuperbo*
*Facta ſonas ore, & ſpumanti turbine perflas*
*Ignorantum aures, dic en germanus in armis*
*Ille tuus par Gradiuo, per ſecula tellus*
*Cui ſimilem nunquam ductorem in bella creauit,*
*Mœnia Romuleæ cur nondum viderit vrbis?*
*Scilicet à gremio matrum rapiamus in hoſtem*
*Nondum portandis habiles grauioribus armis.*
*Aeratas iuſſu texamus mille carinas,*
*Atque omnis Libyæ quæratur belua terris,*
*Vt longa imperia, atque armatus proroget annos*
*Annibal, & regnum trahat vſq; in tempora fati.*
*Vos vero (neque enim occulto circundamur aſtu)*
*Ne dulceis ſpoliate domos, caſtrísq; potentum*
*Atque opibus ſancite modum, pax optima rerum,*
*Quas homini nouiſſe datum eſt, pax vna triumphis*
*Innumeris potior, pax cuſtodire ſalutem*
*Et ciues æquare potens, reuocetur in arces*
*Tandem Sidonias, & fama fugetur ab vrbe*
*Perfidiæ Phœniſſa tua: ſi tanta libido*
*Armorum tenet, atq; enſes non reddere perſtat*
*Poſcenti patria, nil ſuppeditare furori*
*Hortor, & hæc fratri Magonem dicta referre.*
*Plura adnectentem (neque enim ſatiauerat iras*
*Dicendo) clamor turbat diuerſa volentum.*
*Si Libyæ decus, haud vlli ſuperabilis armis*
*Annibal eſt ira tibi, deſtituemus ad ipſas*

*Victorem metas? nec opum adiumenta feremus?*
*Inuidia vnius ſceptra vt iam parta retardet?*
*Inde alacres tribuunt, quæ belli poſceret vſus:*
*Abſentíque ſuum iactant ſub teſte fauorem.*
*Mox eadem terris placitum traducere Iberis,*
*Dum malus obtrectat facta immortalia liuor,*
*Nec ſinit adiutas ductoris creſcere laudes.*

QVOS SIGNVM INSIGNE SVPERBIS ... VIRIS.] Equitibus. Liuius lib. 23. Magoni tribuit hæc in maius vero ſublata: *Adiecit deinde verbis, quo maioris cladis indicium eſſet, neminem niſi equitem, atque eorum ipſorum primores gerere id inſigne.* Plinius lib.33.*promiſcuum putauit anulorum vſum tunc fuiſſe c. 1. *Neque enim aliter poſſent trimodia illa anulorum Cartaginem ab Annibale mitti.* cui refragatur D. Aug. lib.3.de Ciuit.c.19. Ea certè pugna ceciderunt equites Romani quinquies mille ſexcenti triginta, vt ex Dionyſio lib.2. Anti. Rom. confici poteſt. Fortè equitum nonnulli plures geſtabant anulos: nam poſtea Roma in deterius fluxa vnus homellus Charinus in Digitis tulit anulos ſexaginta. Crede,& corride Martiali lib. 11. Epigr. 60. Quod ſi quis coniiciet, non tamen Silio conueniet, cuius ſermo eſt de anulis lęuæ inſertis. Et certiſſimum eſt ex Taciti Hiſt.lib.2. & Suet.c.33.in Iulio Impp temporibus anulum aureum equitum fuiſſe proprium. Item ex eiuſdem Vitellio, & Appiani Libycis: Χρυσοφοροῦσι γὰρ στρατευόμενοι οἱ χιλίαρχοι τῶν ἐλαττόνων σιδηροφορούντων.

MOS LÆVA GESTARE VIRIS.] Geſtaminis huius in læua diuerſas alii, atque alii protulere cauſas. Plinius lib.33.c. 4. *Manus & prorſus ſiniſtra maximam autoritatem conciliauere.* Vbi poſt multa adücit eum, qui primus anulum tulerit, cunctanter id feciſſe, læuíſque manibus ac latentibus induiſſe. Pudor ergo ſiniſtrę anulum dedit. Gellius lib. 10.c.10.ex Appione in libris Aegyptiacis *neruum quendam tenuiſſimum ab eo vno digito ſiniſtræ manus, qui minimo eſt proximus, ad cor hominis pergere, ac peruenire. Propterea aut non inſcitum viſum eſſe eum poti imum digitum tali honore decorandum, qui continens & quaſi connexus eſſe cum principatu cordis videretur.* Macrobius lib. 7. Sat. c. 17. præterea ſcribit ex Attei Capitonis ſententia anulum læuam ſuſtinuiſſe, quia minùs habilis rebus illa gerendis, eáque præcautione vel à caſu anulum, vel gemmam à detrimento vendicari. Viſe cætera. Plutarch. Quæſtio eſt lib.4. Probl. Symp. Διὰ τί τῶν δακτύλων μάλιστα τῷ παραμέσῳ σφραγῖδας φοροῦσιν. *Cur eo digitorum, qui medio proximus adiitus eſt, anulos geſtant?*

NON PARVO INSIGNIS ACERVO.] Plinius ſupra ponit trimodia. Plinium ſequitur Mariana lib.2. Hiſtor.c. 14. vir doctrinæ, eloquentiæ, laboris merito, multiſque nominibus aliis recta æſtimanti ſemper honorandus. Tantundem admetitur D. Aug. lib.3. de Ciuit. c. 19. Val. Maximus lib.7.c. 2. Duos modios Florus retulit lib. 7. c. 1. Liuius lib. 23. pluribus diſcuſſis opinionibus vnum. Liuio accedo, quia impenſiùs verum quęſiuit, impulſus etiam Dionyſii numero equitum, quem alias attentum, fidumq. comperior, & ab Euſebio lib. 4. Præpar. Euang. ἄνδρα τῆς Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας ἀκριβῆ

prædicatum: neq; vllus hodie viuit, quem penes hiſtoriæ fides ſit certior.

TANDEM TOT TITVLIS, TOTQ. EXORNATA TROPÆIS.] Heynſius hûc verſum elocat: nec intelligit Annonis pectora dici *exornata*: quia Pœnorũ victoria ornatior reip. maieſtas, & ſinguli per eam veluti membra.

NVNC PACEM ORANDAM.] Lege Valer. Max. lib. 7. c. 2.

INDE ALACRES TRIBVVNT, QVÆ BELLI POSCERET VSVS.] Explicabunt Notæ ad lib. 17. ibi:

*Dum ſumtus, dúmq. arma duci.*

---

# IN LIB. XII. PVNICORVM
# C. SILII ITALICI
## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO,
### *Claud. Dauſqueij Can. Tor.*
### COMMENTARIVS.

*IAM terra glaciale caput, fæcundáq. nimbis*
*Tempora, & auſtrifero nebuloſam vertice frontem,*
*Immitis condebat hyems, blandíſque ſalubre*
*Ver Zephyris, tepido mulcebat rura ſereno.*
*Prorumpit Capua Pœnus, vicináq. late*
*Præmiſſo terrore quatit. ceu condita bruma*
*Dum Rhiphæa rigent Aquilonis flamina tandem*
*Euoluit ſerpens arcano membra cubili,*
*Et ſplendente die nouus emicat, atque coruſcum*
*Fert caput, & ſaniem ſublatis faucibus efflat.*
*At Libyci ducis vt fulſerunt ſigna per agros,*
*Deſolata metu cuncta, & ſuadente pauore*
*Vallo ſe clauſere ſimul, trepidíque ſalutis*
*Expectant ipſis metuentes mœnibus hoſtem.*
*Sed non ille vigor, qui ruptis Alpibus arma*
*Intulerat, dederátque vias, Trebiáque poſitus,*
*Mæonios Italo ſcelerauit ſanguine fluctus.*
*Tunc inerat, molli luxu madefacta, meróque*
*Illecebris ſomni, torpentia membra fluebant,*
*Queis gelidas ſuetum noctes thorace grauatis.*

*Sub Ioue non æquo trahere,& tentoria ſæpe*
*Spernere,vbi hyberna ruerent cum grandine nimbi,*
*Ac ne nocte quidem clypei,enſéſue repoſti,*
*Non pharetræ,aut iacula, & pro membris arma fuere.*
*Tunc graue caſsis onus,maioráq. pondera viſa*
*Parmarum,ac nullis fuſæ ſtridoribus haſtæ.*

TEPIDO MVLCEBAT RVRA SERENO.] Silius lib.5.

— *ſenſimque fluebat*
*Caligo in terras nitido reſoluta ſereno.*

Lucanus lib.9.

— *noſtris reficit ſua damna ſerenis.*

S. Cyprianus ad Demetrianum : *Imbres, & pluuias ſerena longa ſuſpendant.*
Prud. Apotheoſi:

— *ſuperóque expreſſa ſereno.*

Item lib.1.contra Sym.

— *turbidus aër*
*Arcebat liquidum ſeptena ex arce ſerenum.*

Georgicis :

*Impendunt curas denſo diſtendere pingui.*

Perſius Sat. 1.

*Sed quid opus teneras mordaci radere vero*
*Auriculas?*

Sat.2. *generoſum honeſtum*.Sat.4. *Opimum pingue.* Helleniſmi ſunt, quibus adiecta conſiſtentium rerum vicem recepta ſunt.

EXSPECTANT IPSIS METVENTES MOENIB.] Hoc malè fortunati ſunt ingenio,*ad deteriora credenda proni metu*,Curt. lib.4.

PRO MEMBRIS ARMA FVERE.] Ii tum fuere milites. M. Tullius lib. 2. Tuſcul. *Ferre plus dimidiati menſis cibaria : ferre, ſi quid ad vſum velint: ferre vallum. Nam ſcutum, gladium, galeam in onere noſtri milites non plus numerant, quàm humeros, lacertos,manus: arma enim membra militis eſſe dicunt : quæ quidem ita geruntur aptè, vt, ſi vſus foret, abiectis oneribus, expeditis armis, vt membris pugnare poſſint.*

*Prima inſtaurantem ſenſit certamina,mitis*
*Parthenope,non diues opum,non ſpreta vigoris:*
*Sed portus traxere ducem,ſecura volentem*
*Aequora,quæ peteret veniens Carthagine puppis.*
*Nam molles vrbi ritus,atque hoſpita Muſis*
*Otia,& exemptum curis grauioribus æuum,*
*Sirenum dedit vna ſuum & memorabile nomen*
*Parthenope muris Achelous,æquore cuius*

*Regnauere diu cantus, cum dulce per vndas*
*Exitium miſeris caneret non proſpera nautis.*
*Hæc pone aggreſſus (nam frontem clauſerat æquor)*
*Mœnia, non vllas valuit perfringere Pœnus*
*Tota mole vias, fruſtráque inglorius auſi,*
*Pulſauit quatiens obſtructas ariete portas.*
*Stabat Cannarum Graia ad munimina victor*
*Nequicquàm, & cautæ mentis conſulta probabat*
*Euentu, qui poſt Dauni ſtagnantia regna*
*Sanguine Tarpeias ire abſtinuiſſet ad arces.*
*En qui nos ſegnes, & neſcire addere curſum*
*Fatis iactaſtis, quod vobis ſcandere nuper*
*Non acie ex ipſa conceſſum mœnia Romæ,*
*Intrate, atque epulas promiſſas ſede tonantis*
*His quæ Graia manus defendit, reddite tectis.*
*Talia iactabat, famæque pudore futuræ*
*Irritus, incœpta primus ſi abſiſteret vrbe*
*Audebat cuncta, atque acuebat fraudibus enſes.*
*Sed ſubitæ muris flammæ, totóque fluebant*
*Aggeris anfractu tela improuiſa per auras.*
*Haud ſecus, occuluit ſaxi quos vertice fœtus*
*Ales fulua Iouis, tacito ſi ad culmina niſu*
*Euaſit ſerpens, terrétque propinquus hiatu,*
*Illa hoſtem roſtro, atque aſſuetis fulmina ferre*
*Vnguibus inceſſens, nidi circumuolat orbem.*
*Tandem ad vicinos Cumarum vertere portus*
*Defeſſus ſubigit, varióque laceſſere motu*
*Fortunam, & famæ turbando obſtare ſiniſtræ.*
*Sed cuſtos vrbi Gracchus tutela, vel ipſis*
*Certior arcebat muris, iterúmque ſedere*
*Portis, atque aditus iterum ſperare vetabat.*
*Luſtrat inops animi, rimatur & omnia circum*
*Alite vectus equo, rurſúſque hortatibus infit*
*Laudum agitare ſuos: Pròh Dii, quis terminus, inquit,*

NON DIVES OPVM.] Parthenope: ſed ſegetis. Dionyſius:

— Ἧχι μέλαθρον
Ἁγνῆς Παρθενόπης σταχύων βεβριθὸς ἀμάλλαις.

*Caſtæ Parthenopes ſpicis grauidata legendis*
*Hic domus eſt*

NON

NON SPRETA VIGORIS.] Vir literatiſſimus, & amicorum meorum albo annotatus reſcribit:

*Non aſpra vigoris.*

Silium explicuiſſe fuerit veritatem tetigiſſe. Parthenope, inquit, non Annibalem traxit diuitiis ſuis, quarum præda militi gratiſſima: nec ad eam hoſtis contemtu venit, quòd eam *ſperneret vigoris*: nec enim:

*— ſpreta vigoris*
*Sed portus traxere ducem ſecura volentem*
*Aequora, quæ peteret veniens Cartagine puppis.*

Nec enim Neapolitani Annibali tam fortiter reſtitiſſent: ſi Martius in iis vigor non fuiſſet: reſtitiſſe autem canit Silius, & hoſtem abire coactum.

HOSPITA MVSIS OTIA.] Videtur id Virgilio datum, cuius illa ſunt 4. Georg.

*Illo Virgilium me tempore dulcis habebat*
*Parthenope ſtudiis florentem ignobilis oti.*

Otia iſta Muſica ab Athenienſibus conuenis inuecta coniicere eſt. Cenſet quoque Strabo lib. 5. Romanos & loco, & loci otio capi: adeo lubenter hanc in vrbem ſecedere, qui vel morbo remedium, vel ætati ſenectæ quietem captant.

NOMEN PARTHENOPE MVRIS ACHELOIAS.] Plin. lib. 3. c. 5. *Parthenope à tumulo Sirenis appellata.* Idem Strabo lib. 1. & lib. 5. cur Neapolis dicta, non tacet: Ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν, καὶ Πιθηκουσσαίων τινὲς, καὶ Ἀθηναίων, ὥστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο: *Poſtea verò & Chalcidenſes, & Pithecuſæ, & Athenienſes incoluere, quo factum vt Neapolis nomen inuenerit. Acheloïas*: quòd è Melpomene, & Acheloo natæ Sirenes, Apollodorus lib. 1. Bibliothecæ. Obſtrepit nonnihil Solinus c. 8. *Parthenope à Parthenopes Sirenis ſepulcro, quam Auguſtus poſtea Neapolin eſſe maluit.*

CVM DVLCE PER VNDAS EXITIVM MISERIS.] Ecquas *vndas? Sirenidas* dictas. Marcianus Heracleota Periegeſi: Μετὰ τὴν Σικελίαν νῆσοι, αἵ τε πρίν ποτε Σειρηνίδες, Κίρκης τε νῆσοι λεγόμεναι. *A Sicilia inſulæ olim Sirenides appellatæ, & Circes inſulæ.* Strabo lib. 1. Πρὸς τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ νησίδιά ἐστι τρία προκείμενα ἔρημα πετρώδη, ἃ καλοῦσι Σειρηνούσας. *Ad Poſidoniatem ſinum inſulæ tres prominent, deſerta, ſaxoſa, quas Sirenuſas dicunt.* Meminit & lib. 5.

INCEPTA PRIMVS SI ABSISTERET VRBE.] Pridem *incœpta*, pridem perfecta Neapolis: melius ſcribetur *Inſeſſa*, vel *Obſepta*: vt non ita pòſt *obſepta viarum*. Nec malè ſcribes: *Irritus incœpti.* Firmo è Valer. Max. lib. 5. c. 6. *Irritam propoſiti dimiſit.* Phrynen Xenocrates.

SAXI QVOS VERTICE FOETVS.] *Quum*, ſiue *Cùm* eſſe debuit. Olim *Quom*, inde *Quos* irrepſit.

*Ante vrbes ſtandi Graias, oblite tuorum*
*Factorum miles? quis erit modus? Alpibus aſtat*
*Nimirum maior moles, & ſcandere cælum*
*Pulſanteis ſubeo ſcopulos: quanquam altera detur*
*Si ſimilis tellus, aliæque repente ſub aſtra*

*Exurgant rupes, non ibu? & arduus arma*
*Me ducente feres? tenet heu Cumanus hiantem*
*Agger adhuc, muruſque tenet, Gracchumque moueri*
*Non auſum portis, paruo in diſcrimine cerno.*
*An vobis gentes, quacunque labore paraſtis*
*Caſu geſta patent? vos per Tyrrhena fauentum*
*Stagna Deûm, per ego & Trebiam, cineresque Sagunthi*
*Obteſtor, dignos iam voſmet reddite veſtra*
*Quam trahitis fama, & reuocate in pectore Cannas,*
*Sic ductor feſſas luxu, attritaſque ſecundis*
*Erigere, & verbis tentabat ſiſtere mentem.*
*Atque hic perluſtrans aditus, fulgentia cernit*
*Arcis templa iugo, quorum tum Virius altæ*
*Immitis ductor Capuæ, primordia pandit.*
*Non eſt hoc, inquit, noſtri quod ſuſpicis æui,*
*Maiores fecere manus, cùm regna teneret*
*Dictæi regis, (ſic fama eſt) linquere terras*
*Dædalus inuenit: nec toto ſigna ſequenti*
*Orbe dare, ætherias aliena tollere in auras*
*Auſus ſe penna, atque homini monſtrare volatus*
*Suſpenſum hic librans media inter nubila corpus*
*Enauit, ſuperoſque nouus conterruit ales.*
*Natum etiam docuit falſæ ſub imagine plumæ*
*Attentare vias volucrum lapſumque ſolutis*
*Pennarum remis, & non felicibus alis*
*Turbida plaudentem vidit freta. dumque dolori*
*Indulget ſubito, motis ad pectora palmis.*
*Neſcius heu planctu duxit moderante volatus.*
*Hic pro nubiuago gratus pia templa meatu*
*Inſtituit Phœbo, atque audaces exuit alas.*

ANTE VRBES STANDI GRAIAS?] Neapolim, & Cumas: de illa dictum: Cumæ *Vrbs Graia*, quòd ab Erethrienſibus, & Chalcidenſibus condita, autore Dionyſio lib. 7. Ant. Rom. Liuio lib. 8. Chalcidenſibus autem coloniæ duces exſtitere Hippocles, & Megaſthenes, Velleius lib. 1. Addo plenius ex Herodoto: Συνηλθον ἐν τ' αὐτῷ παντοδαπὰ ἔθνεα Ἑλληνικὰ, καὶ δὴ, καὶ ἐκ Μαγνησίας: *Huc conuenere gentes Græcanicæ omne genus, vel ex ipſa etiam Magneſia.* Hinc Solin. c. 8. *Ab Euboeenſib. Cumas.* Meminit Marcianus. Nom omittendus Strabo lib. quòd ab eo lucem mutuabit illud ex Aen. 6.

*Et tandem antiquis Cumarum allabitur oris.*

Cumas vocat Strabo Χαλκιδέων, καὶ Κυμαίων παλαιότατον κτίσμα: *Chalcidenſium*

*& Cumanorum antiquiſſimum opus.* Pergit: Πασῶν γάρ ἐστι πρεσβυτάτη τῶν τε Σικελικῶν, καὶ τῶν Ἰταλιωτίδων. Οἱ δὲ τὸν στόλον ἀγαγόντες Ἱπποκλῆς ὁ Κυμαῖος, καὶ Μεγασθένης ὁ Χαλκιδεὺς διωμολογήσαντο πρὸς σφᾶς αὐτούς, τῶν μὲν ἀποικίαν εἶναι, τῶν δὲ τὴν ἐπωνυμίαν, ὅθεν νῦν μὲν προσαγορεύεται Κύμη· κτίσαι δ' αὐτὴν Χαλκιδεῖς δοκοῦσιν: *Sicularum, atque Italicarum omnium antiquiſſima eſt. Hippocles Cumanus, & Megaſthenes Chalcidenſis, qui claſſis duces erant, ſic inter ſe compoſuerunt, vt Chalcidenſium eſſet colonia, Cumanorum autem nomenclatio, vnde hodie Cumæ dicuntur, eam condidiſſe Chalcidenſes videntur.* Illius ergo *arcem Cumanam* dixit lib. 6. Virgilius *Chalcidicam.* Meminítque eorum Strabo, qui Cumas à fluctibus denominant, qui Græcis κύματα.

ITERVMQ. CEDERE PORTIS, ATQVE ADITVS ITERVM SPERARE VETABAT.] Ita verò propiùs:

> *— iterúmque ſedere,*
> *Portus, atque aditus iterum ſ. v.*

Nam vt ad Parthenopen *portus traxere ducem,* ſic ad Cumas.

GRACCHVMQVE MOVERI NON AVSVM PORTIS.] Par. *Gracchúſq. moueri.* Lectionem malo vulgatiorem.

GRACCVS ... ADITVS ITERVM SPERARE VETABAT.] Nam egregiè non ſemel ad Cumas Pœnos fudit, fugauítque & obſeſſo, quam obſidenti ſimilior fuit Pœnus, tandémque, ad Tifata rediit infecta re, Liuius lib. 23.

CVM REGNA TENERET DICTÆI REGIS.] Cùm haberet Cretam Dædalus, vſu verbi *Tenendi* tritiſſimo: habitauerat enim Dædalus Atticam, poſtea Cretam (quæ Virgilio Aen. 3. *arua Dictæa.*) Poëta igitur ſedes diſtinguit. Quod Modius reponit *Timeret*, fugæ, & hiſtoriæ alteri parti accommodatiùs.

PENNARVM REMIS.] Aeneid. 6.

> *Remigium alarum.*

Ibidem Dædali volatum habes Diodori lib. 4. Ouidii Metamorph. lib. 8. alibi.

*Viribus hæc. Sed enim ductor numerabat inertes*
*Atque actos ſine Marte dies, ac ſtare pudebat.*
*Ingemit aduerſis, reſpectánſque irrita tecta*
*Vrbe Dicarchæa parat exatiare dolorem.*
*Hic quoque nunc pelagus, nunc muri ſaxea moles*
*Officit audenti, defenſantúmque labores.*
*Dúmque tenet ſocios, dura atque obſepta viarum*
*Rumpere nitentes lentus labor, ipſe propinqua*
*Stagnorum terræque ſimul miracula luſtrat.*
*Primores adſunt Capuæ, docet ille tepentes*
*Vnde ferant nomen Baiæ, comitémque dediſſe*
*Dulichiæ puppis ſtagno ſua nomina monſtrat.*

VRBE DICARCHÆA PARAT EXATIARE FVRORES.] Puteolis. Plin. lib. 3. c. 5. *Dein Puteoli colonia Dicæarchia dicti.* ita ibi ſcriptum. Poſtferenda Poëtæ

fuit Puteolorum appellatio, quia primum indita Punico bello hoc. Strabo lib. 5. Κατὰ δὲ τὴν Ἀννίβα στρατείαν συνῴκισαν Ῥωμαῖοι, καὶ μετωνόμασαν Ποτιόλους ἀπὸ τῶν φρεάτων (οἱ δ' ἀπὸ τῆς δυσωδίας τῶν ὑδάτων) ἅπαν τὸ χωρίον ἐκεῖ μέχρι Βαιῶν, καὶ τῆς Κυμαίας, ὅτι θείου πλῆρές ἐστι, καὶ πυρὸς, καὶ θερμῶν ὑδάτων: Verto, & ordino: *Bello Annibalis coloniam fecere Romani, & Puteolos cognominarunt totum illum tractum Baias uſque, & Cumas à puteis: quibuſdam placuit ab aquarum putore; ubi ſcatet ſulphure, igne, & aquis calentibus.* Feſtus antiquiori vocabulo cauſam aſſignat: *Dicæarchia vocabatur, quæ nunc Puteoli, quòd ea ciuitas quondam iuſtiſſimè regebatur.* Lucilius:

> *Inde Dicæarchûm populos, Delúmque minorem.*

STAGNORVM, TERRÆQ. SIMVL MIRACVLA LVSTRAT.] Hoc in tractus ſtagnorum, ſiue lacuum facilè primus eſt Lucrinus, de quo dicetur. Aquis etiam efficacibus ſcatet hæc ora. Plinius lib. 31. c. 2. Nuſquam *tamen largiùs quàm in Baiano ſinu, nec pluribus auxiliandi generibus. Aliæ ſulphuris, aliæ aluminis, aliæ ſalis, aliæ nitri, aliæ bituminis, nonnullæ etiam acida, ſalſáue miſtura.* Idem citat de fontibus, ibi vetuſtum Epigramma, ac venuſtum à Laurea Tullii liberto:

> *Hic etiam apparent lymphæ non antè repertæ,*
> *Languida quæ infuſo lumina rore leuant.*
> *Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori*
> *Hoc dedit, hac fontes cùm patefecit ope.*
> *Ut quoniam totum legitur ſine fine per orbem,*
> *Sint plures, oculis quæ medeantur, aquæ.*

*Terræque.* Plinius lib. 31. c. 2. *Digna memoratu villa eſt ab Auerno lacu Puteolos tendentibus impoſita litori, celebrata porticu, ac nemore, quam & vocabat* M. *Tullius Academiam ab exemplo Athenarum.* Adiice connumeratas Silio vrbes, Cumas cum arce, Puteolos, Baias, item Prochyten, Inarmen, Veſcuum montem, portum Miſenum, Baulos.

TEPENTES VNDE FERANT NOMEN BAIÆ] *Æſtuantes* ſcribit Martialis lib. 3. Epig. 20. De Baiarum thermis lib. 5. Strabo: Αἳ διωνόμασται πολὺ πάντων μάλιστα. *Inter omnes famoſiſſimæ.* pòſt: Ἐν ᾗ αἱ Βαιαὶ, καὶ τὰ θερμὰ ὕδατα, τὰ καὶ πρὸς τρυφὴν, καὶ πρὸς θεραπείαν νόσων ἐπιτήδεια: *Vbi Baiæ & aquæ calidæ, vel luxui, vel morborum remedio aptæ. Luxus*: & hoc infamatæ nomine. Ouid. lib. 1. Operis infamis:

> *Quid referam Baias, prætextáq. litora velis,*
> *Et, quæ de calido ſulphure fumat, aquam?*
> *Hinc aliquis vulnus referens in pectore dixit:*
> *Non hæc, vt fama eſt, vnda ſalubris erat.*

Erant enim aquæ ἐρωτικαί, *Amoriparæ.* Martial. lib. 1. Epigr. 63. de Læuina hactenus caſtiſſima:

> *Et dum Baianis ſæpe fouetur aquis:*
> *Incidit in flammas, iuuenémque ſecuta relicto*
> *Coniuge, Penelope venit, abit Helene.*

Cicero lib. 1. ad Atticum Ep. 15. *Obiicit mihi,* inquit, *me ad Baias. Salſum. ſed tamen quid hoc ſimile eſt, inquam? quaſi in operto dicas fuiſſe. Quid, inquit, Arpinati* (vbi aquas antè frigere diximus.) *Cum aquis calidis.* Cicero au-

autem Arpinas. Baiarum Horatii laus ampla li.1. Epiſt.1.

*Nullus in orbe locus Baiis prælucet amœnis.*

Properr. lib.1. Eleg.11.

*Litora quæ fuerant caſtis inimica puellis*
*Ah pereant Baïæ crimen amoris aquæ!*

COMITEMQVE DEDISSE
DVLICHIÆ PVPPIS STAGNO SVA NOMINA MONSTRAT. ] Baium. Ipſe alibi:

*— ſedes Itaceſia Baij.*

Strabo li.5. Τὰς δὲ Βαΐας ἐπωνύμους εἶναι λέγουσι Βαΐου τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων τινός. *Baias cognomines ferunt Baio Vlyßis ſociorum vni, ſiue comiti d.p.*

*Aſt hic Lucrina manſiſſe vocabula quondam*
*Cocyti memorat, mediòque in gurgite ponti*
*Herculeum commendat iter, qua diſpulit æquor*
*Amphitryoniades armenti vector Iberi.*
*Ille olim populis dictum Styga, nomine verſo*
*Stagna inter celebrem nunc mitia monſtrat Auernum,*
*Tum triſti nemore atque vmbris nigrantibus horrens,*
*Et formidatus volucri, lethale vomebat*
*Suffuſo virus cælo, ſtygiáque per vrbes*
*Religione ſacer, ſæuum retinebat honorem.*
*Hinc vicina palus, fama eſt Acherontis ad vndas*
*Pandere iter, cæcas ſtagnante voragine fauces*
*Laxat, & horrendos aperit telluris hiatus,*
*Interdúmque nouo perturbat lumine manes.*
*Ac iuxta caligante ſitu, longúmque per æuum*
*Infernis preſſas nebulis, pallente ſub vmbra*
*Cymmerias iacuiſſe domos, noctémque profundam*
*Tartareæ narrant vrbis: tum ſulfure & igni*
*Semper anhelantes, coctóque bitumine campos*
*Oſtentant, tellus atro exundante vapore*
*Suſpirans, vſtiſq; diu calefacta medullis*
*Aeſtuat, & ſtygios exhalat in aëra flatus.*
*Parturit, & tremulis metuendum exſibilat antris.*
*Interdúmque cauas luctatus rumpere ſedes,*
*Aut extre foras, ſonitu lugubre minaci*
*Mulciber immugit, laceratáque viſcera terræ*
*Mandit, & exeſos labefactat murmure monteis.*
*Tradunt Herculea proſtratos mole gigantes*
*Tellurem iniectam quatere, & ſpiraminé anhelo*

*Torreri late campos, quotiéſque minatur*
*Rumpere compagem impoſitam, expalleſcere cælum,*
*Apparet Prochyte ſæuum ſortita Mimanta.*
*Apparet procul Inaryme, quæ turbine nigro*
*Fumantem premit Iapetum, flammáſque rebelli*
*Ore eiectantem. & ſiquando euadere detur*
*Bella Ioui rurſus ſuperíſque iterare volentem.*

AST HIC LVCRINO MANSISSE VOCABVLA. ] Locus lucroſus, & delicioſus. Primum nomen arguit, Feſtúſque *Lacus Lucrinus in vectigalibus publicis primus locatur emendus ominis boni.* Carrion li.2. Emend. c. 5. *Fruendus* legit. Strabo l.5 oſtreorum captura æſtimat: Τὰ ὀστρεῖα δὲ θήρεῖ ἔχων ἀφθονώτατα. Et M. Varro in Exageſi: *Tum nuptiæ videbant oſtreas Lucrinas.* Delicias Lucrini adeo commendat Martial, l. 4. Epigr. 30. vt in eo piſces ponat dociles, cicuratos, obedientes:

*Sacris piſcibus hæ natantur vndæ,*
*Qui norunt dominum, manúmque* Domitianum.
*Illam, qua nihil eſt in orbe maius.*
*Quid quod nomen habent? & ad magiſtri*
*Vocem quiſque ſui venit citatus.*

Commendat Sergius Orata apud Valer. Max. lib. 9. c. 1.

HERCVLEVM COMMENDAT ITER, QVA DISPVLIT ÆQVOR AMPHITRYONIADES ARMENTI VECTOR IBERI. ] *Diſcidit*, legunt Marſus, & Modius; à Strabone illuſtrabitur, cuius illa li. 5. Ὁ δὲ Λοκρῖνος κόλπος πλατύνεται μέχρι Βαϊῶν χώματι εἰργόμενος ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης, ὀκτὼ σταδίων τὸ μῆκος· πλάτος δὲ ἁμαξιτοῦ πλατείας, ὅ φασιν Ἡρακλέα διαχῶσαι τὰς βοῦς ἐλαύνοντα τὰς Γηρυόνου: *Lucrinus ſinus Baias vſque porrigitur aggere ab extero mari diſſeptus, octo ſtadiorum eſt longitudo, viæ latioris latitudo, quem aiunt Herculem congeßiſſe, quo tempore Geryonæ armentum abigebat.* Huc oculos fixerat Propert. l. 1. Eleg. 11.

*Qua iacet Herculeis ſemita litorib.*

MONSTRAT AVERNVM. ] B. *Aornon.* Gloſſema docentis verbi originem, quæ cuiuſmodi ſit, accipe è ſexto Lucretii:

*Principio, quod Auerna vocantur, nomen id ab re*
*Impoſitum'ſt: quia ſunt auibus contraria cunctis.*
*E regione ea quòd loca cùm aduenere volucres,*
*Remigij oblitæ pennarum vela remittunt,*
*Præcipitéſque cadunt molli ceruice profuſa*
*In terram, ſi fortè ea fert natura locorum.*
*Aut in aquam, ſi fortè lacus ſubſtratus Auerno'eſt*
*Qualis apud Cumas eſt.*

Antigonus ἐν Ἱστοριῶν παραδόξ. Συναγωγῇ: Τὴν δὲ ἐν τοῖς Σαρμάταις λίμνην Ἡρακλείδης γράφει, ὅτι οὐδὲν τῶν ὀρνίθων ὑπεραίρει· τὸ δὲ προσελθὸν ὑπὸ τῆς ὀσμῆς τελευτᾷ· ὃ δὴ καὶ περὶ τὴν Ἄορνον δοκεῖ γίνεσθαι, καὶ κατέχει ἡ φήμη παρὰ τοῖς πλείστοις. *De Sarmatarum lacu quodam ſcribit Heraclides, volucrem nullam euadere, & quod acceſſerit, emori. Quod & in Auerno videtur contingere, idque fama apud pluriſmos obtinet.* Strabo lib. 5.

aues concepta peſtilente aura labi poſſe mortuas non it inficias: ſed credibiliter in Auerno hoc ipſum fieri denegat.

CIMMERIAS IACVISSE DOMOS. ] Meditatè τὸ *Iacuiſſe* poſuit. Domus enim Cimmerion altius ſub ſolo ſunt, & ad vicinas permeant illi per foſſas. Ideo & *Tartaream vrbem* Poëta nominat. Apud Strabonem li.5. de Cimmeriis dicit Αὐτοὺς ἐν καταγείοις οἰκίαις οἰκεῖν, ἃ καλοῦσιν Ἀργίλλας, καὶ διά τινων ὀρυγμάτων παρ' ἀλλήλους τε φοιτᾶν, καὶ τοὺς ξένους εἰς τὸ μαντεῖον δέχεσθαι πολὺ ὑπὸ γῆς ἱδρυμένον. *Eos in ſubterraneis habere gurguſtiis, quæ Argillas dicunt, & per foueas quaſdam ad inuicem commeare, externóſque ad oraculum admittere admodum ſub terra reconditũ.* Interpretis munꝰ fungatur Sext. Pomp: *Cimmerij dicũtur homines, qui frigorib. occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias, & Cumas in ea regione, in qua cõuallis ſatis eminenti iugo circundata eſt, quæ neque matutino, neq; veſpertino tempore Sole contegitur.* Ideo Silius *noctémque profundam* dixit. Cætera inibi reſtant. Sunt & in terra Arteſia plurimæ ſpecus ad plura paſſ. M. quandóque fuſæ in quibus equilium, ouilium, habitationúmque diſcrimina. Cœlum excipiunt pertuſo terræ dorſo loco neſcio inter arbuſta ferè: hinc lucem, hinc auram ſpirabilem, & ſalutarem hauriunt. Eas agreſtes refugio petunt, ne belli ſæuitia fortunis euertantur omnibus.

*Monſtrantur Veſeua iuga, atque in vertice ſummo*
*Depaſti flammis ſcopuli, fractúsque ruina*
*Mons circum, atque Aetnæ fatis certantia ſaxa.*
*Necnon Miſenum ſeruantem Idæa ſepulchro*
*Nomina, & Herculeos videt ipſo in littore Baulos.*
*Miratur pelagíq; minas, terræq; labores.*
*Quæ poſtquam perſpecta viro, repreſſus ad altos*
*Inde Pherecyadum muros, & frendentia læto*
*Palmite deuaſtat Nyſæa cacumina Gauri.*
*Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam.*
*Campo Nola ſedet, crebris circundata in orbem*
*Turribus, & celſo facilem tutatur adiri*
*Planiciem vallo: ſed qui non turribus arma*
*Defendenda daret, verum vltro mœnia dextra*
*Protegeret, Marcellus opem auxiliúmque ferebat.*
*Isque vbi Agenoream procul aduentare per æquor,*
*Et ferre ad muros nubem videt, arma, cruentus*
*Hoſtis adeſt, rapite arma viri, clamátque capítque.*
*Circunſtant rapidi iuuenes, aptántque frementi*
*Sanguineas de more iubas: ſonat inde citato*
*Agmina diſponens paſſu, tu limina dextræ*
*Seruabis portæ Nero: tu conuerte cohortes*
*Ad læuam patrias, & Larinantia ſigna,*
*Clarum Volſcorum Tulli decus: aſt vbi iuſſo,*
*Per tacitum ruptis, ſubita vi, fundite portis*

*Telorum in campos nimbum, ferar ipſe reuulſa*
*In medios, equitúmque traham certamina porta*
*Dúmque ea Marcellus, jam clauſtra euellere Pœni*
*Et ſcalis ſpretos tentabant rumpere muros.*
*Inſonuere tubæ paſsim, clamórq; virorum,*
*Tinnitúsque ſimul litui, raucóque tumultu:*
*Cornua, & in membris concuſſa furentibus arma.*
*Fertur acerba lues diſiectis incita telis,*
*Effuſæque ruunt inopino turbine turmæ,*
*Improbus vt fractis exundat molibus amnis,*
*Propulſum vt Borea ſcopulis impingitur æquor,*
*Vt rupto terras inuadunt carcere venti.*
*Nec terrente Libys viſu armorúmq;, virumque*
*Deiectum ſperare valet, dux Dardanus inſtat*
*Attonito progreſſus equo, tergíſque ruentum*
*Incumbens haſta, ſocios nunc voce fatigat.*
*Perge age, fer greſſus, dexter deus, horáque noſtra eſt,*
*Hac iter in muros Capuæ: Nunc rurſus in hoſtem*
*Conuerſus, ſta: quò raperis? non terga tuorum,*
*Te ductor Libyæ, increpito: ſtat campus, & arma,*
*Et Mars in manibus, dimitto à cæde cohortes.*
*Spectemur ſoli, Marcellus prælia poſco.*
*Sic rector Latius: iuueníque inuadere pugnam*
*Barcæo ſuadebat honor, pretiúmque pericli.*
*Sed non hæc placido cernebat pectore Iuno,*
*Cœptóque auertit ſuprema in fata ruentem.*
*Siſtere perculſos ille, & reuocare laborat.*

MONSTRANTVR VESENA IVGA ATQVE IN VERTICE SVMMO DEPASTI FLAMMIS SCOPVLI. ] Ex Strabone li. 5. Ὑπέρκειται δὲ τῶν τόπων τούτων ὄρος τὸ Οὐεσούιον ἀγροῖς περιοικούμενος. (Tacitus li. 4. *Planities peramœna ante, quàm Veſuuius faciem loci verteret.*) παγκάλοις πλὴν τῆς κορυφῆς. Αὕτη δ' ἐπίπεδος μὲν πολὺ μέρος ἐστὶν· ἄκαρπος δ' ὅλη· ἐκ δὲ τῆς ὄψεως τεφρώδης, καὶ κοιλάδας φαίνει σηραγγώδεις πετρῶν αἰθαλωδῶν κατὰ τὴν χρόαν, ὡς ἂν ἐκβεβρωμένων ὑπὸ πυρός, *Supra locos hos Veſuuius mons eſt pulcerrimis aruis circumquaque habitatus præterquam in vertice: hic magnam partem planus eſt, ac totus infructuoſus, adſpectantibus cineream faciem obijcit, & caua antra perſimilia fumoſarum inſtar rupium ab igne depaſtarum*, hoc eſt, *In vertice depaſti flammis ſcopuli.* De Veſuuii incendio Mart. lib. 4. Epigram. 44.

*Cuncta iacent flammis, & triſti merſa fauilla;*
*Nec Superi vellent hoc licuiſſe ſibi.*

Lege

Lege Plinii Epiſtolam 6. ad Tacitum lib. 6. Arſit iterum ſub Diocletiano & Maximiano terrore maximo, ita vt longinquis quoque regionibus vaſtitatis metum afferret incendium. ſtirit 5. Ianuarius, Geſta eius

VESEVA IVGA. ] Filo Poëtæ termaximi

*— & vicina Veſeuo*
*Ora iugo.*

Quod de Nola capiendum docet Gellius li. 7. c. 20. Nolam verò vicinam ponit & Silius mox.

ÆTNÆ FATIS CERTANTIA SAXA. ] Nihil emuto: venuſtius tamen videatur:

*— ſaxis certantia ſaxa:*
aut: *— fatis certantia fata.*

Sic Lucanus lib. 1.

*— pila minantia pilis.*

Æneid. 1.

*— fatis contraria fata rependens.*

NEC NON MICENVM SERVANTEM IDÆA SEPVLCRO NOMINA. ] Dicet Æneis ſexta ibi:

*Monte ſub aërio.*

HERCVLEOS VIDET IPSO IN LITORE BAVLOS. ] Non procul Baiis Baulos indicat illud Epigrammatographi lib. 4. Epigr. 63.

*Dum petit à Baulis mater Cerelia Baias.*

Diſertim Tacitus Annali 4. vbi de Nerone matri obuiam profecto: *Dehinc obuius in litore (nam Antio aduentabat) excipit manu & complexu, ducitque Baulos: id villæ nomen eſt, quæ promontorium Miſenum inter, & Baianum lacum flexo mari alluitur. Herculeos Baulos*, vt norimus, legam è Symmacho:

*Huc Deus Alcides ſtabulanda armenta coëgit*
*Eruta Geryonis de lare tergemini.*
*Inde recens ætas corrupta Boaulia Baulos*
*Nuncupat, occulto nominis indicio.*

CAMPO NOLA SEDET. ] Silius:

*— per vdos*
*Alba ſedet populos.*

Ea dictione vrbes in plano ſituatæ referuntur. *Sedet*, καθίδρυται. Pomponius Mela li. 2. c. 2. *Poſt locus, quem Graij μακρὸν τεῖχος Longum murum appellant, & in radice magnæ peninſulæ ſedens Lyſimachia. Campo*, inquit, ab inſulis Campaniæ Prochyta, Inarime, Sirenuſis, aliiſque. Nolam diſcriminet.

MARCELLVS OPEM, AVXILIVMQVE FEREBAT. ] Liuius li. 23.

ET FERRE AD MVROS. ] Mauelim *Ferri*.

AST VBI IVSSO. ] Pro *Iuſſero*. Æneid. 11. vbi ſuos Turnus ordinat:

*Cætera, quà iuſſo, mecum manus inferat arma.*

Catullus.

*— ſi nefaria ſcripta*
*Sexti recepto.*

STAT CAMPVS, ET ARMA. ] Sic Gryph. Ald. aliique codd. Rectius ſit : *Stet camp. & a.* Sequitur enim: *Spectemur ſoli.*

*Taleſne è gremio Capuæ, tectiſque ſiniſtris*
*Egredimur? ſtate ô miſeri, queis gloria ſumma*
*Dedecori eſt, nil vos hodie (mihi credite) terga*
*Vertentes fidum expectat: meruiſtis vt omnis*
*Ingruat Auſonia, & ſæuo mauorte paratis,*
*Nequa ſpes fuſos pacis vitæq; maneret.*
*Vincebat clamore tubas, vociſque vigore*
*Quamuis obſtructas ſæuus penetrabat in aures.*
*Polydamanteis iuuenis Pedianus in armis*
*Bella agitabat atrox, Troianáq; ſemina, & ortus*
*Atque Antenorea ſeſe de ſtirpe ferebat,*
*Haud leuior generis fama, ſacróque Timauo*
*Gloria, & Euganeis dilectum nomen in oris.*
*Huic pater Eridanus, Venetæque ex ordine gentes,*
*Atque Apono gaudens populus, ſeu bella cieret,*
*Seu Muſas placidus, doctæque ſilentia vitæ*
*Mallet, & Aonios plectro mulcere labores*
*Non vllum dixere parem, nec notior alter*
*Qui poſtquam effuſis vrgens veſtigia frenis*
*Pœnorum, iuxta galeam atque inſigne perempti*
*Agnouit ſpolium Pauli, puer illa gerebat*
*Non paruo lætus ductoris munere Cinyps,*
*Dilectus Pœno Cinyps, quo [illegible] ore*
*Non fuit, ac nulla nituit plus fronte decoris.*
*Quale micat ſempérque nouum eſt, quod Tyburis aura*
*Paſcit ebur, vel qui miro candoris honore*
*Lucet in aure lapis, rubris aductus ab vndis.*

POLYDAMANTEIS IVVENIS PEDIANVS IN ARMIS.] Volunt Pedianum, cuius nonnulla exſtant in Ciceronem, æquæuum Silio ex huius loci coniectura. Quàm ſagaciter, ipſi viderint. De nominis modulò dico rudibus vulgo ſcribi πολὺς, & Πολυδάμας, Ionib. & Homero πουλὺς, & Πουλυδάμας: Æolibus (at pleræque voces è Græcia in Latium traductæ, Æolum forma, ſic arbitrante Dionyſio Halicarnaſſeo) πωλὺς & Πωλυδαμας. item Perſio Sat. 1.

*Nam mihi Polydamas.*

qui *Pulydamas* ſcripſere,in ſuperſtitionis aſylum ſeſe dedere.

ATQVE ANTENOREA SESE DE STIRPE. ] Legenda Æneis prima,ib

*Antenor potuit*

ſubditur:

*Hic tamen ille vrbem Pataui, ſedéſque locauit*
*Teucrorum, & genti nomen dedit, armáque fixit*
*Troia.*

Pedianus generi ſuo Antenorem Patauii conditorem inſcribebat. Hunc tractum his dimenſus eſt li.7.Lucanus:

*Euganeo ...*
*Colle ſedens, Aponus terris vbi fumifer exit,*
*Atque Antenorei diſpergitur vnda Timaui.*

SACROQVE TIMAVO. ] Timauum ſacrum Diomedi.Strabo li.5. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ μυχῷ τοῦ Ἀδρίου καὶ ἱερὸν τοῦ Διομήδους ἐστὶν ἄξιον μνήμης τὸ Τίμαυον. *In intimo ſinu Adriæ Timauum eſt Diomedi ſacrum.* Mela li.2.c.4. *Interfluit Timauus nouem capitib. exſurgens vno oſtio emiſſus.*

EVGANEIS DILECTVM NOMEN IN ORIS. ] Euganeos lacus Timauo coniungit & Mart.li.4.Epig.25.

— *ad Euganeos ſola puella lacus.*
*Et tu Ledæo felix Aquileia Timauo.*

Liuius in limine Hiſtoriarum: *Antenorem cum multitudine Henetûm, qui ſeditione ex Paphlagonia pulſi, & ſedes, & ducem, rege Pylemene ad Troiam amiſſo, quærebant, veniſſe in intimum maris Adriatici ſinum: Euganeiſque, qui inter mare, Alpéſque incolebant, pulſis, Henetos, Troianóſque eas tenuiſſe terras: & in quem primùm egreſſi ſunt locum, Troia vocatur, pagóque inde Troia nomen eſt.* Cauſa cur Pedianus ante

— *Troianáque ſemina, & ortus ferebat.*

Euganearum gentium opida quatuor & viginti putat Cato: Nomen illuſtrat Plinius li. 3.c.20. indicátque εὐγενείας oras quaſi εὐγενείας dictas: *Graios fuiſſe poſitos in tranſitu Graiarum Alpium incolas, præſtantéſque genere Euganeos inde tracto nomine.*

ATQVE APONO GAVDENS POPVLVS. ] Felici carmine Claudianus effunditur in laudes Aponi fontis: his clauſit etymum:

*Fons Antenoreæ vitam qui porrigis vrbi,*
*Fatáque vicinis noxia pellis aquis.*

Ἄπονος námque quod πόνον morbum, & laſſitudinem depellit. Lege Claudiani reſtantia, & Mart. lib. 6. de Thermis Etruſci, item Caſſiodor.lib.2. epiſt.39.

GRADIVO IVVENIS, NEC PHOEBO NOTIOR ALTER. ] Silio miſſum à Modio ſupplementum.

QVOD TIBVRIS AVRA PASCIT EBVR. ] Candore commendabili. Mart. lib.7.Epigr.12

*Dum Tiburtinis albeſcere collibus audit*
*Antiqui dentis fuſca Lycoris ebur,*
*Venit in Herculeos colles. quid Tiburis alti*

*Aura valet? paruo tempore nigra redit.*

lib. 8. Ep. 27.

*Et Tiburtino monte quod albet ebur.*

lib. 1. Ep. 13. lib. 4. Ep. 62.

RVBRI ADVECTVS AB VNDIS. ] Qui pro *Erythræo mari Rubrum mare* rectè dici negant, aut *Rubras vndas*, eò ablegandi. Per me tamen à Strabone viaticati ſunto lib. 16. Ἐρυθρὰν γὰρ λέγειν τινὰς τὴν θάλατταν ἀπὸ τῆς χροιᾶς τῆς ἐμφαινομένης κατ' ἀνάκλασιν, εἴτε ἀπὸ τοῦ ἡλίου κατὰ κορυφὴν ὄντος, εἴτε ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐρυθραινομένων ἐκ τῆς ἀποκαύσεως· ἀμφοτέρως γὰρ εἰκάζειν. Κτησίας δὲ τὸν Κνίδιον πηγὴν ἱστορεῖν ἐκδιδοῦσαν εἰς τὴν θάλατταν ἐρυθρὸν καὶ μιλτῶδες ὕδωρ. Ἀγαθαρχίδην δὲ τὸν ἐκείνου πολίτην παρά τινος τῶν Περσῶν ἱστορῆσαι, διότι Πέρσης τις Ἐρύθρας &c. *Rubrum námque mare à colore propter reuerberationem elucescente quoſdam dicere, ſiue ſol ſit in vertice, ſiue à montibus rubeſcentibus ex ardore: vtrumque enim veri ſpeciem habet. Cteſiam verò Cnidium in hiſtoria ſcribere fontem in mare aquas rubras, minióque ſimiles euoluere. Agatharchidem verò illius ciuem à quodam genere Perſa cognoſſe ideo appellari, quod Perſa quis Erythras, &c.* Eadem, aliáque Euſtathius in illud Dionyſij:

Ἀγχόθ' Ἐρυθραίου.

Propter haſce cauſas miniatæ faciei in mari illo, Latinorum dictione nomen *Rubro* eſt. Fuſa eſt apud Photium cap. 250. diſputatio ſuper Erythræo mari, vbi ferè omnium ſententias complexus eſt. Exegit iudicium ad veri normam Solin. c. 46. *Vltra Peluſiacum oſtium Arabia eſt, ad Rubrum pertingens mare, quod Erythræum ab Erythro rege, Perſei, & Andromedæ filio, non ſolum à colore appellatum Varro dicit.* Ex eodem Varrone Curtius li. 8. & 10.

CVM SVBITO ANTE OCVLOS PAVLI EMERSISSET IMAGO. ] Ceu ſcribit Modius. Quæ vocula radius eſt multæ lucis: neque enim emerſerat imago vlla.

MARMOREVM IN IVGVLVM. ] Niueum, lacteum, eburneum: eapropter enim Pelopi reformant humerum ex ebore. Pari Venere Martialis lib. 8. Ep. 55.

*Marmorea fundens nigra Falerna manu.*

Lucilius, ſiue quod alii volunt, Ennius

— *ſtare papillas*
*Pectore marmoreo.*

Ennii lector, & idem Silio lectus Georg. 4.

*Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulſum.*

Næuius Iliade Cypria:

*Collum marmoreum torquis gemmata coronat.*

Q. Calaber μαρμαρέοις ἵπποις albos ſignificauit.

CVRSVMQVE FERENS AD CASTRA CAPESSIT. ] Quid *curſum ferens capeſſit*: Quid ſi *Curſúmque furens a...*

SVB CVSPIDE TERGA CONTENTI VIDISSE DVCIS. ] Vti ſuprà plus vice ſimplici dixit *Sub ictu*, quod præſentiſſimi periculi indicium eſt. Cui minus id placet, legat: *ſub caſside*, vt dicantur contenti ... maligno, neque ſatis apertis oculis viderint fugitantem An-

nibalem. Alterum tamen prius habeo.

MARTIS ADÆQVANT MARCELLVM DECORI. ] Pro Marte victorioſo. Lib. 5. *Conſulis horror*, pro Conſule horrido. Hor. lib. 3. Od. 5. *Prouida mens Reguli* & Oda 21. *Catonis virtus*. Liuius lib. 6. *Vis Camilli*. Lucret. *Vis Geryonai*. Plautus Menæchmis: *Vulcani violentia*. Propert. *Error Herculis*.

*Quem poſtquam egregium criſtis, & caſſide nota*
*Fulgentem extremo Pedianus in agmine vidit,*
*Cùm ſubita ante oculos Pauli emerſiſſet imago*
*Sedibus infernis, amiſſáque poſceret arma,*
*Inuadit frendens, túne ignauiſſime ſacri*
*Portabis capitis, quæ non ſine crimine veſter*
*Inuidiáq. Deûm geſtaret tegmina ductor?*
*En Paulus. vocat inde viri ad ſpectacula manes*
*Et fugientis agit coſtis penetrabile telum.*
*Tum delapſus equo, galeam atque inſignia magni*
*Conſulis abrumpit dextra, ſpoliátque videntem.*
*Soluitur omne decus letho, niueóſque per artus*
*It ſtygius color, & formæ populatur honores.*
*Ambroſiæ cecidere comæ, violatáq. ceruix*
*Marmoreum in iugulum collo labente recumbit.*
*Haud ſecus oceano rediens Cythereius ignis,*
*Cùm ſeſe Veneri iactat ſplendore refecto,*
*Si ſubita inuadat nubes, hebetatur, & atris*
*Decreſcens tenebris, languentia lumina condit.*
*Ipſe etiam capta Pedianus caſſide, nudos*
*Attonitus ſtupet ad vultus, iráſque coërcet.*
*Tum galeam magno ad ſocios clamore reportans*
*Immitem quatiebat equum, ſpumantia ſæuo*
*Frena cruentantem morſu, cui turbidus armis*
*Obuia Marcellus rapido tulit ora tumultu:*
*Agnoſcénſque decus, macte ô virtutis auitæ*
*Macte Antenoride, nunc, inquit, rapta petamus*
*Quod ſupereſt Libyci ductoris tegmina, & ardens*
*Terrificis ſæuam fundit ſtridoribus haſtam.*
*Nec forſan voti vanus foret, obuia ni vis*
*Geſtaris oppoſito tenuiſſet corpore telum.*
*Qui dum vicinis ductorem protegit armis,*
*Tranſabiit non hunc ſitiens grauis haſta cruorem,*
*Ingentéſque minas mutata morte peregit.*

*Auchitur raptim ductor, diſcrimine lethi*
*Turbatus, curſúmque ferens ad caſtra capeſſit.*
*Iámque fugæ immodicus tendit certamine greſſum*
*Præcipitem, verſis Pœnorum exercitus armis.*
*Aſſequitur telis hoſtis, longáſque viritim*
*Exatiant iras cladum, cœlóque cruentos*
*Certatim oſtentant, & Diis vltoribus enſes.*
*Ille dies primo docuit, quod credere nemo*
*Auderet ſuperis, Martis certamine ſiſti*
*Poſſe ducem Libyæ: raptant currúſque viróſq.*
*Maſſylámque feram, & viuis auulſa reportant*
*Tegmina bellantum, atque abeunt ſub cuſpide terga*
*Contenti vidiſſe ducis: tum Martis adæquant*
*Marcellum decori, graditur comitante triumpho*
*Maior, quàm ferret cum victor opima tonanti.*

IVVENTVS DEBELLATA BONIS CAPVÆ.] Val. Max. li. 9. c. 1. *Illa* [Capua] *vigilantiſſimum ducem, illa exercitũ acerrimũ dapib. largis, abundanti vino, vnguẽtorum fragrantia, Veneris vſu laſciuiore ad ſomnũ, & delicias euocauit. Ac tum demum fracta, & contuſa Punica feritas eſt, cùm Seplaſia ei, & Albana caſtra eſſe cœperunt.*

AD CONSVETA ... ROMA ... NVNQVAM RECREARE SECVNDIS.] Ἀπὸ κοινοῦ *Se* conſueta. Λεπτολόγημα contra nouantem *Recreata*, quod inimicum veritati. Roma etenim licet non *conſueta ſe recreare*, dum Punici huius belli tempeſtas tonat, tamen hoc felicis pugnæ nuncio recreata eſt, quod Poëta non inficiatur, ſed dumtaxat hactenus *recreari conſuetam*. Aliud prorſus eſt *non pugnare*, aliud non id conſueſſe.

DAT POENAS LATEBRÆ.] Seneca Hercule F. *Theſeu latebram quære longinquam, abditam.* Tacitus Hiſt. li. 3. *Feſſúſq. miſero errore, & pudenda latebra ſemet occultans.* M. Tull. 2. de diuin. *latebram obſcuritatis* dixit.

QVI DVLCEDINE VITÆ INVENERE DOLOS .. NOTANT.] Apertiùs M. Tullius tertio de Officiis: *Sic decem illi, quos poſt Cannenſem pugnam iuratos ad Senatum miſit Annibal, ſe in caſtra redituros ea, quorum erant potiti Pœni, niſi de redimendis captiuis impetrauiſſent: ſi non redierunt vituperandi. De quibus non omnes vno modo. Nam Polybius,* libro ſexto exeunte, *bonus autor inprimis, ſcribit ex decem nobiliſſimis, qui tum erant miſſi, nouem reuertiſſe; à Senatu re non impetrata, vnum ex decem, qui paullò poſt, quam egreſſus erat è caſtris, rediiſſet, quaſi aliquid eſſet oblit⁹ Romæ remanſiſſe. Reditu enim in caſtra liberatũ ſe eſſe iureiurando interpretabatur non rectè ... Itaque decreuit Senatus, vt ille veterator, & callidus vinctus ad Annibalem duceretur. Atilius autem ille, qui Græcè ſcripſit hiſtoriam, plures ait fuiſſe, qui in caſtra reuertiſſent eadem fraude, vt iureiurando liberarentur:*

*eoſque à cenſorib. omnib. ignominiis notatos.* Legendus Gellius lib.7.c.18.

PVNITVR PATRIAM MEDITANTVM.] Genitiuus index plurium compede vinciendus, non *Meditati*, quod Modius exoſculatus eſt. Nec enim ſolius Metelli punita eſt autoritas (quæ *culpa ſcelerata* Poëtæ) ſed & omniũ, qui coiuerant in idem conciliabulum; Punitur ἐνεργητικῶς. Cicero pro Milone: *Cuius tu inimiciſſimum multò crudeliùs punitus es, quàm erat humanitatis meæ poſtulare.* Tuſcul. lib. 1. *Cùm multi inimicos etiam mortuos puniantur.* ſecundo Rhetoricorum: *Leges quoque, & iudicia demonſtranda ſunt, per quæ potuerit id peccatum, quod ſponte ſua reus punitus ſit, moribus, & iudicio vindicari.* Citat & *Punitur* Nonius pro *Punit* è primo Officiorum: Quinctilianus figuratum vult eſſe dicendi genus.

CERTATIM MATRONA RVIT.] Námque certatim affluentium, & priuatas opes in publicum comportantium is fuit autore Floro numerus poſt memoriam Senatorum, & Equitum, vt vix ſuffecerint tabulæ, vix ſcribarum manus Læuino, Marcellóq. Coſſ. Tam circumſpectè quodque Silius excuſſit ad verum.

SACRA CVM VOCE SONARET ANTRVM.] Diodorus Siculus lib. 16. χάσμα nominat, & ex adyto modum vaticinandi, ortúmque perſequitur. Tædet allegare tam fuſa in re vana.

TROIANOS NOTVS SEMPER MINVISSE LABORES.] Ductum ex Aeneid. 6.

*Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores.*

*Labores*, pericula, calamitates. Herculi Deianira:

*Quem nunquam Iuno, ſeriéſque immenſa laborum*
*Fregerit.*

Silius lib. 1. — *decus memorate laborum*
*Antiquæ Heſperiæ.*

CENTVM CADAT HOSTIA CVLTRIS.] Sacrificolarum cultro nomen eſt *Seceſpita*. Vide Feſtum. Hoc verò verſu Hecatombe ſignatur.

ÆGIDA TVRBATO QVATIENTEM IN PROELIA MVNDO.] *Mundo, cælo.* Iterum Silius lib. 5.

*Ipſáq. commoto quatiuntur tartara mundo.*

Catullus: — *concuſſitq. micantia ſidera mundus.*

Nemeſianus Ecloga prima:

— *ſidereáſq. colunt ſedes, mundóq. fruuntur.*

Seneca Oetæo: *Mundus tonat.* Ipſe Hercules: *Quem tuli, mundum peto.* Cœlum tulerat, cœlum petebat iamiam ἀποθεωθησόμενος. Græcorum imitatione. Photius c. 249. Ὅτι πρῶτος Πυθαγόρας τὸν οὐρανὸν κόσμον προσηγόρευσε, διὰ τὸ τέλειον εἶναι, καὶ πᾶσι κεκοσμῆσθαι τοῖς τε ζῴοις, καὶ τοῖς καλοῖς. *Primus Pythagoras cælum appellauit mundum, quod perfectus eſſet, animalibúſq. omnibus, ac pulcris rebus ornatus.* Vide Macrobium lib.1.c.20. in Somnium Scipionis, & lib. 2. c. 11. Hinc tam dicunt ſidera *mundi*, quàm cœli.

*Inde furens poſtquam vallo vix depulit hoſtem*
*Ductor Agenoreus, quando hanc, quantóque cruore*
*Hoſtili, labem eluerim? mea terga videre*

*Voſque inuicta diu, nunc heu ſine Marte iuuentus*
*Debellata bonis Capuæ, non degener ipſe*
*Geſtorum, Auſonijs verti victricia ſigna,*
*Vobis terga dedi, vidi cùm ad bella vocarem,*
*Non ſecus atque Italo fugere à ductore pauentes.*
*Quid reliquum priſci Martis tibi, qui dare terga*
*Me reuocante potes? fundebat talia Pœnus,*
*Et Latiæ ſeſe Nolana ad mœnia turmæ*
*Portantes ſpolia inſigni clamore ferebant.*
*At conſueta graues per longum audire ſuorum*
*Euentus Roma, & nunquam recreare ſecundis,*
*Allato tandem fauſtæ certamine pugnæ*
*Erigitur, primóq. Deûm ſe munere tollit.*
*Ante omneis pigra in Martem, fugiénſq laborum*
*Dum bellum tonat, & ſeſe furata iuuentus*
*Dat pœnas latebræ, tum qui dulcedine vitæ*
*Inuenere dolos, iuratáque fœdera Pœno*
*Corrupere, notant, & purgant crimine gentem.*
*Punitur patriam meditantum linquere terram*
*Conſilium infelix, ſceleratáq. culpa Metelli.*
*Talia corda virûm: ſed enim non fœmina ceſſit*
*Mente æquare viros, & laudis poſcere partem.*
*Omnis præ ſeſe portans capitiſq. manúſque*
*Antiquum decus, ac direpta monilia collo,*
*Certatim matrona ruit, bellóq. miniſtrant.*
*Haud tanta ceſsiſſe viros in tempore tali*
*Laudis forte piget: factóq. in ſecula ituro*
*Lætantur tribuiſſe locum: tum celſa ſenatus*
*Subſequitur turba, in medium certamine magno*
*Priuatæ cumulantur opes, nudare penates,*
*Ac nihil arcanos vitæ melioris ad vſus*
*Sepoſuiſſe iuuat, coit & ſine nomine vulgus.*
*Corpore ſic toto ac membris Roma omnibus vſa,*
*Exangues rurſus tollebat ad æthera vultus.*
*Addunt ſpem miſeris dulcem Parnaſia Cyrrha*
*Portantes reſponſa viri, nam læta ferebant*
*Exaudiſſe adytis ſacra cùm voce tonaret*
*Antrum, & mugiret Phœbo iam intrata ſacerdos.*
*Soluite gens Veneris grauiores corde timores,*

*Aduerſa,& quidquid duri ſub Marte manebat,*
*Exhauſtum eſt vobis, reſtant leuiora laborum,*
*Et ſine pernicie terror,diis vota,precéſq.*
*Ferte modo,& tepidos aris libate cruores,*
*Neu date terga malis,aderit Gradiuus,& ipſe*
*Delius auertet propiora pericula vates,*
*Troianos notus ſemper minuiſſe labores.*
*Sed verò , ſed enim ante omnes altaria ſument*
*Centum feſta Ioui,centum cadat hoſtia cultris.*
*Ille trucem belli nubem,ſæuáſq. procellas*
*In Libyam violenter aget,ſpectabitis ipſi*
*Aegida turbato quatientem in prælia mundo.*
*Aſt ea Parnaſi poſtquam clamata ſub antris*
*Allatum,vulgíque Deus peruenit ad aureis,*
*In Capitolinas certatim ſcanditur arces,*
*Sternunturq. Ioui,& delubrum ſanguine honorant.*
*Tum pæana canunt,reſponſáque fida precantur.*
*Interea aſſuetis ſenior Torquatus in armis,*
*Sardoas patrio quatiebat milite terras.*
*Nanq. ortum Iliaca iactans ab origine nomen*
*In bella Hampſagoras Tyrios renouata vocarat.*
*Proles pulchra viro, nec tali digna parente*
*Oſcus erat : cuius fretus fulgente iuuenta*
*Ipſe aſper paci, crudos ſine viribus annos*
*Barbarici ſtudio ritus,refouebat in armis.*
*Iſque vbi Torquatum raptim properata ferentem*
*Signa videt,pugnæq. auidas accedere dextras,*
*Fraude loci nota,latebroſa per auia ſaltus*
*Euolat,& profuſa fugæ compendia carpens,*
*Occulta tegitur valle,& frondentibus vmbris.*
*Inſula fluctiſono circumuallata profundo*
*Caſtigatur aquis,compreſſáq. gurgite terras*
*Enormes cohibet,nudæ ſub imagine plantæ.*
*Inde Ichnuſa prius Graiis memorata colonis,*
*Mox Libyci Sardus generoſo ſanguine fidens*
*Herculis ex ſeſe mutauit nomina terræ.*
*Affluxere etiam,& ſedes poſuere coactas*
*Diſperſi pelago, poſt eruta Pergama,Teucri.*
*Nec paruum decus,aduecto cum claſſe paterna*

*Agmine Teſpiadum, terris Iolae dediſti.*
*Fama eſt, cùm laceris Actæon flebile membris*
*Supplicium lueret, ſpectatæ in fonte Dianæ,*
*Attonitum nouitate mali fugiſſe parentem*
*Per freta Ariſtæum, & Sardoos iſſe receſſus,*
*Cyrenem monſtraſſe ferunt noua littora matrem.*
*Serpentum tellus pura, ac viduata venenis,*
*Sed triſtis cælo, & multa vitiata palude.*
*Quæ videt Italiam, ſaxoſo torrida dorſo*
*Exercet ſcopulis late freta. pallidáque intus*
*Arua coquit nimium, cancro fumantibus auſtris.*
*Cætera propenſæ Cereris nutrita fauore.*
*Hoc habitu terræ nemoroſa per inuia crebro*
*Torquatum eludens hoſtis, Sidonia pugna*
*Tela exſpectabat, ſociósque laboris Iberos.*

CLAMATA SVB ANTRIS.] *Clamo* bonis Autoribus caſum quartum inferebat. Plautus: *Quis me clamat?* Aen. 4.

*— Morientem nomine clamat.*

Ex eo vſu *Clamatus* paſſim obuium. Propert.

*Nec tibi clamatæ ſomnus amarus erit.*

Martialis lib. 1. Epigr. 50.

*— Veniet tibi*
*Conuiua clamatus prope.*

Ouid. 4. Faſt.

*Perſephone, clamant ad tua dona veni:*
*Et clamata ſilet.*

IN BELLA HAMPSAGORAS TYRIOS RENOVATA VOCABAT.] Scribe *Hypſagoras*, vel *Hapſagoras*. Finito primo Punico bello liberatíſque à rebellibus Cartagine, ac Sardinia, transfugarum paucorum mercenariorum accitu Romani inſulam inuadunt. Quod ægrè ferentib. Cartaginienſibus, & Sardiniæ dominatum affectantibus bellum indicunt Romani: illi in præſens tutius rati conquieſcere (plurimis erant infortuniis acciſę illorum opes) id bellum mille ducentis talentis redimunt. Ita Sardiniæ Romani imperant, autor Polybius libro primo. Flagrante verò bello Punico ſecundo vir indomitus, & inquies:

*In bella Hapſagoras Tyrios renouata vocabat,*

quæ iam antè conſenuerant.

PROFVSA FVGÆ COMPENDIA CARPENS.] Modius *Prouiſa*. Impreſſum mihi nil mutare. *Profuſa compendia*, longa ſemita.

NVDÆ SVB IMAGINE PLANTÆ.] Salluſt. lib. 2. Hiſtor. *Sardinia in Africo mari facie veſtigij humani in Orientem, quàm in Occidentem latior prominet * * unde Ichnuſa appellata.* Claudianus de bello Gildonico:

*Humanæ ſpeciem plantæ ſe magna figurat*
*Inſula: Sardiniam veteres dixere coloni.*

*Sardiniam ipſam Timæus Sandaliotin appellauit ab effigie ſoleæ.* Plin. lib. 3. c. 7. Solin. c. 10. Eſt enim ſolea veſtigio ὁμοιοσχήμων. Sic aliarum rerum comparatione prouincias, & vrbes priſci delinearunt. Euſtath. in Dionyſium: *Alexandriam paludamento militari adſimilant, Italiam hederæ* (Plin. lib. 3. c. 5. *Eſt ergo folio, maximè querno adſimilata*) *Iberiam bouis exuuiis, Naxum vitis folio, Peloponneſum platani, Sardiniam humano veſtigio, Cyprum ouina pelli, Africam menſæ figuræ.* Aegyptum Scylax Caryandenus in Periplo cùm ſecuris forma componit.

Nec parvvm decvs.] Αὐτονομίαν perpetuam, eámque oraculo promiſſam, & indelibatam vel Cartaginienſib. vel Romanis ringentib. Legendus Diodorus lib. 5. Biblioth.

Agmine Thespiadvm.] Filiorum Herculis è filiab. Theſpii ſublatis, quorum agmen recenſet Apollodorus lib. 2. Biblioth. Diodor. lib. 5. Θεσπιαδῶν ὄντων αὐτῷ πολλῶν ἐκ τῶν κατοικούντων. *Cùm ex habitantib. Theſpiadæ multi fuerint.* Alii *Theſpiadum* legunt, & in ipſo Apollodoro variantia eſt. *Theſtiadæ* fuerint Toxeus, & Plexippus.

Terris Iolae dedisti.] Strab. lib. 5. Πορθεῖται συνεχῶς [Sardo] ὑπὸ τῶν ὀρείων, οἱ καλοῦνται Διαγήβρεις, Ἰολαεῖς πρότερον ὀνομαζόμενοι. Λέγεται γὰρ Ἰόλαος ἄγων τινὰς τῶν παίδων τοῦ Ἡρακλέους ἐλθεῖν δεῦρο, καὶ συνοικῆσαι τοῖς τὴν νῆσον ἔχουσι βαρβάροις: *Sardinia continenter vaſtatur à montanis, qui Diagebres appellantur, Iolaienſes priùs dicti. Fertur enim Iolaüs cum nonnullis filiorum Herculis huc deueniſſe, & cum habentib. inſulam barbaris ſedes iunxiſſe.* Nobilitatem tamen Iolaënſium vlteriùs protendit Diodor. lib. 5. Τὸ δὲ πλῆθος μέχρι τοῦ νῦν φυλάττει τὴν ἀπὸ Ἰολάου προσηγορίαν. *Vulgus ipſum etiamnum ſeruat appellationem ab Iolao.* Ex his apud Solin. lib. 4. *Iolaënſes* ſcribe τετρασυλλάβως, non *Iolenſes*.

Mox libyci Sardvs generoso sangvine fidens Hercvlis.] Solin. c. 10. *Sardum ab Hercule procreatum* meminit, cuius hiſtoriam mirùm illuſtrant Pauſaniæ radii in Phocicis: Ἑλλήνων δὲ οἱ κατ' ἐμπορίαν ἐσπλέοντες Ἰχνοῦσσαν ἐκάλεσαν, ὅτι τὸ σχῆμα τῇ νήσῳ κατ' ἴχνος μάλιστά ἐστιν ἀνθρώπου . . . Πρῶτοι δὲ διαβῆναι λέγονται ναυσὶν εἰς τὴν νῆσον Λίβυες. ἡγεμὼν δὲ τοῖς Λίβυσιν ἦν Σάρδος ὁ Μακήριδος ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ἐπονομασθέντος ὑπὸ Αἰγυπτίων τε, καὶ Λιβύων . . . Καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Σάρδου τούτου μετέβαλεν ἡ νῆσος. Οὐ μέντοι τούς γε αὐτόχθονας ἐξέβαλεν ὁ τῶν Λιβύων στόλος. Σύνοικοι δὲ ὑπ' αὐτῶν οἱ ἐπελθόντες ἀνάγκῃ μᾶλλον, ἢ ὑπὸ εὐνοίας ἐδέχθησαν. *Græci mercatores, qui eò adnauigabant, Ichnuſam vocauere, quòd iſti inſulæ figura eſt humanum veſtigium proxima. Primi autem in eam inſulam nauib. traieciſſe feruntur* Libyes: *quib. ductor fuit Sardus Marceridis illius, qui Hercules cognominabatur ab Aegyptiis, atq. Afris, filius. Inſuláq. hæc à Sardo nomen mutauit. Non tamen inquilinos depulit Afrorum claſsis: ſed à Sardinienſib. decretum eſt neceſsitate magis, quàm beneuolentia, vnà vt aduenæ cohabitarent.* Peccant Iſidori codices, quibus eſt *Sardis*, pro *Sardus*.

Post ervta Pergama Tevcri.] Plin. lib. 3. c. 7. *Celeberrimi in ea* [Sardinia] *populorum Ilienſes, Balari, Corſi.* Ex quo Solinus eidem prouinciæ *Ilienſes* alligat c. 10. & Silius:

*Námq. ortum Iliaca iactans ab origine nomen*

*In bella Hampſagoras.*

ACTÆON FLEBILE MEMBRIS SVPPLICIVM.] Quòd à Diana cerui facie mutatum ſui membratim canes diſcerpſerint diſtulerintque. Vide Ouid. lib. 3. Metam. Diodorum curioſiùs id exſequentem lib. 4. Nonnum Baſſaricis.

FVGISSE PARENTEM PER FRETA ARISTÆVM.] Ariſtæo parens Liber autore Tullio Verrina quarta, & ſexta, pluribus Apollo, mater Cyrene fide fabulæ, quam ſecuti Virgil. Georg. 4. Silius hîc, Diodorus lib. 4. Reapſe Cyrnus, Iuſtinus lib. 13. Ariſtæo filius ex Autonoë Actæon, Thetzes Hiſt. 61. c. 6. Ouid. 13. Metam. (propterea dicitur *Autonoeius heros*) Diodoro lib 4. Apollodoro lib. 3.

PER FRETA ARISTÆVM, ET SARDOOS ISSE RECESSVS.] Diodorus: Εἰς τὴν Σαρδὼ νῆσον καταπλεῦσαι .... μετ᾽ δὲ ταῦτα ἄλλας τε νήσους ἐπελθεῖν, καὶ κατὰ τὴν Σικελίαν διατρῖψαί τινα χρόνον. *In inſulam Sardiniam nauigare. Alias præterea inuaſiſſe inſulas, ac in Sicilia moram quandam traxiſſe.* Salluſtius quoq. in Hiſtoriarum fragmentis Ariſtæum ſcribit in Sardiniam deueniſſe. Solinus c. 10. adnectit Ariſtæum Coralim condidiſſe, & ſe populis regem impoſuiſſe.

SERPENTVM TELLVS PVRA, AC VIDVATA VENENIS.] Sardiniæ hoc decus arrogauit Iſidorus lib. 14. Originum c. 7. *Venenum ibi quoque non naſcitur.* Itē: *In ea neque ſerpens gignitur, neque lupus*; quæ verba Salluſtii videntur.

SED TRISTIS COELO, ET MVLTA VITIATA PALVDE.] Inde loco inſanitas: inde iocus Martiali lib. 4. Epig. 60.

*Nullo fata loco poſſis excludere, cùm mors*
*Venerit in medio Tibure Sardinia eſt.*

Tibur immigrarat Curiatius: at mortuus eſt, ac ſi Sardiniam perniciabilē eſſet expert⁹. Adſiti quoq. montes [montes alii diuiniore aura perflabiles, & bene ſani] paludib. viriantur, eòq. *Inſani* audiunt. Flor. lib. 2. c. 6. Porrò inſania cœli in Sardinia cumulata fuit exiliis, & relegationib. Tacit. Ann. lib. 2. denarrat quatuor millia libertini generis Aegyptiorum, ac Iudæorum ſuperſtitione infecta, eò vecta coërcendis latrociniis, & *ſi ob grauitatem cœli*, inquit, *interiſſent, vile damnum*. Cœli iſtius meminit & Liuius li. 23.

*Qui poſtquam appulſis animos auxere carinis,*
*Haud mora prorumpit latebris, aduerſáq; late*
*Agmina inhorreſcunt, longúmque coire videtur,*
*Et conferre gradum: media interualla patentis*
*Corripiunt campi properatis eminus haſtis.*
*Donec ad expertos enſes, fidiſſima tela*
*Peruentum, dura inde lues, cedúntque, caduntque,*
*Alterniq; animas ſæuo in mucrone relinquunt.*
*Non equidem innumeras cædes, totq; horrida facta*
*Sperarim tanto digne pro nomine rerum*
*Pandere, nec dictis bellantum æquare calorem.*
*Sed vos Calliope noſtro donate labori*

*Nota parum magni longo tradantur in æuo*
*Facta viri, & meritum vati ſacremus honorem.*
*Ennius antiqua Meſappi ab origine regis*
*Miſcebat primas acies, Latiæq; ſuperbum*
*Vitis adornabat dextra decus, hiſpida tellus*
*Miſerunt Calabri, Rudiæ genuere vetuſtæ,*
*Nunc Rudiæ ſolo memorabile nomen alumno,*
*Is prima in pugna, vates vt Thracius olim*
*Infeſtam bello quateret cum Cizicus Argon,*
*Spicula depoſito Rhodopeia pectine torſit,*
*Spectandum ſeſe non parua ſtrage virorum*
*Fecerat, & dextra gliſcebat cædibus ardor.*
*Aduolat æternum ſperans fore, pelleret Oſcus*
*Si tantam labem, ac perlibrat viribus haſtam.*
*Riſit nube ſedens vani conamina cœpti,*
*Et telum procul in ventos dimiſit Apollo.*
*Ac ſuper his nimium iuuenis, nimiúmque ſuperbi*
*Sperata hauſiſti, ſacer hic, ac magna ſororum*
*Aonidum cura, & dignus Apolline vates.*
*Hic canet illuſtri primus bella Itala verſu,*
*Attollétque duces cælo, reſonare docebit*
*Hic latis Helicona modis, nec cedet honore*
*Aſcræo famáve ſeni. ſic Phœbus, & Oſco*
*Vltrix per geminum tranſcurrit tempus arundo.*
*Vertuntur iuuenis caſu perculſa per agros*
*Agmina, & effuſæ pariter dant terga cateruæ,*
*Dum pater audita nati nece turbidus ira*
*Barbaricum, atque immane gemens, transfigit anhelum*
*Pectus, & ad manes vrget veſtigia nati.*

DONEC AD EXPERTOS ENSES FIDISSIMA TELA.] Qui reſcribunt *Expertos enſes*, fugit eos Liuius lib. 3. *Ad expertam clementiam*, aliiſq. quibus id tritum vſu: nec intellexerunt experientiam hanc, cur *enſes* à poëta dicantur *fidiſſima tela*, cauſam eſſe. Quod vt penitiùs cernant belli inexperti, lib. 2. apud Liuium norent poſt emiſſa iacula, haſtilia, pila, fundas exoneratas, gladiis denique rem geſtam: *Pilis*, inquir, *inter primam trepidationem abiectis temere magis, quàm emiſſis, pugna ad gladios venerat.* Liuius iterum lib. 28. Vbi Romani, Hiſpaniq. viciſſim iaculati ſunt, *gladiis geri res cœpta eſt.* Tunc ſæuiſſima ſtrages edi ſueta. Vtinam id non toties ſæculo noſtro expertum!

ALTERNIQVE ANIMAS SÆVO IN MVCRONE RELINQVVNT.] Georg. 4.

*Aſſixa venis, animáſque in vulnere ponunt.*

ENNIVS ANTIQVA MESSAPI AB ORIGINE REGIS. ] Meſſapi à Marone toties dilaudati:

*At Meſſapus equum domitor Neptunia proles.*

Suidas de Ennio: Ὁ ποιητὴς ὁ Μεσσάπιος. *Poëta Meſſapius.* Meſſapus Meſſapiæ dedit originem, Iſidor. Hiſp. li. 15. Orig. c. 1.

RVDIÆ GENVERE VETVSTÆ. ] Mella li. 2. c. 4. *Ennio ciue nobiles Rudiæ.*

IS PRIMA IN PVGNA. ] Agnoſcitque mares animos in Ennio Claudianus Præf. in 3. li. de Laud. Stilic.

— *caſtriſque ſolebat*
*Omnibus in medias Ennius ire tubas.*

Quæ ſuperant, fructuosè legentur.

INFESTAM BELLO QVATERET CVM CYZICVS ARGON. ] Ita codices quaterni, qui mihi reliqui, prauè: quis non videt? Argonautæ Colchos petebant: Cyzicus ſeſe tulit obuiam, euentu ſed infelici, occubuit. Pompon. Mella li. 1. c. 19. *Trans amnem ſedet in ceruice peninſulæ Cyzicum: nomen Cyzicus indidit, quem à Minyis imprudentibus, cùm Colchum peterent, fuſum acie, fugatúmque accepimus.* Scribendum igitur *Infauſtam Argo*, pro *Infeſtis Argonautis*. Quod ſi eſt, cur *imprudentes Minyæ*, qui ex Silii ſententia Cyzicum arma contrà ferentem, obtruncarunt? Fortè alter, atque alter alteram, atque alteram ſequitur hiſtoriam. Ita profectò eſt. Siquidem Argonautæ prolixa quadam cum humanitate à Cyzico rege Dolionum excepti nocte ſoluerant, & vento reflante cùm reueherentur, Cyzicus ratus Pelaſgos, quibuſcum illi bellum erat, facta in eos impreſſione, nulla Argonautarum voluntate occidit, Apollodorus li. 1.

NIMIVMQVE SVPERBI SPERATA HAVSISTI. ] *Sperata ſuperba* liquet ſcribendum, inquit nonnemo. Lactantius. Intelligo *Superbi* viri *ſperata*. Pari filo ſuprà *Monſtrata* extulit.

AONIDVM CVRA, ET DIGNVS APOLLINE VATES. ] Deſit medio carmini *Eſt*. Theodoro Marcilio ſubitò natum:

*Aonidum curáque & dignus Ap. iv.*

RESONARE DOCEBIT HIC LATIS HELICONA MODIS. ] Reſcribi poteſt *Latis*, vel *Latys*. Hactenus Græcorum Poëtarum flos fuit: efloreſcet & *Latijs modis* Ennius. Lucret. li. 1.

*Ennius vt noſter cecinit, qui primus amœnam*
*Detulit ex Helicone perenni flore coronam.*

Silius:

*Hic canet illuſtri primus bella Itala verſu.*

Callimachus Latius conſimili laude li. 3 Eleg. 1.

*Primus ego ingredior puro de fonte ſacerdos*
*Itala per Graios orgia ferre modos.*

*At Libyæ ductor Marcello fractus, & acri*
*Contuſus pugna, campos damnarat, & arma*
*Verterat ad miſeras non æqui Martis Acerras.*

*Inde vbi permiſit flammis, atque enſibus vrbem,*
*Nuceriæ nihilo leuior nec parcior ira*
*Incuſſit ſeſe, atque æquauit mœnia terræ.*
*Poſt Caſilina ſibi multum obluctatus iniquis*
*Defendentum armis, ægre reſerauerat aſtu*
*Limina, & obſeſſis vitam penſauerat auro.*
*Iámque in Dauniuagos perfundens agmina campos*
*Flectebat rabiem, quò præda vel ira vocaſſet.*

NON ÆQVI MARTIS ACERRAS: INDE VBI PERMISIT FLAMMIS, ATQVE ENSIBVS VRBEM NVCERIÆ NIHILO LEVIOR.] Siſenna: *Protinus agros populabundus ad Nuceriam conuertit* apud Nonium verbo *Populat*, & Gell. lib. 11. cap. 15. Perfidiæ Punicæ illuſtre documentum. Appianus Libycis: Οὗτοι [Cartaginienſes] ὑπηκόους ἡμῶν [*Nuceram*] ἐπὶ συνθήκῃ λαβόντες, ὡς ὀμόσαντες σὺν δύο ἱματίοις ἕκαστον ἀπολύσειν, τὴν μὲν βουλὴν αὐτῶν ἐς τὰ βαλανεῖα συνέκλεισαν, καὶ ὑποκαίοντες τὰ βαλανεῖα ἀπέπνιξαν. τὸν δὲ δῆμον ἀπιόντα κατηκόντισαν. Latinè reddet Val. Maximus li. 9. c. 6. *Annibal porro Nucerinos hortatu ſuo cum binis veſtimentis vrbem inexpugnabilibus muris egreſſos vapore, & fumo balnearum ſtrangulando, & Acerranorum Senatum eadem ratione extra mœnia euocatum in profundum puteorum abijciendo nonne bellum aduerſus populum* Romanum, *& Italiam profeſſus aduerſus ipſam fidem acrius geſſit, mendacijs, & fallacia quaſi præclaris artibus gaudẽs?* Cauſa cur Silius dixerit Miſeras *non æqui Martis* Acerras. Ex his pateat illud λοξὸν Poëtæ in Ibym:

*Vt quos dux Pœnus merſit putealibus vndis.*

Nuceriæ, & Acerrarum eandem fortunam facit Zonaras tom. 2. Annalium. Iterum meminit Appianus Annibalicis. Liuius lib. 21 Nucerinos inermes ſtatuit cum ſingulis veſtimentis, nec tantæ diritatis memoriam ſuggerit.

POST CASILINA.] Obſidium Caſilini iucundæ lectionis erit apud Liuium lib. 23.

MVLTVM LVCTATVS INIQVIS DEFENDENTVM ARMIS.] Caſilinates rarius è muris in Annibalem incurrerunt, pauciſſimique armis cæſi, teſte Strab. lib. 5. Ciues in ea vrbe non admodum multi, quorum infrequentiæ leuandæ inerant Præneſtini viri ꟾↃXL. eodem autore, & Sex. Pompeio verbo *Nuculas*. Cur ego Annibal *multum obluctatus eorum armis*? Satius eſt ſcribi *Animis*. Magna enim animorum pertinacia defenſata ea vrbs. Tam infenſis ſiquidem fuerunt in Annibalem animis ὥσθ' ὑπὸ λιμοῦ διακοσίων δραχμῶν πραθέντος μυὸς, ὁ μὲν πωλήσας ἀπέθανεν, ἐσώθη δ' ὁ πριάμενος, *Vt per famem ducentis drachmis mure vendito, emtor ſeruatus ſit, venditor perierit*. Iterum Strabo miratur eorum animos cum Annibale: Ἰδὼν δ' αὐτοὺς πλησίον τοῦ τείχους σπείροντας γογγύλην, ἐθαύμαζεν ὡς ἔοικεν, Ἀννίβας, τῆς μακροθυμίας, εἰ ἐλπίζουσι τέως ἀνθέξειν, ὥστε τελεσφορῆσαι τὴν γογγύλην· καὶ δὴ περιγενέσθαι πάντας φασὶ πλὴν ἀνδρῶν ὀλίγων τῶν ἢ λιμῷ διαλυθέντων, ἢ ἐν ταῖς μάχαις. In quibus ſi pauci omnino deſiderati, rarò deſcenſum opinor in prœlium, nec tam eorum armis, quàm infractis animis,

& nimia quadam] tolerantia obfirmatis obluctatum Annibalem.

*Fumabat verſis incenſa Petilia tectis,*
*Infelix fidei, miſeræque ſecunda Sagunthо,*
*Ac quondam Herculeam ſeruare ſuperba pharetram.*
*Verterat & mentem Tyria ad conata Tarentus,*
*Portiſque intrarant Pœni, ſed enim arce coruſca*
*Fiſa loco manus Auſoniæ, ſtipata ſedebat.*
*Hic (miranda) mouens claſſem, quæ condita portu*
*Aſtabat, nanque anguſtis è faucibus æquor*
*Erumpit ſcopulos inter, patulóque receſſu*
*Effundit campis ſecretum gurgite pontum.*
*Incluſas igitur, quibus haud enare dabatur*
*Arce ſuperpoſita, clauſtris maris extulit aſtu,*
*Pérque auerſa tulit portatus in arua carinas.*
*Lubrica roboreis aderant ſubſtramina plauſtris,*
*Atque recens cæſi tergo prolapſa iuuenci*
*Aequoream rota ducebat per gramina puppim.*
*Et iam per colles, dumóſque ad littus adacta*
*Innabat pelago, veniens ſine remige claſſis.*
*Nuntius interea, vectis non more carinis*
*Terentem freta, curarum feruoribus implet.*
*Dum procul Oebalios auet expugnare nepotes,*
*Et primus roſtris ſulcet naualibus arua,*
*Obſeſſos Capuæ muros, clauſtra ipſa reuelli*
*Portarum, ac totum miſeris incurrere bellum,*
*Linquit cœpta ferox, pennáſq; addente pudore,*
*Atque ira ſimul, immani per proxima motu*
*Euolat, & minitans auida ad certamina fertur.*
*Haud ſecus amiſſo tigris ſi concita fœtu*
*Emicet, attonitæ paucis luſtratur in oris*
*Caucaſus, & ſaltu tranſmittitur alite Ganges,*
*Donec fulmineo partus veſtigia curſu*
*Colligit, & rabiem prenſo conſumit in hoſte.*
*Obuius huic ſparſo Centenius agmine raptim*
*Funditur, audendi prauus, faciliſq; periclis.*
*Sed paruum decus Annibali: nam vitis honore*
*Perfunctus Latiæ, ſubito ſtimularat agreſteis,*
*Semermémque manum ſternendam obiecerat hoſti.*

*Bis*

*Bis ſeptem demiſſa neci, nec ſubſtitit agmen,*
*Millia bis ſeptem, quæ non ſollertior enſe,*
*Sed genus inſignis, iuſtis ducebat in armis*
*Fuluius, aſt æque per corpora fuſa iacentum*
*Raptum iter eſt, victórque moram non paſſus eundi.*

INFELIX FIDEI, MISERÆQVE SECVNDA SAGVNTHO. ] *Petilia.* Fides eorum patuit, quòd cæteris Bruttys ad Annibalem deficientibus ſeparata conſilia habuerunt, & in fide ſteterunt: quæ quo in Romanos obſtinatior, acriùs Pœnum aſperabat. Deinde à Romanis (tam erant cotum res accisæ!) non potuit præſidium lacrymis miſerabiliter in curiæ veſtibulo profuſis per legatos obtinere: tamen in fide perſtitit, arſit. Liuius lib. 23. *Ira igitur ad* Petiliam *vocauit* Annibalem: ſed & *præda* fortè: nam vbi vber gleba eſt, diuitiæ, & deliciæ regnant. Hinc Martial. libr. 2. Ep. 57.

*Petilianis delicatus in regnis.*

MISERÆQVE SECVNDA SAGVNTHO. ] Valer. Maxim. lib. 6. c. 6. deplorata laudatáque Sagunthorum fide: *Idem præſtando Petellini eundem laudis honorem meruerunt.* Vide reſtantia.

AC QVONDAM HERCVLEAM SERVARE SVPERBA PHARETRAM. ] Æneid. 3.

*— hic illa ducis Melibœi*
*Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.*

Dum à Petilia ſolueret Annibal, in Pelorum gubernatorem crudeliter ſęuit. Val. Maximus li. 9. cap. 8. Apud Senecam Philoctetæ donat ſagittas Hercules: eò dicitur

*Petilia Herculeam ſeruare ſuperba pharetram.*

Strabo li. 6. Πετηλία μὲν οὖν μητρόπολις νομίζεται τῶν Λευκανῶν, καὶ συνοικεῖται μέχρι νῦν ἱκανῶς. Κτίσμα δ' ἐστὶ Φιλοκτήτου φυγόντος τὴν Μελίβοιαν κατὰ στάσιν. *Petilia Lucanorum metropolis æſtimatur, atque in hoc æuum ſatis habitata eſt. Opus eſt Philoctetæ ob ſeditionem Melibœam fugientis.* Solin. c. 8. fortè legendum: *Ah!*

EFFVNDIT CAMPIS SECRETVM GVRGITE PONTVM. ] Si mare, aquam infundit campis; ex ſe, ſiue ex *gurgite effundit*: quare cùm τὸ *Effundit* ratio ferat, atque librorum conſenſus, cur Modius οἰωνίζει; *Effundit campis* dictum ad eam formam: *It clamor cœlo*, immuneráque talia vel ipſi Silio.

CLAVSTRIS MARIS EXTVLIT ASTV. ] Non *Æſtu*?

PORTATVS IN ARVA CARINAS. ] *Portatus* non eſt vehiculum, quod Marſo ſedit: eſt verò ipſa deportatio, & exagoga carinarum. Plinius libr. 9. cap. 35. *Tædia exquiſita perditiore portatu*, ſeu geſtatione.

ET IAM PER COLLES, DVMOSQVE. ] Id Græci dicunt διισθμίσαι, ὑπερισθμίσαι. *Per Iſthmum traycere.* Polybius ὑπερνεωλκεῖν Strabo. Ex hac porro Silii deſcriptione aperiri poteſt illud Horatii lib. 1. Od. 4, paucis intellectum:

*Trahúntque ſiccas machinæ carinas.*

Nam etſi veris tempeſtatem inibi deſcribat: tamen epithetum *Siccas* refert carmen ad operas helciariorum nauem per ſolum trahentium, aut promouentium, quod ſoli ſpatium Græci διόλκον nominant. Maximus Tyrius λόγῳ γ΄. congruit: Ἐθεάσω νεῶν ἐρύσεις ἐκ θαλάττης ἄνω, καὶ λίθων ἀγωγὰς ὑπερφυεῖ κατὰ μέγεθος παντοδαποῖς ἑλιγμοῖς, καὶ ἀναστροφαῖς ὀργάνων. *Spectaſti nauium tractiones ſurſum è mari, & immani magnitudine lapidum ductiones omnigenis tormentis, & inſtrumentorum reuolutionibus.* Eiuſmodi machinæ & inſtrumenta ὁλκοὶ *machina trahax.* Thucididi c. 3. & χαμουλκοὶ μηχαναί. *Machinæ ſolo trahentes.* Polluci dicuntur lib. 7. Factum pingit Apollonius:

> Σπείρης δ' εἰν ὁλκῷ ξεστὰς στορέσαντο φάλαγγας·
> Τὴν δὲ κατάντη κλῖναν ἐπὶ πρώτῃσι φάλαγξι,
> Ὥς κε ὀλισθαίνουσα δι' αὐτάων φορέοιτο.
> *Holco nauiculæ raſas ſtrauere phalangas,*
> *Quam pronam primis inclinauere phalangis,*
> *Ut ferretur eis fluido per lubrica lapſu.*

DVM PROCVL OEBALIOS AVET EXPVGNARE NEPOTES. ] *Procul* à Capua *Oebaliis*, ſeu Lacedæmonios nepotes, qui ſunt *Tarentini*, ardet expugnare. *Oebalia pellex* Ouidio eſt Helena.

PENNASQVE ADDENTE PVDORE. ] Maro:

> — *timor addidit alas.*

SEMERMEMQVE MANVM. ] Nullus liber aliter. Emendatius σωιζήσει *Semiermémque.* Ita ſcribitur Liuii li. 25. hac ipſa in re.

HAVT SECVS AMISSO TIGRIS SI CONCITA FOETV EMICET: ATTONITÆ PAVCIS LVSTRATVR IN HORIS CAVCASVS. ] Mirum ingenium feræ. Plin. lib. 8. c. 18. *Animal velocitatis tremendæ, & maximè cognitæ, dum capitur. Totus eius fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur equo quammaximè pernici, atque in recentem ſubinde transfertur. At vbi vacuum cubile reperit fœta (maribus enim non eſt cura ſobolis) fertur præceps odore veſtigans. Raptor appropinquante fremitu abycit vnum ex catulis. Tollit etiam morſu, & pondere etiam ocyor remeat iterúmque conſequitur, & ſubinde, donec in nauem regreſſo irrita feritas ſæuit in litore.* Solin. cap. 27. Mela lib. 23. c. 5.

CENTENIVS AGMINE RAPTIM. ] Liuius li. 25.

*Exequiæ, tantum famam noménque volentem*
*Horrificæ mentis, tenuerunt funere læto.*
*Nanque per inſidias (infandum) & ab hoſpite cæſus,*
*Colloquium & promiſſa petit dum perfida gentis*
*Lucanæ Gracchus, cæco circumdatus aſtu*
*Occiderat, laudémque Libys rapiebat humandi.*
*Sed non vt ſcitum celerare ad mœnia Pœnum*
*Aſtabat res vllo loco. iam Conſul vterque*
*Præcipites aderant, Nola vis omnis & Arpis*
*Aeui floridior Fabius, rapida arma ferebant,*
*Hinc Nero, & hinc volucres Syllanus nocte diéque*

*Impellebat agens, properata ad bella, cohortes,*
*Vndique conueniunt, paritérq; opponere cunctos*
*Vni ductores iuueni placet, arduus ipſe*
*Tifata inuadit propior, quà mœnibus inſtat*
*Collis, & è tumulis ſubiectam deſpicit vrbem.*
*Verùm vbi tot ſeſe circunfundentibus armis*
*Vallatas ſociûm portas, vníq; negari*
*Intrauiſſe ſibi, Capuáq; erumpere cernit,*
*Anxius aduentus, nunc ferro frangere cœtum*
*Obſtantum meditatur, & huic nunc auia cœptu*
*Conſilia, atque aſtu quærit tot millia portis*
*Abſtrahere arctatis, cinctósq; reſoluere muros.*
*Sic igitur ſecum, curásq; ita corde fatigat:*

NOMENQVE VOLENTEM HORRIFICÆ MENTIS TENVERVNT FVN. LÆTO. ] Annibalem humatorem. Exemplari Heynſiano eſt *Mitificæ mentis.* Adde colorem ſeu tu pictor, ſeu fictor es. Certè Apuleii vox, eſt *Mitificus*, neque hoc equidem loco incongruens. En iſti coniecturæ fauetur à Suida paris hiſtoriæ narratu: Ἕως τοῦ λαβεῖν ἀφορμὰς πρὸς ἀπόδειξιν τῆς αὐτοῦ πρᾳότητος, καὶ καλοκἀγαθίας· Τοιγαροῦν χωρὶς λύτρων ἀποστείλας τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ τῷ Ἀντιπάτρῳ τοὺς τετελευτηκότας θάψαι κελεύσας, ἔτι δὲ καὶ συνθεῖναι τὰ περὶ τῶν ὀστῶν, καὶ τῶν ἀπαλλαττομένων τοὺς πλείστους ἀμφιέσας διὰ τὴν ἀγχίνοιαν. *Dum ſuæ clementiæ, ac probitatis demonſtranda occaſionem caperet. Dimiſſis igitur abſque lytro captiuis, & mortuorum Antipatro commendata ſepultura, oſſiúmque compónendorum cura, & quadam animi ſolertia veſtitis abeuntium plurimis.* Neque diſpliceat *Mentis honorificæ*: quippe ſtudebat Annibal videri funeris honorem habuiſſe mortuo. Certè merito *Horrificæ* retinere horremus: neque nobis nolentibus reſcribatur è Valerio Flacco *Iuſtificæ*, quando cadaueri *Iuſta* fiunt. Neque hîc tam coniectationes quæritamus, quam iuſtam tentamus emendationem. Quare palmaria fuerit emendatio *Honorificæ*, cui velificatur præter Liuium Valerius Maximus lib. 5. cap. 1. *Quare aliquanto ei* (Annibali) *plus gloriæ Paullus Gracchus, & Marcellus ſepulti, quàm oppreſſi attulerunt.*

ASTABAT RES VLLO LOCO. ] Licentius feriabantur operæ, quoties edendus Silius. Libri pene omnes, vel ab Heynſio, ſic habent. βελτιῶσον:

*Sat ſtabat res vlla loco.*

Eò trahunt ſequentia:

— *iam Conſul vterque*
*Præcipites aderant* (vides trepidari?) *Nola Vis omnis & Arpis,*
*Æui floridior Fabius.*

Iunior Maximi filius.

GENTIS LVCANÆ. ] *Lucani appellati dicuntur, quòd eorum regio ſita eſt ad partem ſtellæ luciferæ: vel quòd loca cretoſa ſunt, id eſt multæ lucis: vel à Lucilio duce, vel quòd primitus in luco conſederunt.* Sext. Pompeius.

TIFATA INVADIT PROPIOR. ] Sex. Pomp. *Tifata etiam locus iuxta Capuam,*

*Lacus*,cui fauet Apollonii Scholiaſtes in li.1.*Τῖφος ὁ κάθυδρος τόπος.Tiphos , locus vliginoſus*. Liuius li.7. *Tiſata imminentes Capuæ colles.*

ET HVIC NVNC AMA COEPTO CONSILIA. ] Deliberabundum fingit Annibalem,cui modò in mentem erat hoſtium globos perrumpere , modo conſilia huic inimica cogitationi coquebantur. Mihi res apertiſſima. Cui non?Modio reponenti:*Init nunc.*

*Quò mens ægra vocas?rursúsne pericula ſumam*
*Non æquus regione loci? Capuáq; vidente*
*Terga dabo?an reſidens vicini vertice montis*
*Excindi ante oculos patiar ſocialia tecta?*
*Non ita me experti Fabius,Fabióque magiſter*
*Turbarum expertor,cùm clauſos milite colles*
*Euaſi victor,ſparsóſque per arua iuuencos*
*Iactare accenſis ſtimulaui cornibus ignes.*
*Haut dum omnes abiere doli,defendere nobis*
*Si Capuam ereptum eſt,dabitur circundare Romam.*
*Hæc poſtquam placita,& tenuit ſententia mentem,*
*Non expectato Titan dum gurgite lucem*
*Spirantes proferret equos,impellit in agmen*
*Voce manúq; viros,& cœpta immania pandit.*
*Perge,age,vince omnem miles virtute laborem,*
*Et quantum humani poſſunt ſe tendere paſſus,*
*Arduus accelera,Romam petis:hoc iter Alpes,*
*Hoc Cannæ ſtatuere tibi,eia incute muris*
*Vmbonem Iliacis,Capuæq; rependeruinas,*
*Quam tanti fuerit cadere,vt Palatia cernas*
*Et demigrantem Tarpeia ſede Tonantem.*

NON ITA ME EXPERTI FABIVS, FABIOQVE MAGISTER TVRBARVM EXPERTOR. ] Vocem hanc nullo vſu pronunciat Marſus,additque *Expertor* ab Experior. *nimis affectatè Poëta loquitur.* Lectio eſt vitioſa nuce non licenda.Euerratur,redeatque loco nitor:

— *Fabiique magiſter* [ equitum Minucius]
*Turbarum expertem.*

*Me* Annibalem : quippe bobus lympharis eorum cuſtodias turbaui : nunc turbæ de nouo fabricandæ. Eſto inſeſſa Capua , Romam contrà aggrediar , tum turbæ , tum tumultus. Hac ipſa oratione paribus minis:

*Haut dum omnes abiere doli* vel,
— *Fabióque magiſter*
*Turbarum inceptor.*

Hoc autem παρῳδήται ex Æn.11.

*Non ita me experti Bitias, & Pandarus ingens*
*Et quos nullo die victor ſua tartara miſi.*

Modio videbatur *Aſperior* legendum.

HOC ITER ALPES HOC CANNÆ STATVERE TIBI. ] Modius *Strauere.* vſitatiore ſermone. quid opus? *Statuère* valet: *Alpes*, quas ſuperuaſimus, & *Cannæ* victoriæ noſtræ campus, non permittebant nos recentes à cæde hoſtium Romam tendere: ſed *hoc iter*, quod nunc inſiſtimus, *Statuere*: atq. adeo *hoc* nobis *iter*, & Romanis fatale,

— *Eia incute muris*
*Umbonem Iliacis.*

Sic Poëta lib. 1.

*Quâ capuli ſtatuère moræ.*

QVAM TANTI FVERIT CADERE.] Lautiſſima dictio. Ouidius:
*Nec tanti Calydon, nec tota Ætolia tanti:*
*Vna tamen tanti Deianira fuit.*

Silius è Verrina ſexta: *Fuit tanti mihi crede: haberes, quod defenderes.* Aut ex lib. 5. ad Att. epiſt. 8. *Nihil nobis fuerat tanti.*

Et DENIGRANTEM TARPEIA SEDE TONANTEM.] Libri plures hoc inquinati cœno. Meliores præferunt *Demigrantem*. Vox, quæ præſentem Romæ potiundæ ſpem Pœnis afferat. Nec malè legeretur:

*Et de Tarpeia nigrantem ſede Tonantem.*

Lib. 8. dictum de elephanto:

— *dorſo*
*Bellua nigranti.*

*Nigrantem* Iouem offuſum caligine, quæ ferè tonitrus præuia. Fauet huic coniecturæ ſeries. Satis Annnibali eſt ſic promittere:

— *vt palatia cernas.*

ἀπὸ κοινοῦ. *Et* [Cernas] *nigrantem Iouem*, ſeu νεφεληγερέτην: *nubium concitorem. Cernas*, non ſpectes, videas: ſed palatia poſſideas, & ſedem Tarpeiam, inq; ea *Tonantem* nigrantem: quod aliis hæreditarium ius parit, vobis pariat militaris enſis. Romani Pœnis adimant Capuam: dum Pœni Romanis patriam. Parum enim ſit oculis Romam vſurpare. Præterea de Ioue Tonante, & tempeſtates ciente ſub exitum libri dicitur:

— *fluit agmen aquarum*
*Turbine confuſum piceo, & nigrante procella*, &c.

Vel: *Et de nigranti Tarpeia ſede Tonantem.*

*Inſtructi glomerant greſſus, Roma auribus hæret,*
*Roma oculis, credúntque ducis ſollertibus actus*
*Aptius id cœptum, quam ſi duxiſſet ab ipſo*
*Fatali Aeneadis campo, Vulturna citata*
*Tranſmittunt aluo vada, poſtremíque relinquunt*
*Tardandis Italis corruptas igne carinas.*
*Tum Sidicina legunt pernicibus arua maniplis,*

*Threiciámque Calen, veſtras à nomine nati*
*Orithyia domos, hinc Aliſanus Iaccho*
*Haud inaratus ager, nymphíſque habitata Caſini*
*Rura euaſtantur: mox & vicinus Aquinas,*
*Et quæ fumantem texere giganta Fregellæ*
*Agmine carpuntur volucri: fert concitus inde*
*Per iuga celſa gradum, duris quà rupibus hæret*
*Bellator Fruſino, & ſurgit ſuſpenſa tumenti*
*Dorſo, frugiferis cerealis Anagnia glebis.*
*Iamq. adeo eſt campos ingreſſus, & arua Labici,*
*Linquens Telegoni pulſatos ariete muros,*
*Haud dignam inter tanta moram, nec amœna retentant*
*Algida, nec iuxta Iunonis tecta Gabinæ.*

VVLTVRNA CITATA TRANSMITTVNT ALVO VADA.] Age verò Bonaſos iſtos vada tranſmittentes *citata aluo ſpectatum admiſſi, riſum teneatis, amici?* Modius cum addicto legunt *Alno*. Ego *citato alueo*. Concinniùs ſanè, quàm prima vocali tot exeuntib. voculis. Eodem cum illis ſenſu: illi materiam pro naue vſurpant: ego partem, ſecutus Iuuenalem Satyra 12.

*Cùm plenus fluctu medius foret alueus.*

Vereor, ne metuentior manus, trepidánſque ſpondiacam vocem *Alueo* admittere, locum in peius retulerit. Verùm & aliàs Silius:

— *ſpumantique incubat alueo.*

Lib. 14.

— *flammis victricib. inſonat alueo,*

de naui. Ibidem:

— *ſubmergitur alueus vndis.*

Modium iuuerint illa Virgiliana Georg. 2.

— *Torrentem vndam leuis innatat alnus*
*Miſſa Pado.*

Item: — *alnos ſenſere cauatas.*

Iſta Silii lib. 14.

*Celſáque anhelatis exſurgens ictibus alnus.*

Theod. Marcilius vir incomparabilis mutatione ab omni manum abſtinet. Námque *Alnus* γασὴρ νεὼς Græcis æquè, ac Latinis. Martialis lib. 10. Epigr. 76. *Cappadocæ cataſtæ.* Dictioni *Vulturna vada* geminæ ſunt iſtæ Silii lib. 10.

*Atque ea dum iuxta Tyrius ſtagna Auſida ductor.*

Lib. 14. *Traſymena fluenta*, item: *Ticina fluenta*. Propert. lib. 3. Eleg. 14.

*Et cadit in patulos lympha Aniena lacus.*

Ouid. in Epiſt.

*Mittit Abydeno Seſta puella viro.*

Hor. in Arte:

*Aut flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.*

HINC ALLIFANVS IACCHO HAVD INARATVS AGER.] Liuii, Plinii, aliorum libri emendatiores geminant LL in *Alliphe*: Vetus item inſcriptio: *Ordo, & populus Allifanorum.* Igitur & inde vox orta totidem literis fuit integranda, improbè truncatis Silii, Strabonis pluriúmque exemplaribus. Modius *Inamatus* legit. Heynſius *Ingratus*. Inſcitè ambo errant in re priſcis notatiſſima, atque in voce probiſſima per iniuriam improbanda. Maro Georg. 1.

*Nec vlla interea eſt inaratæ gratia terræ.*

Iam doceo neceſſariò legendum *Inaratus*, atque inſimul Modii, Heynſiiq; correctiones Silii eſſe dehoneſtamenta, experientiam euertere, ac ſerendæ vitis rationem. Cùm enim arboribus accipiendis ſolum adaptetur aratro, teſte Feſto, cur id in vitem conuenire non poteſt? *Sulci appellantur*, inquit Feſtus, *qua aratrum ducitur, vel ſationis faciendæ cauſa, vel vrbis condendæ, vel foſſura rectis lateribus, vbi arbores ſerantur.* Certè pars laboris in vineto colendo non vltima eſt *Arare*. Georg. 2.

*— ea nec manſueſcit* [ ſalſa tellus ] *arando,*
*Nec Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſeruat.*

Ibidem ſingulari diſertitudine:

*Eſt etiam ille labor curandis vitib. alter,*
*Cui nunquam exhauſti ſatis eſt. namq. omne quotannis*
*Terq. quatérque ſolum ſcindendum, glebáque verſis*
*Æternùm frangenda bidentibus.*

Nec ſine cultione, & aratione ſoli vitiferi poteſt illud capi in Catulli Car. Nuptiali:

*Vt vidua in nudo vitis quæ naſcitur aruo*
*Hanc nulli agricolæ, nulli accoluere iuuenci.*

Q. Calaber. lib. 8.

Ὡς δ' ὁπότ' αἰζηοὶ μεγάλης ἀνὰ γουνὸν ἀλωῆς
Ὄρχατον ἀμπελόεντα διατμήξωσι σιδήρῳ
Σπερχόμενοι, τὸ δ' ἶσον ἀέξεται [illegible]ριν ἔργοι.
*Vt quando iuuenes, vbi fertilis area campi eſt,*
*Ferro diffundunt vineti terga feracis*
*Ardentes, exaquat opus certamen vtriq.*

Nonnus lib. 47.

Ἀγχοτόμῳ δὲ γέροντι φυτηκόμος ὤπασε δαίμων
Κλήματα βοτρυόεντα φιλανθέα δῶρα τραπέζης.
Καί μιν ἄναξ ἐδίδαξεν ἀεξιφύτῳ τινὶ τέχνῃ
Κλάσσαι, βωθρῆσαί τε, βαλεῖν τ' ἐπὶ κλήματα γύρης.
*Agricolámq. Deus, cui ſunt plantaria curæ*
*Palmitib. donat, menſæque ſuauia dona,*
*Ipſúmque augendi, plantas ſimul edocet artem,*
*Glebam frangendi, atq. inuecto palmite recto*
*Implendi ſulcum.* κλάσσαι ex Marone eſt *glebam frangere*. Pro βωθρῆσαι ſcribo βωρθῆσαι rectà depangere. ſic Heſych. Βώρθα,

*Affixa venis, animáſque in vulnere ponunt.*

ENNIVS ANTIQVA MESSAPI AB ORIGINE REGIS. ] Meſſapi à Marone toties dilaudati:

*At Meſſapus equum domitor Neptunia proles.*

Suidas de Ennio: Ὁ ποιητὴς ὁ Μεσσάπιος. *Poëta Meſſapius.* Meſſapus Meſſapiæ dedit originem, Iſidor. Hiſp. li. 15. Orig. c. 1.

RVDIÆ GENVERE VETVSTÆ. ] Mella li. 2. c. 4. *Ennio ciue nobiles Rudiæ.*

IS PRIMA IN PVGNA. ] Agnoſcitque mares animos in Ennio Claudianus Præf. in 3. li. de Laud. Stilic.

*— caſtriſque ſolebat*
*Omnibus in medias Ennius ire tubas.*

Quæ ſuperant, fructuosè legentur.

INFESTAM BELLO QVATERET CVM CYZICVS ARGON. ] Ita codices quaterni, qui mihi reliqui, prauè: quis non videt? Argonautæ Colchos petebant: Cyzicus ſeſe tulit obuiam, euentu ſed infelici, occubuit. Pompon. Mella li. 1. c. 19. *Trans amnem ſedet in ceruice peninſulæ Cyzicum: nomen Cyzicus indidit, quem à Minyis imprudentibus, cùm Colchum peterent, fuſum acie, fugatúmque accepimus.* Scribendum igitur *Infauſtam Argo*, pro *Infeſtis Argonautis.* Quod ſi eſt, cur *imprudentes Minyæ*, qui ex Silii ſententia Cyzicum arma contrà ferentem, obtruncarunt? Fortè alter, atque alter alteram, atque alteram ſequitur hiſtoriam. Ita profectò eſt. Siquidem Argonautæ prolixa quadam cum humanitate à Cyzico rege Dolionum excepti nocte ſoluerant, & vento reflante cùm reueherentur, Cyzicus ratus Pelaſgos, quibuſcum illi bellum erat, facta in eos impreſſione, nulla Argonautarum voluntate occidit, Apollodorus li. 1.

NIMIVMQVE SVPERBI SPERATA HAVSISTI. ] *Sperata ſuperba* liquet ſcribendum, inquit nonnemo. Iactantius. Intelligo *Superbi* viri *ſperata.* Pari filo ſuprà *Monſtrata* extulit.

AONIDVM CVRA, ET DIGNVS APOLLINE VATES. ] Deſit medio carmini *Eſt.* Theodoro Marcilio ſubitò natum:

*Aonidum curáque & dignus Ap. iv.*

RESONARE DOCEBIT HIC LATIS HELICONA MODIS. ] Reſcribi poteſt *Lætis*, vel *Latijs.* Hactenus Græcorum Poëtarum flos fuit: efloreſcet & *Latijs modis* Ennius. Lucret. li. 1.

*Ennius vt noſter cecinit, qui primus amœnam*
*Detulit ex Helicone perenni flore coronam.*

Silius:

*Hic canet illuſtri primus bella Itala verſu.*

Callimachus Latius conſimili laude li. 3 Eleg. 1.

*Primus ego ingredior puro de fonte ſacerdos*
*Itala per Graios orgia ferre modos.*

*At Libyæ ductor Marcello fractus, & acri*
*Contuſus pugna, campos damnarat, & arma*
*Verterat ad miſeras non æqui Martis Acerras.*

*Inde vbi permiſit flammis, atque enſibus vrbem,*
*Nuceriæ nihilo leuior nec parcior ira*
*Incuſſit ſeſe, atque æquauit mœnia terræ.*
*Poſt Caſilina ſibi multum obluctatus iniquis*
*Defendentum armis, ægre reſerauerat aſtu*
*Limina, & obſeſſis vitam penſauerat auro.*
*Iámque in Dauniuagos perfundens agmina campos*
*Flectebat rabiem, quo præda vel ira vocaſſet.*

NON ÆQVI MARTIS ACERRAS: INDE VBI PERMISIT FLAMMIS, ATQVE ENSIBVS VRBEM NVCERIÆ NIHILO LEVIOR.] Siſenna: *Protinus agros populabundus ad Nuceriam conuertit* apud Nonium verbo *Populat*, & Gell. lib. 11. cap. 15. Perfidiæ Punicæ illuſtre documentum. Appianus Libycis: Οὕτω [Carthaginienſes] ὑπηκόους ἡμῶν [*Nuceram*] ἐπὶ συνθήκῃ λαβόντες, καὶ ὁμόσαντες σὺν δύο ἱματίοις ἕκαστον ἀπολύσειν, τὴν μὲν βουλὴν αὐτῶν ἐς τὰ βαλανεῖα συνέκλεισαν, καὶ ὑποκαίοντες τὰ βαλανεῖα ἀπέπνιξαν. τὸν δὲ δῆμον ἀπιόντα κατηκόντισαν. Latinè reddet Val. Maximus li. 9. c. 6. *Annibal porro Nucerinos hortatu ſuo cum binis veſtimentis vrbem inexpugnabilibus muris egreſſos vapore, & fumo balnearum ſtrangulando, & Acerranorum Senatum eadem ratione extra mœnia euocatum in profundum puteorum abyciendo nonne bellum aduerſus populum Romanum, & Italiam profeſſus aduerſus ipſam fidem acrius geſſit, mendacijs, & fallacia quaſi præclaris artibus gaudẽs?* Cauſa cur Silius dixerit Miſeras *non æqui Martis* Acerras. Ex his pateat illud λοξὸν Poëtæ in Ibym:

*Vt quos dux Pœnus merſit putealibus vndis.*

Nuceriæ, & Acerrarum eandem fortunam facit Zonaras tom. 2. Annalium. Iterum meminit Appianus Annibalicis. Liuius lib. 21 Nucerinos inermes ſtatuit cum ſingulis veſtimentis, nec tantæ diritatis memoriam ſuggerit.

POST CASILINA.] Obſidium Caſilini iucundæ lectionis erit apud Liuium lib. 23.

MVLTVM LVCTATVS INIQVIS DEFENDENTVM ARMIS.] Caſilinates rarius è muris in Annibalem incurrerunt, pauciſſimique armis cæſi, teſte Strab. lib. 5. Ciues in ea vrbe non admodum multi, quorum infrequentiæ leuandæ inerant Præneſtini viri DXL. eodem autore, & Sex. Pompeio verbo *Nuculæ*. Cur ego Annibal *multum obluctatus eorum armis*? Satius eſt ſcribi *Animis*. Magna enim animorum pertinacia defenſata ea vrbs. Tam infenſis ſiquidem fuerunt in Annibalem animis ὥσθ' ὑπὸ λιμοῦ διακοσίων δραχμῶν πραθέντος μυός, ὁ μὲν πωλήσας ἀπέθανεν, ἐσώθη δ' ὁ πριάμενος, *Vt per famem ducentis drachmis mure vendito, emtor ſeruatus ſit, venditor perierit.* Iterum Strabo miratur eorum animos cum Annibale: Ἰδὼν δ' αὐτοὺς πλησίον τοῦ τείχους σπείροντας γογγύλην, θαυμάζειν ὡς ἔοικεν Ἀννίβας, τῆς μακροθυμίας, εἰ ἐλπίζουσι τέως ἀνθέξειν, ὥστε τελεσφορῆσαι τὴν γογγύλην· καὶ δὴ περιγενέσθαι πάντας φασὶ πλὴν ὀλίγων τῶν ἢ λιμῷ διαλυθέντων, ἢ ἐν ταῖς μάχαις. In quibus ſi pauci omnino deſiderati, rarò deſcenſum opinor in prœlium, nec tam eorum armis, quàm infractis animis,

*Bis ſeptem demiſſa neci, nec ſubſtitit agmen,*
*Millia bis ſeptem, quæ non ſollertior enſe,*
*Sed genus inſignis, iuſtis ducebat in armis*
*Fuluius, aſt æque per corpora fuſa iacentum*
*Raptum iter eſt, victórque moram non paſſus eundi.*

INFELIX FIDEI, MISERÆQVE SECVNDA SAGVNTHO. ] *Petilia.* Fides eorum patuit, quòd cæteris Bruttijs ad Annibalem deficientibus ſeparata conſilia habuerunt, & in fide ſteterunt: quæ quo in Romanos obſtinatior, acriùs Pœnum aſperabat. Deinde à Romanis (tam erant eorum res acciſæ!) non potuit præſidium lacrymis miſerabiliter in curiæ veſtibulo profuſis per legatos obtinere: tamen in fide perſtitit, arſit. Liuius lib. 23. *Ira* igitur ad Petiliam *vocauit* Annibalem: ſed & *præda* fortè: nam vbi vber gleba eſt, diuitiæ, & deliciæ regnant. Hinc Martial. libr. 2. Ep. 57.

*Petilianus delicatus in regnis.*

MISERÆQVE SECVNDA SAGVNTHO. ] Valer. Maxim. lib. 6. c. 6. deplorata laudatáque Sagunthorum fide: *Idem præſtando Petellini eundem laudis honorem meruerunt.* Vide reſtantia.

AC QVONDAM HERCVLEAM SERVARE SVPERBA PHARETRAM. ] Æneid. 3.

*— hic illa ducis Melibœi*
*Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.*

Dum à Petilia ſolueret Annibal, in Pelorum gubernatorem crudeliter ſæuiit. Val. Maximus li. 9. cap. 8. Apud Senecam Philoctetæ donat ſagittas Hercules: eò dicitur

*Petilia Herculeam ſeruare ſuperba pharetram.*

Strabo li. 6. Πετηλία μὲν οὖν μητρόπολις νομίζεται τῶν Λευκανῶν, καὶ συνοικεῖται μέχρι νῦν ἱκανῶς. Κτίσμα δ' ἐστὶ Φιλοκτήτου φυγόντος τὴν Μελίβοιαν κατὰ στάσιν. *Petilia Lucanorum metropolis æſtimatur, atque in hoc æuum ſatis habitata eſt. Opus eſt Philoctetæ ob ſeditionem Melibœam fugientis.* Solin. c. 8. fortè legendum: *Ah!*

EFFVNDIT CAMPIS SECRETVM GVRGITE PONTVM. ] Si mare, aquam infundit campis; ex ſe, ſiue ex *gurgite effundit*: quare cùm τὸ *Effundit* ratio ferat, atque librorum conſenſus, cur Modius ἐδίωξε; *Effundit campis* dictum ad eam formam: *It clamor cœlo*, immuneráque talia vel ipſi Silio.

CLAVSTRIS MARIS EXTVLIT ASTV. ] Non *Æſtu*?

PORTATVS IN ARVA CARINAS. ] *Portatus* non eſt vehiculum, quod Marſo ſedit: eſt verò ipſa deportatio, & exagoga carinarum. Plinius libr. 9. cap. 35. *Tædia exquiſita perditiore portatu*, ſeu geſtatione.

ET IAM PER COLLES, DVMOSQVE. ] Id Græci dicunt διισθμίζειν, ὑπερισθμίζειν. *Per Iſthmum traijcere.* Polybius ὑπερνεωλκεῖν Strabo. Ex hac porro Silii deſcriptione aperiri poteſt illud Horatii lib. 1. Od. 4, paucis intellectum:

*Trahúntque ſiccas machinæ carinas.*

Nam etſi veris tempeſtatem inibi deſcribat: tamen epithetum *Siccas* refert carmen ad operas helciariorum nauem per ſolum trahentium, aut promouentium, quod ſoli ſpatium Græci *δίολκον* nominant. Maximus Tyrius λόγῳ γ. congruit: Εἶδες ἂν νεῶν ἐρύσεις ἐκ θαλάττης ἄνω, καὶ λίθων ἀγραῖα ὑπερφυῶν κατὰ μέγεθος παντοδαποῖς ἑλκυσμοῖς, καὶ ἀναστροφαῖς ὀργάνων. *Spectaſti nauium tractiones ſurſum è mari, & immani magnitudine lapidum ductiones omnigenis tormentis, & inſtrumentorum reuolutionibus.* Eiuſmodi machinæ & inſtrumenta ὁλκοὶ *machina trahax.* Thucididi c. 3. & χαμουλκοὶ μηχαναί. *Machina ſolo trahentes.* Polluci dicuntur lib.7. Factum pingit Apollonius:

> Σπίρης δ' εἰν ὁλκῷ ξεστὰς στορέσαντο φάλαγγας·
> Τὴν δὲ κατάντη κλῖναν ἐπὶ πρώτῃσι φάλαγξι,
> Ὥς κεν ὀλισθαίνουσα δ' αὐτάων φορέοιτο.
> *Holco nauiculæ raſas ſtrauere phalangas,*
> *Quam pronam primis inclinauere phalangis,*
> *Vt ferretur eis fluido per lubrica lapſu.*

DVM PROCVL OEBALIOS AVET EXPVGNARE NEPOTES. ] *Procul* à Capua *Oebaliis*, ſeu Lacedæmonios nepotes, qui ſunt *Tarentini*, ardet expugnare. *Oebalia pellex* Ouidio eſt Helena.

PENNASQVE ADDENTE PVDORE. ] Maro:

> — *timor addidit alas.*

SEMERMEMQVE MANVM. ] Nullus liber aliter. Emendatius συνιζήσει *Semiermémque*. Ita ſcribitur Liuii li.25. hac ipſa in re.

HAVT SECVS AMISSO TIGRIS SI CONCITA FOETV
EMICET: ATTONITÆ PAVCIS LVSTRATVR IN HORIS CAVCASVS. ] Mirum ingenium feræ. Plin. lib.8. c.18. *Animal velocitatis tremendæ, & maximè cognita, dum capitur. Totus eius fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur equo quammaximè pernici, atque in recentem ſubinde transfertur. At vbi vacuum cubile reperit fœta (maribus enim non eſt cura ſobolis) fertur preceps odore veſtigans. Raptor appropinquante fremitu abycit vnum ex catulis. Tollit etiam morſu, & pondere etiam ocyor remeat iterúmque conſequitur, & ſubinde, donec in nauem regreſſo irrita feritas ſæuit in litore.* Solin. cap.27. Mela lib.23. c.5.

CENTENIVS AGMINE RAPTIM. ] Liuius li.25.

*Exequiæ, tantum famam noménque volentem*
*Horrificæ mentis, tenuerunt funere læto.*
*Nanque per inſidias (infandum) & ab hoſpite cæſus,*
*Colloquium & promiſſa petit dum perfida gentis*
*Lucanæ Gracchus, cæco circumdatus aſtu*
*Occiderat, laudémq; Libys rapiebat humandi.*
*Sed non vt ſcitum celerare ad mœnia Pœnum*
*Aſtabat res vllo loco. iam Conſul vterque*
*Præcipites aderant, Nola vis omnis & Arpis*
*Æui floridior Fabius, rapida arma ferebant,*
*Hinc Nero, & hinc volucres Syllanus nocte diéq;*

*Impellebat agens, properata ad bella, cohortes,*
*Vndique conueniunt, pariterq; opponere cunctos*
*Vni ductores iuueni placet, arduus ipſe*
*Tifata inuadit propior, quà mœnibus inſtat*
*Collis, & è tumulis ſubiectam deſpicit vrbem.*
*Verùm vbi tot ſeſe circunfundentibus armis*
*Vallatas ſociûm portas, vníq; negari*
*Intrauiſſe ſibi, Capuáq; erumpere cernit,*
*Anxius aduentus, nunc ferro frangere cœtum*
*Obſtantum meditatur, & huic nunc auia cœptu*
*Conſilia, atque aſtu quærit tot millia portis*
*Abſtrahere arctatis, cinctósq; reſoluere muros.*
*Sic igitur ſecum, curásq; ita corde fatigat:*

NOMENQVE VOLENTEM HORRIFICÆ MENTIS TENVERVNT FVN. LÆTO. ] Annibalem humatorem. Exemplari Heynſiano eſt *Mitifica mentis.* Adde colorem ſeu tu pictor, ſeu fictor es. Certè Apuleii vox, eſt *Mitificus,* neque hoc equidem loco incongruens. En iſti coniecturæ fauetur à Suida paris hiſtoriæ narratu: Ἕως τοῦ λαβεῖν ἀφορμὰς πρὸς ἀπόδειξιν τῆς αὐτοῦ πρᾳότητος, καὶ καλοκἀγαθίας· Τοιγάρουν χωρὶς λύτρων ἀποστείλας τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ τῷ Ἀντιπάτρῳ τοὺς τετελευτηκότας θάψαι κελεύσας, ἔτι δὲ καὶ συνθεῖναι τὰ πυρὶ τὰ ὀστᾶ, καὶ τοὺς ἀπαλλαττομένους τοὺς πλείστους ἀμφιέσας διὰ τὴν ἀγχίνοιαν. *Dum ſuæ elementiæ, ac probitatis demonſtrandæ occaſionem caperet. Dimiſſis igitur abſque lytro captiuis, & mortuorum Antipatro commendata ſepultura, oßiúmque compónendorum cura, & quadam animi ſolertia veſtitis abeuntium plurimis.* Neque diſpliceat *Mentis honorificæ*: quippe ſtudebat Annibal videri funeris honorem habuiſſe mortuo. Certè merito *Horrificæ* retinere horremus: neque nobis nolentibus reſcribatur è Valerio Flacco *Iuſtificæ*, quando cadaueri *Iuſta* fiunt. Neque hîc tam coniectationes quæritamus, quam iuſtam tentamus emendationem. Quare palmaria fuerit emendatio *Honorifica*, cui velificatur præter Liuium Valerius Maximus lib. 5. cap. 1. *Quare aliquanto ei (Annibali) plus gloriæ Paullus Gracchus, & Marcellus ſepulti, quàm oppreßi attulerunt.*

ASTABAT RES VLLO LOCO. ] Licentius feriabantur operæ, quoties edendus Silius. Libri pene omnes, vel ab Heynſio, ſic habent. βελτιῶσον:

*Sat ſtabat res vlla loco.*

Eò trahunt ſequentia:

— *iam Conſul vterque*
*Præcipites aderant* (vides trepidari?) *Nola Vis omnis & Arpis,*
*Æui floridior Fabius.*

Iunior Maximi filius.

GENTIS LVCANÆ. ] *Lucani appellati dicuntur, quòd eorum regio ſita eſt ad partem ſtellæ luciferæ: vel quòd loca cretoſa ſunt, id eſt multæ lucis: vel à Lucilio duce, vel quòd primitus in luco conſederunt.* Sext. Pompeius.

TIFATA INVADIT PROPIOR. ] Sex. Pomp. *Tifata etiam locus iuxta Capuam,*

*Lacus*,cui fauet Apollonii Scholiaſtes in li.1.Τῖφος ὁ κάθυδρος τόπος.*Tiphos, locus vliginoſus*.Liuius li.7.*Tifata imminentes Capuæ colles.*

ET HVIC NVNC AMA COEPTO CONSILIA. ] Deliberabundum fingit Annibalem,cui modò in mentem erat hoſtium globos perrumpere, modo conſilia huic inimica cogitationi coquebantur. Mihi res apertiſſima. Cui non?Modio reponenti:*Init nunc.*

*Quò mens ægra vocas?rursúsne pericula ſumam*
*Non æquus regione loci? Capuáq; vidente*
*Terga dabo?an reſidens vicini vertice montis*
*Excindi ante oculos patiar ſocialia tecta?*
*Non ita me experti Fabius,Fabióque magiſter*
*Turbarum expertor,cùm clauſos milite colles*
*Euaſi victor,ſparsóſque per arua iuuencos*
*Iactare accenſis ſtimulaui cornibus ignes.*
*Haut dum omnes abiere doli,defendere nobis*
*Si Capuam ereptum eſt,dabitur circundare Romam.*
*Hæc poſtquam placita,& tenuit ſententia mentem,*
*Non expectato Titan dum gurgite lucem*
*Spirantes proferret equos,impellit in agmen*
*Voce manúq; viros,& cœpta immania pandit.*
*Perge,age,vince omnem miles virtute laborem,*
*Et quantum humani poſſunt ſe tendere paſſus,*
*Arduus accelera,Romam petis:hoc iter Alpes,*
*Hoc Cannæ ſtatuere tibi,eia incute muris*
*Vmbonem Iliacis,Capuæq; repende ruinas,*
*Quam tanti fuerit cadere,vt Palatia cernas*
*Et demigrantem Tarpeia ſede Tonantem.*

NON ITA ME EXPERTI FABIVS, FABIOQVE MAGISTER TVRBARVM EXPERTOR. ] Vocem hanc nullo vſu pronunciat Marſus,additque *Expertor* ab *Experior. nimis affectatè Poëta loquitur.* Lectio eſt vitioſa nuce non licenda.Euerratur,redeatque loco nitor:

*— Fabiique magiſter* [equitum Minucius]
*Turbarum expertem.*

*Me* Annibalem: quippe bobus lymphatis eorum cuſtodias turbaui: nunc turbæ de nouo fabricandæ. Eſto inſeſſa Capua, Romam contrà aggrediar, tum turbæ, tum tumultus. Hac ipſa oratione paribus minis:

*Haut dum omnes abiere doli* vel,
*— Fabióque magiſter*
*Turbarum inceptor.*

Hoc autem παρῳδῆται ex Æn.11.

*Non ita me experti Bitias, & Pandarus ingens*
*Et quos nullo die victor ſua tartara miſi.*

Modio videbatur *Aſperior* legendum.

HOC ITER ALPES HOC CANNÆ STATVERE TIBI.] Modius *Strauere.* vſitatiore ſermone. quid opus? *Statuêre* valet: *Alpes*, quas ſuperuaſimus, & *Cannæ* victoriæ noſtræ campus, non permittebant nos recentes à cæde hoſtium Romam tendere: ſed *hoc iter*, quod nunc inſiſtimus, *Statuere*: atq. adeo *hoc* nobis *iter*, & Romanis fatale,

— *Eia incute muris*
*Umbonem Iliacis.*

Sic Poëta lib. 1.

*Quâ capuli ſtatuêre moræ.*

QVAM TANTI FVERIT CADERE.] Lautiſſima dictio. Ouidius:

*Nec tanti Calydon, nec tota Ætolia tanti:*
*Vna tamen tanti Deianira fuit.*

Silius è Verrina ſexta: *Fuit tanti mihi crede: haberes, quod defenderes.* Aut ex lib.5.ad Att.epiſt.8. *Nihil nobis fuerat tanti.*

ET DENIGRANTEM TARPEIA SEDE TONANTEM.] Libri plures hoc inquinati cœno. Meliores præferunt *Demigrantem.* Vox, quæ præſentem Romæ potiundæ ſpem Pœnis afferat. Nec malè legeretur:

*Et de Tarpeia nigrantem ſede Tonantem.*

Lib.8. dictum de elephanto:

— *dorſo*
*Bellua nigranti.*

*Nigrantem* Iouem offuſum caligine, quæ ferè tonitrus præuia. Fauet huic coniecturæ ſeries. Satis Annnibali eſt ſic promittere:

— *vt palatia cernas.*

ἀπὸ κοινοῦ. *Et* [Cernas] *nigrantem Jouem*, ſeu νεφεληγερέτην: *nubium concitorem. Cernas*, non ſpectes, videas: ſed palatia poſſideas, & ſedem Tarpeiam, inq; ea *Tonantem* nigrantem: quod aliis hæreditarium ius parit, vobis pariat militaris enſis. Romani Pœnis adimant Capuam dum Pœni Romanis patriam. Parum enim ſit oculis Romam vſurpare. Præterea de Ioue Tonante, & tempeſtates ciente ſub exitum libri dicitur:

— *fluit agmen aquarum*
*Turbine confuſum picco, & nigrante procella*, &c.

Vel: *Et de nigranti Tarpeia ſede Tonantem.*

*Inſtructi glomerant greſſus, Roma auribus hæret,*
*Roma oculis, credúntque ducis ſollertibus actu*
*Aptius id cœptum, quam ſi duxiſſet ab ipſo*
*Fatali Aeneadis campo, Vulturna citata*
*Tranſmittunt aluo vada, poſtremíque relinquunt*
*Tardandis Italis corruptas igne carinas.*
*Tum Sidicina legunt pernicibus arua maniplis,*

*Threiciámque Calen, veſtras à nomine nati*
*Orithyia domos, hinc Aliſanus Iaccho*
*Haud inaratus ager, nymphíſque habitata Caſini*
*Rura euaſtantur: mox & vicinus Aquinas,*
*Et quæ fumantem texere giganta Fregellæ*
*Agmine carpuntur volucri: fert concitus inde*
*Per iuga celſa gradum, duris quà rupibus hæret*
*Bellator Fruſino, & ſurgit ſuſpenſa tumenti*
*Dorſo, frugiferis cerealis Anagnia glebis.*
*Iamq. adeo eſt campos ingreſſus, & arua Labici,*
*Linquens Telegoni pulſatos ariete muros,*
*Haud dignam inter tanta moram, nec amœna retentant*
*Algida, nec iuxta Iunonis tecta Gabinæ.*

VVLTVRNA CITATA TRANSMITTVNT ALVO VADA.] Age verò Bonaſos iſtos vada tranſmittentes *citata aluo ſpectatum admiſſi, riſum teneatis amici?* Modius cum addicto legunt *Alno*. Ego *citato alueo*. Concinniùs ſanè, quàm prima vocalí tot exeuntib. voculis. Eodem cum illis ſenſu: illi materiam pro naue vſurpant: ego partem, ſecutus Iuuenalem Satyra 12.

*Cùm plenus fluctu medius foret alueus.*

Vereor, ne metuentior manus, trepidánſque ſpondiacam vocem *Alueo* admittere, locum in peius retulerit. Verùm & aliàs Silius:

*— ſpumantique incubat alueo.*

Lib. 14.

*— flammis victricib. inſonat alueo,*

de naui. Ibidem:

*— ſubmergitur alueus vndis.*

Modium iuuerint illa Virgiliana Georg. 2.

*— Torrentem vndam leuis incitat alnus*
*Miſſa Pado.*

Item: *— alnos ſenſere cauatas.*

Iſta Silii lib. 14.

*Celſáque anhelatis exſurgens ictibus alnus.*

Theod. Marcilius vir incomparabilis mutatione ab omni manum abſtinet. Namque *Alnus* γαστὴρ νεὼς Græcis æquè, ac Latinis. Martialis lib. 10. Epigr. 76. *Cappadocæ catastæ.* Dictioni *Vulturna vada* geminæ ſunt iſtæ Silii lib. 10.

*Atque ea dum iuxta Tyrius ſtagna Aufida ductor.*

Lib. 14. *Traſymena fluenta*, item: *Ticina fluenta*. Propert. lib. 3. Eleg. 14.

*Et cadit in patulos lympha Aniena lacus.*

Ouid. in Epiſt.

*Mittit Abydeno Seſta puella viro.*

Hor. in Arte:

*Aut flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.*

HINC ALLIFANVS IACCHO HAVD INARATVS AGER.] Liuii, Plinii, aliorum libri emendatiores geminant LL in *Alliphe*: Vetus item inſcriptio: *Ordo, & populus Allifanorum.* Igitur & inde vox orta totidem literis fuit integranda, improbè truncatis Silii, Strabonis pluriúmque exemplaribus. Modius *Inamatus* legit. Heynſius *Ingratus.* Inſcitè ambo errant in re priſcis notatiſſima, atque in voce probiſſima per iniuriam improbanda. Maro Georg. 1.

*Nec vlla interea eſt inaratæ gratia terræ.*

Iam doceo neceſſariò legendum *Inaratus*, atque inſimul Modii, Heynſiíq; correctiones Silii eſſe dehoneſtamenta, experientiam euertere, ac ſerendæ vitis rationem. Cùm enim arboribus accipiendis ſolum adaptetur aratro, teſte Feſto, cur id in vitem conuenire non poteſt? *Sulci appellantur*, inquit Feſtus, *qua aratrum ducitur, vel ſationis faciendæ cauſa, vel vrbis condendæ, vel foſſura rectis lateribus, vbi arbores ſerantur.* Certè pars laboris in vineto colendo non vltima eſt *Arare.* Georg. 2.

*— ea nec manſueſcit* [ſalſa tellus] *arando,*
*Nec Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſeruat.*

Ibidem ſingulari diſertitudine:

*Eſt etiam ille labor curandis vitib. alter,*
*Cui nunquam exhauſti ſatis eſt. namq. omne quotannis*
*Terq. quatérque ſolum ſcindendum, glebáque verſis*
*Æternùm frangenda bidentibus.*

Nec ſine cultione, & aratione ſoli vitiferi poteſt illud capi in Catulli Car. Nuptiali:

*Vt vidua in nudo vitis quæ naſcitur arvo*
*Hanc nulli agricolæ, nulli accoluere iuuenci.*

Q. Calaber. lib. 8.

Ὡς δ᾽ ὁπότ᾽ αἰζηοὶ μεγάλης ἀνὰ γουνὸν ἀλωῆς
Ὄρχατον ἀμπελόεντα διατμήξωσι σιδήρῳ
Σπερχόμενοι, τῶν δ᾽ ἶσον ἀέξεται εἰς ἔριν ἔργον.
*Vt quando iuuenes, vbi fertilis area campi eſt,*
*Ferro diffundunt vineti terga feracis*
*Ardentes, exæquat opus certamen vtriq.*

Nonnus lib. 47.

Ἀγχοιόμῳ δ᾽ γέροντι φυτηκόμος ὤπασε δαίμων
Κλήματα βοτρυόεντα φιλεύια δῶρα τραπέζης.
Καί μιν ἄναξ ἐδίδαξεν ἀεξιφύτῳ τινὶ τέχνῃ
Κλάσσαι, βωθρῆσαί τε, βαλεῖν τ᾽ ἐνὶ κλήματα γῄρης.
*Agricolámq. Deus, cui ſunt plantaria curæ*
*Palmitib. donat, menſæque ſuauia dona,*
*Ipſúmque augendi, plantas ſimul edocet artem,*
*Glebam frangendi, atq. inuecto palmite recto*
*Implendi ſulcum.* κλάσσαι ex Marone eſt *glebam frangere.* Pro βωθρῆσαι ſcribo βωρῆσαι rectà depangere, ſic Heſych. Βώρηθα,

ὀρθία, τοῦ βαλεῖν τ' ἐνὶ κλήματα γῆρυς & iacere palmites in ſulcũ. Duplex ſerendi vitẽ ratio: aut enim palmites rectà ſolo infigũtur; Strab. li. 15. ſcribit Suſidẽ, & Babylonẽ ſic à Macedonib. conſitã vitibus: Οὐ περιορύττοντες, ἀλλὰ παττάλους ἀπὸ σιδηρωμένους ἐξ ἄκρων πήξαντες, εἶτ' ἐξαιροῦντες, ἀντὶ δ' αὐτῶν κλήματα καθιέντες ὀρθίως: *Non fodiunt, ſed præferratas in ſummo ſudes defigunt, tum reuellunt, atq. in locũ ipſorum palmites rectà demittunt.* Aut flexus palmes ab imo, ſulco committitur, quam vulgatiorem vitem ſerendi rationem tradit Virgilius. Vtramq. verſu extremo complexus eſt Nonnus. Memoria teneo quibuſdam gentibus inobſeruatum vtrúmq. ſed eorum modus in hiſtoria notatur. Strabo lib. 11. pro miraculo ducit vites eſſe in Albania, quæ non fodiendo colantur: ſerenda præceptio hæc eſt: Plinii lib. 17. c. 22. de vite: *Sulco latitudo palæ eſt: ſcrobibus ternorum pedum in quamcúmque partem: altitudo in quocunq. genere tripedalis. Ideo nec vitis minor transferri debet ex ſtatura etiamnum duabus gemmis. Emolliri terram minutis in ſcrobe ima ſulcis, fimóque miſceri neceſſarium.* Dicit ergo Silius Alliſanum agrum *non eſſe inaratum Iaccho*, hoc eſt, huiuſmodi arandi cultura vinum proferre bonæ notę. Ponit eam Horatius, aut indicat lib. 2. Sat. 8.

*Inuertunt Alliſanis* [ vinis ] *vinaria tota.*

Licentiùs indulgentem laudi correctionis tam facilè labi eſt! Iſta ego ni ſciſſem, diuinaſſem aliter. Benigna Ceres quæ largo prouentu: *Tellus irata*, vel infructuoſa, vel noxia ferens; quo pacto ſupra Silius immania Gallorum corpora *Irata tellure ſata* cecinit. Quare ſi ſtudio laudis, non veri, prouectus fuiſſem, dixiſſem:

*— Alliſanus Iaccho*
*Haud iratus ager.*

Alia paſſim ſub acumen calami naſci poſſunt: ſed Autoribus deprauandis. Quæ ſi non eſſent, cur ſcientiſſimus naturæ Plinius vinitores grauat lib. 17. c. 14. *Aut circumfoſſor iniurioſo ictu verberauit: vel etiam ſubarator imprudens laxauit radices, corpúſue deſquamauit.*

*Præceps ad ripas immani turbine fertur,*
*Sulfureis gelidus quà ſerpit leniter vndis*
*Ad genitorem Anio, labens ſine murmure Tybrim*
*Hic vt ſigna ferox, dimenſáq. caſtra locauit,*
*Et ripas tremefecit eques, perterrita pulſis*
*Ilia prima vadis, ſacro ſe coniugis antro*
*Condidit, & cunctæ fugerunt gurgite nymphæ.*
*At matres Latiæ, ceu mœnia nulla ſuperſint,*
*Attonitæ, paſſim furibundis greſſibus errant.*
*Ante oculos aſtant laceræ trepidantibus vmbræ,*
*Quæque grauem ad Trebiam, quæq. ad Ticina fluenta*
*Oppetiere necem, Paulus Gracchúſq. cruenti*
*Flamminiúſque ſimul, miſeris ante ora vagantur.*

*Clauſit*

*Clauſit turba vias, ſtat celſus, & aſper ab ira,*
*Ingentémque metum toruo domat ore ſenatus.*
*Interdum tamen erumpunt ſub caſſide fuſæ*
*Per tacitum lacrymæ, quidnam fortuna minetur,*
*Quídve parent ſuperi: pubes diſperſa per altas*
*Stat turres, atque huc ventum ſub corde volutat*
*Vt iam Roma ſatis credat defendere muros.*

SVLPHVREIS GELIDVS QVA SERPIT MOLLITER VNDIS AD GENITOREM ANIO LABENS SINE MVRMVRE TIBRIM.] Albulæ vndas ſulphureas arrogat quoq. Martialis lib.1. Epig.13.

*Candáque ſulphureis Albula fumat aquis.*

Albula verò Tiberis eſt Liuio teſte lib.1. Euſtathio, & Dione. Sed in Tiberim euoluitur Anio, ſæpius id teſtante lib.5. Strabone & Silio lib.1.

*Qua pater acceptis Anienis ditior vndis*
*In pontum flauo deſcendit gurgite Tibris.*

Vtrique medicandi vis. Strabo lib. 5. Ἐν δὲ τῷ πεδίῳ τούτῳ ὁ Ἀνίων διέξεισι, καὶ τὰ Ἄλβουλα ῥεῖ καλούμενα ὕδατα ψυχρὰ ἐκ πολλῶν πηγῶν πρὸς ποικίλας νόσους, καὶ πίνουσι, καὶ ἐγκαθημένοις ὑγιεινά: *Prælabitur huic cãpo Anio; & quæ Albulæ vocãtur aquæ ex plurimũ fontiũ confluuio frigẽtes, contra varios morbos ſalubres ſeu bibas illas, ſeu adſideas.*

DIMENSAQ. CASTRA LOCAVIT.] *Degrumari* dixit Ennius pro eo.

*— — vidámque*
*Vt degrumari caſtris menſor ſolet olim.*

PERTERRITA PVLSIS ILIA PRIMA VADIS SACRO SE CONIVGIS ANTRO.] Coniugis Tiberis. Horatius lib.1. Oda 2.

*Vidimus flauum Tiberim retortis*
*Litore Etruſco violenter vndis*
*Ire deiectum monumenta regis,*
*Templáq. Veſtæ.*
*Iliæ dum ſe nimium querenti*
*Iactat vltorem, vagus & ſiniſtra*
*Labitur ripa Ioue non probante v-*
*xorius amnis.*

Ouidius lib. 3. Eleg. 5. Operis immemorabilis Iliæ coniugem dat Anienem. An vt Anio, & Tibris miſcent aquas, ſic vocabula? Non ita retur Dionyſius Halicar. li. 5. Ποταμὸν Ἀνίωνα, ὃς ἐκ πόλεως μὲν Τιβύρων καθ᾽ ὑψηλοῦ πολὺ ἐκχεῖται σκοπέλου, φέρεται δὲ διὰ τῆς Σαβίνων, καὶ Ῥωμαίων πεδιάδος ὁρίζων τὴν ἑκατέρων χώραν. Συνάπτει δὲ τὸ ῥεῦμα τῷ Τιβέρει ποταμῷ καλὸς μὲν ὀφθῆναι, γλυκὺς δὲ πίνεσθαι. *Anio Tibure de editiſſimo effunditur ſcopulo; fertur autẽ per Sabinos, & Romanorũ campos vtrãq; prouinciã finiẽs. Iungit autem aquas cum Tiberi viſu elegans, potatu ſuauis.*

CVNCTÆ FVGERVNT GVRGITE NYMPHÆ.] Quot? centum. Ouid. ſuprà facit hæc Anienem loqui, vxorium amnem:

*Ilia pone metus: tibi regia noſtra patebit:*
*Téque colent amnes: Ilia pone metus.*
*Tu centum, aut plures inter dominabere Nymphas.*

*Nam centum, aut plures flumina noſtra tenent.*

PVBES DISPERSA PER ALTAS STAT TVRRES, ATQVE HVC VENTVM SVB CORDE VOLVTAT VT IAM ROMA SATIS CREDAT DEFENDERE MVROS. ] Fortè:

*Stat turres, atque euentum ſub corde volutat:*
*Et iam Roma ſatis credit def. m.* Vel ibi interpunge *huc ventum.*

*Pœnus vt ad ſomnos vix totam curſibus actæ*
*Indulſit pubi noctem, vigil ille, nec vllam*
*Ad requiem facilis, credénſque abſcedere vitæ*
*Quod ſopor eripiat tempus, radiantibus armis*
*Induitur, Nomadúmque iubet prorumpere turmas.*
*Inde leuis frenis circum pauitantia fertur*
*Quadrupedante ſono perculſæ mœnia Romæ.*
*Nunc aditus luſtrat, clauſas nunc cuſpide pulſat*
*Infeſta portas, fruitúrque timore pauentum.*
*Nunc lætus celſis aſtans in collibus, intrat*
*Vrbem oculis, diſcítque locos, cauſáſque locorum.*
*Ac legeret viſu cuncta, & penetraret in omneis*
*Spectando partes, ni magno turbine adeſſet*
*Fuluius, haud tota Capuæ obſidione relicta.*
*Tum demum caſtris turmas ſuffixit ouanteis*
*Spectata ductor ſatiatus pectora Roma.*
*Atque vbi nox depulſa polo, primáq. rubeſcit*
*Lampade Neptunus, reuocátque aurora labores,*
*Effundit rupto perſultans agmina vallo,*
*Et quantum clamare valet per plurima noſtra*
*O ſocii decora, & ſacras in ſanguine dextras*
*Votis ne pares, & tantum audete ſub armis*
*Quantum Roma timet, reliquam hanc excindite molem,*
*Nil quod vincatis toto reſtabit in orbe:*
*Neu populi vos Martigenæ tardarit origo,*
*Intratam Senonum capietis millibus vrbem,*
*Aſſuetámq. capi: fortaſſe curulibus altis*
*Iam vos, exemplo proauorum, ac nobile lethum*
*Expectant de more ſenes, mortíque parantur.*
*Talibus hic Pœnus, ſed contrà Oenotria pubes*
*Non vllas voces ducis, aut præcepta requirit.*
*Sat matres ſtimulant, natique, & chara ſupinas*
*Tendentum palmas lacrymantiáq. ora parentum.*
*Oſtentant paruos, vagitúque incita pulſant*

*Corda virûm, armatis infigunt oſcula dextris.*
*Ire volunt, & pro muris opponere denſi*
*Pectora, reſpectántque ſuos, fletúmque reſorbent.*
*Vt vero impulſo patefactæ cardine portæ,*
*Et ſimul erupit iunctus exercitus armis,*
*Funditur immixtus gemitu, precibúſq. per altos*
*Ad cælum muros clangor, ſparſæq. ſolutis*
*Crinibus exululant matres, atque vbera nudant.*
*Fuluius anteuolans agmen, quis neſciat, inquit,*
*Non ſponte ad noſtros Pœnum veniſſe penates?*
*A portis fugit Capuæ. ſubnectere plura*
*Conantem triſtis cæli cum murmure vaſto*
*Turbauit fragor, & ſubita de nube procellæ.*
*Iuppiter Aethiopum remeans tellure, minantem*
*Romuleo Pœnum vt vidit ſuccedere vallo,*
*Cælicolis raptim excitis defendere tecta*
*Dardana, & in ſeptem diſcurrere iuſſerat arces.*
*Ipſe è Tarpeio ſublimis vertice, cuncta*
*Et ventos, ſimul & nubes, & grandinis iras,*
*Fulmináque & tonitrus, & nimbos conciet atros.*
*Concuſſu tremuere poli, cælúmq. tenebris*
*Clauditur, & terras cæco nox condit amictu.*
*Inſtat tempeſtas oculis, hoſtíque propinquo*
*Roma latet, iactæ in turmas per nubila flammæ*
*Stridorem ſeruant, membris inſibilat ignis.*
*Hinc Notus, hinc Boreas, hinc fuſcis Africus alis*
*Bella mouent, quantis animos & pectora poſſint*
*Irati ſattare Iouis. fluit agmen aquarum*
*Turbine confuſum piceo, & nigrante procella,*
*Atque omneis circa campos ſpumantibus vndis*
*Inuoluit: celſus ſummô de culmine montis*
*Regnator ſuperûm, ſublata fulmina dextra*
*Librauit, clypeóque ducis non cedere certi*
*Incuſſit, ſumma liquefacta eſt cuſpis in haſta,*
*Et fluxit, ceu correptus fornacibus, enſis.*
*Ambuſtis ſed enim ductor Sidonius armis*
*Siſtebat ſocios, & cæcum è nubibus ignem*
*Murmuráque à ventis miſceri vna docebat.*
*Tandem poſt clades ſociûm, cælíq. ruinam*

*Non hoſte in nimbis viſo, non enſe referri*
*Signa iubet caſtris, mœſtáſque reſuſcitat iras.*

CREDENS ABSCEDERE VITÆ, QVOD SOPOR ERIPIAT TEMPVS.] Somnus námque, & ſimulacra potiùs mortis ſunt, quàm humanæ vitæ functiones. Lucretius lib. 3.

*Tu vero dubitabis, & indignabere obire,*
*Mortua cui vita eſt prope iam viuo, atque videnti?*
*Qui ſomno partem maiorem conteris aui.*

Erat, opinor, & vetus verbum Annibali impreſſum altiùs: Οὐδεὶς κοιμώμενος τρόπαιον ἱστᾶ.

NVNC CVSPIDE PVLSAT INFESTA PORTAS.] Immo intra Romæ *mures ſolus hoſtium emiſit haſtam*, autore Plinio lib. 34. c. 6. Inde factus adagioni locus: *Annibal ad portas*, Cicero prima in Antonium. Iuuenal. Sat. 6.

*— iam proximus vrbi*
*Annibal.*

TVM DEMVM CASTRIS TVRMAS SVFFEXIT OVANTES.] Scribe *Suſpexit* hoc ſenſu: Annibal vidit hactenus turmas cunctatiores, & pauitantes; nunc ipſe arduus (ita Poëta amat) *ſuſpexit ouantes.* Vel *Caſtris ſuffecit*, in caſtra reduxit *ouantes*. Nec malè repræſentat P. N. exemplar *Suffixit*. Hactenus Romæ inſultabat Annibal cum ſuis: Fuluio verò præſente turmas caſtris quietiores tenuit, ſeu *ſuffixit*. Ni ſeries orationis mutationem depoſtularet τὸ *ſuffexit* placeret admodum: vt apud Liuium lib. 1. *Si prior defexit*, defecerit.

NIL, QVOD VINCATIS, TOTO RESTABIT IN ORBE.] Vel occupata Roma quantum reſtabit vrbium? quantum prouinciarum? quantum terrarum vel Italia debellata? *Reſtare* hîc igitur eſt *Repugnare, Reſiſtere.*

EXVLVLANT MATRES.] Vlulare in ſacris ferè mulierum fuit. Vides hîc, & apud Menandrum:

Ἐκυμβάλιζον δ' ἑπτὰ θεράπαιναι κύκλῳ,
Αἱ δ' ὠλόλυζον.
*Dum hæ vlulant, ſeptem pulſabant cymbala ſeruæ.*

Seneca de Vita Beata c. 27. *Cùm aliqua per viam genibus repens vlulat, laurúmque linteatus ſenex, & medio die lucernam præferens conclamat iratum aliquem Deorum.*

IVPITER ÆTHIOPVM REDIENS TELLVRE.] Iliad. α.

Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα. Θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο.
*Námque heri ad Æthiopas cœnatum Iupiter iuit,*
*Æthiopas ſine labe: Dii comitantur euntem.*

Pòſt reueniunt:

Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἴσαν Θεοὶ αἰὲν ἐόντες
Πάντες ἅμα, Ζεὺς δ' ἦρχε.
*Tunc immortales cuncti referuntur Olympo*
*Dij ſimul, anteibat Iupiter ipſe pater.*

ET VENTOS SIMVL, ET NVBES, ET GRANDINIS IRAS,

FVLMINAQVE ET TONITRVS, ET NIMBOS CONCIET ATROS.] Ciebat Iupiter *Fulminator*, de quo paria ſunt illa ab Orpheo:

*Παμμακάρων ἕδρανον θείαις βρονταῖσι τινάσσων*
*Νάμασι παννεφέλοις στερόπην φλεγέθουσαν αἰαίθων,*
*Λαίλαπας, ὄμβρους, πρηστῆρας, κραπνούς τε κεραυνούς.*
*Cæleſtium ſedem Dio tonitru quateſecit*
*Inſlammans fulgur fluidis in nubibus ardens,*
*Tempeſtatem, imbres, praſteras, fulmina dira.*

Vide cæteram dictionis telam aureo ſubtemine. Hinc Iupiter *Tonans* cognominatur, & *Vltor*, (cuius numos habemus induſtria Choulii) & *Capitolinus:* Minutius Felix: *Iupiter, cùm Ammon dicitur, habet cornua, & cùm Capitolinus, gerit fulmina.* Plin. li. 34. c. 2. *Deliaci* (æris exemplar) *autem Iupiter in Capitolio in Iouis tonantis æde*, cuius meminit Plin. lib. 34. c. 8. *Tonitrus*, Latii vox. Ouid. 1. Triſtium:

*Hoc mihi non ouium fibræ, tonitrúſque ſiniſtri.*

Et Metam. Stat. Theb. 1.

*— Tonitrus agis, & mea fulmina torques.*

Val. Flaccus:

*Terrificique ruunt tonitrus.*

Congruentior fuerit & iſta collocatio verborum:

*Ipſe è Tarpeio ſublimis vertice cuncta*
*Fulmináque, & tonitrus, & nimbos conciet atros*
*Et ventos ſimul, & n. & g. 1.*

Tamen aliter preferunt exemplaria tria, iiſque rei fauere videtur ordo: ſed hunc non infrequenter ſub iugum mittunt Poëtæ.

MEMBRIS INSIBILAT IGNIS] Viuaciter, vt cúm ferrum candens innititur carni pinguiori ſibilo propior, quàm ſtridori ſonus cietur. Id *σίζειν* Homero eſt Odyſſeæ nono, vbi Vlyſſes Polyphemum occæcat:

*Ὡς τοῦ σίζ' ὀφθαλμὸς ἐλαϊνέῳ περὶ μοχλῷ:*
*Sic olea decerpta ſudes inſibilat huius*
*Lumine.*

Vbi Euſtath. *Οἱ δὲ παλαιοί φασι ὅτι ὀνοματοπεποίηται τὸ σίζειν ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ λίπος γινομένου σιγμισμοῦ. Veteres aiunt onomatopeia dici* Sιζειν *à ſibilo in adipe (incenſa) facto.*

MVRMVRAQVE A VENTIS MISCERI.] Tonitrua. Conſimiliter Lucret. lib. 5.

*— magnum percurrunt murmura cælum.*

Item: *Et rapidi fremitus, & murmura magna minarum.*

*Ventus debebis nimirum, hyemíſq; procellis*
*Vnum Roma diem, ſed non te craſtina nobis*
*Lux vnquam eripiet, deſcendat Iuppiter ipſe*
*In terras licet infrendens. dum talia fatur,*
*Ecce ſerenato clarum iubar emicat axe,*
*Purgatúſq. nitet diſcuſſis nubibus æther.*
*Aeneadæ ſenſere Deum, teliſq. repoſtis*

*Summiſſas tendunt alta ad Capitolia dextras,*
*Et feſta cingunt montis penetralia lauro.*
*Tum vultus, modo non paruo ſudore madentes,*
*Nunc lætos Iouis aſpectant. da ſumme deorum,*
*Da pater, vt ſacro Libys inter prælia telo*
*Concidat, haud alia potis eſt occumbere dextra.*
*Sic adeo orantes preſſere ſilentia, poſtquam*
*Abſtulerat terras nigrantibus Heſperus vmbris,*
*Quem ſimul attollens rutilantem lampada Titan*
*Obruit, & vitæ rediit mortalibus vſus.*
*Pœnus adeſt, nec ſe caſtris Oenotria pubes*
*Continet, haud dum enſes ſtricti, mediúmq; iacebat*
*Tantum ad bella loci, quantum tranſmittere iactæ*
*Sufficerent haſtæ, cùm fulgor hebeſcere cæli*
*Per ſubitum cœpit, denſæque ſubire tenebræ,*
*Atque dies fugere, atque armari ad prælia rurſus*
*Iuppiter, incumbunt venti, craſſúsque rotante*
*Auſtro nimborum feruet globus, intonat ipſe*
*Quo tremat, & Rhodope, Taurúsq;, & Pindus, & Atlas.*
*Audiuere lacus Herebi, mersúsq; profundis*
*Agnouit tenebris cæleſtia bella Typhœus.*
*Inuadit Notus, ac piceam cum grandine multa*
*Intorquens nubem, conantem & vana minantem*
*Circumagit, caſtrîsq; ducem ſuccedere cogit.*
*Verùm vbi depoſitis ſepſit ſeſe aggere telis,*
*Læta ſerenati facies aperitur olympi,*
*Nulláque iam mitem credas habuiſſe tonantem*
*Fulmina, nec placido commota tonitrua cælo.*

VENTIS DEBEBIS NIMI.VM, HYEMISQVE PROCELLIS. ] *Hyemem* pro aquarum feruore poſuit & Poëta princeps lib.1.

*Vicit hyems laxis laterum compagibus.*

Claudianus de bello Getico meminit harum tempeſtatum:

*— nec numina ſedem*
*Deſtituunt: iactata procul dicuntur in hoſtem*
*Fulmina, diuinique volant pro mœnibus ignes:*
*Seu cœlum, ſeu Roma tonat.*

Liuius lib.26.

DESCENDAT IVPITER IPSE
IN TERRA LICET INFRENDENS. ] Impiè, θεοστυγῶς. *Cum Deorum odio.* Sic Aiax Oilei Iliad.δ.

*Φῆ ῥ' ἀέκητι Θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης.*

*Inuitis aut ipſe dijs fugiſſe profundum.*

Apud Q. Calabrum longè confidentior lib. 14.

*Φῆ δὲ καὶ εἰ μάλα πάντες ὀλύμπιοι εἰς ἓν ἵκοιντο*

*Χωόμενοι, καὶ πᾶσαν ἀναστήσωσι θάλασσαν*

*Ἐκφυγέειν.*

*Vel ſi cœleſtes cuncti ſimul omnibus iris*

*Conueniant, inquit, tamen effugiam.*

Agamemnone Senecæ:

*— iuuat*

*Viciſſe cœlum, Palladem, fulmen, mare.*

Vide cætera.

Tvm vvltvs modo non parvo svdore madentes. ] Iouis Quid portenduni? Triſtia: nam *ἀνιδίκεινται*:

*Nunc lætos* Iouis *adſpectant.*

Appianus lib. 4. Ciuilium ſignis exitiabilem Triumuiratum præſignificantibus accenſuit: *Τῶν ξοάνων τὰ μὲν ἵδρυ, τὰ δὲ καὶ αἷμα ἵδρου*: *Signorum hæc ſudabant, illa etiam ſanguine.* Item lib. 2. de bello Cæſaris, & Pompeii notat *ἱδρῶσαι ξόανα. Sudaſſe ſtatuas.*

Abstvlerat terras nigrantib. Hespervs alis. ] Varro in Hercule tandem tempeſtatem ponit.

*— tuam fidem*

*Noctu Annibalis cùm fugaui exercitum.*

Nvllaqve iam mitem credas habvisse Tonantem Fvlmina. ] Adſimile Æneid. 1.

*Olli ſubridens hominum ſator, atque Deorum.*

*Vultu, quo cœlum, tempeſtatéſque ſerenat.*

Ante enim Silius dixit:

*Olympum ſerenatum, & axem.*

Dionyſius lib. 9. Antiq. Rom. æquè tempeſtatem variam digeſſit in ſcripta: *Ὁ δὲ Οὐαλέριος ἐπιχείρησε μὲν πολιορκεῖν αὐτῶν τὸ στρατόπεδον, ἐκωλύθη δὲ ὑπὸ δαιμονίου· προϊόντι γὰρ αὐτῷ, καὶ ἤδη ἔργου ἐχομένῳ ζόφος ἐξ οὐρανοῦ γίνεται, καὶ ὄμβρος πολὺς, καὶ ἀστραπαί τε, καὶ βρονταὶ σκληραί· Διασκεδασθείσης δὲ τῆς στρατιᾶς, ὅτι χειμὼν εὐθὺς ἐπαύσατο, καὶ πολλὴ κατεῖχε τὸν τόπον αἰθρία. Exercitum eorum obuallare Valerius aggreſſus, à dæmonio prohibetur: námque procedenti, iámque operi inſtanti, oboriuntur cælo tenebræ, imber multus, fulgetra, duri tonitrus. Sparſo autem exercitu, ſimulac tempeſtas deſiit, etiam ſerenitas magna locum occupauit.*

*Durat, & affirmans non ultra ſpondet in ipſos*
*Venturam crebróque diem, modo patria virtus*
*In dextras redeat, ne Romam excindere Pœni*
*Credant eſſe nefas. vbi nam tunc fulmina tandem*
*Inuicti iacuiſſe Iouis, cum ſterneret enſis*
*Aetolos campos? vbi cùm Tyrrhena natarent*
*Stagna cruore virûm? pugnat pro mœnibus, inquit,*

*Si rector ſuperûm tot iactis fulmine telis,*
*Inter tot motus, cur me contra arma ferentem*
*Afflixiſſe piget? ventis hyemíque fugaces*
*Terga damus, remeet quæſo, mens illa, vigórq;*
*Qua nobis cum pacta patrum cùm fœdera adeſſent*
*Integrare acies placitum: ſic pectora flammat,*
*Donec equûm Titan ſpumantia frena reſoluit,*
*Nec nox compoſuit curas, ſomnúsve frementem*
*Auſus adire virum, & redeunt cum luce furores.*
*Rurſus in arma vocat trepidos, clypeóque tremendum*
*Increpat, atque armis imitatur murmura cæli.*
*Vt verò accepit tantum confidere diuis*
*Auſonios patres, ſummiſſáque Bætis ad oras*
*Auxilia, & noctu progreſſum mœnibus agmen:*
*Sic agitare fremens obſeſſos, otia, iámque*
*Securam Annibalis Romam, violentior inſtat*
*Iámque propinquabat muro, quum Iuppiter ægram*
*Iunonem alloquitur curis, mulcétque monendo.*
*Nulláne Sidonio iuueni, coniúxque ſorórque*
*Chara mihi, non vlla vnquam ſine fine feroci*
*Addes frena viro? fuerit delere Saguntum,*
*Exæquare alpes, imponere vincula ſacro*
*Eridano, fœdare lacus, etiámne parabit*
*Noſtras ille domos, noſtras perrumpere in arces?*
*Siſte virum, nanque (vt cernis) iam flagitat ignes,*
*Et parat accenſis imitari fulmina flammis.*
*His dictis, grates agit, ac turbata per auras*
*Deuolat, & prenſa iuuenis Saturnia dextra,*

VENTVRAM CREBROQVE DIEM. ] Non ſana mens hiſce verbis. Quid ſi legas:

*Ventorum è cælo rabiem?* vel
*Venturam cælo rabiem?*

Modius:

*Venturam crebráque diem.*

PVGNAT PRO MOENIBVS, INQVIT
SI RECTOR SVPERVM TOT IACTIS FVLMINE TELIS
CVR ME CONTRA ARMA FERENTEM AFFLIXISSE PIGET. ] Compar mentis agitatio in Lucretio lib. 6

*Quòd ſi Jupiter, atque alij fulgentia Diui*
*Terrifico quatiunt ſonitu cæleſtia templa,*

*Et*

*Et faciunt igneis, quo quoique eſt cunque voluntas:*
*Cur, quibus incautum ſcelus auerſabile cunque ſt,*
*Non faciunt, ictis flammas vt fulguris halent,*
*Pectore perfixo, documen mortalibus acre?*
*Et potius nullæ ſibi turpis conſcius rei*
*Voluitur in flammis innoxius, inque peditur*
*Turbine cœleſti ſubito correptus & igni?*

SVMMISSAQVE BOTIS AD AVRAS AVXILIA. ] Vide Valer. Maxim. li. 3. cap. 7.

FVLMINA DEXTRA LIBRAVIT. ] Notauit Euſtath. Iouem Τερπικέραυνον dici, quaſi τρεπικέραυνον, hoc eſt κεραυνῷ τρέποντα, qui fulmine vertit in fugam, cum facto opus illi viſum. Adiuuat locus Iliad. 4.

*Α᾿λλὰ Ζεὺς ἔτρεψε παραίσια σήματα φαίνων.*
*Vertebat fauſtiſſima Iupiter omina monſtrans.*

PRENSA IVVENIS SATVRNIA DEXTRA. ] Iam illud patuit ex Æneid. 1.

— *quin aſpera Iuno.*
*Quæ mare nunc, terráſque metu, cœlúmque fatigat*
*Conſilia in melius referet.*

*Quò ruis ô vecors? maioráque bella capeſſis*
*Mortali quàm ferre datur? Iuno inquit, & atram*
*Dimouit nubem, veróque apparuit ore.*
*Non tibi cum Phrygio res, Laurentíve colono,*
*En age (nanque oculis amota nube, parumper*
*Cernere cuncta dabo) ſurgit quà celſus ad auras,*
*Aſpice, montis apex, vocitata Palatia regi*
*Parrhaſio, plena tenet, & reſonante pharetra*
*Intendítque arcum, & pugnas meditatur Apollo.*
*At quà vicinis tollit ſe collibus altæ*
*Molis Auentinus, viden' vt Latonia virgo*
*Accenſas quatiat Phlegethontis gurgite tedas,*
*Exertos auidæ pugnæ nudata lacertos?*
*Parte alia cerne, vt ſæuis gradiuus in armis*
*Impleris dictum proprio de nomine campum.*
*Hinc Ianus mouet arma manu, mouet inde Quirinus*
*Quiſque ſuo de colle deus, ſedenim aſpice, quantum*
*Ægida commoueat nimbos. flammáſque vomentem*
*Iuppiter, & quantis paſcat ferus ignibus iras.*
*Huc vultus flecte, atque aude ſpectare tonantem.*
*Quas hyemes, quantos concuſſo vertice cernis*
*Sub nutu tonitrus? oculis qui fulguret ignis?*

Vuu

*Cede deis tandem, & Titania deſine bella.*
*Sic effata, virum indocilem pacíſque modíſque,*
*Mirantem ſuperum vultus, & flammea membra*
*Abſtrahit, ac pacem terris cæloque reponit.*
*Reſpectans abit, & caſtris auulſa moueri*
*Signa iubet ductor, remeaturúmque minatur.*
*Redditur extemplo flagrantior æthere lampas,*
*Et tremula infuſo reſplendent cærula Phœbo.*
*At procul è muris videre vt ſigna reuelli*
*Aeneadæ, verſúmque ducem, tacita ora viciſſim*
*Oſtentant, nutúque docent quod credere magnô*
*Non audent hærente metu, nec abire volenteis,*
*Sed fraudem inſidiáſque putant, & Punica corda,*
*Ac tacite natis infigunt oſcula matres,*
*Donec procedens oculis ſeſe abſtulit agmen,*
*Suſpectosque dolos demto terrore reſoluit.*

MONTIS APEX VOCITATA PALATIA REGI PARRHASIO. ] Euandro Arcadio. Silius lib. 6.

— *tunc Arcadius (ſic fama) locabat*
*Inter deſertos fundata Palatia dumos.*

Euſtathius in Dionyſium refert Euandrum monitu matris à Deo inſpiratæ relicta Arcadia in Italiam deueniſſe, atque vni è ſeptem montibus *Palatij* nomen fecisse à *Pallante* filio in collis vertice ſepulto: ex eo literis interſitis domos regias a Romanis dici *palatia*. Polybius idem opinatus eſt. Dionyſius Halicarnaſſeus l. 1. Antiq. Rom. non id recipit. Ἐγὼ μέντοι οὔτε τάφον ἐν Ῥώμῃ Πάλλαντος, οὔτε χοάς τινας αὐτῷ ἐπιτελουμένας, οὔτε ἄλλο τῶν τοιουτοτρόπων οὐδὲν ἠδυνάμην ἰδεῖν: *Ego tamen inquit, neque Pallantis tumulum ſpectans* (quãquam non incuriosus) *Romæ, neque libationes noui in eius honorem inſtitutas* (qui demortuis ſolemnis honor) *neque iſtiuſmodi quidquam didiciſſe potui.* Ipſe igitur *Palatij* nomen ab Euandro quidem inuectum cenſet, ſed in memoriam oppidi Palantij, quod Arcadiæ caput, & metropolis, tandémque vna altera ve litera exoleſcente relictam ſuper nominis origine dubitandi occaſionem. A Dionyſio facit Plinius lib. 4. c. 6. *Arcadiæ oppidum Palantium, inquit: vnde Palatium Romæ.* Solinus item c. 12. Quatuor præterea *Palatij* originem legere eſt apud Feſtum ipſa in voce.

PÆANAS MEDITATVR APOLLO. ] Græcorum more μελετᾷ, exercet, id quo in Palatino ipſe Palatinus:

*Scripta, Palatinus quæcunque recepit Apollo.*

ALTÆ MOLIS AVENTINVS, VIDEN' VT LATONIA VIRGO. ] Dianæ templum fuit in Auentino, cuius mõtis alta moles, & lata, Dionyſius l. 11 [illegible] perſpicue [illegible]

καλοῖς ἐστὶ τὸ Ἀ[illegible] πηλίδες [illegible]. Vero Auentinus collis clementer ad[illegible], & sexdecim ſtadium eſt ambitus, qui tum omnifaria materia plenus erat, præſertim laur pulcra, & multa, à qua Lauretum parti montis nomen poſuere Romani: nunc vero Auentinum totum occupant ædificationes. Hi inter cætera viſenda ſtatutum eſt Dianæ templum. Atteſtatur & lib. 11. Dianæ ædem in Auentino. Statuit Seruius autore Sext. Pompeio. Seruorum dies, Feſtus vulgo exiſtimatur Idib. Auguſti, quod eo die Seruius Tullius natus ſerua ædem Dianæ dedicauerit in Auentino. Idem Pompeius in Frag. Farneſiano p. 19.

EXERTOS AVIDÆ PVGNÆ NVDATA LACERTOS. ] Scribe *Aude*, Vel parentheſeos notis: *Aude*, Annibali dicat Iuno, quo illud retundatur:

*— deſcendat Iupiter ipſe*
*In terras licet infrendens.*

Deinde ſic iſta legantur ordinatius:

*— viden, vt Latonia virgo*
*Exertos (aude) pugnæ nudata lacertos*
*Accenſus quatiat.*

Sic inferius:

*— atque aude ſpectare Tonantem.*

RESPECTANS ABIT. ] Annibal ab Roma, ob cuius reditum fanum Deo *Rediculo* ſacrauere Romani. Sex. Pompeius: *Rediculi fanum extra portam Capenam fuit: quia accedens ad vrbem Annibal ex eo loco redierit, quibuſdam perterritus viſis, quem Mirantem Superûm vultus, & flammea membra,* dicit Silius.

*Tum verò paſſim ſacra in Capitolia pergunt,*
*Inque vicem amplexi permixta voce triumphum*
*Tarpeij clamant Iouis, ac delubra decorant.*
*Iámque omneis pandunt portas, ruit vndique lætum*
*Non ſperata petens dudum ſibi gaudia vulgus.*
*Hi ſpectant quo fixa loco tentoria regis*
*Aſtiterint, hi quà celſus de ſede vocatas*
*Affatus fuerit turmas, vbi belliger Aſtur,*
*Atque vbi atrox Garamas, ſæuúsque tetenderit Hanno.*
*Corpora nunc viua ſparguntur gurgitis vnda*
*Nunc amnicolis ſtatuunt altaria nymphis,*
*Tum feſta repetunt luſtratis mœnibus vrbem.*

DELVBRA DECORANT. ] Scribe: *Coronant*, quod in re fauſta conſueuit. Antè paullò Silius:

*Et feſta cingunt montis penetralia lauro*

Cornelius Tacitus Hiſt. lib. 4. *Spatium omne, quod templo dicabatur, euinctum vittis, coronisque.*

Metamorph. 8.

*Templa coronantur, bellatricémque Mineruam*
*Cum Ioue, dyſque vocant.*

HI QVA CELSVS DE SEDE VOCATAS AFFATVS FVERIT TVRMAS. ] Annibal è ſuggeſtu militari. Plutarchus eius conſtruendi modum ordinarium docet, atque extraordinarium: Βήματος δ' οὐκ ὄντος, οὐδὲ τοῦ στρατιωτικοῦ γενέσθαι φθάσαντος (ὃ ποιοῦσιν αὐτοί, τῆς γῆς ἐκτομὰς βαθείας λαμβάνοντες, καὶ κατ' ἀλλήλων συντιθέντες) ὑπὸ τῆς τότε σπουδῆς, καὶ προθυμίας τὰ σάγματα τῶν ὑποζυγίων συμφορήσαντες ὕψος ἐξῆραν. Ἐπὶ δὲ τοῦτο προβὰς ὁ Πομπήιος, ἀπήγγειλεν αὐτοῖς ὅτι Μιθριδάτης τέθνηκε: *Suggeſtus cum non eſſet, ne militaris quidem, quem e ceſpite altius è terra exciſo, & compoſito ſtruunt præ nimio ſtudio, & trepidatione comportatis iumentorum ſarcinis ſublime extulerũt ſuggeſtum, in quem progreſſus Pompeius, ipſis nunciauit exſtinctum Mithridatem.* Libro inſequente de Fuluio Coſ.

— *ſublimis ab alto*
*Suggeſtu.*

Libro 14. ceſpiticiam congeriem ſatis habuit dixiſſe *altum aggerem*, vbi de Marcello victore. Plinius in Panegyrico: *Decora facies Conſulis multa poſt ſecula tribunal viridi ceſpite exſtructum: nec faſcium tantum, ſed pilorum, ſignorúmque honore circumdatum.*

SÆVVSQVE TETENDERIT ANNO. ] Lug. *Ammon.* Ambo in Annibalis exercitu fuere. Prius ego poſtfero: quod *Ammon* non tam prope tetenderit.

NVNC ANIENICOLIS STATVVNT ALTARIA NYMPHIS. ] Nam ad Anienem caſtra metato Annibale Romani ſalutem iis Nymphis acceptam referebant in partem.

TVNC FESTA REPETVNT LVSTRATIS MOENIBVS VRBEM. ] *Feſtam* ſcriptum oportuit, hoc eſt *lætam*: niſi & ipſam præfers vocem; cui correctioni nonnemini viſæ intercedat ipſe Silius lib. 13. de Pane eadem vſus forma:

*Verbera læta mouens feſta per compita cauda.*

Ante hoc libro *Feſta lauro.*

# IN LIB. XIII. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO,

*Claud. Dauſqueij Can. Tor.*

COMMENTARIVS.

*SEGNE iter emenſo, vix dum Tarpeia videri*
*Culmina deſierant, toruos cùm verſus ad vrbem*
*Ductor Agenoreus vultus, remeare parabat.*
*Caſtra locat nulla lædens vbi gramina ripa*
*Turia deducit tenuem ſine nomine riuum,*
*Et tacite Tuſcis inglorius affluit vndis.*
*Hic modo primores ſociûm, modo iuſſa Deorum,*
*Nunc ſeſe increpitat. dic ô cui Lydia cæde*
*Creuerunt ſtagna, & concuſſa eſt Daunia tellus*
*Armorum tonitru, quas exanimatus in oras*
*Signa refers? qui mucro tuum, quæ lancea tandem*
*Intrauit pectus? ſi nunc exiſteret alma*
*Carthago ante oculos turrita celſa figura.*
*Quas abitus miles cauſas illæſe dediſſes?*
*Imbres ô patria, & mixtos cum ſanguine nimbos*
*Et tonitrus fugio, procul hanc expellite gentis*
*Fœmineam Tyriæ labem, niſi luce ſerena*
*Neſcire ac liquida Mauortem agitare ſub æthra.*
*Terror adhuc inerat ſuperûm, ac redolentia in armis*
*Fulmina, & ante oculos irati pugna tonantis.*
*Parendi tamen, & cuicunque incumbere iuſſo*
*Durabat vigor, ac ſenſim diffuſus ad aures,*
*Signa reportandi creſcebat in agmine feruor.*
*Sic vbi perrumpit ſtagnantem calculus vndam,*
*Exiguos format per prima volumina gyros,*
*Mox tremulum vibrans motu gliſcente liquorem*
*Multiplicat crebros ſinuati gurgitis orbes,*
*Donec poſtremo laxatis circulus oris.*

*Contingat geminas patulo curuamine ripas.*
*At contra Agrippa haud paruum decus (inclyta nanq.*
*Semina ab Oenei ductoris ſtirpe trahebat)*

VERSVS AD VRBEM DVCTOR AGENOREVS.] Furoris irreſtincti nota, quam & Liuius ſignauit lib. 30. Iucundum inde Romanis Poëtis Annibalem deliberandum repræſentare. Iuuenalis Sat. 7.

— *dirum caput Annibal implet,*
*Quidquid id eſt, de quo deliberat: an petat Vrbem*
*A Cannis? an poſt nimbos, & fulmina cautus*
*Circumagat madidas a tempeſtate cohortes?*

THVRIA DEDVCIT TENVEM SINE NOMINE RIVVM. Ignobilem riuum. Stephanus Θούριοι πόλις Ἰταλίας, ἡ πρότερον Σύβαρις: *Thurij Italiæ vrbs, olim Sybaris.* Euſtath. in Dion. Θούριοι προσηγορεύθησαν ἀπὸ κρήνης τινὸς ὁμωνύμου: *Thurij appellati ſunt* [qui priùs Sybaritæ] *à cognomine fonte.* Hauſit Euſtathius è Strabonis lib. 6. Diodori lib. 12. iuſſi ſunt vrbem condere, vbi μέλλουσι οἰκεῖν μέτριον ὕδωρ πίνοντες, *Vbi modicam aquam bibituri ſunt incolæ.* Silius *Tenuem.* Hinc per contumeliam Octauium Auguſtum *Thurium* dictitabat Antonius, Sueton. in Auguſto c. 7. Vrbs *Thuria* priùs Sybaris, Strabo, Diod. Euſt. poſtea *Copiæ* a Romanis miſſis colonis, Strabo ſexto libro. Condita Sybaris à Troezeniis, & à Sagari Aiacis Locri filio, Solin. c. 8. Silius æuum ſuum reſpexit, quo colonia Thuria parum potens. Olim aliter. Marcianus Heracleota:

— Θούριοι·
Ἣν καὶ πρότερον μέγιστον Συμβαίνει
Πόλις, μεγάλη, ζάφορα, πλουσία, καλή.
*Fuitque Thurij inter vrbes maximas*
*Laudata quondam, magna, opulenta, perelegans,*
*Grauis inuidis.*

IMBRES Ô PATRIA, ET MISTOS CVM SANGVINE NIMBOS.] Mihi probatur:

— *cum grandine nimbos.*

Annibal metûs, & terroris cauſas eleuat: ſatis autem fuiſſet iuſta, ſi ſimul in Pœnos ex alto fuſus eſſet ſanguis, quod non opinor prætermittendum fuiſſe, ſciſſent modò, Hiſtoricis. Firmátq. illud:

— *ac piceam cum grandine multa*
*Intorquens nubem.*

Sidonius Car. 7.

*Annibalem iuncto cœli, terræque tumultu*
*Reppulimus.*

Silius lib. 3.

— *Nubes*
*Huc atras agit, & miſtos cum grandine nimbos.*

SIC VBI PERRVMPIT STAGNANTEM CALCVLVS VNDAM.] Examuſſim nobis delineat ludum puerilem. Seneca Hercule F.

— *qualis incerta vagus*

*Mæander vnda ludit, & cedit ſibi,*
*Inſtátq; dubius litus, an fontem petat.*

AT CONTRA AGRIPPA HAVT PARVVM DECVS.] Ald. & P.N. *Agrippæ.* Non male.

*Oetolidas inter fuit haud ignobile nomen.*
*Lætus opum, ſed clauda fides, ſeſéque calenti*
*Addiderat Pœno, Latiæ diffiſus habenæ.*
*Is voluens veterum memorata antiqua parentum,*
*Longo miles, ait, quateret cùm Teucria bello*
*Pergama, & ad muros ſtaret ſine ſanguine Mauors,*
*Sollicitis Calchas ( nam ſic fortiſſimus heros*
*Poſcenti ſocero ſæpe inter pocula Dauno,*
*Narrabat memori Diomedes condita mente)*
*Sed Calchas Danais, niſi clauſum è ſedibus arcis*
*Armiſonæ curent ſimulachrum auellere diuæ,*
*Non vnquam affirmat Therapnæis Ilion armis*
*Ceſſurum, aut Ledæ rediturum nomen Amyclas.*
*Quippe Deis viſum, ne cui perrumpere detur*
*Effigies ea quas vnquam poſſederit vrbes.*
*Tum meus adiuncto monſtratam euaſit in arcem*
*Tydides Ithaco, & dextra mòlitus in ipſo*
*Cuſtodes adytu templi, cæleſte reportat*
*Palladium, ac noſtris aperit mala Pergama fatis.*
*Sed poſtquam Oenotriis fundauit finibus vrbem,*
*Aeger delicti, Phrygium placare colendo*
*Numen, & Iliacos parat exorare penates.*
*Ingens iam templum celſa ſurgebat in arce,*
*Laomedonteæ ſedes ingrata Mineruæ.*
*Cùm medios inter ſomnos, altámque quietem,*
*Nec celata Deam, & minitans Tritonia virgo,*
*Non hæc Tydide tantæ pro laudis honore*
*Digna paras, non Garganus, nec Daunia tellus*
*Debentur nobis, quære in Laurentibus aruis,*
*Qui nunc prima locant melioris mœnia Troiæ.*
*Huc intra, captiúmque refer penetrale parentum.*
*Queis trepidus monitis, Saturnia regna capeſſit.*
*Iam Phryx condebat Lauinia Pergama victor,*
*Armáq. Laurenti figebat Troia luco,*
*Verum vbi Tyrrheni peruentum ad fluminis vndas,*

*Caſtráq. Tydides poſuit fulgentia ripa,*
*Priamidæ intremuere metu, tum pignora pacis*
*Prætendens dextra ramum canentis oliuæ*
*Sic orſus Dauni gener, inter murmura Teucrûm:*
*Pone Anchiſiade memores iráſque, metúſque,*
*Quicquid ad Idæos, Xanthum, Simoentáq. nobis*
*Sanguine ſudatum, Scææque ad limina portæ,*
*Haud noſtrum eſt, egere Dei, duræque ſorores.*
*Nunc age quod ſupereſt cur non melioribus æui*
*Ducimus auſpiciis? dextras iungamus inertes.*
*Fœderis en hæc teſtis erit, veniámque precatus*
*Troianam oſtentat trepidis de puppe Mineruam.*
*Hæc auſos Celtas irrumpere mœnia Romæ*
*Corripuit letho, neque tot de millibus vnum*
*Ingentis populi patrias dimiſit ad oras.*

ÆTOLIDAS INTER FVIT AVT IGNOBILE NOMEN.] Error exemplaria hactenus tenuit, vel Heynſii. Eum conſtituit iniquè expenſa quantitas, cui tollendo ſcribendum cenſeo *Oenidas* pro *Aetolidas*: Libri enim habent *Oetolidas* per oe, non contenti errore ſimplici. Aetoli enim Oenidę, liquet ex Il. 2. & 10. Ad Oeneum porro Aetolorum regem redibat origo Agrippæ. Silius:

*Semina ab Oenei ductoris ſtirpe ferebat.*

Gloſſema genuinam lectionem ſuſtulit, ſeruas dominam. Modius coniectabat *Autolidas*. Mecum arbitrentur alii.

THERAPNÆIS ILION ARMIS CESSVRVM.] Homero paſſim Ἴλιος ἱρὴ, Ἴλιος αἰπεινή: *Ilios ſacra, Ilios edita.* Cenſeo nihilominus ἀτρεκῶς illud *Ceſſurum* amplectendum: eſt enim verbum indefinitum neque numeris, neque generibus præſeruiens, ſed liberum vndique, & promiſcuum. Ita loquitur Val. Antias lib. 24. *Si hæ res diuinæ factæ, rectéque perlitatæ eſſent, auſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum.* Ita M. Tullius Q. Quadrigarius, Plautus, Gellium viſe lib. 1. c. 7. Aut neutrum horum: dicitur enim & *Ilion* primo caſu:

*Ilion, & Tenedos, Simoiſq. & Xanthus, & Ida.*

Homero perfrequenter.

QVIPPE DEIS VISVM, NE CVI PERRVMPERE DETVR EFFIGIES EA, QVAS VNQVAM POSSEDERIT VRBES.] Troiam ἀνάλωτον fore, niſi exportato Palladio, fatale fuit. Metam. 13.

*[illegible] rosam prohibebant fata ſine illo.*

De Roma [illegible] promit lib. 1. verſus faticinos:

[illegible], ὦ κτίσαντι Θεοῖς σέβας α[illegible] αἰεὶ
Θει[illegible] καὶ [illegible] τε σέβειν, θυσίαις τε, χοροῖς τε.
Ε[illegible] τάδε [illegible] καὶ [illegible] χεῖρας ἢ
Δ[illegible] [illegible] σοι

Ἔσαι ἀπόρθητον ... ἀεὶ χρόνον ἤματα πάντα.
*Quam non mortalem ſtatues in honore Deorum*
*Vrbem, in ea pones: cuſtode, ſacriſq. chori ſque*
*Tu cole: nam quamdiu fuerint anguſta Mineruæ*
*Dona tibi, tecúmq. habitantibus, vrbs tua ſemper*
*Inuiolata, inuicta, hoſtiq. imperuia ſtabit.*

Hac ex fiducia Silius lib.1. *Palladium* dixit *genitricis pignora Troiæ*, & Liuius lib.26. Calaber lib.10. de Pallade, ſiue Palladio:

Ἥ τ' ἔρυμα πτόλιος πε, καὶ αὐτοῖσι ἔπλετο Τρώων.
*Hæc Troum, hæc vrbis fuerit tutela perennis.*

Conſule D. Auguſtini lib. 3. de Ciuit. c. 18. Seruabatur autem Romanis Palladium in templo Veſtæ. Valer. Max. lib.1.c. 4. *Aedes Veſta arſit, quo incendio Metellus inter ipſos ignes raptum Palladium incolume ſeruauit.*

OENOTRIS FVNDAVIT FINIBVS VRBEM.] Aeneid.11.

*Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis*
*Victor Gargani condebat Iapygis agris.*

Pene continenter *Arpos* nominat, quos à Diomede poſitos Solinus autor eſt c.8. Auſonius Diomedis Epitaphio verſu:

*Argyripam, claróſque viris qui condidit Arpos.*

De Argyripis conſulendus Horat. Sat.5. lib.1.

HVC INTRA, CAPTVMQ. REFER.] Modius:

*Huc vittas, caſtúmq. refer.*

Qua correctione diſtrahimur à recepta, rectáq. lectione. Imperatur ſiquidem Diomedi, ipſemet reportet, qui aſportauerat, *Huc intra*: non reportet ſeruulus triobolaris remotus à culpa. Diſertim Solinus lib.8. *Aeneas à Diomede Palladium ſuſcipit.*

ARMAQVE LAVRENTI FIGEBAT TROÏA LVCO.] Longiſſima erratione tandem finita Aeneas in conditu Lauinii arma Troia figebat, ſiue vexillum, in quo ſcropha aurea: id enim Troianis inſigne. Locupletem in id teſtem cieo Coruinum Meſſalam libello de Auguſti progenie: *Nam poſt exactam militiam, inquit, laboreſq. militiæ mos antiquitus fuit in Deorum templis ſuſpendere arma*: ideo:

*Armáq. fixit Troia.* —

*Troia fuit inter arma templis affixa armorum inſigne, quod nonnulli adſerunt. Troia námque vulgò Italicè, Latinéque ſcropha, vel ſus dicitur. Cui vocabulo licentia ſui alluſit Poëta. Quod animal, quia eius nomen vrbi Troiæ congruebat, aureo vexillo inſigne armorum ſtatuit Autenor abſumta vrbis Troiæ memoria.* Ibibi de Aenea eadem docet, pluráq. Viſe ſis.

RAMVM CANENTIS OLIVÆ.] Græcorum more. Memnon in Hiſtoria vocat θαλλὸς ἱκέτης. Liuius lib. 29. *Decem legati Locrenſium obſiti ſqualore, & ſordibus velamenta ſupplicum, ramos oleæ, vt Græcis mos eſt, porrigentes.* Seruius inſtitutum referi à certamine Neptuni, & Palladis: cùm enim Pallas prolata oliua viciſſet, propterea factum, vt cùm alicui ramus oliuæ offe... melior eſſe iudicetur. Vittas autem idcirco addi ſolere ramo, vt ine... imbecillitas offerentis oſtendatur. Oues enim, ex quarum lana v...

unt, alieno auxilio ſemper egent. Virgil. lib. 11. Dionyſius, alii paſſim occurrunt ritus huiuſce fidi teſtes.

DEXTRAS IVNGAMVS INERTES.] Mens Diomedis: Dextras ab armis, & prœlio feriatas teneamus, pax eſto. Vel, *Inertes*, obliuiſcantur dexteræ virtutis bellicæ. Sic lib. 12. de Annibale quantumuis armato loquitur Silius.

*— numerabat inertes,*
*Atque actos ſine Marte dies.*

Per eos dies non fuerat continenter *inermis* Annibal; ſed *iners*, ſed ſine pugna. Sic lib. 7. de ferro cuiuſdam cadaueris, cui iam quieſcenti, & immoto fortè fortuna Bibulus inciderat:

*— Vt inerti cuſpide fuſus*
*Occideret.*

Melioris ergo pacis index inertia, quam exarmatum eſſe. Nimis compar id Liuii lib. 23. *Ferrúmne hebet? an dextra torpent?* hoc eſt, *Inertes* ſunt, non *inermes*, quæ ferrum tenebant. Virgilius in eandem ſententiam:

*Quò ferrum? quidue hæc geritis tela irrita dextris?*

Seneca in idem verbum conſpirat Agamen. *Aliena inerti tela mitti dextera?* Vbi mens velat alia. Eſtque omnino maius quiddam in fœdera coire *inertes*, quàm *inermes*: nam armatæ dextræ iungi poſſunt, & *inertes* eſſe. Heynſius *Inermes* repoſuit. ignauiter. Si illud Aen. 11. prouidiſſet:

*Oremus pacem, & dextras iungamus inermes,*

cor illi hiſtrioniam feciſſet. At neque ſiquid Maroni placitum, Silio reprehenſum eſt: ſatis Silio fuit παρῳδῆσαι, mollíque flexu vix in præceptoris veſtigia pedem poſuiſſe.

*His fractus ductor conuelli ſigna maniplis*
*Optato lætis abitu iubet. itur in agros*
*Diues vbi ante omnes colitur Feronia luco,*
*Et ſacer humectat fluuiália rura Capenas.*
*Fama eſt, intactas longæui ab origine Fauni*
*Creuiſſe in medium, congeſtis vndiq. donis,*
*Immenſum per tempus opes, luſtríſque relictum*
*Innumeris aurum, ſolo ſeruante pauore.*
*Hæc auidas mentes, & barbara corda rapina*
*Polluit, atque armat contemptu pectora diuûm.*
*Auia tunc longinqua placent, quæ ſulcat aratro*
*Ad freta porrectis Trinacria Bruttius aruis.*
*Dum Libys haud lætus Rhegina ad littora tendit,*
*Victor ſummoto patriis à finibus hoſte*
*Fuluius infauſtam Campana ad mœnia clauſis*
*Portabat famam, miſeríſque extrema mouebat.*
*Tum prenſans paſſim cuicunq. eſt nomen in armis,*

*Dedecus hoc defende manu: cur perfida & vrbi*
*Altera Cartago noſtræ, poſt fœdera rupta,*
*Et miſſum ad portas Pœnum, poſt iura petita*
*Conſulis alterni, ſtat adhuc? & turribus altis*
*Annibalem, ac Libycas expectat lenta cohortes?*
*Miſcebat dictis facta, & nunc robore celſas*
*Educi turres, queis vinceret ardua muri*
*Cogebar, nunc coniunctas adſtringere nodis*
*Inſtabat, ferróque trabes, quo frangeret altos*
*Portarum poſtes, quaterétque morantia clauſtra.*
*Hic latera intextus ſtellatis axibus agger,*
*Hic grauida armato ſurgebat vinea dorſo.*

Convelli signa maniplis Edicit.] Imperio militari, & ſolemni. Cicero lib. 1. de Diuin. *Signa conuelli, & ſe ſequi iuſſit.* Liuius lib. 22. de Flaminio Coſ. *Hæc ſimul increpans, cùm ocyus ſigna conuelli iuberet.* Miretur quis non iniuria Annibalem numinis ſpretorem, hoc de Palladio narratu audito *conuelli ſigna maniplis edixiſſe?* Verùm & Palladii [cuiuſquemodi fuerit.] ſumma fuit apud Cartaginienſes, & Afros religio. Herodot. lib. 5. Σεβόνται αὐτὸ ὑπερφυῶς Καρχηδόνιοί τε, καὶ τῶν κατὰ τὴν Λιβύην ἀνθρώπων: φασὶ δὲ αὐτὸ Διδὼ τὴν Φοίνισσαν ἱδρύσασθαι, ὅτε δὴ τὴν ἀρχαίαν Καρχηδόνα πόλιν ἔκτισε, βύρσαν κατατεμοῦσαν. Λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίαν καλοῦσι· Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχην ὀνομάζουσι, Σελήνην εἶναι θέλοντες: *Immane quantum Cartaginienſes, atque Afri Palladium venerentur. Didonem autem Phœniſſam genere illud ſtatuiſſe aiunt, cùm ſciſſo corio veterem condidit Cartaginem. Palladium Afri Vraniam vocitant, Phœnices Aſtroarchen [aſtrorum Imperatricem] Lunam eſſe rati.*

Colitvr Feronia lvco.] Aeneid. 7.

— *viridi gaudens Feronia luco.*

Liuius lib. 26. *Inde ad lucum Feroniæ* [Annibal] *pergit ire, templum ea tempeſtate inclytum diuitiis.* An Vet. Inſc. FERONIÆ ARÆ QVINQVE hoc in templo?

Longævi ab origine Favni.] Modius *Fani*: quia Fauno nihil cum Feronia commune.

Congestis vndiqve domis.] Liuius: *Capenates aliqui accolæ eius erant primitias frugum eò, donáque alia pro copia portantes, multo auro, argentóque id exornatum habebant.*

Avrvm solo servante pavore.] Religione. Similis olim δεισιδαιμονία Celtas inceſſit, qui etſi ab ingenio auri cupidiſſimi, auro argentóque paſſim in templis Deorum poſito manus abſtinuere quàm caſtiſſimè. Notauit Diodorus lib. 5. Ἴδιον δέ τι συμβαίνει, καὶ παράδοξον παρὰ τοῖς ἄνω Κελτοῖς περὶ τὰ τεμένη τῶν Θεῶν γινόμενον, ἐν γὰρ τοῖς ἱεροῖς, καὶ τεμένεσιν ἐπὶ τῆς χώρας ἀνειμένοις ἔρριπται πολὺς χρυσὸς ἀνατεθειμένος τοῖς Θεοῖς· Καὶ τῶν ἐγχωρίων μηδεὶς ἅπτεται τούτου διὰ τὴν δεισιδαιμονίαν. καίπερ ὄντων τῶν Κελτῶν φιλαργύρων καθ' ὑπερβολήν: Proprium

*quiddam, ac paradoxum apud Tranſalpinos Celtas circa Deorum lucos eſt. Nam in templis, luciſque regionis illius auri multum ſparſim abiectum eſt Dijs conſecratum. Neque incolarum vllus, quamuis Celtæ argenti ſint ad inſaniam cupidi, id tangit, vetante religione.* Ab ea religione Horatius dixit lib. 2. Sat. 3. in auatum:

> *— qui nummos, aurúmq. recondit neſcius vti*
> *Compoſitis, metuénſque velut contingere ſacrum.*

Tantundem lib. 1. Sat. 1.

MISERIQ. EXTREMA MOVEBAT.] *Miſeris* repono.

ROBORE CELSAS EDVCI TVRRES, QVIS VINCERET ARDVA MVRI.] Tam altas ædificare turres fuit artis mechanicæ decus. Vegetius libr. 4. c. 17. de turrib: *Proceritas autem ipſarum tanta ſit, vt non ſolùm muros, ſed etiam turres lapideas altitudine ſuperent.* Liuius lib. 21. *Turris mobilis omnia munimenta vrbis altitudine ſuperans agebatur.*

NVNC CONIVNCTAS ADSTRINGERE NODIS
INSTABAT, FERROQ. TRABES, QVO FRANGERET ALTOS
PORTARVM POSTES.] Arietis compoſitio, de quo ſunt & illa Claudiani li. 4. de Conſ. Honorii:

> *Saxa rotet praceps aries*, &c.

HIC LATERA INTEXTVS STELLATIS AXIBVS AGGER.] *Stellatis*, radiatis. Rotis enim prouehebatur agger mobilis; vt in librum nonum docuimus, vbi Modius ſcribi volebat:

> *— ceu mobilis agger*
> *Nutat.* —

Alii aliter: ſed vt *ſtellas* in aggere pingas, aut ex arte pangas, *ſtellati axes* non erunt aliud, quàm *rotæ*. Et verò quia *rotæ* erant, ratio eſt, cur non in fronte, aut tergo; ſed lateribus adnectantur *Stellati axes*.

HIC GRAVIDA ARMATO SVRGEBAT VINEA DORSO.] Claudianus ſuprà:

> *— prætectáq. portas*
> *Teſtudo feriat.*

*Prætecta* armata dorſo, quod corio integebant, ſolo, & arena, quę igni ſunt inimica, ſuperiectis. Lucanus lib. 3.

> *Tunc adoperta leui procedit vinea terra.*

*Grauida*, plena virorum bellantium, qui ſubibant, & ſupportabant: Lucanus:

> *Sub cuius pluteis, & tecta fronte latentes*
> *Moliri nunc ima parant, & vetere ferro*
> *Mœnia.*

*Ac poſtquam properata ſatis, quæ commonet vſus,*
*Dat ſignum, atque alacer ſcalis tranſcendere muros*
*Imperat, ac ſæuis vrbem terroribus implet,*
*Cum ſubito dextrum effulſit conatibus omen.*

*Cerua fuit raro terris ſpectata colore,*
*Quæ candore niuem, candore anteiret olores.*
*Hanc agreſte Capys donum, cùm mœnia ſulco*
*Signaret, grato paruæ mollitus amore*
*Nutrierat, ſensuſq; hominis donarat alendo.*
*Inde exuta feram, docilisq; accedere menſis,*
*Atque vltro blanda attactu gaudebat herili.*
*Aurato matres aſſuetæ pectine mitem*
*Comere, & humenti fluuio renouare colorem.*
*Numen erat iam cerua loci, famulámque Dianæ*
*Credebant, ac thura Deum de more dabantur,*
*Hæc æui, vitaque tenax, felíxque ſenectam*
*Mille indefeſſos viridem duxiſſe per annos,*
*Seclorum numero, Troianis condita tecta*
*Aequabat, ſed iam longo mors venerat æuo.*
*Nam ſubito incurſu ſæuorum agitata luporum,*
*Qui noctis tenebris vrbem (miſerabile bello*
*Prodigium) intrarant, primos ad luminis ortus*
*Extulerat ſeſe portis, pauidáque petebat*
*Conſternata fuga poſitos ad mœnia campos.*
*Exceptam læto iuuenum certamine ductor*
*Mactat diua tibi, tibi enim hæc gratiſſima ſacra,*
*Fuluius, atque adſis orat Latonia cœptis.*
*Inde alacer, fidénsq; Dea, circumdata clauſis*
*Arma mouet, quáque obliquo curuantur in orbem*
*Mœnia flexa ſinu ſpiſſa vallata corona*
*Alligat, & telis in morem indaginis ambit.*

CVM SVBITO DEXTRVM. ] Malim: *Tum ſubitò d.*

MOENIA SVLCO SIGNARET. ] Aratri circumductu orbis ſulcabatur in vrbis ambitum de more, quem tangit M. Tullius in Antonium: *Caſilinum coloniam deduxiſti, vt vexillum tolleres, & aratrum circumduceres, cuius quidem vomere portam Capuæ pene perſtrinxiſti.*. Quorſum plures ſulci. Malè capit Heynſius illud Nonni:

> Αὐλακας ἐτμήγοντο, πολυχιδέων ἢ κελδίδων
> Ἕδρανα.

quia referendum ad viarum, domorúmque circumſcriptiones: ſiquidem vrbium conditores pro ſuo iure domos quoque deſignabant, ex quo Æneid. 3. Æneas ait:

> *Iura, domóſque dabam.*

Idem è Strabonis li 17. doceri poteſt, vbi in Alexandriæ [illegible] gypſo deficiente pultibus ciuitatis viæ deſinatæ ſunt auctiore numero: Καὶ αἱ ὁδοὶ

κατατμήθησαν εἰς πλείους, *Via in plures ſciſſæ ſunt.* Ab eo verò ſulco eſt *Vrbis* appellatio. Varro lib. 4. de L. L. *Opida, quæ prius erant circumducta aratro, ab orbe, & vrbo vrbes.* Obſeruo præterea bobus candidis mare, & fœmina ductum aratrum. Ouid. Faſt. 4. de Romæ conditu:

*Inde premens ſtiuam deſignat mœnia ſulco,*
*Alba iugum niueo cum boue vacca tulit.*

NVMERAT IAM CERVA LOCI. ] Vt altera Sertorii, cùm *ab ea ſe quænam aut agenda, aut vitanda eſſent prædicabat admoneri.* Valer. Maxim. lib. 1. c. 2. de ſimulata Relig.

• LVPORVM. VRBEM. MISERABILE BELLO PRODIGIVM. ] In funeſto triumuiratu idem prodigium: Λύκοι τὴν ἀγορὰν διέθεον οὐχ ὅτι χωρεάζον ἐν πόλει ζῷον: *Forum lupi, cùm id animantis nullum eſſet in vrbe, percurſabant,* Appianus Ciuilium lib. 4. Luporum erratio viſa, *pedeſtre auſpicium* vocabatur. Sex. Pompeius: *Pedeſtria auſpicia nominabantur, quæ dabantur à vulpe, lupo, ſerpente, equo, cæteriſque animalib. quadrupedib.*

*Dum pauitant, ſpumantis equi fera corda fatigans*
*Euehitur porta ſublimis Taurea criſtis*
*Bellator, cui Sidonius ſuperare lacerto*
*Ductor, & Autololas dedit, & Mauruſia tela.*
*Is trepido altiuum tinnitu ſtare neganti*
*Imperitans violenter equo, poſtquam auribus hoſtis*
*Vicinum ſeſe videt, ac clamore propinquo*
*Claudius, huic inquit (præſtabat Claudius arte*
*Bellandi, & merita mille inter prælia fama)*
*Huic inquit ſolum, ſi qua eſt fiducia dextræ,*
*Det ſeſe campo, atque ineat certamina mecum.*
*Vna mora Aeneadæ, poſtquam vox attigit aures,*
*Dum daret auſpicium, vſque in certamina ductor.*
*Praeuetitum capiti pœna committere Martem*
*Sponte viris, erumpit ouans, vt Fuluius arma*
*Imperio ſoluit, patulúmque inuectus in æquor*
*Erigit vndantem glomerato puluere nubem.*
*Indignatus opem amenti, ſocióq; iuuare*
*Expulſum nodo iaculum, atque arceſſere vires,*
*Taurea vibrabat nudis conatibus haſtam,*
*Inde ruens ira telum contorquet in auras*
*At non idem animus Rutulo, ſpectatur, & omni*
*Corpore perluſtrat, quà ſit certiſſima ferro*
*In vulnus via, nunc vibrat, nunc comprimit haſtam*
*Mentitúrque minas, mediam nunc tranſigit ictu*
*Parmam, ſed grato fraudata eſt ſanguine cuſpis.*

*Tum ſtrictum propere vagina detegit enſem.*
*Et iam ferrata rapiebat calce volantem*
*Taurea cornipedem, fugiens minantia fata.*
*Nec Rutulus leuior cedentis perdere terga.*
*Nam profugo rapidus fuſis inſtabat habenis.*
*Vtque metus victum: ſic ira & gloria portis*
*Victorem immiſit, meritíque cupido cruoris.*
*Ac dum vix oculis, vix credunt mentibus hoſtem*
*Confiſum nullo comitante irrumpere tectis,*
*Per mediam propere trepidantum interritus vrbem*
*Egit equum, aduersáq; euaſit ad agmina porta.*

IS TREPIDO ALITVVM TINNITV STARE NEGANTI. ] Putes ex hac lectione Poëtam crepiraculis Lunam cœlo deuocare, aut apium examina reducere. Erigere Sili ope mea.

*Is trepido, ac lituûm tinnitu ſtare neganti.* vel,
*Is trepido alipedi, ac hinnitu ſtare neganti:*

vti Æn. 7. *Inſtratos oſtro alipedes* legimus. *Hinnitus* enim conciti iam equi ſignum. *Trepido*, propero, atque inquieti, non pauenti. Horat. li. 1. Epiſt. 10. de aqua profluente:

*Quàm quæ per pronum trepidat cum murmure riuum.*

Lib. 4. Oda 11.

*Sordidum flammæ trepidant rotantes*
*Vertice fumum.*

AC CLAMORE PROPINQVO. ] *Ac* valet confeſtim, properè. Præmonui.

PRÆVETITVM CAPITI POENA COMMITTERE MARTEM SPONTE VIRIS. ] Ita quidem libri. Modius:

*Præuetitum námque, & capital.*

Ego leuicula acceſſione ſibilæ literæ:

*Præuetitum capitis pœna.*

Edictum hoc vel morte filii ſanxit Manlius. Scipio milites exuit præda, & Lochagos tres ſortitò ſummo ſupplicio mactauit, quòd receptui canentem non audiſſent, dum oppugnatio Locha ferueret maximè, Appianus Carchedoniis. Alia notat Alex. ab Alexandro lib. 1. cap. 20. Ἀλλὰ Χρυσοῦντας μὲν παίειν μέλλων τὸν πολέμιον, ἐπειδὴ τῆς σάλπιγγος ἤκουσεν ἀνακαλούσης, ἐπέσχεν, inquit Arrianus li. 2. c. 6. Miriſſima res!

DVM DARET AVSPICIVM, IVSQVE IN CERTAMINA DVCTOR. ] Emendatio eſt à Modio: præfuerat *Vſque*. Felicior ſanè Carrionis emendatione reponentis: *Suus in certamina.*

INDIGNATVS OPEM AMENTI. ] Non obſcuro virtutis argumento. Haſta quidem amentata formidabilis, ſed amento: altera vim totam à iaculatore mutuat. Quam Cicero *Amentatam*, Ennius *Anſatam* dixit Annali 5.

— *anſatas mittunt è turribus haſtas.*

*Amentum nodum* ſolet appellare Silius Lib. 1.

*Hinc impulſa leui torquetur lancea nodo.*

Lib. 4.

*Tum nodo, curſúque leui ſimul adiuuat haſtam.*

Veliribus tribuit amentatas in Bruto Tullius. Feſtus: *Amenta, quibus, vt mitti poßint, vinciuntur iacula, ſiue ſolearum lora: ex Græco, quod eſt ἄμματα, ſic appellata, vel quia aptantes ea ad mentum trahunt.* Apollonii Scholia in lib. 2. vocant ἀγκύλην [amentum] τὴν δ' αἰγὶν δέρματος [illegible]. Polyb. Ecl. 37. *Μεσάγκυλον iaculum amentatum.*

CEDENTIS PERDERE TERGA. ] Hoc vnum tam licenti curſu totus affectabat Claudius. Modio potius ſedit *Prendere*. quod non concoquo, cùm de vita, non duntaxat de gloria certamen cernitur. Silius:

— *ſic ira, & gloria portis*
*Victorem immiſit, meritique cupido cruoris*

*Hinc ardore pari, niſúq; incurrere muris*
*Igneſcunt animi, penetratáq; tecta ſubire.*
*Tela ſimul, flammæq; micant, tunc ſaxeus imber*
*Ingruit, & ſummis aſcendunt turribus haſtæ.*
*Nec pronum, audendi virtutem excellere cuiquam,*
*Aequarunt iræ dextras, Dictæa per auras*
*Tranat, & in medium perlabitur vrbis arundo.*
*Lætatur non hortandi, non plura monendi*
*Fuluius eſſe locum, rapiunt ſibi quiſque laborem.*
*Quos vbi tam erectos animi videt, & ſupereſſe*
*Fortunam ſibi quenque ducem, ruit impete vaſto*
*Ad portam, magnæque optat diſcrimina famæ,*
*Tres clauſtra æquæuo ſeruabant corpore fratres,*
*Queis delecta manus, centeni cuique ferebant*
*Excubias, vnaque locum ſtatione tenebant.*
*Forma ex his Numitor, curſu plantáq; volucri*
*Præſtabat Laurens, membrorum mole Laburnus.*
*Sed non vna viris tela: hic mirabilis arcu,*
*Ille haſtam quatere, ac medicatæ cuſpidis ictu*
*Prælia moliri, & nudo non credere ferro,*
*Tertius aptabat flammis ac ſulfure tedas.*
*Q[illegible] Atlantiaco [illegible] mor[illegible]ur [illegible]ictore quondam*
*[illegible] G[illegible] immane tricorporis iræ.*
*[illegible] vtra varia arma gerebant.*
*[illegible], aſt altera pone ſagittas*
*[illegible]bat, validam torquebat tertia cornum,*

Atque

*Atque vno diuerſa dabat tria vulnera niſu.*
*Hos vbi non æquis variantes prælia Conſul*
*Conſpexit telis, & portæ limina circum*
*Stragem, & perfuſos ſubeuntum ſanguine poſtes,*
*Concitat intortam furiatis viribus haſtam.*
*Lethum triſte ferens auras ſecat Itala taxus,*
*Et quà nudarat, dum fundit ſpicula ab alto*
*Arcum protendens Numitor latus, ilia tranſit.*
*At non obſepto contentus limine Martem*
*Exercere leuis bello, ſed turbidus auſi*
*Virius incauto feruore eruperat amens*
*Recluſa in campum porta, miſerámque furori*
*Vincentum obtulerat pubem, ruit obuia in arma*
*Scipio, & oblatum metit inſatiabilis agmen.*
*Tifata vmbrifero generatum monte Calenum*
*Nutrierant audere trucem, nec corpore magno*
*Mens erat inferior, ſubſidere ſæpe leonem,*
*Nudus inire caput pugnas, certare iuuenco,*
*Atque obliqua trucis deducere cornua tauri*
*Aſſuerat, crudóque olim ſe attollere fato.*
*Is, dum præcipites expellit Virius vrbe,*
*Seu ſpreto, ſeu ne fieret mora, nudus in æquor*
*Thorace exierat, leuiórq; premebat anhelos*
*Pondere loricæ, & palantes victor agebat.*
*Iámque Veliternum media tranſegerat aluo,*
*Iam ſolitum æquali ludo committere equeſtreis*
*Scipiadæ pugnas, Marium tellure reuulſo*
*Perculerat ſaxo, miſer implorabat amicum*
*Cum gemitu exſpirans, ſcopulúſq; premebat hiantem,*
*Sed validas ſæuo vires duplicante dolore,*
*Effundit lacrymas pariter, cornúmque ſonantem*
*Scipio, ſolamen properans optabile in armis*
*Hoſtem proſtrato morientem oſtendere amico.*
*Tranauit, liquidas volucris ceu ſcinderet auras,*
*Haſta viri pectus, ruptíq; immania membra.*
*Quanta eſt vis agili per cærula ſumma liburnæ,*
*Quæ, pariter quoties reuocatæ ad pectora tonſæ*
*Percuſſere fretum, ventis fugit ocyor, & ſe*
*Quam longa eſt vno remorum præterit ictu.*

*Aſcanium Voleſus proiectis ocyus armis,*
*Quo leuior peteret muros, per aperta volantem*
*Aſſequitur planta, deiectum protinus enſe*
*Ante pedes domini iacuit caput, ipſe ſecutus*
*Corruit vlterior procurſus impete truncus.*

NEC PRONVM, AVDENDI VIRTVTEM EXCELLERE CVIQVAM. ] Emendatiùs inducta interpunctione, literáque tripede:

*Nec pronum audendi virtute excellere cuiquam.*

SVPERESSE FORTVNA SIBI QVEMQVE DVCEM. ] Ita codex à Gryphio caſu ſexto. Nonnulli *Fortunam* improbè.

MEDICATÆ CVSPIDIS ICTV. ] Venenatæ. Dictione Græcorum, quibus φάρμακον & φαρμάσσειν voces ſunt ambiguæ virtutis.

SVBSIDERE SÆPE LEONEM. ] De Hadriano Spartianus: *Frequentiſſimè leonem manu ſua occidit.*

NVDVS INIRE CAPVT. ] Tacitus de Corbulone: *Capite intecto, cùm alij gelu examinati.* Vide lib. 1. vbi de Annibale.

*Nec ſpes obſeſſis vltra reſerata tueri*
*Mœnia, conuertunt greſſus, recipíque petentes*
*Infandum excludunt ſocios, tum cardine verſo*
*Obnixi torquent obices munimina feræ.*
*Acrius hoc inſtant Itali, clauſósq; fatigant.*
*Et ni cæca ſinu terras nox conderet atro,*
*Perfractæ rabido patuiſſent milite portæ.*
*Sed non in requiem pariter ceſſere tenebræ.*
*Hinc ſopor impauidus, qualem victoria nouit.*
*At Capua, aut mæſtis vlulantum flebile matrum*
*Queſtibus, aut gemitu trepidantum exterrita patrum*
*Tormentis finem, metámque laboribus orat.*
*Muſſat perfidiæ ductórque capútque ſenatus*
*Virius, à Pœno nullam docet eſſe ſalutem*
*Vociferans, pulſis viuendi è pectore curis,*
*Speraui ſceptra Auſoniæ, pepigíq; ſub armis*
*Si dexter Pœnis Deus, & fortuna fuiſſet,*
*Vt Capuam Iliaci migrarent regna Quirini,*
*Qui quaterent muros, Tarpeiáque mœnia miſſi,*
*Hoc mihi poſcendi vigor affuit, alter vt æquus*
*Portaret faſces noſtro de nomine Conſul.*
*Hactenus eſt vixiſſe ſatis dum copia noctis*
*Cui cordi comes, æterna eſt Acherontis ad vndam*

*Libertas, petat ille meas, menſáſq; dapéſque,*
*Et victus mentem fuſo per membra Lyæo*
*Sopitóque necis morſu, medicamina cladis*
*Hauriat, & placidis exarmet fata venenis.*
*Hæc ait, & turba repetit comitante penates.*
*Aedibus in medijs conſurgens ilice multa*
*Extruitur rogus, hoſpitium commune peremptis.*
*Nec vulgum ceſſat furiare dolórque pauórque,*
*Nunc menti feræ Decius redit, & bona virtus*
*Exilio punita truci, deſpectat ab alto*
*Sacra Fides, agitátque virûm fallacia corda.*
*Vox occulta ſubit paßim diffuſa per aures.*
*Fœdera mortales ne ſæuo rumpite ferro,*
*Sed caſtam ſeruate fidem, fulgentibus oſtro*
*Hæc potior regnis. dubio qui frangere rerum*
*Gaudebit pacta, ac tenues ſpes linquet amici,*
*Non illi domus, aut coniux, aut vita manebit*
*Vnquàm expers luctus, lacrymæq;, aget æquore ſemper*
*Ac tellure premens, aget ægrum nocte diéque*
*Deſpecta ac violata fides. adit omnia iámque*
*Concilia, ac menſas contingit, & abdita nube,*
*Accumbítque toris, epulatúrque improba Erinnys*
*Ipſa etiam ſtygio ſpumantia pocula tabo*
*Porrigit, & large pœnas lethúmque miniſtrat.*
*Virius interea dum dat penetrare medullas*
*Exitio, aſcendítque pyram, atque amplexibus hæret.*
*Iungere tum fata, & ſubijci iubet ocyus ignes.*
*Stringebant tenebræ metas, victórque ruebat.*
*Iámque ſuper ſtantem muro, ſociósque Milonem*
*Voce attollentem, pubes Campana videbat,*
*Pandunt attoniti portas, trepidóque capeſſunt*
*Caſtra inimica gradu, queis letho auertere pœnas*
*Defuerant animi. patet vrbs confeſſa furorem,*
*Et reſerat Tyrio maculatas hoſpite ſedes.*
*Matronæ puerique ruunt, mæſtúmque Senatus*
*Concilium, nullíque hominum lacrymabile vulgus.*

OBNIXI TORQVENT OBICES MVNIMINA SERA. ] Æneid. 3.
*Obnixi torquent ſpumas.*
Sera, rectum eſt, non ſeræ claudicante verſu. Ouidius:

*Mille domos clauſere fera.*

Paſſim Refero, & Obſero ſecundis correptis ſyll. bis.

ALTER VT ÆQVVS

PORTARET FASCES NOSTRO DE NOMINE CONSVL. ] Pertinet hoc ad æquabilitatem imperii. Nihil neceſſe cum Modio ſcribi *aquos faſces, Æquus* enim *Conſul* eſt ſocio non impar.

EXSTRVITVR ROGVS HOSPITIVM COMMVNE PEREMTIS. ] Malit Heynſius *Auſpicium*. Quid quęſo eſt *Rogum peremtis auſpicium exſtrui?* Conuenientiſſima vox hominibus ferocia hoſtium excluſis vrbe, ac per deſperationem animi domo, quib. diuerticulum, ſeu *hoſpitium*, ſeu *rogus*. Et conuenientiſſima conuenientior, quia quoduis poſt vitam receptaculum *hoſpitium* dici poteſt, vt apud Ennium *Portus* ſepulcrum, & apud Ciceronem li. 14 ad Atticum epiſt. 21. Mors *portus*. Ipſe Silius libro tertio:

— *tarda ſenectam*
*Hoſpitia excipiant cæli.*

D. Cyprianus lib. de Diſc. & Hab. Virg. *Sed cùm habitationes multas apud Patrem ſuum dicat, melioris habitaculi hoſpitia demonſtrat.* Simili voce Prudentius Hamartigenia:

— *poſt diuerſoria carnis*
*Ore renarrantem querulo, quos paſſa labores.*

Eadem pulcerrimè vſus eſt Antiphanes:

Οὐ γὰρ τεθνᾶσιν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν,
Ἣν πᾶσιν ἐλθεῖν ἐστ' ἀναγκαίως ἔχον
Προεληλύθασιν· εἶτα καὶ ἡμεῖς ὕστερον
Εἰς ταὐτὸ καταγώγιον ἥξομεν.

*Hoſpitium?* &, ſi volenti erit, eſſe potes. Vide mî verba Leonidę primo Tuſculanarum.

NVLLIQVE HOMINVM LAGRYMABILE VVLGVS. ] Malim *Illacrimabile vulgus*, Senatui, & ſummatib. quibuſque innocentius, minúſque perfidum: cur igitur aliena culpa in perfidiæ pœnas prolapſo lacrymas inuideã? Dico eapropter *nulli* fuiſſe *illacrymabile vulgus*. Vel:

— *multiſque hominum lacrymabile vulgus.*

*Stabant innixi pilis exercitus omnes:*
*Spectabántq; viros, & læta & triſtia ferre*
*Indociles, nunc propexis in pectora barbis*
*Verrere humum, nunc fœdantes in puluere crinem*
*Canentem, & turpi lacryma, precibúsq; pudendis*
*Fœmineum tenues vlulatum fundere in auras.*
*Atque ea dum miles miratur, inertia facta,*
*Expectátque ferox ſternendi mœnia ſignum,*
*Ecce repens tacito percurrit pectora ſenſu*
*Religio, & ſæuas componit numine mentes.*
*Ne flammam tedáſque velint, ne templa ſub vno*
*In cinerem tranſiſſe rogo, ſubit intima corda*

*Perlabens ſenſim mitis Deus: ille ſuperbæ*
*Fundamenta Capyn poſuiſſe antiquitus vrbi,*
*Non cuiquam viſus paſsim monet, ille refuſis*
*In ſpatium immenſum campis habitanda relinqui*
*Vtile tecta docet, paulatim atrocibus iræ*
*Langueſcunt animis, & vis mollita ſeneſcit.*
*Pan Ioue miſſus erat ſeruari tecta volente*
*Troia, pendenti ſimilis Pan ſemper, & vno*
*Vix vlla inſcribens terræ veſtigia cornu.*
*Dextera laſciuit caſa Tegeatide capra*
*Verbera læta mouens feſta per compita cauda.*
*Cingit acuta comas, & opaca tempora pinus,*
*Ac parua erumpunt rubicunda cornua fronte,*
*Stant aures, ſummóq. cadit barba hiſpida mento.*
*Paſtorale Deo baculum, pellíſque ſiniſtrum*
*Velat grata latus, teneræ de corpore damæ.*
*Nulla in præruptum tam prona, & inhoſpita cautes*
*In qua non librans corpus, ſimilíſq. volanti*
*Cornipedem tulerit præciſa per auia plantam.*
*Interdum inflexus, medio naſcentia tergo*
*Reſpicit arridens hirtæ ludibria caudæ.*
*Obtendénſque manum, ſolem inferueſcere fronti*
*Arcet, & vmbrato perluſtrat paſcua viſu.*
*Hic, poſtquam mandata Dei perfecta, malámq.*
*Sedauit rabiem, & permulſit corda furentum,*
*Arcadiæ volucris ſaltus, & amata reuiſit*
*Mænala, vbi argutus longe de vertice ſacro*
*Dulce ſonat calamis, ducit ſtabula omnia cantu.*
*At legio Auſonidum flammas ductore iubente*
*Arceri portis, ſtantéſque relinquere muros,*
*(Mite decus mentis) condunt enſéſq. facéſq.*

STABANT INNIXI PILIS EXERCITVS OMNES.] Verborum pondere mirificè exprimitur Romanorum ſtatio. Euſtathius ſic de quodam Homeri carmine arbitratur: Τῷ στασίμῳ τοῦ μέτρου ἐξομοιούμενος τῇ στάσει τῶν στάντων.

NVNC PROPEXIS IN PECTORA BARBIS VERRERE HVMVM.] Idem magni luctus argumentum verbis non aliis legiſti libro ſexto. Ita ſolet Homerus eadem reponere, nunc ſua vt narrationi conſtet fides, ſine verbo quidem diſceditur à præſcripto: nunc vt quæ optimè res verbis explicata eſt, iterum eadem facie recognoſci poſſit. Alibi ab Ariſtarchis ſemiple-

na carmina, fruſtis verſuum quandoque vſurpatorum expleta fateor,& hæc tertia eſto cauſa. Qua ratione toties inculcatum puto,

*Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος.* —

quod cùm Martialis deriſui habet, Martialem agit: vt cùm nimios licentiæ Græcos ſubſannat, qui tamen quantitates Græcorum verborum licentiùs aliis Latinis mutauit ipſe. Similes repetitiones quibus exoſæ, aut minùs placitæ, næ illi non animaduertunt Virgilium Latii principem crebertimè id factitaſſe. Quem quòd iſti blaterones vel conniuentibus oculis legerunt, vel ludibundi, promamus exempla. Αὐτολεξεὶ recantata ex Virgilio: Æneid.1.

— *Vbi tot Simois correpta ſub Vndis*
*Scuta virûm, galeaſque, & fortia corpora voluit.*

Lib.8. — *ſub Vndis*
*Scuta v.g & f.c.v.*

Lib. 7.
*At Meſſapus equum domitor Neptunia proles.*

Libro item 9. & 1
7. & 9. *ſemperq. recentes*
*Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.*

8. & 9. *Nunc, ô nunc liceat crudelem abrumpere vitam.*

9. & 10. *Quot priùs æratæ ſteterant ad litora proræ.*

Georg. 4. & Æneid. 6.
*Matres, atque viri, defunctáque corpora vita*, cum tribus inſequentibus. Georg. 4. & Aeneid.1.
*Aut onera accipiunt venientûm, aut agmine facto*
*Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent.*

Satis fuerat monſtraſſe Silium è Maronis ludo prodiſſe: ſed prodamus è cuius diſciplina, prærerquam Homeri, ita Maro ſeruauerit. Lucretius libro primo, & quarto primore:
*Auia Pieridum peragro loca, nullius ante*
*Trita ſolo.*

tum ſupra tres ac viginti verſus vtrobiq. congerit. Item lib. 1. ac 2.
*Omnis enim per ſe Diuûm natura neceſſe eſt*
*Immortali æuo.*

Sequuntur hoc abſolutum carmen alia quatuor. Apud Ouidium, & alios paria eſt notare. Quare ſe ridendos propinant, qui talia carpunt in Poetis ſummis reperta, non ſine ingenii, & eloquentiæ quadam oſtentatione. Redeamus ad carceres.

DEXTERA LASCIVIT CÆSA TEGEATIDE CAPRA.] Dextera Panis flagello è pelle capræ Arcadicæ ludibunda erat, Lupercorum inſtar, qui curſitando obuias fœminas verberabant vteri cauſa, Ouid. Faſt.2. Ab caprino geſtamine Aegipanas dictos autumo Solin.c. 37. & 44. *Aegipanes hoc ſunt, quod pingi videmus.* Mela lib. 1. c. 4.

OPACAT TEMPORA PINVS.] Metam. 1.
*Pan videt hanc, pinuq. caput præcinctus acuta.*

RVBICVNDA CORNVA FRONTE.] Pana Græci inſcribunt *δικέρωτα*, *Bicornem*. Pan idem cum Fauno, de quo lib. 2. Faſt.

*— Fauni ſacra bicornu erant.*

A cornib. Græci apud Herodorum *Pana* vocant *αἰγοπρόσωπον*. *Ore caprino*. Vide Herodianum lib. 2. *Rubicunda.* Sibi concolorem Pana legimus Ecloga Virg. 10.

*Sanguineis ebuli bacchis, minióque rubentem.*

Vbi Seruius: *Facie rubea pingitur Pan propter ætheris ſimilitudinem.* Macrob. lib. 1. Satur. c. 22. *Ergo Inui cornua, barbæque prolixa demiſsio naturam lucis oſtendunt, qua ſol & ambitum cæli ſuperioris illuminat, & inferiora colluſtrat.* Doctrinam inferiorem, inferiorem ne habe.

NVLLA IN PRÆRVPTVM TAM PRONA, ET INHOSPITA RVPES.] Hymn⁹ Homero imputatus:

— ὃς πάντα λόφον νιφόεντα λέλογχε,
Καὶ κορυφὰς ὀρέων, καὶ πετρήεντα κάρηνα.
*Eſt niue qui cunctos colles ſortitus amictos,*
*Montes excelſos, capita & ſaxoſa.*

PERMVLSIT CORDA FVRENTVM.] Eſt cùm turbidos ſerenat Pan, & lætificat, ex quo illi nomen adſcribit Hymnus iſte:

Πᾶνα δέ μιν καλέεσκον, ὅτι φρένα πᾶσιν ἔτερψε.

Et Claudianus:

*— placidi mirantur numina Fauni.*

quod obſtupuiſſe Scaligero ius fuit, non carpere, non reponere *Stupidi*. Eſt cùm ſedatos, & placidos pauore complet, de quo legendus Val. Flaccus Argon. 3. & Politiani Miſcellanea lib. 28.

ARCADIÆ VOLVCRIS SALTVS.] Homerus de Pane:

Καί ῥ' ὅγ' ἐς Ἀρκαδίην πολυπίδακα, μητέρα μήλων
Ἐξίκετο.
*Ditem ouium, & fontis venit in Arcadiam.*

Faſt. 2. *— Arcadiis plurimus ille iugis.* Metam. 1.

*Multa Deûm templis domibúſque nitentibus auro*
*Egeritur præda, & victus alimenta ſuperbi,*
*Queiſque bonis periere, virûm de corpore veſtes*
*Fœmineæ, menſæque alia tellure potitæ,*
*Poculáque Eoa luxum irritantia gemma,*
*Nec modus argento, cælatáque pondera facti*
*Tantum epulis auri, tum paſsim corpora longo*
*Ordine captiua, & domibus deprompta talenta*
*Paſcere longinquum non deficientia bellum,*
*Immenſiq. gregis, famulæ ad conuiuia turbæ.*
*Fuluius vt finem ſpoliandis ædibus ære*
*Belligero reuocante dedit, ſublimis ab alto*
*Suggeſtu, magnis fautor non futilis auſis:*

MVLTA DEVM TEMPLIS, DOMIBVSQVE NITENTIB. AVRO EGERITVR PRÆDA.] D. Auguſtinus lib. 1. ad Marcellinum c. 6. exiſtimat Romanos de more diſpoliandis hoſtium templis ſeſe nequaquam abſtinuiſſe, nec iis, qui templorum præſidia quæſiuiſſent, pepercisse: vnum Fabium præter morem Tarentinis Deos non ademiſſe, quos cùm intellixiſſet armatos, ioculanter dixiſſe: *Relinquamus Tarentinis Deos iratos.* Liuius inſinuat non ante Syracuſarum direptionem hac victoriæ inſolentia ſæuiſſe Romanos: tunc enim initium factum ſcribit expilandi fana, lib. 23. *Ceterùm inde primum initium mirandi Græcarum artium opera, licentiæque: hinc ſacra, profanaque omnia vulgò ſpoliandi factum eſt.* Inſinuat Orator termaximus Verrina ſexta, vbi de æde Mineruæ: *Has tabulas M. Marcellus, cùm omnia illa victoria ſua profana feciſſet, tamen religione impeditus non attigit.* Silius conſultus reſpondebit Capuæ factum initium. Sed vtriúſque vrbis prædationes ciuili iudicio eidem imputantur tempori. Poſt id temporis templa deuictarum nationum Romanis aſyla eſſe deſierunt, & populati cœpta. Tacitus Annali primo: *Profana ſimul, & ſacra, & celeberrimum illis gentibus templum, quod Tanfanæ vocabant, ſolo æquantur.* Lib. 3. Hiſt. *Dum pecuniam, vel grauia auro templorum dona ſibi quiſque trahunt.* Ibidem in Cremonæ templa exinanita faces coniiciuntur. Quod verò à Memnone memoratur lib. 16. Cottam deuicta Heraclea ſigna prædatum, templáque diripuiſſe, eóq. nomine incuſatum, agendum in exilium pleriſque viſum fuiſſe, ſed mitiore tandem iudicio ademtum illi laticlauiæ vſum; id, inquam, temporis diſcrimen minimè tollit: nam Cotta iniuſtus vrbem vaſtauerat, cui tantum vrbis capiendæ poteſtas facta fuerat. Deinde potiorem prædam, quæ res illi inuidiam ſuorum conciuit, ad ſe auerterat. Priſcis verò temporibus ſanctè Romani ſacris, ac templis pepercere. Strabo lib. 5. Ὕστερον δὲ πολέμου συστάντος ἡ μὲν Ἄλβα κατεσκάφη, πλὴν τοῦ ἱεροῦ: *Bello deinde conflato Alba diruta eſt, templo facto eximio.* Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 3. eadem cautione à fundamentis Albani dirutam prodidit. Liuius lib. 1. *Templis tamen Deum* (ita cautum edicto regis) *temperatum eſt*, cùm Albam demoliuntur Romani. Lib. 7. refert incenſores Satrici ab æde tantùm matris Matutæ ignem abſtinuiſſe. Neque D. Auguſtinum ſatis tueri poſſunt, quæ diſtrinxit aduerſus Gentes Tertullianus. Putantor tempora.

VIRÛM DE CORPORE VESTES FOEMINEÆ.] Duplex genus veſtis fœmineæ ſumtæ viris: aut quia materies fœminarum magis propria, aut quia habitus, & forma. Priori generi adſcribo locum Taciti Annali 3. vbi queritur Tiberius *promiſcuas viris, & fœminis veſtes*, quem de Sericis, Coiſq. capio, déque textu delicatiore, quàm viros deceat. Item lib. 2. *Decretúmq. ne veſtis Serica viros fœdaret.* Notátque Lampridius *Holoſerica* veſte primum vſum Heliogabalum, cùm iam *ſubſerica* eſſent in vſu. Certúmque mihi hunc Silii locum ita capiendum: nam veſtes ſeruiſſe viris potiſſimum dignoſcis è forma: forma igitur virorum, materia fœminarum. Aut viri veſtem induunt longiorem proximis fœminæ. Strabo lib. 10. Curetum originationem explicat: Θηλυστολοῦντας γὰρ, ὡς αἱ κόραι, τοὔνομα σχεῖν τοῦτο, τοὺς περὶ τὴν Αἰτωλίαν φασίν. ἦν γὰρ καὶ τοιοῦτόν τινα ζῆλον ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ Ἰάονας ἑλκεχίτωνας εἰρῆσθαι: *Cùm enim Ætoli fœmineas ſtolas* [ſignatè: ſunt enim & ſtolæ virorum] *puellarum*

*larum inſtar induerent, Curetum nomen obtinuiſſe. Cuius moris æmulatio Græcorum quoſdam inceſſit, & Iones, qui Veſtitrabæ dicti.* Iam Achilles ſtolatus muliebrem in modum non amplius fabula. Virum in ordinem redigam veteres Germanos? de quibus Tacitus: *Nec alius fœminis, quàm viris habitus?* Conſule Notas in lib. 2. vbi Fabius *imbellis fœmina* dicitur, & C. V. I. Lipſium ad 2. An. Tac. Heraldum in Epig. 58. li. 9. Martialis:

MENSÆQ. ALIA TELLVRE PETITÆ. ] Eò quòque tandem Romana vitius prolapſa. Salluſtius, & Macrobius de Metello: *Epulæ quæſitiſſimæ, neq. per omnem modò prouinciam: ſed trans maria ex Mauritania volucrum, & ferarum incognita antea plura genera.* Tacit. Annali 15. de Neronis luxu: *Volucres, & feras diuerſis è terris, & animalia maris Oceano abuſque petiuerat.* Plura Plutarchus vita Syllæ, Sueton. Satyrographi, Martialis. Hanc interpretationem ſuggerit illud:

— *Victus alimenta ſuperbi.*

Verùm ipſas *menſas* capio, in quas dapes conferuntur: *menſas*, inquam exoticas, tranſmarinas, extremo ex orbe petitas, de quarum generibus, ac pretiis Plin. lib. 13. c. 15. cum accuratione ſcripſit. Idque propius Silii mentem.

IMMENSISQ. GREGIS FAMVLÆ AD CONVIVIA TVRBÆ. ] Greges ſeruorum paſcere an pœnitendi luxus? an magnificentiæ? an lucroſum? Certè fuit, cùm Roma ſibi diſcolor fuit. Petron. Arbiter: *Citrea menſa greges ſeruorum.* Horat. Ser. lib. 1. Sat. 3. de Vario:

— *habebat ſæpe ducentos,*
*Sæpe decem ſeruos.*

Tacit. lib. 14. Annal. *Quem numerus ſuorum tuebitur, cùm Pedanium Secundum quadringenti non protexerint?* Ibidem: *Poſtquam verò nationes in familiis habemus.* Diodor. lib. 36. Biblioth. de Tito Minutio equite Romano: Τοὺς ἰδίους αὐτοῦ πρὸς ἀπόστασιν οἰκέτας πεντακοσίους ὄντας. *Proprios ſeruos ad rebellionẽ exciuit.* Alibi apud Photium ſerui in Sicilia ἀγεληδὸν ἐν σωματοτροφείοις, *inde gregatim aguntur, vbi aluntur corpora.* Metaphraſtes Vita S. Alexii Euphemiano Romano tria ſeruorum millia tribuit, cinctos zonis aureis, & ſericis indutos. Plin. lib. 13. c. 10. *C. Cæcilius Claudius Iſidorus teſtamento ſuo edixit, quamuis multa ciuili bello perdidiſſet, tamen relinquere ſeruorum quatuor millia centum ſedecim.*

*Lauino generate, inquit, quem ſoſpita Iuno*
*Dat nobis Milo, Gradiui cape victor honorem*
*Tempora murali cinctus turrita corona.*
*Tum ſontes procerum, meritóſq. piacula prima*
*Accit, & iuſta punit commiſſa ſecuri.*
*Hic atrox virtus (nec enim occuluiſſe probatum*
*Spectatum vel in hoſte decus) clamore feroci*
*Taurea tunc, inquit, ferro ſpoliabis inultus*
*Te maiorem animam? & iuſſo lictore reciſa*
*Ignauos cadet ante pedes fortiſſima ceruix?*

*Haud vnquam hoc nobis dederit Deus, inde minaci*
*Obtutu toruum contra, & furiale renidens,*
*Bellatorem alacer per pectora tranſigit enſem.*
*Cui ductor, patriam moriens comitare cadentem*
*Qui nobis animus, quæ dextera, quídue viritim*
*Decernet Mauors, tibi ſi rebare pudendum*
*Iuſta pati, licuit pugnanti occumbere letum,*
*Dum Capua infauſtam luit haud ſine ſanguine culpam.*

LAVINO GENERATE .. MILO.] Detergenda lectio, vti præmonſtrauimus in librum *à nono ſequitur qui proximus*, vbi conſimilem verſum pariter adtegrauimus. Senſuſne noſter, ſenſus omnium? minimè verò. Ecce tibi ſtatuit Scaliger *Lauinium*, ſeu Lauinum τελεσιμάθως idem eſſe *Lanuuio*. Agedum expenſo rationum pondere veritas erit adminiculatior. *Lauinij* conditus eſt ab Aenea, omnes: *Lanuuij* à Diomede, Appian. lib. 2. Hinc nouum diſcrimen intermicat *Lauinij Penates* poſiti, cultíque, Varro lib. 4. de L. L. *Opidum, quod primum conditum in Latio ſtirpis Romana Lauinium: nam ibi Dij Penates*. Vtque Macrobius reliquit teſtatum lib. 3. c. 4. *Conſules, & Prætores, & Dictatores cum ineunt magiſtratum Lauinij rem diuinam faciunt Penatib. pariter, & Veſtæ*. D. Auguſt. lib. 17. de Ciuit. c. 21. aliud ſacrum addit *In opido autem Lauinio vni Libero totus menſis tribuebatur, cuius dieb. omnes verbis flagitioſiſſimis vterentur, donec illud membrum [viri] per forum vectum eſſet, atque in loco ſuo quieſceret*. At Lanuuii factum eſt *Iunoni Soſpitæ*. Silius hic:

> *Lanuuio generate, inquit, quem Soſpita Iuno*
> *Dat nobis Milo.*

Cicero pro Murena. *Nolite a ſacris patriis Iunonis Soſpitæ, cui omnes Coſſ. facere neceſſe eſt domeſticum, & ſuum Conſulem potiſſimum auellere*. Erat autem Murena è municipio Lanuuino. Liuius lib. 8. *Lanuuinis ciuitas data, ſacráque ſua reddita cum eo, vt ædes, lucúſq. Soſpitæ Iunonis communis Lanuuinis municipib. cum populo Romano eſſet*. Vbi Glareanus: Lanuuium haud dubiè aliud eſt opidum, quàm Lauinium: quanquam ea inter ſe haut multum diſtant. Strabo lib. 5. Ανὰ μέσον δὲ τούτων τῶν πόλεων [Oſtiæ, & Antii] ἐστι τὸ Λαουίνιον [τὸ N loco emotum, loco reddo, ſcribóq. Λαουΐνιον] ἔχον κοινὸν τῶν Λατίνων ἱερὸν Ἀφροδίτης· ἐπιμελοῦνται δ' αὐτοῦ διὰ προπόλων Ἀρδεᾶται. Videtur deſieri καὶ Ἥρας τῆς Σωσπίτας ἐπωνομασμένης: nam τὸ Αὐτῶν Deos, Deaſue plures poſcit. Quæ res è verbis Glareani quantum inter vtrumq. ſit interuallum? Lanuuium cùm ſitum ſit inter Oſtiam, & Antium Strab. lib. 5. Romam propius eſt. Vicinitatem cognoſces vel ex illo Ciceronis lib. 12. ad Attic. ep. 40. *Poſtridie Idus Lanuuii conſtitui manere: inde poſtridie in Tuſculano, aut Romæ*. Pene tantum eſt epiſt. 41. Strabo lib. 5. Ὑπόκειται δ' αὐτῆς (Ἀρικίας) τὸ μὲν Λαουΐνιον πόλις Ῥωμαίων ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀππίας ὁδοῦ, ἐφ' ἧς ἔποπτός ἐστι θάλαττά ἐστι καὶ τὸ Ἄντιον. Roma autem eodem autore Strabone Ariciam vſq. cui vicinum Lanuuium, ſtadii ſunt ſexaginta: Lanuuium vſq. ſtadii quinquaginta Appiano menſore. Vlteriùs diſcrimen paret in verbis Dionyſii iſta diſcernentis libro

ſ. Γαβίων, Λαρεντίνων, Λανουΐων, Λαβινιατῶν, Λαβικανῶν. *Gabiorum, Laratinorum, Lanuuiorum, Lauiniatum, Labicanorum.* Poſtremum diſcrimen inferunt Poëtæ, quib. Lauinum vtramque producit primam perpetim, Virgilio, Ouidio, cui aliter? Lanuuium ſecundam perpetuo modo breuiat apud Silium hîc, & lib. 10. apud Horat. lib. 3. Oda 27.

*— ab agro*
*Raua decurrens lupa Lanuuino.*

Quæ cùm ita ſint, ea diſpeſcere dubitemus adhuc, quæ prima ſui origine ipſa inter ſe diſtant, quę loco, ſacris, quantitatis ſyllabarię modo, autoritate Dionyſii, Sigonii, Glareani? Aliter Scaliger. quid poſtea?

MAGNIS FAVTOR NON FVTILIS AVSIS.] Eſt qui malit *Autor.* neque vanum eſt: nam donatur Milo murali, quòd primus muros ſupergreſſus ſit: ex quo veri ſpeciem habet, Milonem ad Capuam inuadendam hortantem promiſiſſe ſe primum in muros *euaſurum*, idque Silius vocet *Magna auſa*; quod cum præſtiterit, iure dicatur:

*— magnis autor non futilis auſis.*

Mutationem tamen non præcipito.

QVEM SOSPITA IVNO.] Iunonis *Soſpita* habitum nobis repræſentat M. Tullius lib. 1. de Nat. Deorum *cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis.* Huic faciebant Coſſ. inito ſtatim conſulatu. Nec à Latii populis *Soſpita* Lanuuii colebatur tantum: ſed maioribus hoſtiis, præſertim à Romanis. Liuius lib. 22. *Iunoniq. Soſpitæ Lanuuii maioribus hoſtiis ſacrificaretur.* Meminit & lib. 23. & 24. Item Orator pro Muræna. Sext. Pompeius verbo: *Siſpitem.* In Vet. Inſcr.

PONTIFEX SACRARIVS IVNONIS QVIRITIS.

Tertull. c. 24. Apol. *Faliſcorum in honore eſt pater Curis, unde accepit nomen Iuno.*

MILO GRADIVI CAPE VICTOR HONOREM.] Adi ad Briſſonium lib. 4. de Form. p. 350.

TEMPORA MVRALI CVNCTIS TVRRITA CORONA.] I, & V vocales altera alterius ſedem occupauit. Referendæ, ſcribendumque. *Cinctus.* Liquer. Modius in eandem correctionem incidit. Gellius lib. 5. c. 6. *Muralis eſt corona, qua donatur ab imperatore, qui primus murum ſubijt, inque opidum hoſtium per vim adſcendit.*

TE MAIOREM ANIMAM.] Valer. Max. lib. 3. capite de Fortitudine Taureæ verba hæc: *Vt gloriari poſſis fortiorem aliquanto virum, quàm ipſe es, tuo iuſſu eſſe interemtum.*

BELLATOREM ALACER PER PECTORA TRAN[illegible]NSEM.] Addit Val. Max. *Protinúſq. interfecta coniuge, ac liberis, gladio incu[illegible]uit*, tum Taureæ animum magnificat.

QVI NOBIS ANIMVS, QVAE DEXTERA, QVIDVE VIRITIM DECERNET MAVORS.] Quid tum? Videtur aliquid tale deſiderari:

*— tellus Campana videbit,*
*Romáque, iuſti erimus. tibi ſi rebare pudendum*
*Iuſta pati, licuit pugnanti occumbere lethum.*

Quæ poſtrema variant codices.

Par. *Pugnandi occumbere lætum.*

Scilicet Fuluius Taureæ ſagacitatem vitio dat, qui Claudium prouocatum fuga euaſit. Fortè:

*— licuit pugnantum occumbere letho,*

aut *pugnantem*. Marſus tamē verba Silii, vt legūtur, aptè expoſuit, his verſib.

DVM CAPVA INFAVSTAM LVIT HAVT SINE SANGVINE CVLPAM.] Geſta hæc vult Calib. Val. Max.

*Interea geminos terra crudelis Ibera*
*Fortuna abſtulerat, permiſcens triſtia lætis*
*Scipiadas, magnúmque decus, magnúmque dolorem.*
*Forte Dicarchea iuuenis conſedit in vrbe*
*Scipio, poſt belli repetens extrema penates.*
*Huc triſtis lacrymas, & funera acerba ſuorum*
*Fama tulit, duris quanquam non cedere ſuetus,*
*Pulſato lacerat violenter pectore amictus.*
*Non comites tenuiſſe valent, non vllus honorum*
*Militiæue pudor: pietas irata ſiniſtris*
*Cælicolis furit, atque odit ſolatia luctus.*
*Iámque dies, iterúmque dies abſumpta querelis.*
*Verſatur ſpecies ante ora oculóſque parentis.*
*Ergo excire parat manes, animáſque ſuorum*
*Alloquioque virûm tantos mulcere dolores.*
*Hortatur vicina palus, vbi ſignat Auerni*
*Squalentem introitum ſtagnans Acheruſius humor,*
*Noſcere venturos agitat mens protinus annos.*
*Sic & Grynæam, quæ tum ſub nomine Phœbi*
*Autonoë, tripodas ſacros, antrúmq. tenebat*
*Fert greſſus iuuenis, conſultáque pectoris ægri*
*Pandit, & aſpectus orat contingere patrum.*
*Nec cunctata diu vates, mactare repoſtis*
*Mox vmbris, inquit, conſueta piacula, nigras*
*Sub lucem pecudes, [illegible]ſæq. abdere terræ*
*Manantem iugulis ſpirantum cæde cruorem,*
*Tunc populos tibi regna ſuos pallentia mittent.*
*Cætera quæ poſcis maiori vate canentur.*
*Nanque tibi Elyſio repetita oracula campo*
*Eliciam, veteriſque dabo inter ſacra Sybillæ*
*Cernere fatidicam Phœbei pectoris vmbram.*
*Vade age, & à medio cùm ſe nox humida curſu*

*Flexerit, ad fauces vicini caſtus Auerni*
*Duc prædicta ſacris duro placamina Diti,*
*Mella ſimul ſecum, & puri fer dona Lyæi.*
*Hoc alacer monitu, & promiſſæ nomine vatis*
*Apparat occulto monſtrata piacula cœpto.*
*Inde vbi nox iuſſam procedens contigit horam,*
*Et ſpatia æquarunt tenebras tranſacta futuras,*
*Conſurgit ſtratis, pergítque ad turbida portæ*
*Oſtia Tartareæ, penitus queis abdita vates*
*Promiſſa implerat, ſtygióque ſedebat in antro.*
*Tum quà ſe primum rupta tellure recludit*
*Inuiſum cælo ſpecus, atque eructat acerbam*
*Cocyti laxo ſuſpirans ore paludem,*
*Inducit iuuenem, ferróque cauare refoſſam*
*Ocyus vrget humum, atque arcanum murmur anhelans*
*Ordine mactari pecudes iubet, acer operto*
*Ante omnes taurus regi, tum proxima diuæ*
*Cæditur Enneæ caſta ceruice iuuenca.*
*Inde tibi Alecto, tibi nunquam læta Megæra*
*Corpora lanigerum procumbunt lecta bidentum,*
*Fundunt mella ſuper, Bacchíque & lactis honorem.*

SIC ET GRYNÆAM. ] Copulam præpoſitione *Ad* verteram, cùm in Par. libro ita comperior.

ACER OPERTO ANTE OMNES TAVRVS REGI. ] Antefero *Aſter.* nec rationis eget correctio.

CASTA CERVICE IVVENCA. ] Συνεκδοχῆ: quia tota iuuenca caſta, cuius rationem vel maximam ducebant victimarii, & ſacrificantes. Sic *Iniugem* exponit Manlius Chreſtus libro de Deorum Hymnis: *Illa videlicet cauſa, quòd & virginitas iugum neſciat maritale, & virtus nunquam ſit iugo prementi ſubiecta.* Sex. Pompeius aliter paullò: *Iniuges boues, qui ſub iugo nunquam fuerunt.* Tali Mineruæ fiebat apud Placiadem Manilius: tali Berecynthiæ matri 4. Faſt

*— ſine labe iuuencam*
*Mactarunt operum, coniugiíque rudem.*

*Rudem operum*: hoc alterum legitimæ victimæ ſpecimen. Faſt. 1.

*Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci,*

Apud eundem Ioui fit:

*— cæſa prius ille iuuenca,*
*Quæ dederat nulli colla premenda iugo.*

Tireſias Oedipo Senecæ:

*Appellite aris candidum tergo bouem,*

*Curuóque nunquam colla depreſſum iugo.*

Talem Apollonius lib. 4. πόρτιν ἀγραύλω dixit: Homerus paſſim ἤνιας ſtimulis non punctas; Georg. 4. Virgilius

*Intacta ceruice iuuencam.*

Fortè & Poëta noſter ex eo reformandus, ſi cui duriuſculum videbitur τὸ *Caſta ceruice.*

*Stat iuuenis: faciémque Herebo quæ ſurgit in omni*
*Exclamat vates: Patere: accedentia cerno*
*Tartara, & ante oculos aſsiſtere tertia regna.*
*Ecce ruunt variæ ſpecies, & quicquid ab imo*
*Natum hominum exſtinctúmq; Chao eſt, iam cuncta videbat*
*Cyclopas, Scyllámque, & paſtos membra virorum*
*Odryſiæ telluris equos, contende tueri,*
*Eductúmq; tene vagina interritus enſem.*
*Quæcunque ante animæ tendunt potare cruorem*
*Disijce, dum caſtæ procedat imago Sibyllæ.*
*Interea cerne, vt greſſus inhumata citatos*
*Fert vmbra, & properat tecum coniungere dicta,*
*Cui datur ante atros abſumpti corporis ignes*
*Sanguine non tacto ſolitas effundere voces.*
*Aſpicit, & ſubito turbatur Scipio viſu.*
*Quinam te qui caſus, ait, dux maxime feſſæ*
*Eripuit patriæ: cùm tales horrida poſcant*
*Bella viros, nec enim dextra conceſſerit vlli*
*Appius, aut aſtu, decimum lux rettulit ortum,*
*Vt te cùm Capua remearem, vulnera vidi*
*Mulcentem, hoc vno mæſtum, quòd adire nequires*
*Saucius ad muros, & Martis honore careres.*
*Contra quæ ductor, feſſo mihi proxima tandem*
*Lux gratos Phaëthontis equos auertit, & atris*
*Aeternum demiſit aquis, ſed lenta meorum*
*Dum vanos ritus curat, & ſolennia vulgi*
*Exequitur, ceſſat flammis imponere corpus,*
*Vt portet tumulis per longum membra paternis.*
*Quod te per noſtri Martis precor æmula facta,*
*Arce, quæ patriis artus medicamina ſeruant.*
*Dáque vago portas quamprimum Acherontis adire.*
*Tum iuuenis. Gens ô veteris pulcherrima Claudi*
*Haud vlla ante tuam, quanquam non parua fatigent,*

*Curarum prior extiterit, nánque iſta per omnes*
*Diſcrimen ſeruat populos, variátque iacentum*
*Exequias, tumuli, & cinerum ſententia diſcors.*

PASTOS MEMBRA VIRORVM ODRYSIÆ TELLVRIS EQVOS. ] Libro quoque tertio *Thraces equos* inſeruit certaminibus Herculis. Heynſius tamen negat in opere Siliano eſſe *equorum pabulum viros*: fabula vna alteram peperit. Apollodorus lib. 2. Bibl. Εἶχε δὲ ἀνθρωποφάγους ἵππους &c. *Habuit equos voratores hominum.* Cùm igitur nauigaſſet Hercules voluntariis comitatus & præſepium præfectis vim intuliſſet, egit equos ad mare. Hîc Biſtones in armis ſuccurrere: tum Hercules bobus Abdero creditis Diomedem pernecauit; cæteros fudit, fugauítque. Equos Euryſtheus ad ſe perductos in Olympo pabulari iuſſit, vbi à feris periiſſe narrat. Diodorus tamen lib. 4. Bibl. addito præſepia eorum fuiſſe ex ære, catenas è ferro, & equas Iunoni ſacratas ab Euryſtheo, ſobolem earum duraſſe in Alexandri tempora adſeuerat: vlterius etiam in æuum M. Antonii triumuiri fides eſt C. Baſſi, & Iulii Modeſti apud Gell. l. 3. c. 9. Marcianus equos Diomedis à dira vorocitate ξενοκτόνους *Hoſpitum interemtores* dixit.

ODRYSIÆ TELLVRIS EQVOS. ] Odryſa Thracum vrbs. Suidas verbo Ἀναδρομαί· Διὰ Θρᾴκης ἐπὶ Δρομοχαίτην τὸν βασιλέα τῶν Ὀδρυσῶν. *Per Thraciam ad Dromochæten Odryſarum regem.* Fragmentum è Bibliotheca regis Chriſtianiſſimi: Ὀδρυσσὸς, ἡ καὶ Ὀρεστιὰς. ἡ νῦν Ἀδριανόπολις. *Odryſus, quæ & Oreſtias, hodiéque Adrianopolis.* Max. Tyrius Diſſertat. 21. Ἐγένοντο δὲ ἐν Θρᾴκῃ ἐν τῷ Παγγαίῳ ὄρει. νέμονται δὲ τοῦτο Θρᾳκῶν οἱ Ὀδρύσαι ὄρειον γένος, λῃσταὶ, καὶ ἄξενοι. *Fuerunt autem in Plancheo Thraciæ monte, quem incolunt, qui è Thracib. Odryſſæ nominantur, montiuagum genus hominum, prædones in hoſpitales.* Vide Melam lib. 2. c. 2.

SED LENTA MEORVM DVM VANOS RITVS CVRAT, ET SOLLEMNIA VVLGI.] Emendare tentabam.

*Sed lenta meorum*
*Cura eſt, dum vanos ritus ſollemnia vulgi*
*Exſequitur.*

Suorum lentitudinem Appius dequeritur, & ſuperſtitionem in cadauere reportando, ac interea ſe iacere incrematum. Queritur & Neſtor apud Calabrum lib. 3. incuratum Achillem diutulè iacere:

— Οὐ γὰρ ἔοικεν
Αἰσχύνειν ἐπὶ δηρὸν ἀκηδέας οἴχομένοιο (?) ...

Αἰχυνέειν ἐπὶ δηρὸν ἀκηδέας θανόντας.

— *ne incuria dudum*
*Qui periere, hominum corpora dedecoret.*

CESSAT FLAMMIS IMPONERE CORPVS. ] Loquitur Appius de *vulgi* conſuetudine? At ipſe patricius, atque ante Syllæ tempora non paruo interuallo. Quare recepto quorundam opinamento de non vſtis Romæ cadaueribus ante Syllam adſenſum præbere me non ſinit lex vna de XII. quæ fuit: IN VRBE NE VRITO. Ipſæ enim tabulæ XII. à decemuiris conditæ fuerunt multis ante Syllam ſeculis. Quare puto ſola Marii oſſa ſparſiſſe Syllam, non cadauer. Imo ni veterrimum eſſet Romanorum inſtitutum, cur

apud Plutarchum Numa corpus ſuum vri vetaret? cur hæc de Remi funere ſcripſiſſet Ouid. 4. Faſt.

*Arſuróſque artus vnxit: fecere quod ille*
*Fauſtulus, & mœſtas Acca ſoluta comas.*
*Tunc iuuenes nondum facti fleuere Quirites.*
*Vltima plorato ſubdita flamma rogo.*

Plin. lib. 7. c. 54. nos non frangit, ſed in Cornelia gente ante Syllam neminem crematum adſtruit.

ARCE, QVÆ PATRIIS ARTVS MEDICAMINA SERVANT. ] Et hîc ſanies. Verſa primore litera ſcribi queat *Vrge*, tu Scipio ſcilicet: nam gentiles, ac familiares mei lenri. *Vrge*, inquam, *medicamina, quæ ſeruant artus* integros *patriis*, ſeu, in patrias terras reportandos, Vel:

*Arce, quæ putres artus medicamina ſeruant.*

Arce, quo citius cremer. Vel vtraque iuncta correctione:

*Vrge, quæ putres artus m. ſ.*

Vel denique,

*Arce, quæ patrios artus m. ſ.*

Nam incitatior rogi ſtudio Claudius videtur ſuperfluam, & lentam filiorum curam nolle, qui patrios artus ſeruare nitebantur medicamine.

*Tellure (vt perhibent) is mos antiquus Ibera*
*Examina obſcœnus conſumit corpora vultur:*
*Regia cùm lucem poſuerunt membra, probatum eſt*
*Hyrcanis adhibere canes? Ægyptia tellus*
*Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo*
*Corpora, & à menſis exanguem haud ſeparat vmbram.*
*Exhauſto inſtituit pontus vacuare cerebro*
*Ora virûm, & longum myrrhata reponit in æuum,*
*Quid qui recluſa nudos Garamantes arena*
*Infodiunt? quid qui ſæuo ſepelire profundo*
*Exanimes mandant Libycis Naſamones in oris?*
*At Celtæ vacui capitis circundare gaudent*
*Oſſa (nefas) auro, & menſis ea pocula ſeruant.*
*Cecropidæ ob patriam Mauortis ſorte peremptos*
*Decreuere ſimul communibus vrere flammis.*
*At gente in Scythica ſuffixa cadauera truncis*
*Lenta dies ſepelit, putri liquentia tabo.*

IBERA.. CORPORA VVLTVR. ] Illis idem tribuit Diogenes apud Stobæum Serm. 12[illegible]. Taxilis Strabo lib. 15. γυψὶ ἐκτίθεσθαι τὸν τετελευτηκότα. Scilicet id regioni datum, & honori: namque quod Iberis pleriſque omnibus dat Silius, Barcæis Ælianus lib. 10. de Animal. c. 22. Barcæi autem ſunt Iberi, quod è pluribus Silii locis conficies: Βαρκαῖοι, ἔθνος δ' τῆς ἐστι [illegible] τῶν ἀποθανόντων νέκρων

τῶν νόσῳ τοὺς νεκροὺς ὑβρίζοντες, ὡς ἀνάνδρως καὶ μαλακῶς τεθνεώτων θάπτουσιν ἐν πυρί· τοὺς δ' ἐν πολέμῳ τὸν βίον καταστρέψαντας, ὡς καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς καὶ ἀρετῆς μετειληχότας γυψὶ προβάλλουσιν, ἱερὸν τὸ ζῶον εἶναι πεπιστευκότες. *Barcai gens eſt ad occaſum, qui morbo defunctorum cadauera, tanquam qui effœminate, non viriliter occiderint, contumelia afficiunt, atque illis ignem pro ſepultura adhibent. At qui vitam in prælio poſuerunt vt honeſto viros, ac probos, virtutémque conſecutos vulturib. obijciunt, vulturem ſacram animantem rati.* Conſtat certè Silium non in omnes Iberos hunc morem conferre: nam li. 3. de Celtiberis:

> *Tale nefas cœlo credunt, ſuperisque referri,*
> *Impaſtus carpat ſi membra iacentia vultur.*

*Iberorum* verò, ſeu *Hiſpanorum* vocabulo eos Silius ſolet comprehendere, quos Liuius *Celtiberos* nominat, vt infrà:

> — *ſubitò venale cohortes*
> *Hiſpania vulgus.*

Ipſemet Liuius li. 25. cùm de his Celtiberis locutus eſſet: *Cum vtraque caſtra plena Hiſpanorum eſſent.* Caſpii ſi abiecta cadauera lanient, & paſcantur aues, fortunatos putant: ſi aliæ feræ, minus: ſi nulla beſtia, infortunatos: Strabo.

REGIA CVM LVCEM POSVERVNT MEMBRA PROBATVM EST HYRCANIS ADHIBERE CANES. ] Silius hæc e libro primo Tuſculanarum ſui Magiſtri: *In Hyrcania plebs publicos alit canes: optimates domeſticos. Nobile autem canum genus ſcimus illud eſſe. Sed pro ſua quis que facultate parat, à quibus lanietur, eámque optimam illi cenſent eſſe ſepulturam.* Silius regem ita ſepeliens, indicat vulgo credi bonam, & honorificam eam ſepulturam, quam ſi rex non horret, plebs non adſpernabitur. Oneſicriti fide de Sogdianis, & Bactrianis idem narrat Strabo lib. 11. eorúmque canes ab officio Ἐνταφιαστὰς, *ſepulcrales* dici.

CLAVDIT ODORATO POST FVNVS STANTIA SAXO CORPORA. ] Ægyptus, cui hæc condiendi corpora ratio datur ab Herodoto li. 2. Πρῶτα μὲν σκολιῷ σιδήρῳ διὰ τῶν μυξωτήρων ἐξάγουσι τὸν ἐγκέφαλον, τὰ μὲν αὐτοῦ οὕτω ἐξάγοντες, τὰ δὲ φάρμακα ἐγχέοντες· μετὰ δὲ λίθῳ Αἰθιοπικῷ ὀξέι παρασχίσαντες παρὰ τὴν λαπάρην, ἐξ ὦν εἷλον τὴν κοιλίην πᾶσαν· ἐκκαθήραντες δὲ αὐτὴν καὶ διηθήσαντες οἴνῳ φοινικηίῳ, αὖτις διηθέουσι θυμιήμασι τετριμμένοισι· ἔπειτα τὴν νηδὺν σμύρνης ἀκηράτου τετριμμένης, καὶ κασίης, καὶ τῶν ἄλλων θυωμάτων, πλὴν λιβανωτοῦ, πλήσαντες, συρράπτουσι ὀπίσω. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες ταριχεύουσι λίτρῳ, κρύψαντες ἡμέρας ἑβδομήκοντα· πλεῦνας δὲ τουτέων οὐκ ἔξεστι ταριχεύειν. ἐπεὰν δὲ παρέλθωσι αἱ ἑβδομήκοντα, λούσαντες τὸν νεκρὸν κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι, ὑποχρίοντες τῷ κόμμι, τῷ δὴ ἀντὶ κόλλης τὰ πολλὰ χρέωνται Αἰγύπτιοι. Ἐνθεῦτεν δὲ οἱ παραδεξάμενοί μιν οἱ προσήκοντες ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα· ποιησάμενοι δὲ ἐσεργνῦσι τὸν νεκρόν· καὶ κατακληίσαντες οὕτω, θησαυρίζουσι ἐν οἰκήματι θηκαίῳ, ἱστάντες ὀρθὸν πρὸς τοῖχον. *Obliquo ferro primùm educto per nares cerebro medicamenta infundunt: deinde acute Ægyptio lapide ſciſſura ad abdomen adhibita ventrem exinanimat vniuerſum, in quem expurgatum vinum e palma expreſſum traijciunt, rurſúmque obtrita thymiamata, deinde vbi ventrem incorrupta myrrha cum caſia, aliſque odoramentis, præterquam thure oppleuerint, conſuunt. Quib. perfectis intro ſaliunt, abduntque dies ſeptuaginta plures autem dies ita ſalſum ſeruare nefas eſt. Id temporis vbi fluxit, cadauer lauant, inuol-*

*iuntque totum faſciis de ſindone byſſina deſectis, illinúntque gummi, quæ vt plurimum apud Ægyptios collæ vicem præſtat. Tum conſanguinei excepto cadauere, effigiem humana forma e ligno formant, ac in ea iam abſoluta cadauer coarctant, & ſic concluſum in loculamento domeſtico collocatum ad parietem erigunt, ſtatuuntque.* Hæc ratio quàm ſumtuoſiſſimè mortuos condiendi Ægyptiis. Medium morem, infimúmque inibi dictum cogor ſtudio breuitatis prætermittere. Heynſi: *Non immerito ſuſpicatus ſum legi optime poſſe:*

*Claudit odorata poſt funus ſtantia taxo.*

Heynſi, quid illud, ἐν οἰκήματι θηκαίῳ? domum putas è taxo? non opinor: ſed Silianum taxum, quod *odaratum* vel quia tale, vel quia cadauer odoribus differtum. Sed vereor, ne dicat regum Ægypti pyramides è taxo fuiſſe, non e ſaxo. Quàm ſit taxus amica homini, legat Plin. lib. 16. c. 10. Dioſcoridem l. 4. c. 74. Theophraſt. Plutar. recentiores, & à putrore hominem taxo ſeruari dicere audeat.

A MENSIS EXANGVEM HAVT SEPARAT VMBRAM. ] Herodotus Euterpe: Ἐν δὲ τῇσι συνουσίῃσι τοῖσι εὐδαίμοσι αὐτῶν, ἐπεὰν ἀπὸ δείπνου γένωνται, περιφέρει ἀνὴρ νεκρὸν ἐν σορῷ ξύλινον πεποιημένον, μεμιμημένον [præfuit μεμιγμένον in cod. H. S.] ἐς τὰ μάλιστα καὶ γραφῇ καὶ ἔργῳ, μέγαθος ὅσον τε πάντῃ πηχυαῖον, ἢ δίπηχυν· δεικνὺς δὲ ἑκάστῳ τῶν συμποτέων, λέγει, ἐς τοῦτον ὁρέων, πῖνέ τε, καὶ τέρπευ· ἔσεαι γὰρ ἀποθανὼν τοιοῦτος. *In conuiuiis eorum opulentioribus, vt de cæna guſtauerunt, cadauer in loculo e ligno fictum, proximéque lineamentis, ac reapſe imitans mortuum vir quidam circumfert: magnitudo omnino eſt cubiti vnius, aut duorum. Conuiuarum ſingulis id oſtentans, inſpiciénsque ait: Bibe & delectare: talis namque mortuus futurus es.* Plutarchus in Conuiuio ſeptem Sapientum σκελετὸν nominat, quam Silius *exanguem vmbram*, vbi & meliorem vſum docet. Cum Herodoto congruit peruolgatum illud:

*Sic erimus cuncti, poſtquam nos auferet orcus:*
*Ergo viuamus, dum licet eſſe bene.*

Loculenti declamatores, qui quid effutiant, penſi nihil habent, dicunt veteres gentium ſanctam mortis cogitationem eo ſpectaculo vel ſuper menſam excuiſſe: cùm ad luxum pertinerent, referrenturque omnia.

QVID QVOD SÆVO SEPELIRE PROFVNDO. ] Naſamones. Euſtath. in Dionyſium trahit nos in contrarium. Nam vaticinari eos prodit intratis maiorum ſepulcretis, & iurare mortuos, qui habiti iuſtiſſimi, tacto tumulo. Euſtathio facem tradidit Herodotus Melpomene, vbi ab inſtituto Nomadum abire ſcribit Naſamones: Οὗτοι δὲ κατημένους θάπτουσι φυλάσσοντες, ἐπεὰν ἀπίῃ τὴν ψυχὴν, ὅκως μιν κατίσουσι, μηδὲ ὕπτιος ἀποθανέεται: *Naſamones ſedẽtes ſepeliunt, obſeruantes cum obierit, animam, vt eam ſtatuant, neque ſupinus moriatur.* Barbaries iſta plures corripuit populos. Strabo lib. 16. de Chelenophagis: Τοὺς δὲ νεκροὺς ἐκβάλλουσι τροφὴν τοῖς ἰχθύσιν ἀναλαμβανομένους ὑπὸ τῆς πλημμυρίδος. *Mortuos obijciunt piſcibus delicias* (τροφὴν, *alimentum*) *eos maris æſtus abripit.* Lib. 17. narrat Meroës accolas mortuos in fluuium dare.

AT CELTÆ VACVI CAPITIS CIRCVMDARE GAVDENT
OSSA (NEFAS!) AVRO, ET MENSIS EA POCVLA SERVANT. ] Liuius amplius lib. 23. *Caputque ducis* [Poſthumii] *præciſum Boij ouantes templo, quod ſanctiſſimum eſt apud eos intulere: purgato inde capite, vt mos iis eſt, caluam auro ce-*

*lauere. Idque ſacrum vas ius erat, quo ſolemnibus libarent, poculum que idem ſacerdotum eſſe, ac templi antiſtitibus.* Plin. li. 7. c. 2. Priores Anthropophagos, quos ad Septentriones eſſe diximus, x. dierum itinere ſupra Boryſthenem amnem, oſſib. humanorum capitum bibere, cutibúsque cum cápillo pro mantelib. ante pectora vti Iſigonus Nicæenſis autor eſt. Sol n. c. 23. de Eſſedonibus: *Capitum oſſa auro incincta in poculorum tradere miniſterium.* Ibidem de Scythis: *Pocula, non vt Eſſedones, ſed de inimicorum capitibus moliuntur.* Eſſedones eadem notat infamia Mella lib. 2. ca. 1. déque Scythis eadem cum Solino.

CECROPIDÆ OB PATRIAM MAVORTIS SORTE PEREMTOS
DECREVERE SIMVL COMMVNIB. VRERE FLAMMIS.] Decreuere, ἐψηφίσαντο. Ordinatie ſuos terræ mandabant Athenienſes. Lucret. l. 6. Cic. l. 2. de Legibus. Verùm vbi multitudo cæſorũ prægrauabat expeditius viſũ vri. Sic Liui. l. 22. de Annibale: *Tum ſepeliendi cauſa conferri in vnum corpora ſuorum iuſſit. Ad octo millia fuiſſe dicuntur fortiſſimorum virorum.* Li. 27. Iterum Annibal, & Marcellus. Eam igitur rationẽ vt faciliorem iniuere Athenienſes, de quorum ſuper hoc decretis Strabo li. 9. *Ταφὴ δείκνυται δημοσία τῶν πεσόντων ἐν τῇ μάχῃ, Eorum, qui in prœlio cecidere, ſepultura publica oſtenditur.* pugnantes in Mardonium ducem Perſarum ceciderant ad Platæas, vſti erant, eorum reliquiæ in communem tumulum illatæ. Ibidem de cæſis ad Chæroneam. Apud Heracleenſes Optimatium fuit monumentum, quo cæſorum inter dimicandum oſſa reportabantur, Memnon.

AT GENTE IN SCYTHICA SVFFIXA CADAVERA TRVNCIS
LENTA DIES SEPELIT PVTRI LIQVENTIA TABO.] Ab his Scythis (neque enim hunc morem cum tota gente communicari fas) non vſque diſcrepant Colchi, de quibus Scholiaſtes in Apoll. l. 4. *Οὐ θέμις οὔτε καίειν, οὔτε θάπτειν· βύρσαις δὲ νεαραῖς εἰλοῦντες ἐκρέμων τῶν ἀρσένων τὰ σώματα. Neque vrere, neque humare leges ſinunt, ſed recentibus inuoluta pellibus maſculorum corpora ſuſpendunt.* Fœminis aliter conſulitur.

*Talia dum memorant, vmbra veniente Sibyllæ,*
*Autonoë finem hîc, inquit, ſermonibus adde*
*Alternis, hæc hæc veri fæcunda ſacerdos:*
*Cui tantum patuit rerum, quantum ipſe negarit*
*Plus nouiſſe deus, me iam comitante tuorum*
*Tempus abire globo, & pecudes imponere flammis.*
*At grauida arcanis Cymes anus, attigit ore*
*Poſtquam ſacrificum, delibauítque cruorem,*
*In decus egregium vultus intenta iuuentæ,*
*Aetherea frueret cùm luce haud ſegniter, inquit,*
*Cymæo populis vox noſtra ſonabat in antro,*
*Tunc te permixtum ſeclu, rebusq; futuris*
*Aeneadum cecini, ſed non ſat digna mearum*

*Cura tuis vocum, nec enim conquirere dicta*
*Aut ſeruare ſuis proauis ſollertia veſtris.*
*Verum age. diſce puer, quando cognoſcere cordi*
*Iam tua déque tuis pendentia Dardana fatis.*
*Nanque tibi cerno properatum oracula vitæ*
*Hinc petere, & patrios viſu contingere manes.*
*Armifero victor patrem vlciſcêris Ibero,*
*Creditus ante annos Marti, ferróque reſolues*
*Gaudia Pœnorum, & miſſum lætabere bello*
*Omen, Iberiacis victa Carthagine terris.*
*Maius ad imperium poſt hæc capiere, nec ante*
*Iuppiter abſiſtet curæ, quàm cuncta fugaris*
*In Libyam bella, & vincendum duxerit ipſe*
*Sidonium tibi rectorem: pudet vrbis iniquæ,*
*Quod tu poſt decus hoc, patriáque domóque carebis.*
*Sic vates, greſſúmque lacus vertebat ad atros.*
*Tum iuuenis, quæcunque datur ſors durior æui,*
*Obnitemur ait, culpa modo pectora ceſſent.*
*Sed te oro (quando vitæ tibi cauſa labores*
*Humanos iuuiſſe fuit) ſiſte inclita virgo*
*Pauliſper greſſum, & nobis manéſque ſilentum*
*Enumera, ſtygiæque aperi formidinis aulam.*
*Annuit illa quidem, ſed non optanda recludis*
*Regna ait, hic tenebras agitans, volitántque per vmbras*
*Innumeri quondam populi, domus omnibus vna.*
*In medio vaſtum late ſe tendit inane,*
*Huc quicquid terræ, quicquid freta, & igneus æther*
*Nutriuit primo mundi genitalis ab æuo.*
*Mors communis agit, deſcendunt cuncta capítque*
*Campus iners quantum interijt, reſtátque futurum.*
*Cingunt regna decem portæ, quarum vna receptat*
*Belligeros dura Gradiui ſorte creatos.*
*Altera qui leges poſuere, atque inclyta iura*
*Gentibus, & primas fundarunt mœnibus vrbes.*
*Tertia ruricolas, Cereris iuſtiſſima turba,*
*Quæ venit ad manes, & fraudum illæſa veneno.*
*Exin qui lætas artes, vitæque colendæ*
*Inuenere viam, nec dedignanda parenti*
*Carmina fuderunt Phœbo ſua limina ſeruant.*

*Proxima quos venti, ſæuaq. hauſeræ procellæ*
*Naufraga porta rapit, ſic illam nomine dicunt.*
*Finitima huic noxa grauido, & peccaſſe fatenti*
*Vaſta patet populo. pœnas Rhadamanthus in ipſo*
*Expetit introitu, mortémq. exercet inanem.*
*Septima fœmineus reſeratur porta cateruis*
*Liuentes vbi caſta fouet Proſerpina lucos.*
*Infantum hinc gregibus, verſas ad funera tedæ*
*Paſſim virginibus, turbæq. in limine lucis*
*Eſt iter extinctæ, & vagitu ianua nota.*
*Tum ſeducta loco, & laxata lucida nocte*
*Clauſtra nitent, quæ ſecreti per limitis vmbram*
*Elyſios ducunt campos, hic turba piorum*
*Nec ſtygio in regno, cœli nec poſta ſub axe:*
*Verum vltra Oceanum ſacro certamina fonti,*
*Lethæos potat latices obliuia mentis.*
*Extrema hinc auro fulgens, iam lucis honorem*
*Sentit, & admoto ſplendet ceu ſidere lunæ.*
*Hac animæ cœlum repetunt, ac mille peractis*
*Oblitæ ditem redeunt in corpora luſtris.*
*Has paſſim nigrum pandens mors lurida rictum,*
*Itque reditque vias, & portis omnibus errat.*
*Tum iacet in ſpatium ſine corpore pigra vorago,*
*Limoſique lacus, late exundantibus vrit*
*Ripas ſæuis aquis Phlegethon, & turbine anhelo*
*Flammarum reſonans ſaxoſa incendia torquet.*
*Parte alia torrens Cocytos ſanguinis atri*
*Vorticibus furit, & ſpumanti gurgite fertur.*

PVDET VRBIS INIQVÆ. ] Romæ, quæ te Scipio aget in exilium. P[illegible]ditum eſt & Val. Maximum lib. 5. c. 3. cuius verba vel ob elegantiam partim exprimenda: *Africanus ſuperior non ſolum contuſum, & confractam belli Punici armis rempub. ſed pene iam exſanguem, atque morientem Africæ dominam reddidit cuius clariſſima opera iniuriis penſando ciues, vici eum ignobilis, ac deſertæ paludis accolam fecerunt: eiúſque voluntarij exilij acerbitatem non tacitus ad inferos tulit ſepulcro ſuo in[illegible]ribi iubendo:*

[I]NGRATA. PATRIA. NE. OSSA. QVIDEM. MEA. HABES.

Plura ibi, dum pergit ædificare Romanæ ciuitatis probrum. Liuium lib. 38. D. Aug. lib. 3. de Ciuit. c. 21. Redi ad Com. in lib. 9.

REGNA, AIT, HIC TENEBRAS AGITANT. ] Præſtantiùs *Habitant*. Mox:

*Atq. habitanda ſemel ſ[illegible]igit quis viſere regna?*

*Imperiuratæ laberis amnis aquæ.*

Qui plura volet, ito ad Virgil. Aen. 6. Senecam Hercule F. & Thyeſte, Hom. Il. β. & alibi, Heſiodi Theogoniam, Damaſcum apud Photium c. 242. qui ſcribit rationem internoſcendi, ac vindicandi periuria, Pauſaniam Arcadicis, Euſtath. Seruium, Arnob.

HANC OPTAT SANIEM NON VNO CERBERVS ORE ET ATRA MEGÆRA HIC SITIT.] Si eam ſaniem ſitit Megæra [adeon' delicioſa potio?] cur non *optet* Cerberus? Ea cauſa non recipienda viſa eſt Modii emendatio *Potat* tanquam minor: nam qui potat, & amplius ſitit, & optat, ille ſuauiſſimo ſe poculo indicat potionatum.

HINC ANGENS VTRAQ. MANV SVA GVTTVRA LIVOR.] Vim Græcæ vocis retulit Silius: ἄγχειν enim eſt *angere*, ſeu *ſtrangulare* Iliad. γ. *Guttur angentem manum* dixeris χεῖρα ἀγχ[illegible]. *Manum ſtrangulantem collum.* Inde *Angina*, quò Plautus alludit:

> *Vellem me in anginam verti,* quò huic
> *Aniculæ fauces præoccuparem.*

Et Plin. lib. 8 c. 27. Aconitum à veterib. *Pardalianches* vocatum teſtis eſt, quòd earum fauces ſtranguletcarnib. illitum. Eodem filo Statius Theb. 4.

> — *rabidi cùm colla minantia monſtri*
> *Angeret, & tumidos animam anguſtaret in artus.*

QVERIBVNDA SENECTVS.] D. Chryſoſtomo γῆρας μεμψίμοιρον.

*Ergo vbi guſtatus cruor, admonuítque Sibylla,*
*Et dedit alternos ambobus noſcere vultus,*
*Sic iuuenis prior: O magni mihi numinis inſtar*
*Cara parens, quàm te vt nobis vidiſſe liceret*
*Optaſſem ſtygias vel letho intrare tenebras.*
*Quæ ſors noſtra fuit, cui te, cum prima ſubiret,*
*Eripuit ſine honore dies, & funere carpſit?*
*Excipit his mater: Nullos ô nate labores*
*Mors habuit noſtra, ætherea dum pondere partus*
*Exoluor, miti dextra Cyllenia proles*
*Imperio Iouis Elyſias deduxit ad oras:*
*Attribuítque pares ſedes, vbi magna moratur*
*Alcidæ genitrix, vbi ſacro munere Leda.*
*Verum age nate tuos ortus, ne bella paueſcas*
*Vlla, nec in cælum du[illegible] te tollere factis,*
*Quando aperire datur nobis, nunc denique diſce.*
*Sola die caperem media cùm forte petitos*
*Ad requiem ſomnos, ſubitus mihi membra ligauit*
*Amplexus, non ille meo veniente marito*
*Aſſuetus, facilíſque mihi: tum luce coruſca,*

Implebat

*Implebat quanquam languentia lumina ſomnus,*
*Vidi (crede) Iouem, nec me mutata feſellit*
*Forma Dei, quod ſqualentem conuerſus in anguem*
*Ingenti traxi curuata volumina gyro.*
*Sed mihi poſt partum non vltra ducere vitam*
*Conceſſum, heu quantum gemui, quòd ſpiritus ante*
*Hæc tibi quàm noſcenda darem, diſceſſit in auras.*
*His alacer colla amplexu materna petebat,*
*Vmbráq. ter fruſtra per inane petita feſellit.*
*Succedunt ſimulacra virûm concordia, patris,*
*Vnanimique ſimul patrui, ruit ipſe per vmbram*
*Oſcula vana petens iuuenis, fumóq. volucri,*
*Et nebulis ſimiles animas apprendere certat.*
*Queis te chare pater, quo ſtabant Itala regna,*
*Exoſus Latio deus abſtulit? hei mihi: nam cur*
*Vlla fuere adeo, quibus à te ſæuus abeſſem,*
*Momenta? oppoſito mutaſſem pectore mortem.*
*Quantos funeribus veſtris gens Itala paſſim*
*Dat gemitus, tumulus vobis cenſente ſenatu*
*Mauortis geminus ſurgit per gramina campo.*
*Nec paſſi plura in medio ſermone loquentis*
*Sic adeo incipiunt, prior hæc genitoris imago:*
*Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces,*
*Dulce tamen venit ad manes, cùm gloria vitæ*
*Durat apud ſuperos, nec edunt obliuia laudem.*
*Verum age fare decus noſtrum, te quanta fatiget*
*Militia: heu quoties intrat mea pectora terror,*
*Cùm repeto quàm ſæuus eas, vbi magna pericla*
*Contingunt tibi: per noſtri fortiſſime lethi*
*Obteſtor cauſas, Martis moderare furori.*
*Sat tibi ſunt documenta domus. octaua terebat*
*Arentem culmis meſſem crepitantibus æſtas,*
*Ex quo cuncta mihi calcata, meóque ſubibat*
*Germano, deuexa iugum Parteſſia tellus.*
*Nos miſeræ muros & tecta renata Sagunthо,*
*Nos dedimus Bætin nullo potare ſub hoſte,*
*Nobis indomitus conuertit térq; quatérq;*
*Germanus terga Annibalis, prôh barbara nunquam*
*Impolluta fides. peterem cùm victor adeſum*

*Cladibus Aſdrubalem, ſubito venale cohortes*
*Hiſpanæ vulgus, Libyco quas fecerat auro*
*Aſdrubal, abrupto liquerunt agmine ſigna:*
*Tunc hoſtis ſocio deſertos milite, multum*
*Ditior ipſe viris ſpiſſo circundedit orbe.*
*Non ſegnis nobis, nec inutilis nate peracta*
*Illa ſuprema dies, & laude incluſimus æuum.*
*Excipit inde ſuos frater coniungere caſus.*
*Excelſæ turris poſt vltima rebus in arctis*
*Subſidium optaram, ſupremáq. bella ciebam.*
*Fumantes tedas, ac lata incendia paſſim,*
*Et mille iniecere faces, nil nomine lethi*
*De ſuperis queror, haud paruo data membra ſepulchro*
*Noſtra cremauerunt in morte hærentibus armis.*
*Sed me luctus habet, gemina ne clade ruina*
*Ceſſerit affuſis oppreſſa Hiſpania Pœnis.*
*Contra quæ iuuenis turbato fletibus ore.*
*Dii quæſo, vt merita eſt dignas pro talibus auſis*
*Carthago expendat pœnas, ſed continet acres*
*Pyrenes populos, qui veſtro Marte probatus*
*Excepit feſſos, & notis Martius armis*
*Succeſſit bello, fuſos quoque fama ferebat*
*Victores acie, atque exacta piacula cædis.*
*His læti redtere duces loca amœna piorum.*
*Proſequitúrque oculis puer aduenerat us eunteis.*
*Iámq; aderat multa vix agnoſcendus in vmbra*
*Paulus, & epoto fundebat ſanguine verba.*
*Lux Italûm, cuius ſpectaui Martia facta.*
*Multum vno maiora viro, deſcendere nunc te,*
*Atque habitanda ſemel ſubigit quis viſere regna?*
*Quem contra tales effundit Scipio voces:*
*Armipotens ductor, quàm ſunt tua fata per vrbem*
*Lamentata diu, quàm penè ruentia tecum*
*Traxiſti ad ſtygias Oenotria tecta tenebras?*
*Tum tibi defuncto tumulum Sidonius hoſtis*
*Conſtituit, laudémq; tuo quæſiuit honore.*
*Dúmq; audit lachrymans hoſtilia funera Paulus,*
*Ante oculos iam Flamminius, iam Gracchus, & ægro*
*Abſumptus Cannis ſtabat Seruilius ore.*

*Appellare viros erat ardor, & addere verba.*

NVLLOS Ô NATE, LABORES MORS HABVIT NOSTRA.] Ita Silius: Verùm Polybius lib. 10. Marciam Africani matrem multò poſtea ſuperfuiſſe planiſſimè docet: Θεωρῶν γὰρ τὴν μητέρα περιπορευομένην τοὺς ναοὺς, καὶ θύουσαν τοῖς θεοῖς ὑπὲρ τ' ἀδελφοῦ, καὶ καθόλου μεγάλην προσδοκίαν ἔχουσαν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος. *Conſpicatus namq. matrem templa obeuntem, Diiſque pro fratre ſacrificantem, & prorſus admodum ſuſpenſam exſpectatione futuri.* Ambibat filius ædilitatem, mater obit templa, Diis facit pro filio [ ſiue Africani fratre ] anxia erat: exſpectatione futuri. Silio fauet Solinus c. 4. *Rurſum necatis matribus ortus eſt auſpicatior, ſicut Scipio Africanus prior, qui defuncta parente, quòd exciſus vtero in diem venerat, primus* Romanorum *Cæſar dictus eſt.*

ÆTHERIO DVM PONDERE PARTV EXSOLVOR.] *Pondus* pro *Fœtu* Ouid. Transfor. lib. 7.

*—— vt poſſes autorem dicere tanti*
*Ponderis eſſe Iouem.*

Arnob. lib. 3. *Deas grauidas, Deas fœtas, gliſcentibúſq. per dies aluus inteſtini ponderis moroſitate cunctari.*

IPSA QVIDEM VIRTVS SIBIMET PVLCERRIMA MERCES.] Lege Ciceronem Paradoxo ſecundo. Habe tamen ob venuſtatem Claudiani verſus de Conſulatu Manlii hinc ortos:

*Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſoláq. latè*
*Fortunæ ſecura nitet, nec plauſibus vllis*
*Erigitur, plauſúq. petit clareſcere vulgi.*
*Nil opis externæ cupiens, nihil indiga laudis,*
*Diuitiis animoſa ſuis, immotáq. cunctis*
*Caſibus ex alta mortalia deſpicit arce.*

SVBITO VENALE COHORTES HISPANA VVLGVS.] Liuius lib. 25. triginta numerat Celtiberorum millia, qui Aſdrubalis illectu, & auro datam Scipionibus fidem eiurarunt, vt ſe perfidiæ manciparent.

NOTIS MARTIVS ARMIS.] Liuius ibidem.

*Sed raptabat amor priſcos cognoſcere manes.*
*Nunc meritum ſæua Brutum immortale ſecuri.*
*Nomen, nunc ſuperis æquantem laude Camillum,*
*Nunc auro Curium non vnquam cernit amicum.*
*Ora Sibylla docet venientum, & nomina pandit.*
*Hic fraudes pacis, Pyrrúmq; à limine portæ*
*Deiecit viſus orbus, tulit ille ruentem*
*Tybridis in ripas regem, ſolúſq; reuulſo*
*Ponè ferox ponte excluſit redeuntia regna.*
*Si tibi dulce, virum, primo qui fœdera bello*
*Phœnicum pepigit vidiſſe, hic Martius ille*
*Aequoreis victor cum claſſe Luctatius armis.*

*Si ſtudium, & ſæuam cognoſcere Amilcaris vmbram,*
*Illa eſt, cerne procul, cui frons nec morte remiſſa*
*Irarum ſeruat rabiem: ſi iungere cordi eſt*
*Colloquium, ſine guſtato det ſanguine vocem.*
*Atque vbi permiſſum, & ſitiens ſe impleuit imago,*
*Sic prior increpitat non miti Scipio vultu:*
*Taliáne ô fraudum genitor ſunt fœdera vobis?*
*Aut hæc Sicania pepigiſti captus in ora?*
*Bella tuus toto natus contra omnia pacta*
*Exercet Latio, & perruptis molibus alpes*
*Eluctatus adeſt. feruet gens Itala Marte*
*Barbarico, & refluunt obſtructi ſtragibus amnes.*
*Poſt quæ Pœnus ait, decimum modo cœperat annum*
*Exceſſiſſe puer, noſtro cùm bella Latinis*
*Concepit iuſſu: licitum nec fallere diuos*
*Iuratos patri: quòd ſi Laurentia vaſtat*
*Nunc igni regna, & Phrygias res vertere tentat,*
*O pietas, ô ſancta fides, ô vera propago.*
*Atque vtinam amiſſum reparet decus, inde citato*
*Celſus abit greſſu, maiorq; receſſit imago.*
*Exin deſignat vates, qui iura ſub armis*
*Poſcenti dederint populo, primiq. petitas*
*Miſcuerint Italis Pyræo littore leges.*
*Lætatur, ſpectatq; virûm inſatiabilis ora*
*Scipio, & appellet cunctos, ni magna ſacerdos*
*Admoneat, turbæ innumeræ, quot millia toto*
*Credis in orbe puer, luſtris dum ſingula viſu*
*Deſcendiſſe Erebo? nullo non tempore abundans*
*Vmbrarum hic agitur torrens, vectâtq; capaci*
*Agmina mole Charon, & ſufficit improba puppis.*
*Poſt hæc oſtendens iuueni ſic virgo profatur.*

SÆVA BRVTVM IMMORTALE SECVRI NOMEN.] Qui filium libertati publicæ inimicum cecidit prius flagris onuſtum, Liuius lib. 2. Virg. Aen. 6. ex quo verſum hunc æmulus videtur Silius:

*Vincet amor patriæ, laudumq. immenſa cupido.*

NVNC SVPERIS ÆQVANTEM LAVDE CAMILLVM.] Scribendum aut *æquatum*, aut, *Superis ſe æquantem*, aut *Superos æquantem*. Sic infià:

*Qui cantu Muſas, & Phœbum æquauit honore.*

NVNC AVRO CVRIVM NON VNQVAM CERNIT AMICVM.] Cuius Samnitib. Pyrrhi nomine magnũ auri pondus afferentib. ridibund⁹: *Narrate*, in-

quit, *Samnitib. M. Curiũ malle locupletib. imperare, quàm ipſum fieri locupletem.* Gellius li. 1. c. 14. Val. Max li. 4. c. 3. Aliàs iurauit ex præda ſe nihil attigiſſe *præter guttum faginum*, in quo ſacrificaret, Plin. lib. 16. c. 38. Vide Plin. lib. 13. c. 12. Eclogas Legationum, Dionyſii Halicarnaſſei Ecl. 5. Appiani 6.

HIC FRAVDES PACIS, PYRRHVMQVE A LIMINE PORTÆ DEIECIT VISVS ORBVS. ] Claudius Cæcus, qui Ouid.

*Multum animo vidit, lumine captus erat,*

Pyrrhum non armis, ſed ſententiæ dictione deiecit, M. Tullius lib. de Senect. Liuius li. 13. Val. Max. li. 4. c. 3. Plut. in Pyrrho. Iterum Cicero 5. Tuſc. prima in Anton. & in Bruto. Appianus παρεκβολῇ 6. de Legat. *A limine portæ*: nã, vt mihi ſcribit Appianus: Ἄλλα τε πολλὰ ὅμοια τούτοις ὁ Ἄππιος εἰπών, καὶ ἐρεθίσας εἰσηγήσατο Πύρρον, εἰ δέοιτο τῆς Ῥωμαίων φιλίας, καὶ συμμαχίας, ἐξ Ἰταλίας ἀπελθόντα πρεσβεύειν· παρόντα δὲ μήτε φίλον ἡγεῖσθαι, μήτε σύμμαχον, μήτε Ῥωμαίοις δικαστὴν, ἢ διαιτητήν. *Aliáque multa his ſimilia prolocutus Appius, & irritans Pyrrho perſuaſit, vt, ſi Romanorum amicitia, atque auxilio opus haberet, cùm abſceßiſſet ex Italia legationem mittere, perſuaſit etiam eum vt in Italia neque quiſquam amicum crederet, neque ſocium, neque Romanis iudicem, aut arbitrum.*

SOLVSQVE REVVLSO PONE FEROX PONTE. ] Horat. Cocles, Liuius l. 2. Polyb. li. 6. Dionyſius li. 5. Antiq. Rom.

MAIORQVE RECESSIT IMAGO. ] Notatis apponimus de Romulo Faſt. 2.

*Pulcer, & humano maior, trabeáque decorus.*

PRIMIQVE PETITAS MISCVERVNT ITALIS PYRÆO LITORE LEGES. ] Pyræus Munichiæ muris ambitus, Str. l. 9. Athenis autem (quas intelligi vult Poëta *Pyræo litore*) leges petiuerunt Romanorum Decemuiri, Liuius li. 3. Dion. l. 10. Gell. l. 20. c. 1. Plutarchus, & Cicero variis locis. At Decemuiri cum Lacedæmone quoque leges petiuerint, cur non memoratum Poetæ? cur Draconi, aut Soloni Lycurgum poſthabuit? Quia Lacedæmonii leges ab Athenienſib. hauſere. Iſocrates Panathenaico: οὐχ ὡς Λυκούργου τι τούτων εὑρόντος, ἢ διανοηθέντος, ἀλλ' ὡς μιμησαμένου τὴν διοίκησιν ὡς δυνατὸν ἄριστα τὴν τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων, καὶ τὴν δὲ δημοκρατίαν καταστήσαντος παρ' αὐτοῖς τὴν ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένην. *Non quòd Lycurgus horum quidquam reperiſſet, aut excogitaſſet, ſed quòd maiorum noſtrorum inſtituta, qua fas, imitatus eſſet, atque hoc populi imperium cum optimatum miſcuiſſet, atque conſtabiliſſet.* Vel quia nonnullis opinio ſedit ſolis Athenis Romanos legum exempla petiſſe. D. Auguſt. li. 2. de Ciuit. c. 16. non à Lacedæmoniis leges accepiſſe ponit.

POST HÆC OSTENDENS IVVENI. ] Scipioni. Modius Epiſt. 79. reponit è membranis *iuuenem* Alexandrum M. accipiens. Verùm membranarum obtentu non patiar veritatem obumbrari, conlucanda eſt. Liuius térque quatérque Scipionem hunc circa hæc tempora *adoleſcentem* nominat, nec minus infrequenter *puerum* Silius. Nondum ergo iuuenis tum Scipio. Aliquantò poſt cum ad bellum Hiſpanienſe miſſus Scipio, quartum & viceſimum agebat annum, Liuius lib. 28. *Cùm mihi quatuor & viginti annos nato detuliſſet imperium populus Romanus.* Quæ Scipionis ætas adoleſcentiæ terminis clauditur autore Varrone apud Cenſorinum. Contrà Alexãder duûm

& triginta annorum plus minus cùm eſſet (variant Scriptores) *iuuenis*. Quare accommodatius *Iuuenem* ſcribes, & Alexandrum accipies. Deinde notum nimis ex antegreſſis hos, & hos oſtendi Scipioni; nec ſatis cauſæ, cur hîc iſta finitio ſit adhibita præquam cuius alteri loco.

*Hic ille eſt tellure vagus, qui victor in omni*
*Curſu ſigna tulit, cui peruia Bactra, Dacæq;,*
*Qui Gangem bibit, & Pelæo ponte Nyphatem*
*Adſtrinxit, cui ſtant ſacro ſua mœnia Nilo.*
*Incipit Aeneades. Libyci certiſſima proles*
*Hammonis, quanto exuperat tua gloria cunctos*
*Indubitata duces? ſimilique cupidine rerum*
*Pectora noſtra calent, quæ te via ſcire ſuperbum*
*Ad decus, & ſummas laudum perduxerit artes.*
*Ille ſub hæc: Turpis lenti ſollertia Martis,*
*Audendo bella expedias, pigra exſtulit aſtris*
*Haud vnquam ſeſe virtus, tu magna gerendi*
*Præcipita tempus: mors atra impendet agenti.*
*Hæc effatus abit. Crœſi mox aduolat vmbra*
*Diues apud ſuperos, ſed mors æquarat egenis.*

QVI VICTOR IN OMNI CVRSV SIGNA TVLIT. ] Membranæ Col. *Curſim*. Prauiter.

CVI PERVIA BACTRA: DACÆQVE. ] Sunt *Dacæ*, ſiue *Daci*. Martialis l. 6. Epigr. 76.

*Grande iugum domita Dacus ceruice recepit,*

ſæpiculè. Hi Germanis, Scythis, & Getis accenſeri ſolent. Silius lib. 1.

*Dacus vt armiferis Getica telluris in oris*
*Spicula, quæ patrio gaudens acuiſſe veneno*
*Fundit apud ripas inopina binominis Iſtri.*

Xiphilinus in Domitiano: Δάκους δὲ αὐτοὺς προσαγορεύω (iuuerint hæc Martialem) ὥσπερ που καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι σφᾶς ὀνομάζουσι, οὐκ ἀγνοῶν ὅτι, Ἑλλήνων τινὲς γέτας αὐτοὺς λέγοντες, εἴτ' ὀρθῶς, εἴτε καὶ μὴ ὀρθῶς λέγοντες. Ἐγὼ γὰρ οἶδα γέτας τοὺς ὑπὲρ Αἷμον παρὰ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντας. *Dacos eos appello, vti quandoque ipſi ſe, & Romani eos nominant, non neſcius à quibuſdam Græcorum Getas eos nuncupari, ſeu rectè, ſeu prauè. Scio namque Getas ſupra Hæmum ad Iſtrum accolere.* Dionyſius:

Πολλὰ μάλ' ἑξείης Μαιώτιδος ἐς στόμα λίμνης
Γερμανοὶ Σαμάται τε, Γέται θ' ἅμα, Βαστάρναι τε,
Δακῶν τ' ἄσπετος αἶα, καὶ ἀλκήεντες Ἀλανοί.
*Ordine deinde colit gens multa Mæotidos oras*
*Germani, Samataque, Getæque feri, ac Baſtarnæ,*
*Immaniſque Dacum tellus, fortes & Alani.*

Vide hic Euſtathium. Sunt *Dahæ, Dahi, Dai, Daui*. Plin. li. 6. c. 17. *Dahas Scythis* adnumerat: Prud. l. 2. contra Symmachum: *Denique Romanus, Daa, Sarmata, Vandalus, Hunnus*. Strabo li. 11. Ἐν ἀριστερᾷ δὲ τούτοις ἀντίκεινται Σκυθικὰ ἔθνη καὶ τὰ Νομαδικὰ, ἅπασαν ἐκπληροῦντα τὴν βόρειον πλευράν· οἱ μὲν δὴ πλείους τῶν Σκυθῶν ἀπὸ τῆς Κασπίας θαλάττης ἀρξάμενοι Δάαι προσαγορεύονται: *Læua ijs adhærent Scythicæ gentes & Nomadum plagam Borealem implentes. Plures autem Scytharum à Caſpio mari Dahæ nominantur*. Li. 7. Τοὺς μὲν γὰρ Δάκους προσαγορεύουσι, τοὺς δὲ Γέτας· Γέτας μὲν τοὺς πρὸς τὸν πόντον κεκλιμένους, καὶ πρὸς τὴν ἕω. Δάκους δὲ τοὺς εἰς τἀναντία πρὸς Γερμανίαν, καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς, οὓς οἶμαι Δάους καλεῖσθαι τὸ παλαιόν· ἀφ' οὗ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπεπόλασε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα Γέται, καὶ Δᾶοι· τοῦτο γὰρ πιθανώτερον, ἢ ἀπὸ τῶν Σκυθῶν, οὓς καλοῦσι Δάας· πόρρω γὰρ ἐκεῖνοι περὶ τὴν Ὑρκανίαν· καὶ οὐκ εἰκὸς ἐκεῖθεν κομίζεσθαι ἀνδράποδα εἰς τὴν Ἀττικήν. *Quoſdam Dacos appellant, quoſdam Getas: Getas, inquam, ad Pontum vergentes, & Orientem; Dacos ex aduerſo ad Germaniam, Iſtrique fontes, qui olim Daui dicebantur. Vnde & apud Atticos increbruere ſeruorum nomina Getæ, & Daui. Id námque credibilius, quàm à Scythis, quos Dahas vocant: longè enim illi vel Hyrcaniam vltra remoti ſunt, neque illinc in Atticum mancipia tranſportari veri ſpeciem habet*. Virgilius Æneid. 8.

*Extremique hominum Morini, Rhenique bicornis*
*Indomitique Dahæ, & pontem indignatus Araxes.*

Vbi *Dacæ* retineri vult Hortenſius ſecurus quantitatis. Et Seneca in Thyeſte Act. 2. in Choro: *Qui ſparſos agitant Dacas*. Ego, vt cum eo non pugno, ita quàm minimum recedam, ſi *Daſa* ſcripſero: quos eoſdem cum *Dahis* facit Stephanus. Mela lib. 1. cap. 2. non vſque abiungit *Bactros*, Suſianos, Pharmacotrophos, Bamares, Coamanos, Rophanas, *Dahas*. Curtii li. 7. *Dahæ Bactrianorum* ſæpius ſocii ſunt, quos vtroſque vicit Alexander, & in Antiochi exercitu cum Carmaniis & Cilicib. iunctos lego apud Polyb. lib. 5. Iterum lib. 8. Curt. Dahas Bactrianis aſſociat, vbi quoque refert Dahas dedere ſeſe occupantes ab Alexandro non aditos: iidem tamen dediticii quin Alexandro peruii fuerint ægrè dubitari poteſt: voluntas vna defuit. Strabo rurſus lib. 11. Φασὶ δὲ τοὺς Πάρνους Δάας μετανάστας εἶναι ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς Μαιώτιδος Δαῶν, οὓς Ξανθίους ἢ Παρίους καλοῦσιν· οὐ πάνυ δ' ὡμολόγηται Δάας εἶναί τινας τῶν ὑπὲρ τῆς Μαιώτιδος Σκυθῶν. *Adſerunt verò Parnos Daharum qui vltra Maotum accolunt, quos Xanthios, aut Parios dicunt, colonos eſſe, quod non prorſus in confeſſo eſt*. Ibidem: Τοὺς μὲν οὖν ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι τὸ Κάσπιον πέλαγος παροικοῦντας νομάδας Δάας οἱ νῦν προσαγορεύουσι, τοὺς ἐπονομαζομένους Πάρνους, ſeu Ἀπάρνους. *Læua nauigante Caſpium mare inhabitantes Numidas* [*vagos*] *qui hodie viuunt mortales Dahas agnominant, Parnos, ſeu Aparnos olim cognominatos*. Herodotus Clione ſecernit diuerſos Perſas: Οἱ δὲ ἄλλοι νομάδες, Δάοι, Μάρδοι, Δροπικοὶ, Σαγάρτιοι, *Numidarum alij Dahi, Mardi, Dropici, Sagartij*. Ex horum Autorum contentione liquet non diſcrepantia eſſe nomina *Daca, Dahæ, Daſa, Daci, Dahi, Daui*, noteſcit etiam duplices eſſe *Dahas*, vnos ad Germaniam pertinentes, alteros ad Hyrcaniam: de his porro loqui videtur Silius:

— *cui peruia Bactra, Dacaque*
*Qui Gangem bibat, & Pellæo ponte Niphatem*
*Adſtrinxit.*

Iuſtinus li. 41. *Solitudines inter Hyrcaniam, & Dahas, & Areos, & Spartanos,*

*Cura tuis vocum, nec enim conquirere dicta*
*Aut ſeruare fuit proauis ſollertia veſtris.*
*Verum age diſce puer, quando cognoſcere cordi*
*Iam tua déque tuis pendentia Dardana fatis.*
*Nanque tibi cerno properatum oracula vitæ*
*Hinc petere, & patrios viſu contingere manes.*
*Armifero victor patrem vlciſcêris Ibero,*
*Creditus ante annos Marti, ferroque reſolues*
*Gaudia Pœnorum, & miſſum lætabere bello*
*Omen, Iberiacis victa Carthagine terris.*
*Maius ad imperium poſt hæc capiere, nec ante*
*Iuppiter abſiſtet cura, quàm cuncta fugarit*
*In Libyam bella, & vincendum duxerit ipſe*
*Sidonium tibi rectorem: pudet vrbis iniquæ,*
*Quod tu poſt decus hoc, patriáque domóque carebis.*
*Sic vates, greſſúmque lacus vertebat ad atros.*
*Tum iuuenis, quæcunque datur ſors durior æui,*
*Obnitemur ait, culpa modo pectora ceſſent.*
*Sed te oro (quando vitæ tibi cauſa labores*
*Humanos iuuiſſe fuit) ſiſte inclita virgo*
*Pauliſper greſſum, & nobis manéſque ſilentum*
*Enumera, ſtygiæque aperi formidinis aulam.*
*Annuit illa quidem, ſed non optanda recludis*
*Regna ait, hic tenebras agitant, volitántque per vmbras*
*Innumeri quondam populi, domus omnibus vna.*
*In medio vaſtum late ſe tendit inane,*
*Huc quicquid terræ, quicquid freta, & igneus æther*
*Nutriuit primo mundi genitalis ab æuo.*
*Mors communis agit, deſcendunt cuncta capítque*
*Campus iners quantum interijt, reſtátque futurum.*
*Cingunt regna decem portæ, quarum vna receptat*
*Belligeros dura Gradiui ſorte creatos.*
*Altera qui leges poſuere, atque inclyta iura*
*Gentibus, & primas fundarunt mœnibus vrbes.*
*Tertia ruricolas, Cereris iuſtiſſima turba,*
*Quæ venit ad manes, & fraudum illæſa veneno,*
*Quin qui lætas artes, vitæque colendæ*
*Inuenere viam, nec dedignanda parenti*
*Carmina fuderunt Phœbo ſua limina ſeruant.*

*Proxima quos venti, ſæuæq. hauſeræ procellæ*
*Naufraga porta rapit, ſic illam nomine dicunt.*
*Finitima huic noxa grauido, & peccaſſe fatenti*
*Vaſta patet populo. pœnas Rhadamanthus in ipſo*
*Expetit introitu, mortémq. exercet inanem.*
*Septima fœmineis reſeratur porta cateruis*
*Liuentes vbi caſta fouet Proſerpina lucos.*
*Infantum hinc gregibus, verſas ad funera tedas*
*Paſſim virginibus, turbæq. in limine lucis*
*Eſt iter extinctæ, & vagitu ianua nota.*
*Tum ſeducta loco, & laxata lucida nocte*
*Clauſtra nitent, quæ ſecreti per limitis vmbram*
*Elyſios ducunt campos, hic turba piorum*
*Nec ſtygio in regno, cæli nec poſta ſub axe:*
*Verum vltra Oceanum ſacro certamina fonti,*
*Lethêos potat latices obliuia mentis.*
*Extrema hinc auro fulgens, iam lucis honorem*
*Sentit, & admoto ſplendet ceu ſidere lunæ.*
*Hac animæ cœlum repetunt, ac mille peractis*
*Oblitæ ditem redeunt in corpora luſtris.*
*Has paſſim nigrum pandens mors lurida rictum,*
*Itque reditque vias, & portis omnibus errat.*
*Tum iacet in ſpatium ſine corpore pigra vorago,*
*Limoſique lacus, late exundantibus vrit*
*Ripas ſæuis aquis Phlegethon, & turbine anhelo*
*Flammarum reſonans ſaxoſa incendia torquet.*
*Parte alia torrens Cocytos ſanguinis atri*
*Vorticibus furit, & ſpumanti gurgite fertur.*

PVDET VRBIS INIQVÆ.] Romæ, quæ te Scipio aget in exilium. Puditum eſt & Val. Maximum lib. 5. c. 3. cuius verba vel ob elegantiam partim exprimenda: *Africanus ſuperior non ſolum contuſum, & confractam belli Punici armis rempub. ſed pene iam exſanguem, atque morientem Africæ dominam reddidit. cuius clariſſima opera iniuriis penſando ciues, vici eum ignobilis, ac deſertæ paludis accolam fecerunt: eiúſque voluntarij exilij acerbitatem non tacitus ad inferos tulit ſepulcro ſuo inſcribi iubendo:*

INGRATA PATRIA. NE. OSSA. QVIDEM. MEA. HABES.

Ilura ibi, dum pergit ædificare Romanæ ciuitatis probrum. Liuium lib. 38. D. Aug. lib. 3. de Ciuit. c. 21. Redi ad Com. in lib. 9.

REGNA, AIT; HI TENEBRAS AGITANT.] Præſtantiùs *Habitant*. Mox:

*Atq. habitanda ſemel ſubigit quis viſere regna?*

SACRO CERTAMINA FONTI LETHÆOS POTAT LATICES OBLIVIA MENTIS.] Modius Epiſt.78. *Contermina*, pro *certamina*. Ariolor ſcribendum:

*— ſacro certamine fontis.*

Deproperabant certatim vmbræ ducere lethæos ſuccos. Videtur enim Silius illud innuiſſe ex Aeneid. 6.

*Quidue viri tanto complerint agmine ripas?*
*... Securos latices, & longa obliuia potant.*

Immenſum ſit huius libri Sillani locos cum Virgilianis Aen. 6. contendere.

NOXA GRAVIDA, ET PECCASSE FATENTI.] Nonnus:

— ἀμπλακίης ἔγκυμονα κόσμον.

*Mundum noxa grauidatum.*

*At magnis ſemper diuis, regíque Deorum*
*Iurari dignata palus, picis horridâ riuo*
*Fumiferum voluit Styx inter ſulfura limum.*
*Triſtior his Acheron ſanie, craſſóque veneno*
*Aeſtuat & gelidam eructans cum murmure arenam*
*Deſcendit nigra lentus per ſtagna palude.*
*Hanc optat ſaniem non vno Cerberus ore,*
*Hæc & Tiſiphones ſunt pocula, & atra Megæra*
*Hic ſitit, ac nullo rabies extinguitur hauſtu.*
*Vltimus erumpit lacrymarum fontibus amnis*
*Ante aulam, atq. aditus, & inexorabile limen.*
*Quarta cohors omni ſtabulante per aula monſtro*
*Excubat, & manes permixto murmure terret;*
*Luctus edax, Maciéſque malis comes addita morbis,*
*Et mæror paſtus fletu, & ſine ſanguine Pallor*
*Curæque, Inſidiæque, atq. hinc queribunda Senectus,*
*Hinc angens vtraq. manu ſua guttura Liuor,*
*Et defôrme malum, ac ſceleri procliuis Egeſtas,*
*Errorque infido greſſu, & Diſcordia gaudens*
*Permiſcere fretum cælo, ſed & oſtia ditis*
*Centenis ſuetus Briareus excludere palmis,*
*Et Sphynx virgineos rictus infecta cruore,*
*Scylláque, Centaurique truces, vmbræque Gigantum.*
*Cerberus hic ruptis peragrat cùm tartara vinclis,*
*Non ipſa Alecto, nec fæta furore Megæra*
*Audet adire, ferum dum fractis mille catenis*
*Vipereà latrans circunligat ilia caudâ.*
*Dextera vaſta comas, nemoroſáque brachia fundit*

*Taxus, Cocyti rigua frondoſior vnda.*
*Hic diræ volucres, paſtúſque cadauere vultur,*
*Et multus bubo, ac ſparſis ſtryx ſanguine pennis,*
*Harpyæque fouent nidos, atque omnibus hærent*
*Condenſæ foliis, nutat ſtridoribus arbor.*
*Has inter formas coniux Iunonis Auernæ*
*Suggeſtu reſidens cognoſcit crimina regum,*
*Stant vincti, feroque piget ſub iudice culpæ,*
*Circumerrant furiæ, pœnarúmque omnis imago.*
*Quàm vellent nunquam ſceptris fulſiſſe ſuperbis*
*Inſultant duro imperio, non digna nec æqua*
*Ad ſuperos paſſi manes, quæq. ante profari*
*Non licitum viuis, tandem permiſſa queruntur.*
*Tunc alius ſæuis religatur rupe catenis.*
*Aſt alius ſubigit ſaxum, pérque ardua montis*
*Vipereo domat hunc æterna Megæra flagello.*
*Talia lethiferis reſtant patienda tyrannis.*
*Sed te maternos tempus cognoſcere vultus,*
*Cuius prima venit non tardis paſſibus vmbra.*
*Aſtabat fœcunda Iouis Pomponia furto,*
*Nanque vbi cognouit Latio ſurgentia bella*
*Pœnorum, Venus inſidias anteire laborans*
*Iunonis, fuſa ſenſim per pectora patrem*
*Implicuit flamma, quæ ni prouiſa fuiſſent,*
*Sidonia Iliacas nunc virgo accenderet aras.*

DIVIS, REGIQ. DEORVM IVRARI DIGNATA PALVS.] Iliad. O. Iuno:

Ἴστω νῦν τόδε Γαῖα, καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,
Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅς τε μέγιστος
Ὅρκος, δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.
*Conſcia ſit Tellus, ſpatioſus & Vranus, atque*
*De Styge lympha cadens, quæ Dijs iuranda beatis*
*Sancto iure cluit venerando numine lympha.*

Rettulit magiſtrum Apollonius Arg. β.

— ἥ τε θεοῖσι
Ῥιγίστη πάντεσσιν, ὀπιδνοτάτη τε τέτυκται.
*Quæ Dijs horrenda, & ſacro venerata timore eſt.*

Metamorphoſeωs tertio:

— *Stygij quoq. conſcia iuro*
*Numina torrentis; timor, & Deus ille Deorum eſt.*

Ideo iterum Ouidius in Diris:

*Quique per inferna horrendo murmure valles*

*Imperiurata laberis amnis aquæ.*

Qui plura volet, eto ad Virgil. Aen. 6. Senecam Hercule F. & Thyeſte, Hom. Il. β. & alibi, Heſiodi Theogoniam, Damaſcum apud Photium c. 242. qui ſcribit rationem internoſcendi, ac vindicandi periuria, Pauſaniam Arcadicis, Euſtath. Seruium, Arnob.

HANC OPTAT SANIEM NON VNO CERBERVS ORE ET ATRA MEGÆRA HIC SITIT. ] Si eam ſaniem ſitit Megæra [adeon' delicioſa potio?] cur non *optet* Cerberus? Ea cauſa non recipienda viſa eſt Modii emendatio *Potat* tanquam minor: nam qui potat, & amplius ſitit, & optat, ille ſuauiſſimo ſe poculo indicat potionatum.

HINC ANGENS VTRAQ. MANV SVA GVTTVRA LIVOR.] Vim Græcæ vocis retulit Silius: ἄγχ enim eſt *angere*, ſeu *ſtrangulare* Iliad. γ. *Guttur angentem manum* dixeris χεῖρα δειράγχα. *Manum ſtrangulantem collum.* Inde *Angina*, quò Plautus alluſit.

> *Vellem me in anginam verti,* quò huic
> *Aniculæ fauces præoccuparem.*

Et Plin. lib. 8. c. 27. Aconitum à veterib. *Pardalianches* vocatum teſtis eſt, quòd earum fauces ſtranguler carnib. illitum. Eodem filo Statius Theb. 4.

> — *rabidi cùm colla minantia monſtri*
> *Angeret, & tumidos animam anguſtaret in artus.*

QVERIBVNDA SENECTVS.] D. Chryſoſtomo γῆρας μεμψίμοιρον.

*Ergo vbi guſtatus cruor, admonuítque Sibylla,*
*Et dedit alternos ambobus noſcere vultus,*
*Sic iuuenis prior: O magni mihi numinis inſtar*
*Cara parens, quàm te vt nobis vidiſſe liceret*
*Optaſſem ſtygias vel letho intrare tenebras.*
*Quæ ſors noſtra fuit, cui te, cum prima ſubiret*
*Eripuit ſine honore dies, & funere carpſit?*
*Excipit his mater: Nullos ô nate labores*
*Mors habuit noſtra, ætheriꝰdum pondere partus*
*Exolu[illegible]r, miti dextra Cyllenia proles*
*Imperio Iouis Elyſias deduxit ad oras:*
*Attribuitque pares ſedes, vbi magna moratur*
*Alcidæ genitrix, vbi ſacro munere Leda.*
*Verum age nate tuos ortus, ne bella paueſcas*
*Vlla, nec in cœlum du[illegible]s te tollere factis,*
*Quando aperire datur nobis, nunc denique diſce.*
*Sola die caperem media cùm forte petitos*
*Ad requiem ſomnos, ſubitus mihi membra ligauit*
*Amplexus, non ille meo veniente marito*
*Aſſuetus, facilíſque mihi: tum luce coruſca,*

*Implebat quanquam languentia lumina ſomnus,*
*Vidi (crede) Iouem, nec me mutata feſellit*
*Forma Dei, quod ſqualentem conuerſus in anguem*
*Ingenti traxi curuata volumina gyro.*
*Sed mihi poſt partum non vltra ducere vitam*
*Conceſſum, heu quantum gemui, quòd ſpiritus ante*
*Hæc tibi quàm noſcenda darem, diſceſſit in auras.*
*His alacer colla amplexu materna petebas,*
*Vmbráq. ter fruſtra per inane petita feſellit.*
*Succedunt ſimulacra virûm concordia, patris,*
*Vnanimique ſimul patrui, ruit ipſe per vmbram*
*Oſcula vana petens iuuenis, fumóq. volucri,*
*Et nebulis ſimiles animas apprendere certat.*
*Queis te chare pater, quo ſtabant Itala regna,*
*Exoſus Latio deus abſtulit? hei mihi: nam cur*
*Vlla fuere adeo, quibus à te ſæuus abeſſem,*
*Momenta? oppoſito mutaſſem pectore mortem.*
*Quantos funeribus veſtris gens Itala paſſim*
*Dat gemitus, tumulus vobis cenſente ſenatu*
*Mauortis geminus ſurgit per gramina campo.*
*Nec paſſi plura in medio ſermone loquentis*
*Sic adeo incipiunt, prior hæc genitoris imago:*
*Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces,*
*Dulce tamen venit ad manes, cùm gloria vitæ*
*Durat apud ſuperos, nec edunt obliuia laudem.*
*Verum age fare decus noſtrum, te quanta fatiget*
*Militia: heu quoties intrat mea pectora terror,*
*Cùm repeto quàm ſæuus eas, vbi magna pericla*
*Contingunt tibi: per noſtri fortiſſime lethi*
*Obteſtor cauſas, Martis moderare furori.*
*Sat tibi ſunt documenta domus. octaua terebat*
*Arentem culmis meſſem crepitantibus æſtas,*
*Ex quo cuncta mihi calcata, meóque ſubibat*
*Germano, deuexa iugum Tarteſſia tellus.*
*Nos miſeræ muros & tecta renata Sagunthο,*
*Nos dedimus Bætin nullo potare ſub hoſte,*
*Nobis indomitus conuertit térq; quatérq;*
*Germanus terga Annibalis, prôh barbara nunquam*
*Impolluta fides. peterem cùm victor adeſum*

*Cladibus Aſdrubalem, ſubito venale cohortes*
*Hiſpanæ vulgus, Libyco quas fecerat auro*
*Aſdrubal, abrupto liquerunt agmine ſigna:*
*Tunc hoſtis ſocio deſertos milite, multum*
*Ditior ipſe viris ſpiſſo circundedit orbe.*
*Non ſegnis nobis, nec inutilis nate peracta*
*Illa ſuprema dies, & laude incluſimus æuum.*
*Excipit inde ſuos frater coniungere caſus.*
*Excelſæ turris poſt vltima rebus in arctis*
*Subſidium optaram, ſupremáq. bella ciebam.*
*Fumantes tedas, ac lata incendia paſſim,*
*Et mille iniecere faces, nil nomine lethi*
*De ſuperis queror, haud paruo data membra ſepulchro*
*Noſtra cremauerunt in morte hærentibus armis.*
*Sed me luctus habet, geminæ ne clade ruinæ*
*Ceſſerit affuſis oppreſſa Hiſpania Pœnis.*
*Contra quæ iuuenis turbato fletibus ore.*
*Dii quæſo, vt merita eſt dignas pro talibus auſis*
*Carthago expendat pœnas, ſed continet acres*
*Pyrenes populos, qui veſtro Marte probatus*
*Excepit feſſos, & notis Martius armis*
*Succeſſit bello, fuſos quoque fama ferebat*
*Victores acie, atque exacta piacula cædis.*
*His læti rediere duces loca amœna piorum.*
*Proſequitúrque oculis puer aduenerátus eunteis.*
*Iámq; aderat multa vix agnoſcendus in vmbra*
*Paulus, & epoto fundebat ſanguine verba.*
*Lux Italûm, cuius ſpectaui Martia facta.*
*Multum vno maiora viro, deſcendere nunc te,*
*Atque habitanda ſemel ſubigit quis viſere regna?*
*Quem contra tales effundit Scipio voces:*
*Armipotens ductor, quàm ſunt tua fata per vrbem*
*Lamentata diu, quàm penè ruentia tecum*
*Traxiſti ad ſtygias Oenotria tecta tenebras?*
*Tum tibi defuncto tumulum Sidonius hoſtis*
*Conſtituit, laudémq; tuo quæſiuit honore.*
*Dúmq; audit lachrymans hoſtilia funera Paulus,*
*Ante oculos iam Flamminius, iam Gracchus, & agro*
*Abſumptus Cannis ſtabat Seruilius ore.*

*Appellare viros erat ardor,& addere verba.*

NVLLOS Ô NATE, LABORES MORS HABVIT NOSTRA.] Ita Silius. Verùm Polybius lib.10. Marciam Africani matrem multò poſtea ſuperfuiſſe planiſſimè docet: Θεωρῶν γὰρ τὴν μητέρα περιπορευομένην τοὺς ναοὺς, καὶ θύουσαν τοῖς Θεοῖς ὑπὲρ τ' ἀδελφοῦ, καὶ καθόλου μεγάλην προσδοκίαν ἔχουσαν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος. *Conſpicatus namq. matrem templa obeuntem, Diiſque pro fratre ſacrificantem, & prorſus admodum ſuſpenſam exſpectatione futuri.* Ambibat filius ædilitatem, mater obit templa, Diis facit pro filio [ſiue Africani fratre] anxia erat: exſpectatione futuri. Silio fauet Solinus c. 4. *Rurſum necatis matribus ortus eſt auſpicatior, ſicut Scipio Africanus prior, qui defuncta parente, quòd exciſus vtero in diem venerat, primus* Romanorum *Cæſar dictus eſt.*

ÆTHERIO DVM PONDERE PARTV EXSOLVOR.] *Pondus* pro *Fœtu* Ouid. Transfor. lib. 7.

*— vt poſſes autorem dicere tanti*
*Ponderis eſſe Iouem.*

Arnob. lib. 3. *Deas grauidas, Deas fœtas, gliſcentibúſq. per dies aluis inteſtini ponderis moroſitate cunctari.*

IPSA QVIDEM VIRTVS SIBIMET PVLCERRIMA MERCES.] Lege Ciceronem Paradoxo ſecundo. Habe tamen ob venuſtatem Claudiani verſus de Conſulatu Manlii hinc ortos:

*Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſoláq. latè*
*Fortunæ ſecura nitet, nec plauſibus vllis*
*Erigitur, plauſúq. petit clareſcere vulgi.*
*Nil opis externæ cupiens, nihil indiga laudis,*
*Diuitiis animoſa ſuis, immotáq. cunctis*
*Caſibus ex alta mortalia deſpicit arce.*

SVBITO VENALE COHORTES HISPANA VVLGVS.] Liuius lib. 25. triginta numerat Celtiberorum millia, qui Aſdrubalis illectu, & auro datam Scipionibus fidem eiurarunt, vt ſe perfidiæ manciparent.

NOTIS MARTIVS ARMIS.] Liuius ibidem.

*Sed raptabat amor priſcos cognoſcere manes.*
*Nunc meritum ſæua Brutum immortale ſecuri.*
*Nomen, nunc ſuperis æquantem laude Camillum,*
*Nunc auro Curium non vnquam cernit amicum.*
*Ora Sibylla docet venientum, & nomina pandit.*
*Hic fraudes pacis, Pyrrúmq; à limine portæ*
*Deiecit viſus orbus, tulit ille ruentem*
*Tybridis in ripas regem, ſolúſq; reuulſo*
*Ponè ferox ponte excluſit redeuntia regna.*
*Si tibi dulce, virum, primo qui fœdera bello*
*Phœnicum pepigit vidiſſe, hic Martius ille*
*Aequoreis victor cum claſſe Luctatius armis.*

*Si ſtudium,& ſæuam cognoſcere Amilcaris vmbram,*
*Illa eſt,cerne procul,cui frons nec morte remiſſa*
*Irarum ſeruat rabiem: ſi iungere cordi eſt*
*Colloquium,ſine guſtato det ſanguine vocem.*
*Atque vbi permiſſum,& ſitiens ſe impleuit imago,*
*Sic prior increpitat non miti Scipio vultu:*
*Taliáne ô fraudum genitor ſunt fœdera vobis?*
*Aut hæc Sicania pepigiſti captus in ora?*
*Bella tuus toto natus contra omnia pacta*
*Exercet Latio,& perruptis molibus alpes*
*Eluctatus adeſt,feruet gens Itala Marte*
*Barbarico,& refluunt obſtructi ſtragibus amnes.*
*Poſt quæ Pœnus ait,decimum modo cœperat annum*
*Exceſſiſſe puer,noſtro cùm bella Latinis*
*Concepit iuſſu: licitum nec fallere diuos*
*Iuratos patri: quòd ſi Laurentia vaſtat*
*Nunc igni regna, & Phrygias res vertere tentat,*
*O pietas,ô ſancta fides, ô vera propago.*
*Atque vtinam amiſſum reparet decus,inde citato*
*Celſus abit greſſu,maiórq; receſſit imago.*
*Exin deſignat vates,qui iura ſub armis*
*Poſcenti dederint populo,primíq; petitas*
*Miſcuerint Italis Pyræo littore leges.*
*Lætatur,ſpectátq; virûm inſatiabilis ora*
*Scipio,& appellet cunctos,ni magna ſacerdos*
*Admoneat, turbæ innumeræ,quot millia toto*
*Credis in orbe puer,luſtras dum ſingula viſu*
*Deſcendiſſe Erebo? nullo non tempore abundans*
*Vmbrarum hic agitur torrens,vectátq; capaci*
*Agmina mole Charon,& ſufficit improba puppis.*
*[illegible] hæc oſtendens iuueni ſic virgo profatur.*

SÆVA BRVTVM IMMORTALE SECVRI NOM[illegible]N. ] Qui filium libertati publicæ inimicum cecidit prius flagris onuſtum, Liuius lib. 2. Virg. Aen. 6. ex quo verſum hunc æmulus videtur Silius:

*Vincet amor patriæ,laudumq; immenſa cupido.*

NVNC SVPERIS ÆQVANTEM LAVDE CAMILLVM. ] Scribendum aut *Æquatum*, aut, *Superis ſe æquantem*, aut *Superos æquantem*. Sic infrà:

*Qui cantu Muſas,& Phœbum æquauit honore.*

NVNC AVI[illegible] CVRIVM NON VNQVAM CERNIT AMICVM. ] Cuius Samnitib. Pyrrhi nomine magnû auri pondus afferentib. ridibund[illegible] *Narrate*, in-

quit, *Samnitib. M. Curiũ malle locupletib. imperare, quàm i⟨p⟩ſum fieri locupletẽ.* Gellius li. 1. c. 14. Val. Max li. 4. c. 3. Alias iurauit ex præda ſe nihil attigiſſe *præter guttum ſaginum*, in quo ſacrificaret, Plin. lib. 16. c. 38. Vide Plin lib. 33. c. 12. Eclogas Legationum, Dionyſii Halicarn. & 1 Ecl. 5. Appiani 6.

HIC FRAVDES PACIS, PYRRHVMQVE A LIMINE PORTÆ
DEIECIT VISVS ORBVS. ] Claudius Cœtus, qui Ouid.

*Multum animo vidit, lumine captus erat,*

Pyrrhum non armis, ſed ſententiæ dictione deiecit, M. Tullius lib. de Senect. Liuius li. 13. Val. Max. li. 4. c. 3. Plut. in Pyrrho. Iterum Cicero 5. Tuſc. prima in Anton. & in Bruto. Appianus παρεκβολῇ 6. de Legat. *A limine portæ*: nã, vt mibi ſcribit Appianus: Ἄλλα τε πολλὰ ὅμοια τούτοις ὁ Ἄππιος εἰπὼν, καὶ ἐρεθίσας εἰσηγήσατο Πύρρον, εἰ δέοιτο τῆς Ῥωμαίων φιλίας, καὶ συμμαχίας, ἐξ Ἰταλίας ἀπελθόντα πρεσβεύειν· παρῄνεσε δὲ μήτε φίλον ἡγεῖσθαι, μήτε σύμμαχον, μήτε Ῥωμαίοις δικαστὴν, ἢ διαιτητήν. *Aliáque multa his ſimilia prolocutus Appius, & irritans Pyrrho perſuaſit, vt, ſi Romanorum amicitia, atque auxilio opus haberet, cùm abſceßiſſet ex Italia legationem mittere, perſuaſit etiam eum vt in Italia neque quiſquam amicum crederet, neque ſocium, neque Romanis iudicem, aut arbitrum.*

SOLVSQVE REVVLSO PONE FEROX PONTE. ] Horat. Cocles, Liuius l. 2. Polyb. li. 6. Dionyſius li. 5. Antiq. Rom.

MAIORQVE RECESSIT IMAGO. ] Notatis apponimus de Romulo Faſt. 2.

*Pulcer, & humano maior, trabeáque decorus.*

PRIMIQVE PETITAS
MISCVERVNT ITALIS PYRÆO LITORE LEGES. ] Pyræus Munichiæ muris ambitus, Str. l. 9. Athenis autem (quas intelligi vult Poëta *Pyræo litore*) leges petiuerunt Romanorum Decemuiri, Liuius li. 3. Dion. l. 10. Gell. l. 20. c. 1. Plutarchus, & Cicero variis locis. At Decemuiri cum Lacedæmone quoque leges petiuerint, cur non memoratum Poetæ? cur Draconi, aut Soloni Lycurgum poſthabuit? Quia Lacedæmonii leges ab Athenienſib. hauſere. Iſocrates Panathenaico: οὐχ ὡς Λυκοῦργον τι τούτων εὑρόντος, ἢ διανοηθέντος, ἀλλ' ὡς μιμησαμένου τὴν διοίκησιν ὡς δυνατὸν ἄριστα τὴν τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων, καὶ τὴν δὲ δημοκρατίαν καταστήσαντος παρ' αὐτοῖς τὴν ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένην. *Non quòd Lycurgus horum quidquam reperiſſet, aut excogitaſſet, ſed quòd maiorum noſtrorum inſtituta, qua fas, imitatus eſſet, atque hoc populi imperium cum optimatum miſcuiſſet, atque conſtabiliſſet.* Vel quia nonnullis opinio ſedit ſolis Athenis Romanos legum exempla petiſſe. D. Auguſt. li. 2. de Ciuit. c. 16. non à Lacedæmoniis leges accepiſſe ponit.

POST HÆC OSTENDENS IVVENI. ] Scipioni. Modius Epiſt. 79. reponit è membranis *iuuenem* Alexandrum M. accipiens. Verùm membranarum obtentu non patiar veritatem obumbrari, conlucanda eſt. Liuius térque quatérque Scipionem hunc circa hæc tempora *adoleſcentem* nominat, nec minus infrequenter *puerum* Silius. Nondum ergo iuuenis tum Scipio. Aliquantò poſt cum ad bellum Hiſpanienſe miſſus Scipio, quartum & viceſimum agebat annum, Liuius lib. 28. *Cùm mihi quatuor & viginti annos nato detuliſſet imperium populus Romanus.* Quæ Scipionis ætas adoleſcentiæ terminis clauditur autore Varrone apud Cenſorinum. Contrà Alexãder duûm

& triginta annorum plus minus cùm eſſet (variant Scriptores) *iuuenis*. Quare accommodatius *Iuuenem* ſcribes, & Alexandrum accipies. Deinde notum nimis ex antegreſſis hos, & hos oſtendi Scipioni; nec ſatis cauſæ, cur hîc iſta finitio ſit adhibita præquam cuius alteri loco.

*Hic ille eſt tellure vagus, qui victor in omni*
*Curſu ſigna tulit, cui peruia Bactra, Dacæq;,*
*Qui Gangem bibit, & Pelao ponte Nyphaten*
*Adſtrinxit, cui ſtant ſacro ſua mœnia Nilo.*
*Incipit Aeneades. Libyci certiſſima proles*
*Hammonis, quanto exuperat tua gloria cunctos*
*Indubitata duces? ſimilique cupidine rerum*
*Pectora noſtra calent, quæ te via ſcire ſuperbum*
*Ad decus, & ſummas laudum perduxerit artes.*
*Ille ſub hæc: Turpis lenti ſollertia Martis,*
*Audendo bella expedias, pigra exſtulit aſtris*
*Haud vnquam ſeſe virtus, tu magna gerendi*
*Præcipita tempus: mors atra impendet agenti.*
*Hæc effatus abit. Crœſi mox aduolat vmbra*
*Diues apud ſuperos, ſed mors æquarat egenis.*

QVI VICTOR IN OMNI CVRSV SIGNA TVLIT. ] Membranæ Col. *Curſim*. Prauiter.
CVI PERVIA BACTRA: DACÆQVE. ] Sunt *Dacæ*, ſiue *Daci*. Martialis l. 6. Epigr. 76.

*Grande iugum domita Dacus ceruice recepit,*

ſæpiculè. Hi Germanis, Scythis, & Getis accenſeri ſolens. Silius lib. 1.

*Dacus vt armiferis Getica telluris in oris*
*Spicula, quæ patrio gaudent acuiſſe veneno*
*Fundit apud ripas inopina binominis Iſtri.*

Xiphilinus in Domitiano: Δάκους δὲ αὐτοὺς προσαγορεύω (iuuerint hæc Martialem) ὥσπερ που καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι σφᾶς ὀνομάζουσι, οὐκ ἀγνοῶν ὅτι, Ἑλλήνων τινες γέτας αὐτοὺς λέγοντες, εἴτ' ὀρθῶς, εἴτε καὶ μὴ ὀρθῶς λέγοντες. Ἐγὼ γὰρ οἶδα γέτας τοὺς ὑπὲρ Αἷμον παρὰ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντας. *Dacos eos appello, uti quandoque ipſi ſe, & Romani eos nominant, non neſcius à quibuſdam Græcorum Getas eos nuncupari, ſeu rectè, ſeu prauè. Scio namque Getas ſupra Hæmum ad Iſtrum accolere.* Dionyſius:

Πολλὰ μάλ' ἑξείης Μαιώτιδος ἐς στόμα λίμνης
Γερμανοὶ Σαμάται τε, Γέται θ' ἅμα, Βαστάρναι τε,
Δακῶν τ' ἄσπετος αἶα, καὶ ἀλκήεντες Ἀλανοί.
*Ordine deinde colit gens multa Mæotidos oras*
*Germani, Samataque, Getaque feri, ac Baſtarnæ,*
*Immaniſque Dacum tellus, fortes & Alani.*

Vide hîc Euſtathium. Sunt *Dahæ, Dahi, Dai, Daui.* Plin. li. 6. c. 17. *Dahas Scythis* adnumerat: Prud. l. 2. contra Symmachum: *Denique Romanus, Daa, Sarmata, Vandalus, Hunnus.* Strabo li. 11. Ἐν ἀριστερῷ δὲ τούτοις παράκειται Σκυθικὰ ἔθνη καὶ τὰ Νομαδικά, ἅπασαν ἐκπληροῦντα τὴν βόρειον πλευράν· οἱ μὲν δὴ πλείους τῶν Σκυθῶν ἀπὸ τῆς Κασπίας θαλάττης ἀρξάμενοι Δάαι προσαγορεύονται: *Læua ijs adhærent Scythicæ gentes & Nomadum plagam Borealem implentes. Plures autem Scytharum à Caſpio mari Dahæ nominantur.* Li. 7. Τοὺς μὲν γὰρ Δάκους προσαγορεύουσι, τοὺς δὲ Γέτας· Γέτας μὲν τοὺς πρὸς τὸν πόντον κεκλιμένους, καὶ πρὸς τὴν ἕω. Δάκους δὲ τοὺς εἰς τἀναντία πρὸς Γερμανίαν, καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς, οὓς οἶμαι Δάους καλεῖσθαι τὸ παλαιόν· ἀφ᾽ οὗ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπιπόλασε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα Γέται, καὶ Δᾶοι· τοῦτο γὰρ πιθανώτερον, ἢ ἀπὸ τῶν Σκυθῶν, οὓς καλοῦσι Δάας· πόρρω γὰρ ἐκεῖνοι περὶ τὴν Ὑρκανίαν· καὶ οὐκ εἰκὸς ἐκεῖθεν κομίζεσθαι ἀνδράποδα εἰς τὴν Ἀττικήν. *Quoſdam Dacos appellant, quoſdam Getas: Getas, inquam, ad Pontum vergentes, & Orientem; Dacos ex aduerſo ad Germaniam, Iſtrique fontes, qui olim Daui dicebantur. Vnde & apud Atticos increbruere ſeruorum nomina Getæ, & Daui. Id námque credibilius, quàm à Scythis, quos Dahas vocant: longè enim illi vel Hyrcaniam vltra remoti ſunt, neque illinc in Atticum mancipia tranſportari veri ſpeciem habet.* Virgilius Æneid. 8.

*Extremique hominum Morini, Rhenúſque bicornis*
*Indomitique Dahæ, & pontem indignatus Araxes.*

Vbi *Daca* retineri vult Hortenſius ſecurus quantitatis. Et Seneca in Thyeſte Act. 2. in Choro: *Qui ſparſos agitant Dacas.* Ego, vt cum eo non pugno, ita quàm minimum recedam, ſi *Daſa* ſcripſero: quos eoſdem cum *Dahis* facit Stephanus. Mela lib. 1. cap. 2. non vſque abiungit *Bactros*, Suſianos, Pharmacotrophos, Bamares, Coamanos, Rophanas, *Dahas*. Curtii li. 7. *Dahæ Bactrianorum* ſæpius ſocii ſunt, quos vtroſque vicit Alexander, & in Antiochi exercitu cum Carmaniis & Cilicib. iunctos lego apud Polyb. lib. 5. Iterum lib. 8. Curt. Dahas Bactrianis aſſociat, vbi quoque refert Dahas dedere ſeſe occupantes ab Alexandro non aditos: iidem tamen dediticii quin Alexandro peruii fuerint ægrè dubitari poteſt: voluntas vna defuit. Strabo rurſus lib. 11. Φασὶ δὲ τοὺς Πάρνους Δάας μετανάστας εἶναι ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς Μαιώτιδος Δαῶν, οὓς Ξανδίους ἢ Παρίους καλοῦσιν· οὐ πάνυ δ᾽ ὁμολόγηται Δάας εἶναί τινας τῶν ὑπὲρ τῆς Μαιώτιδος Σκυθῶν. *Adſerunt verò Parnos Daharum qui vltra Maotum accolunt, quos Xanthios, aut Parios dicunt, colonos eſſe, quod non prorſus in confeſſo eſt.* Ibidem: Τοὺς μὲν οὖν ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι τὸ Κάσπιον πέλαγος παροικοῦντας νομάδας Δάας οἱ νῦν προσαγορεύουσι, τοὺς ἐπονομαζομένους Πάρνους, ſeu Ἀπάρνους. *Læua nauigante Caſpium mare inhabitantes Numidas [vagos] qui hodie viuunt mortales Dahas agnominant, Parnos, ſeu Aparnos olim cognominatos.* Herodotus Clione ſecernit diuerſos Perſas: Οἱ δὲ ἄλλοι νομάδες, Δάοι, Μάρδοι, Δροπικοί, Σαγάρτιοι, *Numidarum alij Dahi, Mardi, Dropici, Sagartij.* Ex horum Autorum contentione liquet non diſcrepantia eſſe nomina *Daca, Daha, Daſa, Daci, Dahi, Daui,* noteſcit etiam duplices eſſe *Dahas*, vnos ad Germaniam pertinentes, alteros ad Hyrcaniam: de his porro loqui videtur Silius:

— *cui peruia Bactra, Dacaque*
*Qui Gangem bibat, & Pellæo ponte Niphatem*
*Adſtrinxit.*

Iuſtinus li. 41. *Solitudines inter Hyrcaniam, & Dahas, & Areos, & Spartanos,*

*& Maggianos furtim occupauerant.* Nec magnoperè verebor *Dacæ* retinere: nã vt more Græcorũ, quibus aſperatæ vocali ſuetũ in, σ, præfigere, atq; ex *Dahis*, *Daſus* facere: ſic ex *Dahis* ſtudio durioris pronunciationis *Dacos* formaſſe poſſunt eadem quantitate ſeruata: receptior tamen eſt productio in *Dacæ*: paullóque magis placet retineri Dahæ, quod exemplaribus ineſt noſtris.

CVI STANT SACRO SVO MOENIA NILO. ] *Nilum* iure optimo *ſacrum* dixit, poſtquam eundem cum Oſiride putarunt Ægyptii. Claudius Ælianus lib. 10. c. 46. de Animalibus: Νοοῦσι δ' Ὄσειριν ἄρα τὸν αὐτὸν τῷ Νείλῳ εἶ). Vel vt bene de Ægypto merentem in Deorum cenſum retulere Nilum. Philo de Vita Moyſis: Τῆς γὰρ χώρας οὐχ ὑετῷ καθάπερ αἱ ἄλλαι νιφομένης, ἀλλὰ ταῖς τοῦ ποταμοῦ πλημμύραις εἰωθυίας ἀνὰ πᾶν ἔτος λιμνάζεσθαι, θεοπλαστοῦσι τῷ λόγῳ τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι ὡς ἀντίμιμον οὐρανοῦ γεγονότα, καὶ περὶ τῆς χώρας σεμνηγοροῦσιν: *Cùm enim ea regio non imbribus in morem aliarum irrigetur, ſed Nili annuis exundationibus ſtagnetur, non abſque ratione Deum finxerunt Nilum Ægyptij, velut æquè cum cœlo potentem,* [tanquam cœlum merentem] *atque de ſua regione magnificè loquuntur.* Quæ ex Philone Heliodorus nono Æthiopicorum pene verbatim deſcribit, addito coli Nilum circa ſolſtitium æſtiuum, dum is ſurgit maximè. Denique *Nilus ſacer*, quòd multi nominis, vt alia pleraque docent Euſtathio in Dionyſium. Addo ex Non. l. 3.

Νεῖλον ἐφημίξαντο φερώνυμον, ὅττι κα γαίη
Ῥιζ ἔτος ἐξ ἔτεος πεφορημένος ὑγρὸς ἀκοίτης
Χεύματι πηλώεντι νέην ἐπεβάλλετο ἰλύν.
*Hinc Nilo nomen veteres poſuere, quotannis*
*Quòd Terra vagus, illatúsque vxorius amnis*
*Fluctu cœnoſo ipſe νέαν circùm aggerat ἰλύν.*

*Mœnia quæ Nilo ſtant*, Alexandria eſt Alexandri de nomine. Curtius lib. 4. *Inde vt apparuit magnæ ſedis inſulam haut capacem, eligit vrbi locum, vbi nunc eſt Alexandria, appellationem trahens ex nomine autoris: complexus quidquid ſoli eſt inter paludem & mare, octoginta ſtadiorum muri ambitum deſtinat.* Quæ Diodoro Siculo lib. 17. accepta referre poteſt Curtius, aut Straboni lib. 17.

LIBYCI CERTISSIMA PROLES AMMONIS. ] Sidonius Car. 9.

*Non prolem Garamantici Tonantis*
*Regnis principibúsque principantem.*

Aditum ab Alexandro Ammonem narrat Diodorus lib. 17. ex qua peregrinatione, & quodam barbari ſacerdotis errore haberi voluerit Deus, & Iouis filius Alexander, Euſtathius pandit non ſine probabilitate. Ἱστορεῖται δὲ ὅτι καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἀκούσας Περσέα καὶ Ἡρακλέα εἰς Ἄμμωνος ἀναβῆναι, ἐφιλοδόξησεν ἀνελθεῖν καὶ αὐτός· καὶ ἐποίησεν σὺν κόραξι προηγησαμένων αὐτοῦ εὐτυχῶς τῆς ὁδοῦ, καί τινα ἄλλα ὡς παραδεδομένης σημεῖα τῇ ἐπιχύσει τῆς ἄμμου. Ὅτι φασὶ καὶ ὅτι Ἄμμωνος ἱερὸς αὐτὸν τὸ εἰπεῖν Παιδίον, Παιδίος καλέσας βαρβαρικῶς [Græcè erat imperitus teſte Curtio] τὸν Ἀλέξανδρον ἔδοξεν ὡς ἐν χρησμοῦ λέξει εἰπεῖν, ὦ παῖ Διός, αὐτὸν προσειπεῖν· τούτων ὑπολειπόντων κολάκων ἐκλαβομένων τὸ βάρβαρον τῆς φωνῆς. *Narratur Alexander Macedo audito Perſeum atque Herculem ad Ammonis moniſſe, eiuſdem percuſſum gloriæ cupiditate, eó iter habuiſſe ducentibus coruis non infelici-*

*ter, etſi viæ ſigna confunderet arenarum affuſio. Tunc quod aiunt, Ammonis ſacerdos cùm dicendum fuerit.* Παιδίον, *barbarè locutus,* Παιδίος *Alexandrum ubi ſalutaſſet, viſus eſt per oraculi ambages audiſſe, Fili Iouis, præſertim vocabuli barbariem verſutis interpretantibus adulatoribus.* Veriora tradere ſibi viſus eſt Ptolemæus Hephæſtio. Ὅτι Ἀλεξάνδρου πατὴρ οὐκ ὁ Φίλιππος γένοιτο, ἀλλά τις τ' ὄνομα Δράκων γένος Ἀρκάς, ἐξ οὗ καὶ τὸν περὶ τοῦ δράκοντος μῦθον ῥυῆναι: *Quòd Alexandri pater non Philippus fuerit, ſed quidam, cui Draco nomen domo Arcas, vnde in vulgus fluxerit de dracone fabula.* Immane quàm ludibrioſus fuerit Alexander tanti nominis furore. Mater Olympias his cum eo iocata. *Amabo, inquit, mi fili quieſcas, neque deferas me, neq. criminere aduerſum Iunonem. Malum mihi prorſum illa magnum dabit cùm tu me literis tuis pellicem illi eſſe confiteris.* Ita Gell. li. 13. c. 4. Irriſui habitus ab Anaxarcho, Ælian. lib. 9. Var. Hiſt. c. 37. quodque duodecim Diis accenſendum rogaſſet Demades, centum talentum mulctam ei Athenienſes impoſuere, idem lib. 5. c. 12. Quid Curtius? lib. 4. *Iouis igitur filium ſe non ſolum appellari paſſus eſt, ſed etiam iuſſit: rerumque geſtarum famam dum augere vult, tali appellatione corrupit. Et Macedones adſueti quidem regis imperio, ſed in maiore libertatis vmbra, quàm cæteræ gentes, immortalitatem contumaciùs, quàm aut ipſis expediebat, aut regi auerſati ſunt.* Vide Plutarc. in Alexandro, & Arrianum, item quæ de Scipionis procreatione nobis prodicta ſunt.

QVANTO EXVPERAT TVA GLORIA CVNCTOS. ] Rectius *Quando.*

AD SVMMAS LAVDVM PERDVXERIT ARTES. ] Modius: *Arces.* Dictum fuerit, ſicut: *Ad faſtigia laudum.* Nec abhorret à Græcorum conſuetudine loquendi genus.

TVRPIS LENTI SOLLERTIA MARTIS. ] Græcè ſic: Μηδὲν ἀναβαλλόμενος, *Nihil prolatans,* Didymus in Homerum, & Euſtath. in Il. β. de Cæſare φιλαλέξανδρος. *Alexandri amante.* Lucanus:

*Turpe duci viſum eſt rapiendi tempora belli*
*Inſegnes haſiſſe moras.*

De Alexandro Himerius Sophiſta: Ὁ μόνον ἐγχειρεῖ, καὶ πέπρακται· μᾶλλον δὲ φθάνει τοὺς μετὰ λογισμοὺς ταῖς πράξεσιν, *Simul aggreditur, ſimul facit: potius etiam factis cogitata præuenit.* aliáque ῥητορικώτατα, *quam vberrimè.*

QVÆ TE VIA SCIRE SVPERBVM AD DECVS. ] Expeditius: *Fare.*

*Atque hic Elyſio tendentem limite cernens*
*Effigiem iuuenis caſtæ, cui vitta ligabat*
*Purpurea effuſos per colla nitentia crines,*
*Dic ait, hic quinam virgo? nam luce refulget*
*Præcipua frons ſacra viro, multæque ſequuntur*
*Mirantes animæ, & læto clamore frequentant.*
*Qui vultus? quem (ſi ſtygia non eſſet in vmbra)*
*Dixiſſem facile eſſe deum. non falleris, inquit*

Idem lib. 12. ad famil. Epiſt. 5. Item Vopiſcus in Vita Probi, & Arrianus lib. 1.

*Sed quæ tanta adeo gratantum turba requirens*
*Heroum effigies, maioréſque accipit vmbras?*
*Inde viro ſtupet Aeacidæ, ſtupet Hectore magno*
*Aiacíſque gradum, venerandáque Neſtoris ora*
*Miratur, geminos aſpectans lætus Atridas,*
*Iámque Ithacum corde æquantem Peleia facta.*
*Victuram hinc cernit Ledæi Caſtoris vmbram,*
*Alternam lucem peragebat in æthere Pollux.*
*Sed ſubito vultus monſtrata Lauinia traxit.*
*Nam virgo admonuit tempus cognoſcere manes*
*Fœmineos, ne cunctantem lux alma vocaret.*
*Felix hæc, inquit, Veneris nurus ordine longo*
*Troiugenas iunxit ſociata prole Latinis.*
*Vis & Martigenæ thalamos ſpectare Quirini?*
*Herſiliam cerne, hirſutos cùm ſperneret olim*
*Gens vicina procos, paſtori rapta marito*
*Luſtrauítque caſam, culmíque è ſtramine fultum*
*Preſſit læta torum, & ſoceros reuocauit ab armis.*
*Aſpice Carmentis greſſus, Euandria mater*
*Hæc fuit, & veſtros tetigit præſaga labores.*
*Vis & quos Tanaquil vultus gerat? hæc quoque caſtæ*
*Augurio valuit mentis, venturáque dixit*
*Regna viro, & dextros agnouit in alite diuos:*
*Ecce pudicitiæ Latium decus, inclita lethi*
*Fert frontem, atque oculos terræ Lucretia fixos.*
*Non datur heu tibi Roma, nec eſt quod malle deceret*
*Hanc laudem retinere diu, Virginia iuxta,*
*Cerne, cruentato vulnus ſub pectore ſeruat,*
*Triſtia defenſi ferro monumenta pudoris,*
*Et patriam laudat miſerando in vulnere dextram.*
*Illa eſt quæ Tybrim, quæ fregit Lydia bella,*
*Nondum paſſa marem, quales optabat habere*
*Quondam Roma viros, contemtrix Clelia ſexus.*
*Cùm ſubito aſpectu turbatus Scipio poſcit,*
*Quæ pœnæ cauſa, & qui ſint in crimine manes.*
*Tum virgo, patrios fregit quæ curribus artus,*
*Et ſtetit adductis ſuper ora trementia frenis,*

*Tullia non vllos ſatis exhauſtura labores,*
*Ardenti Phlegethonte natat, fornacibus atris*
*Fons rapidus furit, atq; vſtas ſub gurgite cautes*
*Egerit, & ſcopulis pulſat flagrantibus ora.*
*Illa autem quæ tondetur præcordia roſtro*
*Alitis, en quantum reſonat plangentibus alis*
*Armiger ad paſtus rediens Iouis, hoſtibus arcem*
*Virgo (immane nefas) adamato prodidit auro*
*Tarpeia, & pactus reſerauit clauſtra Sabinis.*
*Iuxta (nonne vides? neque enim leuiora domantur*
*Delicta) illatrat ieiunus faucibus Orcus,*
*Armenti quondam cuſtos immanis Iberi*
*Et morſu petit, & polluto euiſcerat vngue,*
*Nec par pœna tamen ſceleri ſacraria Veſtæ*
*Polluit exuta ſibi virginitate ſacerdos.*
*Sed ſatis hæc vidiſſe ſatis, mox deinde videnti*
*Nunc animas tibi, quæ potant obliuia paucas*
*In fine enumerare paro, & remeare tenebris.*

MAIORESQ. ACCIPIT VMBRAS.] Potiùs *Adſpicit.* Aliter vt capias, torquebere.

AIACISQ. GRADVM.] Homerus de Aiace Iliad. η.

— — πόσιν
Ηϊε μακρὰ βιβάς.
*Inceßit greſſu ingenti.* —

& Iliad. ο.

Φοίτα μακρὰ βιβάς.
*Ibat grande legens ſpatium.*

GEMINOS ADSPECTANS LÆTVS ATRIDAS.] Aptiùs. *Geminoſque adſpectat* lib. ς.

ITHACVM CORDE ÆQVANTEM PELEÏA FACTA] Achilles armis melior: Vlyſſes eius κατορθώμασι *Præclaris facinoribus*, prudentia par fuit. Eo πτολιπόρθος: *Captor vrbium* audiit: *eo æquauit Peleïa facta.*

VENTVRAM HÎC CERNIT LEDÆI CASTORIS VMBRAM.] Ouidius Eleg. 10. operis innominabilis:

*Qualis erat Lede, quam plumis abditus albis*
*Callidus in falſa luſit adulter aue.*

Caſtorem, & Pollucem à matre *Ledæa* nuncupauit *aſtra* Claudianus. De Ledæ partione vide Euripidem in Helena, Iſocratem laudatione Helenæ, Euſtath. in Il. ψ. Hymnos duos Homero adſcriptos. Quibuſdam libris eſt *Victuram.*

ALTERNAM LVCEM PERAGEBAT IN ÆTHERE POLLVX.] Virgilium ſequitur, lib. 6. Pindarum Pythiis, Plutarchum περὶ φιλαδελφίας, *De amore fra-*

*terno*, Homerum in Odyſſea: idem tamen Il.6. conſepultos canit ambos fratres:

— τοὺς δ' ἤδη κάτεχεν φυσίζοος αἶα.

*Quorum terra parens natura amplectitur oſſa.*

Atque in eam ſententiam Homerum Lactantius interpretatur lib. 1. c.10. Hyginus ſcribit Caſtoris, & Pollucis ſidera alternis diebus lucere. Legendus Martialis lib. 1. Epigr. 37. lib. 5. Epigr. 39. Conſimilem fabellam procudit Antonius, Diogenes libro quarto ac viceſimo, quam quòd Homero Iliados 6. faueat, appono: Γραάτης ὀρύπτυσι Δορκυλλίδα, καὶ Μαντινίαν, νυκτὶ μὲν ζῶντας, ἡμέρας δὲ νεκροὺς εἶναι: *Paapis cantionibus Dercyllidem, atq. Mantiniam nocte viuentes, interdiu mortuos fecit.*

HIRSVTOS … GENS VICINA PROCOS.] Romanorum laus non parca. Eam propriam virorum laudem producit Clemens Alexandrinus lib. 3. Strom. c. 1. Legant viri, & quibus mas animus.

ADSPICE CARMENTIS GRESSVS. ] Qui Deam produnt; ex illo de Venere Aeneid. 1.

*Et vera inceſſu patuit Dea.*

Nomenclationē Plut. in qq. Rom. enudat: Ἔστι δὲ τοῦ ὀνόματος ἔτυμον, ἐστερημένη νοῦ [q. Careat mente, Carmenta] διὰ τὰς θεοφορήσεις: *Nomen, ſi ad verum exigas, eſt* Carens mente [ *Carmenta* ] *quòd à Deo inuaderetur.* negátque Carmina Carmentæ nomen feciſſe, ſed illam Carminibus.

EVANDRIA MATER.] Geographus lib. 5. Τὴν μητέρα τοῦ Εὐάνδρου τιμῶσι Ῥωμαῖοι μίαν τῶν νυμφῶν εἶναι νομίσαντες, Καρμέντην μετονομασθεῖσαν: *Euandri matrem colunt* Romani *Nympharum vnam rati, Carmentam pòſt nominatam.* Μετονομασθεῖσαν *pòſt appellatam*, poſt ἀποθέωσιν. Priùs enim Nicoſtrate, Solin. c. 2. Et nota mutata multorum vocabula poſt ἀποθέωσιν: Sic Leda Nemeſis poſt obitum [ etſi Euſtathius intercedat in Il. ψ.] Circe Marices habuit nomen, Ino Lĕcothees, & Matutæ; Melicertes Palæmonis, atq. Portumni; Anadne Liberæ; Romulus Quirini: [ etſi non deſint, qui velint viuenti id fuiſſe nomen ] & Melicertem adhuc viuum videntémq Palæmonem Nonnus nominat. Verùm in talibus πρόληψις locum habeat.

VESTROS TETIGIT PRÆSAGA LABORES.] Erat enim Carmenta vates. Strabo: εἶναι δ' αὐτὴν μαντικῆς ἔμπειρον. Vide Dionyſium. Clemens Alex. lib. 1. Strom. Καὶ τὴν Ἰταλὴν (Σίβυλλαν) ἣ τὸ ἐν Ῥώμῃ Καρμάλον ᾤκησεν. ἧς υἱὸς Εὔανδρος, ὁ τὸ ἐν Ῥώμῃ τοῦ Πανὸς ἱερὸν τὸ Λυπέρκιον καλούμενον κτίσας. *Italicam Sibyllam, quæ collem Carmentalem habuit, ex qua Euander, qui Romæ Panis ædem Luperca condidit.* Liuius lib. 1. Ouid. non vno loco. Martianus Capella lib. 2. Solinus c. 2.

VIRGINIA IVXTA. ] De Virginia à parente cæſa, vt illi pudicę eſſe liceret, Liuius lib. 3. Dionyſius libro extremo, M. Tullius lib. 2. de Fin. Bon. & Mal. Pari numero menſus eſt Iuuenalis Sat. 10.

— *cuperet* Rutila *Virginia gibbum.*

Sat. 8. — *quid enim Virginius armis.* Qua verò lege?

PATRIOS FREGIT QVÆ CVRRIBVS ARTVS. ] Nota impietas ex Liuii lib. 1. Val. Max. lib. 9. c. 11. Ouidio ibi:

*Tullia coniugio.* —

Aurel. Victore, Sex. Pompeio in *Sceleratus vicus.*

TARPEIA ET PACTIS RESERAVIT CLAVSTRA SABINIS.] Præter Hiſtoricos Ouid. primo Faſt.

*Vtque leuis cuſtos armillis capta Sabinis*
*Ad ſumma tacitos duxerit arcis iter.*

Propert. lib. 4. Eleg. 4.

EVISCERAT VNGVE.] Maro lib. 11.

*Comprenſámq. tenet, pedibúſq. euiſcerat uncis.*

Solinus c. 66. *In aqua mollis eſt vnio, duratur euiſceratus.*

*Hic Marius (nec multa dies iam reſtat ituro*
*Aethercam in lucem) veniet tibi origine parua*
*In longum imperium Conſul, nec Sylla morari*
*Iuſſa poteſt, aut amne diu potare ſoporo.*
*Lux vocat, & nulli diuûm mutabile fatum.*
*Imperium hic primus rapiet, ſed gloria culpæ,*
*Quod reddet ſolus, nec tanto in nomine quiſquam*
*Exiſtet Syllæ qui ſe velit eſſe ſecundum.*
*Ille hirta cui ſubrigitur coma fronte, decorum*
*Et gratum terris Magnus caput: ille deûm gens*
*Stelligerum attollens apicem Troianus Iulo*
*Cæſar auo, quantas moles, quum ſede recluſa*
*Hac tandem erumpent, terráq. maríq. mouebunt*
*Heu miſeri quoties toto pugnabitur orbe.*
*Nec leuiora lues quàm victus crimina victor.*
*Tum iuuenis lacrymans, reſtare hæc ordine duro*
*Lamentor rebus Latiis, ſed luce remota*
*Si nulla eſt venia, & merito mors ipſa laborat,*
*Perfidiæ Pœnus quibus aut Phlegethontis in vndis*
*Exuret ductor ſcelus? aut quæ digna renatos*
*Ales in æternum laniabit morſibus artus?*

ORIGINE PARVA IN LONGVM IMPERIVM CONSVL.] Marius lib. 4. de Ponto Eleg. 3. *toties Conſul* dicitur, ſepties enim. Appianus primo Ciuil. Plutarchus in Vita, Cicero non vno loco. Decimo ſeptimo conſulatus ſeptimi die abiit ad plures, App. Domi ſuæ ſenex, Cicero 3. de Nat. D. De C. Mario VII. Coſ. attexo præclarum Epigramma, cuius accisæ reliquiæ Romæ viſuntur in Quirinali:

C. MARIVS. C. F. COS. VII
PR. TR. PL. Q. AVGVR. TR. MIL. EXTRA
SORTEM. BELLVM. CVM IVGVRTHA. REGE NVMID
GESSIT. EVM. CEPIT. ET TRIVMPHANS. IN
SECVNDO. CONSVLATV. ANTE. CVRRVM. SVVM

DVCI. IVSSIT. $\overline{III}$. CONSVL. ABSENS. CREATVS
EST. $\overline{IIII}$. CONSVL. TEVTONORVM. EXERCITVM
DELEVIT. $\overline{V}$. CONSVL. CIMBROS. FVGAVIT. EXIEIS
ET TEVTONEIS. ITERVM. TRIVMPHAVIT. REMP. TVRBATAM
SEDITIONIBVS. TR. PL. ET. PRAETOR. VI. QVI. ARMATI
CAPITOLIVM. OCCVPAVERANT. $\overline{VI}$. CONSVL. VIN
DICAVIT. POST. LXX. ANNVM. PATRIA. PER. ARMA
CIVILIA. PVLSVS. ARMIS. RESTITVTVS. COS. $\overline{VII}$. FACTVS. EST
DE. MANVBIEIS. CIMBRICEIS. ET. TEVTONICEIS. AEDEM
HONORI. ET. VIRTVTI. VICTOR. FECIT. VESTE. TRIVMPHALI
CALCEIS. PVNICEIS. .......

GLORIA CVLPÆ, QVOD REDDET SOLVS.] Sylla imperium: Iuuenalis Sat.1.

*— & nos*
*Conſilium Syllæ dedimus, priuatus vt altum*
*Dormiret. —*

NEC TANTO IN NOMINE QVISQVAM EXSISTET, SYLLÆ QVI SE VELIT ESSE SECVNDVM.] Inde Syllæ nomen. Cornelius Rufus Decémuir ſuaſor fuit ludorum Apollinarium è libris Sibyllinis, & ex eo Sibylla cognominatus eſt, poſteáq. conciſa voce Sylla primus vocitatus eſt, Macrob. lib. 1. Sat. c. 17. Porro ex Aurelio Victore ſcimus Diocletianum imperium poſuiſſe: verùm id animo præcipere non habuit Silius, qui hoc verſu videtur alluſiſſe ad narrationem poſitam lib. 1. Ciuil. Appiani, vbi Sylla poſita iam dictatura auſo ſe inſequi puero, & conuiciis laceſſere, victor iræ ſatis habuit dixiſſe: ὅτι κωλύσει τὸ μειράκιον τόδε ἕτερον ἄνδρα ἀρχὴν τοιάνδε ἔχοντα ἀποθέσθαι.

STELLIGERVM ATTOLLENS APICEM TROIANVS IVLO CAESAR AVO.] Sueton. Iul. c. 88. *Ludis, quos primos conſecrato ei hæres Auguſtus edebat, ſtella crinita per ſeptem dies continuos fulſit, exoriens circa vndecimam horam: creditúmq. eſt animam eſſe Cæſaris in cœlum recepti: & hac de cauſa ſimulacro eius in vertice additur ſtella.* Metam. 15. de illo:

*Flammiferúmq. trahens ſpatioſo limite crinem*
*Stella micat.*

Anteeunt nec diſparia. Aen. 8. de Auguſto:

*— geminas cui tempora flammas*
*Læta vomunt, patriúmq. aperitur vertice ſidus.*

Vide Plinium li. 2. c. 25. Multus eſt etiam in huius rei narratu Bæbius Macer. Spectio eſto & Gorlæi annuli, qui à ſecundo proximus eſt è ferro. Idem Gorlæus aureo annulo refert inciſam aquilam pedibus fulmen geſtantem, & ſtellam conuenientem ſuperſcripto IVLIVS. Meminerunt Horat. Propert. alii.

*Ne metue, exclamat vates, non vita ſequetur*
*Inuiolata virum, patria non oſſa quieſcent.*
*Nanq; vbi fractus opum, magna certamine pugnæ*

*Pertulerit*

*Pertulerit vinci, turpémq. orare ſalutem,*
*Rurſus bella volet Macedum inſtaurare ſub armis,*
*Damnatúſq. doli, deſertis coniuge fida,*
*Et dulci nato, linquet Carthaginis arces,*
*Atque vnà profugus luſtrabit cærula puppe.*
*Hinc Cilicis Tauri ſaxoſa cacumina viſet.*
*Prôh quanto leuius mortalibus ægra ſubire*
*Seruitia, atque hyemes, æſtus, fugámq. fretúmq.*
*Atque famem, quàm poſſe mori. poſt Itala bella*
*Aſſyrio famulus regi, falſúſque cupiti*
*Auſoniæ motus, dubio petet æquora velo,*
*Donec Pruſiacas delatus ſegniter oras*
*Altera ſeruitia imbellis patiatur in æuo.*
*Et latebram munus regni, perſtantibus inde*
*Aeneadis reddíq. ſibi poſcentibus hoſtem,*
*Pocula furtiuo rapiet properata veneno,*
*Ac tandem terras longa formidine ſoluet.*
*Hæc vates Herebíque cauis ſe rettulit vmbris.*
*Tum lætos ſocios iuuenis, portúmq. reuiſit.*

PATRIA NON OSSA QVIESCENT.] Malum veterib. viſum auerſabile, non reddi genitali ſolo, fuſius alibi dicimus. Plin. lib. 5. c. 32. de Bithyniæ Libyſſa meminit, vt in ea tumulus ſit Annibalis. In tumulo titulus ANNIBAL. HEIC. SITVS. EST. quem vbi legerim, memoria me fugit. Eò ducit Ammonis oraculum: Λίβυσσα κρύψει βῶλος Ἀννίβου δέμας: *Libyſſa gleba funus Annibalis premet.* Quo oraculo ludificatum Annibalem vberrim ſcribit Pauſanias in Arcadicis, & Appianus in Syriacis. Plut. in Flaminio: Ἔστι δὲ Βιθυνία τόπος ἐστὶ θινώδης ἀπὸ θαλάσσης, καὶ πρὸς αὐτῷ κώμη τις οὐ μεγάλη Λίβυσσα καλεῖται. Παρὰ ταύτην ἔτυχεν διατρίβων Ἀννίβας: *In Bithynia locus eſt litoralis non procul mari, quem apud locum vicus eſt perexiguus Libyſſa nomine: huc diuerſatus eſt aliquando Annibal.* Liuius lib. 40. *Non in patrio ſolo mortui, nec ſepulti ſunt.* Sermo eſt de Annibale, ac Scipione Africano. Ammianus lib. 22. *Prætercurſa Chalcedone, & Libyſſa, vbi ſepultus eſt Annibal Pœnus.* Alterum exemplar: *Chalcedona.* In Itinerario à CL. V. P. Pithoeo:

MANSIO LIBYSSA M. IX.

IBI POSITVS EST REX ANNIBALIANVS, QVI FVIT AFRORVM.

Scribo: *Ibi p. e. r. Annibal iam, is qui fuit Afrorum.*
Solin. lib. 34. non parcè. Meminítq. Eutropius in Breuiario.

RVRSVM BELLA VOLET MACEDVM INSTAVRARE SVB ARMIS.] Cor. Nepos, Appianus, Liuius.

HINC CILICIS TAVRI.] Huiuſce dabit appellationis cauſam Philoſtratus Vita Apollonii: Ταύρῳ τῷ δι' Ἀρμενίας τε, καὶ Κιλίκων ἐπὶ Παμφύλους τε, καὶ Μυκάλην στείχοντος.

ALTERA SERVITIA IMBELLIS PATIETVR IN ÆVO.] Iuuenal. Sat. 10.

*Mirandúſq. cliens ſedet ad prætoria regis,*
*Donec Bithyno liceat vigilare tyranno.*

*Altera ſeruitia.* Primùm enim ſeruus eſſe potuit Romanis iure belli,& victoriæ vel inuitus. cùm verò volens Pruſiæ ſe obnoxium vult, alterum ſeruitium patitur. Solin.c.34.

POCVLA FVRTIVO RAPIET PROPERATA VENENO.] Iuuenal. ſuprà:

*Finem animæ, quæ res humanas miſcuit olim,*
*Non gladij, non ſaxa dabunt, non tela: ſed ille*
*Cumarum vindex, ac tanti nominis vltor*
*Annulus.*

Annibalem animam exegiſſe voluit Liuius lib. 39. Cor. Nepos, alii. Appianus in Cyriacis videtur dicere Pruſiæ opera datum illi venenum: Ἔκπιεν [Flaminius] δὲ Πρυσίου φάρμακον. Niſi hæc miriùs interpretaris Val. Maximi verbis lib. 9.c.2. *Iuſto ergo illum odio, veruntamen tardo ſupplicio Senatus Pruſiæ regi factum ſupplicem ad voluntariam mortem compulit.* Sidonius Carm. 2.

*Annibal ecce ferox ad mortem fortè petitus,*
*Etſi non habuit vitæ ius fine ſupremæ:*
*Certè habuit mortis, &c.*
*Hauſit Bebrycio conſtantior hoſpite virus.*

Varro περὶ ἀρχῆς: *Et quæris ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum. Quia Romanis, inquit, me Pruſiades tradere volebat.* Plutarchus in Tito Flaminio diſputat iuſtéue Flaminius Annibalem ad mortem compulerit, ſuâue de ſententia, an Senatus; tu vide.

# IN LIB. XIIII. PVNICORVM
# C. SILII ITALICI
## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO.

*Claud. Dauſquerij Can. Tor.*

COMMENTARIVS.

FLECTITE *nunc veſtros Heliconis numine cantus,*
*Ortygiæ pelagus Siculíq. ad littoris vrbes.*
*Muneris hic veſtri labor eſt, modo Daunia regna*
*Aeneadum, modo Sicanios accedere portus,*
*Aut Macedûm luſtrare domos, & Achaica rura,*
*Aut vaga Sardoo veſtigia cingere fluctu,*
*Vel Tyriæ quondam regnata mapalia genti,*
*Extremúmq. diêm & terrarum inuiſere metas*
*Sic poſcit ſparſis Mauors agitatus in oris.*
*Ergo age, quà litui, quà ducunt bella, ſequamur.*
*Auſoniæ pars magna iacet Trinacria tellus,*
*Vt ſemel expugnante noto, & vaſtantibus vndis*
*Accepit freta cæruleo propulſa tridente.*
*Nanque per occultum cæca vi turbinis olim*
*Impactum pelagus lacerata viſcera terræ*
*Diſiicit, & medio perrumpens arua profundo,*
*Cùm populis pariter conuulſas tranſtulit vrbes.*
*Ex illo ſeruans rapidus diuortia Nereus,*
*Sæuo diuiduos coniungi pernegat æſtu.*
*Sed ſpatium, quod diſſociat conſortia terræ,*
*Latratus (fama eſt) ſic arcta interuenit vnda,*
*Et matutinos volucrum tranſmittere cantus.*
*Multa ſolo virtus, iam reddere ſemen aratris,*
*Iam montes vmbrare olea, dare nomina Baccho,*
*Cornipedémq. citum lituis generaſſe ferendu,*
*Nectare Cecropias Hyblæo accendere ceras.*

AVT VAGA SARDOO VESTIGIA CINGERE FLVCTV. ] Qui tenet ſe vrbe,

& triginta annorum plus minus cùm eſſet ( variant Scriptores ) *iuuenis*. Quare accommodatius *Iuuenem* ſcribes, & Alexandrum accipies. Deinde notum nimis ex antegreſſis hos, & hos oſtendi Scipioni; nec ſatis cauſæ, cur hîc iſta finitio ſit adhibita præquam cuius alteri loco.

*Hic ille eſt tellure vagus, qui victor in omni*
*Curſu ſigna tulit, cui peruia Bactra, Dacæq;,*
*Qui Gangem bibit, & Pelæo ponte Nyphatem*
*Adſtrinxit, cui ſtant ſacro ſua mœnia Nilo.*
*Incipit Aeneades. Libyci certiſſima proles*
*Hammonis, quanto exuperat tua gloria cunctos*
*Indubitata duces? ſimilique cupidine rerum*
*Pectora noſtra calent, quæ te via ſcire ſuperbum*
*Ad decus, & ſummas laudum perduxerit artes.*
*Ille ſub hæc: Turpis lenti ſollertia Martis,*
*Audendo bella expedias, pigra exſtulit aſtris*
*Haud vnquam ſeſe virtus, tu magna gerendi*
*Præcipita tempus: mors atra impendet agenti.*
*Hæc effatus abit. Crœſi mox aduolat vmbra*
*Diues apud ſuperos, ſed mors æquarat egenis.*

Qvi victor in omni cvrsv signa tvlit. ] Membranæ Col. *Curſim*. Prauiter.

Cvi pervia Bactra: Dacæqve. ] Sunt *Dacæ*, ſiue *Daci*. Martialis l. 6. Epigr. 76.

*Grande iugum domita Dacus ceruice recepit,*

ſæpiculè. Hi Germanis, Scythis, & Getis accenſeri ſolens. Silius lib. 1.

*Dacus vt armiferis Getica telluris in oris*
*Spicula, quæ patrio gaudens acuiſſe veneno*
*Fundit apud ripas inopina binominis Iſtri.*

Xiphilinus in Domitiano: Δάκους δὲ αὐτοὺς προσαγορεύω (iuuerint hæc Martialem) ὥσπερ που καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι σφᾶς ὀνομάζουσι, οὐκ ἀγνοῶν ὅτι, Ἑλλήνων τινες Γέτας αὐτοὺς λέγοντες, εἴτ' ὀρθῶς, εἴτε καὶ μὴ ὀρθῶς λέγοντες. Ἐγὼ γὰρ οἶδα Γέτας τοὺς ὑπὲρ Αἷμον παρὰ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντας. *Dacos eos appello, vti quandoque ipſi ſe, & Romani eos nominant, non neſcius à quibuſdam Græcorum Getas eos nuncupari, ſeu rectè, ſeu prauè. Scio namque Getas ſupra Hæmum ad Iſtrum accolere.* Dionyſius:

Πολλὰ μάλ' ἑξείης Μαιώτιδος ἐς στόμα λίμνης
Γερμανοὶ Σαμάταιτε, Γέται θ' ἅμα, Βαστάρναι τε,
Δακῶν τ' ἄσπετος αἶα, καὶ ἀλκήεντες Ἀλανοί.
*Ordine deinde colit gens multa Mæotidos oras*
*Germani, Samataque, Getæque feri, ac Baſtarnæ,*
*Immaniſque Dacum tellus, fortes & Alani.*

Vide hîc Euſtathium. Sunt *Dahæ, Dahi, Das, Daui*. Plin. li. 6. c. 17. *Dahas Scythis* adnumerat: Prud. l. 2. contra Symmachum: *Denique Romanus, Daa, Sarmata, Vandalus, Hunnus.* Strabo li. 11. Ἐν ἀριστερᾷ δὲ τούτοις ἀντίκεινται Σκυθικὰ ἔθνη καὶ τὰ Νομαδικά, ἅπασαν ἐκπληροῦντα τὴν βόρειον πλευράν· οἱ μὲν δὴ πλείους τῶν Σκυθῶν ἀπὸ τῆς Κασπίας θαλάττης ἀρξάμενοι Δάαι προσαγορεύονται: *Læua ijs adhærent Scythicæ gentes & Nomadum plagam Borealem implentes. Plures autem Scytharum à Caſpio mari Dahæ nominantur.* Li. 7. Τοὺς μὲν γὰρ Δάκους προσαγορεύουσι, τοὺς δὲ Γέτας· Γέτας μὲν τοὺς πρὸς τὸν πόντον κεκλιμένους, καὶ πρὸς τὴν ἕω. Δάκους δὲ τοὺς εἰς τἀναντία πρὸς Γερμανίαν, καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς, οὓς οἶμαι Δάους καλεῖσθαι τὸ παλαιόν· ἀφ᾽ οὗ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπεπόλασε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα Γέται, καὶ Δᾶοι· τοῦτο γὰρ πιθανώτερον, ἢ ἀπὸ τῶν Σκυθῶν, οὓς καλοῦσι Δάας· πόρρω γὰρ ἐκεῖνοι περὶ τὴν Ὑρκανίαν· καὶ οὐκ εἰκὸς ἐκεῖθεν κομίζεσθαι ἀνδράποδα εἰς τὴν Ἀττικήν. *Quoſdam Dacos appellant, quoſdam Getas: Getas, inquam, ad Pontum vergentes, & Orientem; Dacos ex aduerſo ad Germaniam, Iſtrique fontes, qui olim Daui dicebantur. Vnde & apud Atticos increbruere ſeruorum nomina Getæ, & Daui. Id námque credibilius, quàm à Scythis, quos Dahas vocant: longè enim illi vel Hyrcaniam vltra remoti ſunt, neque illinc in Atticum mancipia tranſportari veri ſpeciem habet.* Virgilius Æneid. 8.

> *Extremique hominum Morini, Rhemiſque bicornis*
> *Indomitique Dahæ, & pontem indignatus Araxes.*

Vbi *Dacæ* retineri vult Hortenſius ſecurus quantitatis. Et Seneca in Thyeſte Act. 2. in Choro: *Qui ſparſos agitant Dacas.* Ego, vt cum eo non pugno, ita quàm minimum recedam, ſi *Daſæ* ſcripſero: quos eoſdem cum *Dahis* facit Stephanus. Mela lib. 1. cap. 2. non vſque abiungit *Bactros*, Suſianos, Pharmacotrophos, Bamares, Coamanos, Rophanas, *Dahas*. Curtii li. 7. *Dahæ Bactrianorum* ſæpius ſocii ſunt, quos vtroſque vicit Alexander, & in Antiochi exercitu cum Carmaniis & Cilicib. iunctos lego apud Polyb. lib. 5. Iterum lib. 8. Curt. Dahas Bactrianis aſſociat, vbi quoque refert Dahas dedere ſeſe occupantes ab Alexandro non aditos: iidem tamen dediticii quin Alexandro peruii fuerint ægrè dubitari poteſt: voluntas vna defuit. Strabo rurſus lib. 11. Φασὶ δὲ τοὺς Πάρνους Δάας μετανάστας εἶναι ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς Μαιώτιδος Δαῶν, οὓς Ξανδίους ἢ Παρίους καλοῦσιν· οὐ πάνυ δ᾽ ὡμολόγηται Δάας εἶναί τινας τῶν ὑπὲρ τῆς Μαιώτιδος Σκυθῶν. *Adſerunt verò Parnos Daharum qui vltra Maeotum accolunt, quos Xanthios, aut Parios dicunt, colonos eſſe, quod non prorſus in confeſſo eſt.* Ibidem: Τοὺς μὲν οὖν ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι τὸ Κάσπιον πέλαγος παροικοῦντας νομάδας Δάας οἱ νῦν προσαγορεύουσι, τοὺς ἐπονομαζομένους Πάρνους, ſeu Ἀπάρνους. *Læua nauigante Caſpium mare inhabitantes Numidas [vagos] qui hodie viuunt mortales Dahas agnominant, Parnos, ſeu Aparnos olim cognominatos.* Herodotus Clione ſecernit diuerſos Perſas: Οἱ δὲ ἄλλοι νομάδες, Δάοι, Μάρδοι, Δροπικοί, Σαγάρτιοι, *Numidarum alij Dahi, Mardi, Dropici, Sagartij* Ex horum Autorum contentione liquet non diſcrepantia eſſe nomina *Daca, Daha, Daſa, Daci, Dahi, Daui*, noteſcit etiam duplices eſſe *Dahas*, vnos ad Germaniam pertinentes, alteros ad Hyrcaniam: de his porro loqui videtur Silius:

> — *cui peruia Bactra, Dacaque*
> *Qui Gangem bibat, & Pellæo ponte Niphatem*
> *Adſtrinxit.*

Iuſtinus li. 41. *Solitudines inter Hyrcaniam, & Dahas, & Areos, & Spartanos,*

*ter, etſi viæ ſigna confunderet arenarum affuſio. Tunc quod aiunt, Ammonis ſacerdos cùm dicendum fuerit.* Παιδίον, *barbarè locutus,* Παιδίος *Alexandrum vbi ſalutaſſet, viſus eſt per oraculi ambages audiſſe, Fili Iouis, præſertim vocabuli barbariem verſutis interpretantibus adulatoribus.* Veriora tradere ſibi viſus eſt Ptolemæus Hephæſtio: Ὅτι Ἀλεξάνδρου πατὴρ οὐχ ὁ Φίλιππος ἐγένετο, ἀλλά τις τοὔνομα Δράκων γένος Ἀρκὰς, ἐξ οὗ καὶ τὸ περὶ τοῦ δράκοντος μῦθον φυλλῶσαι: *Quòd Alexandri pater non Philippus fuerit, ſed quidam, cui Draco nomen domo Arcas, vnde in vulgus fluxerit de dracone fabula.* Immane quàm ludibrioſus fuerit Alexander tanti nominis furore. Mater Olympias his cum eo iocata. *Amabo, inquit, mi fili quieſcas, neque deferas me, neq. criminere aduerſum Iunonem. Malum mihi prorſum illa magnum dabit cùm tu me literis tuis pellicem illi eſſe confiteris.* Ita Gell. li. 13. c. 4. Irriſui habitus ab Anaxarcho, Ælian. lib. 9. Var. Hiſt. c. 37. quodque duodecim Diis accenſendum rogaſſet Demades, centum talentum mulctam ei Athenienſes impoſuere, idem lib. 5. c. 12. Quid Curtius? lib. 4. *Iouis igitur filium ſe non ſolum appellari paſſus eſt, ſed etiam iuſſit: rerumque geſtarum famam dum augere vult, tali appellatione corrupit. Et Macedones adſueti quidem regis imperio, ſed in maiore libertatis vmbra, quàm cæteræ gentes, immortalitatem contumacius, quàm aut ipſis expediebat, aut regi auerſati ſunt.* Vide Plutarc. in Alexandro, & Arrianum, item quæ de Scipionis procreatione nobis prodicta ſunt.

QVANTO EXVPERAT TVA GLORIA CVNCTOS. ] Rectius *Quando.*

AD SVMMAS LAVDVM PERDVXERIT ARTES. ] Modius: *Arces.* Dictum fuerit, ſicut: *Ad faſtigia laudum.* Nec abhorret à Græcorum conſuetudine loquendi genus.

TVRPIS LENTI SOLLERTIA MARTIS. ] Græcè ſic: Μηδὲν ἀναβαλλόμενος, *Nihil prolatans,* Didymus in Homerum, & Euſtath. in Il. β. de Cæſare φιλαλέξανδρος. *Alexandri amante.* Lucanus:

> *Turpe duci viſum eſt rapiendi tempora belli*
> *Inſegnes habiſſe moras.*

De Alexandro Himerius Sophiſta: Ὁ μὲν οὖν ἐγχειρεῖ, καὶ πέπρακται· μᾶλλον δὲ φθάνει τοὺς μὲν λογισμοὺς ταῖς πράξεσιν, *Simul aggreditur, ſimul facit: potius etiam factis cogitata præuenit.* aliáque ῥητορικώτατα, *quàm vberrimè.*

QVÆ TE VIA SCIRE SVPERBVM AD DECVS. ] Expeditius: *Fare.*

*Atque hic Elyſio tendentem limite cernens*
*Effigiem iuuenis caſtæ, cui vitta ligabat*
*Purpurea effuſos per colla nitentia crines,*
*Dic ait, hic quinam virgo? nam luce refulget*
*Præcipua frons ſacra viro, multæque ſequuntur*
*Mirantes animæ, & læto clamore frequentant.*
*Qui vultus? quem (ſi Stygia non eſſet in vmbra)*
*Dixiſſem facile eſſe deum. non falleris, inquit*

*Docta comes Triuiæ, meruit deus eſſe videri,*
*Et fuit in tanto non paruum pectore numen.*
*Carmine complexus terram, mare, ſidera, manes*
*Et cantu muſas, & Phœbum æquauit honore.*
*Atque hæc cuncta, prius quàm cerneret, ordine terris*
*Prodidit, & veſtram tulit vſque ad ſidera Troiam.*
*Scipio perluſtrans oculis lætantibus vmbram,*
*Si nunc fata darent, vt Romula facta per orbem*
*Hic caneret vates, quanto maiora futuros,*
*Facta eadem intrarent hoc, inquit, teſte nepotes.*
*Felix Aeacida, cui tali contigit ore*
*Gentibus oſtendi, creuit tua carmine virtus.*

EFFIGIEM IVVENIS CASTÆ. ] Corrigo: *Caſti* de Homero eſt ſermo qui τυφλὸς ἐκ παίδων γεγονώς· τὸ δ᾽ ἀληθὲς, ὅτι ἐκ ἐγένετο ἐπιθυμίας, ἣ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἄρχεται· καὶ διὰ τοῦτο ἱστορήθη τυφλός. *Cœcus à puero fuit. Re vera autem quòd libidine ſuperior fuerit, quæ per oculos naſcitur, cæcus fuiſſe perhibetur*, Suidas. Amplum de Homeri caſtimonia elogium.

MIRANTES AMMÆ. ] Suſpicientes, in pretio, & honore habentes. Græcis τὸ θαυμάζειν vſu conſimili. Et θαῦμα *reuerentia*, ſeu potius *adoratio* apud Athanaſium in S. Paraſceuē: Θαῦμα γὰρ τῇ κτίσει προσενέγκας ὑπέρβαιον τὰ μέτρα τῆς κτίσεως, ἀδοξίαν τοῖς τιμωμένοις κατέχεεν. Vbi vertendum eſt aliter, atque docti hodie Duumuiri: *Cùm enim cultum creatis rebus obtuliſſet nimium pro earum modo, dedecus iis honorandis offudit.*

MERVIT DEVS ESSE VIDERI. ] De Homero θρυλλεῖται:

Εἰ Θεός ἐστιν Ὅμηρος, ἐν ἀθανάτοισι σεβέσθω·
Εἰ δ᾽ αὖ μὴ Θεός ἐστι, νομιζέσθω Θεὸς εἶναι.
*Diuos inter honorandus, ſi diuus, Homerus:*
*Quòd ſi non Diuus, Diuus ſtatuatur, & eſto.*

Propert. li. 3. Eleg. 1.

*Illum poſt cineres auguror eſſe Deum.*

Columella Præfatione: *Nec parens eloquentiæ Deus ille Mæuius vaſtiſſimis fluminibus facundiæ ſuæ poſteritatis ſtudia reſtinxerat.*

ATQVE HÆC CVNCTA PRIVSQVAM CERNERET, ORDINE TERRIS PRODIDIT. ] Inſanientis ſapientiæ eſt ita hæc accipere, ac ſi Silius velit ea Homerum ſcripſiſſe, quæ futura de bello Troiano, tanquam ipſe prior bello fuerit. Exiſtimo námque Silio non illectum Homerum, ex quo diſcere potuit eius ætatem bello Troiano ſeriorem, non æqualem, non prægreſſam. Scribit enim lib. 5.

— Ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ
Τυδείδης μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο ἄνδρε φέροιεν,
Οἷοι νῦν βροτοί εἰσ᾽, ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε, καὶ οἷος.
*Saxum immane manu Tydides cepit, humo quod*

*Non tollant gemini mortales, hoc quib. æuum*
*Degitur, at facile huic vni, & iaculabile ſaxum.*

Quibus verbis leuiter immutatis Æneam ornat libro viceſimo. Tantundem virium Hectori quoque tribuit li.μ. tantundem imbecillitatis ſui æui hominibus. Addo Iuuenalem Sat. 15.

— *nec hunc lapidem quali ſe Turnus, & Aiax,*
*Et quo Tydides percuſſit pondere coxam*
*Æneæ: ſed quem valeant emittere dextræ*
*Illis diſſimiles, & noſtro tempore natæ:*
*Nam genus hoc viuo iam decreſcebat Homero.*

Ex quibus Sole meridiano clarius eſt poſt bella Troiana diu ſatis Homerum floruiſſe: Quis igitur auſit putare Homerum totum bellum Troianum, & animo præſagiſſe, & ante ſcripſiſſe, quàm eueniret? Ecce tamen, qui Silii verſum de Homeri cœcitate interpretantur, Heynſius acutos homines falsè vocat, & Silio mentem ſine mente affingit, quaſi Silius ſcripſerit, ſenſeritue Homerum & bello Troiano ſuperiorem, quod abſurdum, & illud ante præcinuiſſe quàm eueniret quod abſurdiſſimum. Verùm & in eo quod Homerum cœcum natum putant, totus diſſentio, nec aliter me ſentire ſinit Paterculus Vol. 1. *Quẽ ſiquis cæcum natum putat, omnibus ſenſibus ipſe orbus eſt.* Herodotus: Τίκτει τὸν Ὅμηρον οὐ τυφλὸν, ἀλλὰ δεδορκότα. *Homerum gignit non cæcum, ſed videntem.* Apponatur hîc ex altiore loco repetitum Suidæ teſtimonium. Scio quæ cœcitati Homeri faciant; ſed vmbra illa, & pappi, Homeri luminibus hoc deſecratum venio:

*Si Solem Eridano nimis improba fata dediſſent:*
*Mæonidem Solem vellet vterque polus.*
*Sol animus, Soles oculi, Sol totus HOMERVS,*
*Qui radiis hebetat ſigna minora ſuis.*

QVANTO MAIORA FVTVROS
FACTA EADEM INTRARENT HOC [Homero] INQVIT, TESTE NEPOTES.] De mente Val. Max. li. 8. cap. 14. qui teſtatur Ennium Scipionis facta cecinisse, cuius, inquit, *Ennij effigiem in monumentis Corneliæ gentis collocari voluit, quòd ingenio eius opera ſua illuſtrata iudicaret.* poſt de Scipione: *Vir Homero, quàm rudi, atque impolito præconio dignior.*

FOELIX ÆACIDA, CVI TALI CONTIGIT ORE. ] Antipater:

Τὸ μερόπων Πειθὼ, τὸ μέγα στόμα.
*Os ingens ſuadúmque hominum.*

Sic Horatius Poëtæ habet honorem, *cui mens*

— *atque os*
*Magna ſonaturum.*

Plutarchus autem hæc Alexandro tribuit: Μακαρίσας αὐτὸν [Achillem] ὅτι καὶ ζῶν φίλου πιστοῦ, καὶ τελευτήσας μεγάλου κήρυκος ἔτυχε. *Beatum prædicans Achillem, quòd viuens fidum nactus eſſet amicum, & poſt facta præconem ſummum.* M. Tullius in Liciniana, ex qua promſiſſe Silium autumo: *Alexander cùm in Sigæo ad Alexandri tumulum conſtitiſſet: O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris! Et verè: nam niſi Ilias illa extitiſſet, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruiſſet.*

Idem lib. 12. ad famil. Epiſt. 5. Item Vopiſcus in Vita Probi, & Arrianus lib. 1.

*Sed quæ tanta adeo gratantum turba requirens*
*Heroum effigies, maiorésque accipit vmbras?*
*Inde viro ſtupet Aeacide, ſtupet Hectore magno*
*Aiacíſque gradum, venerandáque Neſtoris ora*
*Miratur, geminos aſpectans lætus Atridas,*
*Iámque Ithacum corde æquantem Peleia facta.*
*Victuram hinc cernit Ledæi Caſtoris vmbram,*
*Alternam lucem peragebat in æthere Pollux.*
*Sed ſubito vultus monſtrata Lauinia traxit.*
*Nam virgo admonuit tempus cognoſcere manes*
*Fœmineos, ne cunctantem lux alma vocaret.*
*Felix hæc, inquit, Veneris nurus ordine longo*
*Troiugenas iunxit ſociata prole Latinis.*
*Vis & Martigenæ thalamos ſpectare Quirini?*
*Herſiliam cerne, hirſutos cùm ſperneret olim*
*Gens vicina procos, paſtori rapta marito*
*Luſtrauítque caſam, culmíque è ſtramine fultum*
*Preſſit læta torum, & ſoceros reuocauit ab armis.*
*Aſpice Carmentis greſſus, Euandria mater*
*Hæc fuit, & veſtros tetigit præſaga labores.*
*Vis & quos Tanaquil vultus gerat? hæc quoque caſtæ*
*Augurio valuit mentis, venturáque dixit*
*Regna viro, & dextros agnouit in alite diuos:*
*Ecce pudicitiæ Latium decus, inclita lethi*
*Fert frontem, atque oculos terræ Lucretia fixos.*
*Non datur heu tibi Roma, nec eſt quod malle deceret*
*Hanc laudem retinere diu, Virginia iuxta,*
*Cerne, cruentato vulnus ſub pectore ſeruat,*
*Triſtia defenſi ferro monumenta pudoris,*
*Et patriam laudat miſerando in vulnere dextram.*
*Illa eſt quæ Tybrim, quæ fregit Lydia bella,*
*Nondum paſſa marem, quales optabat habere*
*Quondam Roma viros, contemtrix Clelia ſexus.*
*Cùm ſubito aſpectu turbatus Scipio poſcit,*
*Quæ pœnæ cauſa, & qui ſint in crimine manes.*
*Tum virgo, patrios fregit quæ curribus artus,*
*Et ſteit adductis ſuper ora trementia frenis,*

*Tullia non vllos ſatis exhauſtura labores,*
*Ardenti Phlegethonte natat, fornacibus atris*
*Fons rapidus furit, atq; vſtas ſub gurgite cautes*
*Egerit, & ſcopulis pulſat flagrantibus ora.*
*Illa autem quæ tondetur præcordia roſtro*
*Alitis, en quantum reſonat plangentibus alis*
*Armiger ad paſtus rediens Iouis, hoſtibus arcem*
*Virgo (immane nefas) adamato prodidit auro*
*Tarpeia, & pactis reſerauit clauſtra Sabinis.*
*Iuxta (nonne vides? neque enim leuiora domantur*
*Delicta) illatrat ieiunis faucibus Orcus,*
*Armenti quondam cuſtos immanis Iberi*
*Et morſu petit, & polluto euiſcerat vngue,*
*Nec par pœna tamen ſceleri ſacraria Veſtæ*
*Polluit exuta ſibi virginitate ſacerdos.*
*Sed ſatis hæc vidiſſe ſatis, mox deinde videnti*
*Nunc animas tibi, quæ potant obliuia paucas*
*In fine enumerare paro, & remeare tenebris.*

MAIORESQ. ACCIPIT VMBRAS.] Potiùs *Adſpicit*. Aliter vt capias, torquebere.

AIACISQ. GRADVM.] Homerus de Aiace Iliad. η.

— — ποσὶν

Ἤϊε μακρὰ βιβάς.
*Inceßit greſſu ingenti.* —

& Iliad. ο.

Φοίτα μακρὰ βιβάς.
*Ibat grande legens ſpatium.*

GEMINOS ADSPECTANS LÆTVS ATRIDAS.] Aptiùs: *Geminoſque adſpectat* lib. ω.

ITHACVM CORDE ÆQVANTEM PELEÏA FACTA] Achilles armis melior: Vlyſſes eius κατορθώμασι *Præclaris facinoribus*, prudentia par fuit. Eo πολιπόρθος: *Captor vrbium* audiit: *eo æquauit Peleïa facta*.

VENTVRAM HÎC CERNIT LEDÆI CASTORIS VMBRAM.] Ouidius Eleg. 10. operis innominabilis:

*Qualis erat Lede, quam plumis abditus albis*
*Callidus in falſa luſit adulter aue.*

Caſtorem, & Pollucem à matre *Ledæa* nuncupauit *aſtra* Claudianus. De Ledæ partione vide Euripidem in Helena, Iſocratem laudatione Helenæ, Euſtath. in Il. ψ. Hymnos duos Homero adſcriptos. Quibuſdam libris eſt *Victuram*.

ALTERNAM LVCEM PERAGEBAT IN ÆTHERE POLLVX.] Virgilium ſequitur, lib. 6. Pindarum Pythiis, Plutarchum περὶ φιλαδελφίας, *De amore fra-*

*terno*, Homerum in Odyſſea: idem tamen Il.ϛ. conſepultos canit ambos fratres:

*— τὺς δ' ἤδη κάτεχεν φυσίζοος αἶα.*

*Quorum terra parens natura amplectitur oſſa.*

Atque in eam ſententiam Homerum Lactantius interpretatur lib. 1. c.10. Hyginus ſcribit Caſtoris, & Pollucis ſidera alternis diebus lucere. Legendus Martialis lib. 1. Epigr. 37. lib. 5. Epigr. 39. Conſimilem fabellam procudit Antonius, Diogenes libro quarto ac viceſimo, quam quòd Homero Iliados ϛ. faueat, appono: Γαλάτης ἐγένετο Δερκυλλίδα, καὶ Μαντινίαν, νυκτὶ μὲν ζῶντας, ἡμέρας δὲ νεκρὺς εἶναι: *raupis cantionibus Dercyllidem, atq. Manteniam nocte viuentes, interdiu mortuos fecit.*

HIRSVTOS ... GENS VICINA PROCOS.] Romanorum laus non parca. Eam propriam virorum laudem producit Clemens Alexandrinus lib. 3. Strom. c. 1. Legant viri, & quibus mas animus.

ADSPICE CARMENTIS GRESSVS. ] Qui Deam produnt; ex illo de Venere Aeneid. 1.

*Et vera inceſſu patuit Dea.*

Nomenclationē Plut. in qq. Rom. enudat: Ἔστι δὲ τῷ ὀνόματος ἔτυμον, ἐστερημένη νοῦ [q. Carens mente, Carmenta] διὰ τὰς θεοφορήσεις: *Nomen, ſi ad verum exigas, eſt* Carens mente [ *Carmenta* ] *quòd à Deo inuaderetur.* negátque Carmina Carmentæ nomen feciſſe, ſed illam Carminibus.

EVANDRIA MATER.] Geographus lib. 5. Τὴν μητέρα τῦ Εὐάνδρυ τιμῶσι Ρωμαῖοι μίαν τῶν νυμφῶν εἶναι νομίσαντες, Καρμέντην μετονομασθεῖσαν: *Euandri matrem colunt Romani Nympharum vnam rati, Carmentam pòſt nominatam.* Μετονομασθεῖσαν *pòſt appellatam*, poſt ἀποθέωσιν. Priùs enim Nicoſtrate, Solin. c. 2. Et nota mutata multorum vocabula poſt ἀποθέωσιν: Sic Leda Nemeſis poſt obitum [ etſi Euſtathius intercedat in Il. ψ.] Circe Marices habuit nomen, Ino Lécothees, & Matutæ; Melicertes Palæmonis, atq. Portumni; Anadne Liberæ; Romulus Quirini: [ etſi non deſint, qui velint viuenti id fuiſſe nomen ] & Melicertem adhuc viuum videntémq Palæmonem Nonnus nominat. Verùm in talibus πρόληψις locum habeat.

VESTROS TETIGIT PRÆSAGA LABORES.] Erat enim Carmenta vates. Strabo: εἶναι δὲ αὐτὴν μαντικῆς ἔμπειρον. Vide Dionyſium. Clemens Alex. lib. 1. Strom. Καὶ τὴν Ἰταλὴν (Σίβυλλαν) ἣ τὸ ἐν Ρώμῃ Καρμάλον ᾤκησεν. ἧς υἱὸς Εὔανδρος, ὁ τὸ ἐν Ρώμῃ τῦ Πανὸς ἱερὸν τὸ Λυπέρκιον καλέμενον κτίσας. *Italicam Sibyllam, quæ collem Carmentalem habuit, ex qua Euander, qui Romæ Panis ædem Luperca condidit.* Liuius lib. 1. Ouid. non vno loco. Martianus Capella lib. 2. Solinus c. 2.

VIRGINIA IVXTA. ] De Virginia à parente cæſa, vt illi pudicę eſſe liceret, Liuius lib. 3. Dionyſius libro extremo, M. Tullius lib. 2. de Fin. Bon. & Mal. Pari numero menſus eſt Iuuenalis Sat. 10.

*— cuperet* Rutilæ *Virginia gibbum.*

Sat. 8. *— quid enim Virginius armis.* Qua verò lege?

PATRIOS FREGIT QVÆ CVRRIBVS ARTVS. ] Nota impietas ex Liuii lib. 1. Val. Max. lib. 9. c. 11. Ouidio ibi:

*Tullia coniugio. —*

Aurel. Victore, Sex. Pompeio in *Sceleratus vicus.*

TARPEIA ET PACTIS RESERAVIT CLAVSTRA SABINIS.] Præter Hiſtoricos Ouid. primo Faſt.

*Vtque leuis cuſtos armillis capta Sabinis*
*Ad ſummæ tacitos duxerit arcis iter.*

Propert. lib. 4. Eleg. 4.

EVISCERAT VNGVE.] Maro lib. 11.

*Comprenſámq. tenet, pedibúſq. euiſcerat vncis.*

Solinus c. 66. *In aqua mollis eſt vnio, duratur euiſceratus.*

*Hic Marius (nec multa dies iam reſtat ituro*
*Aethereã in lucem) veniet tibi origine parua*
*In longum imperium Conſul, nec Sylla morari*
*Iuſſa poteſt, aut amne diu potare ſoporo.*
*Lux vocat, & nulli diuûm mutabile fatum.*
*Imperium hic primus rapiet, ſed gloria culpæ,*
*Quod reddet ſolus, nec tanto in nomine quiſquam*
*Exiſtet Syllæ qui ſe velit eſſe ſecundum.*
*Ille hirta cui ſubrigitur coma fronte, decorum*
*Et gratum terris Magnus caput: ille deûm gens*
*Stelligerum attollens apicem Troianus Iulo*
*Cæſar auo, quantas moles, quum ſede recluſa*
*Hac tandem erumpent, terráq. maríq. mouebunt*
*Heu miſeri quoties toto pugnabitur orbe.*
*Nec leuiora lues quàm victus crimina victor.*
*Tum iuuenis lacrymans, reſtare hæc ordine duro*
*Lamentor rebus Latiis, ſed luce remota*
*Si nulla eſt venia, & merito mors ipſa laborat,*
*Perfidia Pœnus quibus aut Phlegethontis in vndis*
*Exuret ductor ſcelus? aut quæ digna renatos*
*Ales in æternum laniabit morſibus artus?*

ORIGINE PARVA IN LONGVM IMPERIVM CONSVL.] Marius lib. 4. de Ponto Eleg. 3. *toties Conſul* dicitur, ſepties enim. Appianus primo Ciuil. Plutarchus in Vita, Cicero non vno loco. Decimo ſeptimo conſulatus ſeptimi die abiit ad plures, App. Domi ſuæ ſenex, Cicero 3. de Nat. D. De C. Mario VII. Coſ. attexo præclarum Epigramma, cuius acciſæ reliquiæ Romæ viſuntur in Quirinali:

C. MARIVS. C. F. COS. VII
PR. TR. PL. Q. AVGVR. TR. MIL. EXTRA
SORTEM. BELLVM. CVM IVGVRTHA. REGE NVMID
GESSIT. EVM. CEPIT. ET TRIVMPHANS. IN
SECVNDO. CONSVLATV. ANTE. CVRRVM. SVVM

DVCI. IVSSIT. III. CONSVL. ABSENS. CREATVS
EST. IIII. CONSVL. TEVTONORVM. EXERCITVM
DELEVIT. V. CONSVL. CIMBROS. FVGAVIT. EXIEIS
ET TEVTONEIS. ITERVM. TRIVMPHAVIT. REMP. TVRBATAM
SEDITIONIBVS. TR. PL. ET. PRAETOR. VI. QVI. ARMATI
CAPITOLIVM. OCCVPAVERANT. VI. CONSVL. VIN
DICAVIT. POST. LXX. ANNVM. PATRIA. PER. ARMA
CIVILIA. PVLSVS. ARMIS. RESTITVTVS. COS. VII. FACTVS. EST
DE. MANVBIEIS. CIMBRICEIS. ET. TEVTONICEIS. AEDEM
HONORI. ET. VIRTVTI. VICTOR. FECIT. VESTE. TRIVMPHALI
CALCEIS. PVNICEIS. .......

GLORIA CVLPÆ, QVOD REDDET SOLVS.] Sylla imperium: Iuuenalis Sat.1.

*— & nos*
*Confil'um Sylla dedimus, priuatus vt altum*
*Dormiret.* —

NEC TANTO IN NOMINE QVISQVAM EXSISTET, SYLLÆ QVI SE VELIT ESSE SECVNDVM.] Inde Syllæ nomen. Cornelius Rufus Decémuir ſuaſor fuit ludorum Apollinarium è libris Sibyllinis, & ex eo Sibylla cognominatus eſt, poſteáq. conciſa voce Sylla primus vocitatus eſt, Macrob. lib. 1. Sat. c. 17. Porro ex Aurelio Victore ſcimus Diocletianum imperium poſuiſſe: verùm id animo præcipere non habuit Silius, qui hoc verſu videtur alluſiſſe ad narrationem poſitam lib. 1. Ciuil. Appiani, vbi Sylla poſita iam dictatura auſo ſe inſequi puero, & conuiciis laceſſere, victor iræ ſatis habuit dixiſſe: ὅτι κωλύσει τὸ μειράκιον τόδε ἕτερον ἄνδρα ἀρχὴν τοιάνδε ἔχοντα ἀποθέσθαι.

STELLIGERVM ATTOLLENS APICEM TROIANVS IVLO CAESAR AVO.] Sueton. Iul. c. 88. *Ludis, quos primos conſecrato ei hæres Auguſtus edebat, ſtella crinita per ſeptem dies continuos fulſit, exoriens circa vndecimam horam: creditúmq. eſt animam eſſe Cæſaris in cœlum recepti: & hac de cauſa ſimulacro eius in vertice additur ſtella.* Metam. 15. de illo:

*Flammiferúmq. trahens ſpatioſo limite crinem*
*Stella micat.*

Anteeunt nec diſparia. Aen. 8. de Auguſto:

*— geminas cui tempora flammas*
*Læta vomunt, patriúmq. aperitur vertice ſidus.*

Vide Plinium li. 2. c. 25. Multus eſt etiam in huius rei narratu Bæbius Macer. Spectio eſto & Gorlæi annuli, qui à ſecundo proximus eſt è ferro. Idem Gorlæus aureo annulo refert inciſam aquilam pedibus fulmen geſtantem, & ſtellam contuentem ſuperſcripto IVLIVS. Meminerunt Horat. Propert. alii.

*Ne metue, exclamat vates, non vita ſequetur*
*Inuiolata virum, patria non oſſa quieſcent.*
*Nanq; vbi fractus opum, magna certamine pugnæ*

*Pertulerit vinci, turpémq. orare ſalutem,*
*Rurſus bella volet Macedum inſtaurare ſub armis,*
*Damnatúſq. doli, deſertis coniuge fida,*
*Et dulci nato, linquet Carthaginis arces,*
*Atque unà profugus luſtrabit cærula puppe.*
*Hinc Cilicis Tauri ſaxoſa cacumina viſet.*
*Pròh quanto leuius mortalibus ægra ſubire*
*Seruitia, atque hyemes, æſtus, fugámq. fretúmq.*
*Atque famem, quàm poſſe mori. poſt Itala bella*
*Aſſyrio famulus regi, falſúſque cupiti*
*Auſoniæ motus, dubio petet æquora velo,*
*Donec Pruſiacas delatus ſegniter oras*
*Altera ſeruitia imbellus patiatur in æuo.*
*Et latebram munus regni, perſtantibus inde*
*Aeneadis reddiq. ſibi poſcentibus hoſtem,*
*Pocula furtiuo rapiet properata veneno,*
*Ac tandem terras longa formidine ſoluet.*
*Hæc vates. Herebíque canis ſe rettulit vmbris.*
*Tum lætos ſocios iuuenis, portúmq. reuiſit.*

PATRIA NON OSSA QVIESCENT. ] Malum veterib. viſum auerſabile, non reddi genitali ſolo, fuſiùs alibi dicimus. Plin. lib. 5. c. 32 de Bithyniæ Libyſſa meminit, vt in ea tumulus ſit Annibalis. In tumulo titulus ANNIBAL. HEIC. SITVS. EST. quem vbi legerim, memoria me fugit. Eò ducit Ammonis oraculum: Λίβυσσα κρύψει βῶλος Αννίβου δέμας: *Libyſſa gleba funus Annibalis premet.* Quo oraculo ludificatum Annibalem vbertim ſcribit Pauſanias in Arcadicis, & Appianus in Syriacis. Plut. in Flaminio: Ἔστι δὲ Βιθυνίας τόπος ἐπὶ θινώδης ἀπὸ θαλάσσης, καὶ πρὸς αὐτῷ κώμη τις οὐ μεγάλη Λίβυσσα καλεῖται. Περὶ ταύτην ἔτυχεν διατρίβων Αννίβας. *In Bithynia locus eſt litoralis non procul mari, quem apud locum vicus eſt perexiguus Libyſſa nomine: huc diuerſatus eſt aliquando Annibal.* Liuius lib. 40. *Non in patrio ſolo mortui, nec ſepulti ſunt.* Sermo eſt de Annibale, ac Scipione Africano. Ammianus lib. 22. *Prætercurſa Chalcedone, & Libyſſa, vbi ſepultus eſt Annibal Pœnus.* Alterum exemplar: *Chalcedona.* In Itinerario à CL. V. P. Pithoeo:

MANSIO LIBYSSA M. IX.
IBI POSITVS EST REX ANNIBALIANVS, QVI FVIT AFRORVM.

Scribo: *Ibi p. e. r. Annibal iam, is qui fuit Afrorum.*
Solin. lib. 34. non parcè. Meminitq. Eutropius in Breuiario.

RVRSVM BELLA VOLET MACEDVM INSTAVRARE SVB ARMIS. ] Cor. Nepos, Appianus, Liuius.

HINC CILICIS TAVRI. ] Huiuſce dabit appellationis cauſam Philoſtratus Vita Apollonii. Ταύρου τοῦ δι' Ἀρμενίας τε, καὶ Κιλίκων ἐπὶ Παμφύλους τε, καὶ Μυκάλην στείχοντος.

ALTERA SERVITIA IMBELLIS PATIETVR IN ÆVO.] Iuuenal. Sat. 10.

*Mirandúſq. cliens ſedet ad prætoria regis,*
*Donec Bithyno liceat vigilare tyranno.*

*Altera ſeruitia.* Primùm enim ſeruus eſſe potuit Romanis iure belli,& victoriæ vel inuitus: cùm verò volens Pruſiæ ſe obnoxium vult, alterum ſeruitium patitur. Solin.c.34.

POCVLA FVRTIVO RAPIET PROPERATA VENENO.] Iuuenal. ſuprà:

*Finem animæ, quæ res humanas miſcuit olim,*
*Non gladij, non ſaxa dabunt, non tela: ſed ille*
*Cannarum vindex, ac tanti nominis vltor*
*Annulus.*

Annibalem animam exegiſſe voluit Liuius lib. 39. Cor. Nepos, alii. Appianus in Cyriacis videtur dicere Pruſiæ opera datum illi venenum: Ἐκπιεῖν [Flaminius] διὰ Προυσίου φάρμακον. Niſi hæc mitiùs interpretaris Val. Maximi verbis lib. 9.c.2. *Iuſto ergo illum odio, veruntamen tardo ſupplicio Senatus Pruſiæ regi factum ſupplicem ad voluntariam mortem compulit.* Sidonius Carm. 2.

*Annibal ecce ferox ad mortem fortè petitus,*
*Etſi non habuit vitæ ius fine ſupremæ:*
*Certè habuit mortis, &c.*
*Hauſit Bebryeio conſtantior hoſpite virus.*

Varro περὶ ἀγωγῆς: *Et quærit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum Quia Romanis, inquit, me Pruſiades tradere volebat.* Plutarchus in Tito Flaminio diſputat iuſtéue Flaminius Annibalem ad mortem compulerit, ſuâue de ſententia, an Senatus; tu vide.

IN LIB. XIIII. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO,

*Claud. Dauſquei Can. Tor.*

COMMENTARIVS.

FLECTITE *nunc veſtros Heliconis numine cantus,*
*Ortygiæ pelagus Siculiq. ad littoris vrbes.*
*Muneris hic veſtri labor eſt, modo Daunia regna*
*Aeneadum, modo Sicanios accedere portus,*
*Aut Macedûm luſtrare domos, & Achaica rura,*
*Aut vaga Sardoo veſtigia cingere fluctu,*
*Vel Tyriæ quondam regnata mapalia genti,*
*Extremúmq. diêm & terrarum inuiſere metas*
*Sic poſcit ſparſis Mauors agitatus in oris.*
*Ergo age, quà litui, quà ducunt bella, ſequamur.*
*Auſoniæ pars magna iacet Trinacria tellus,*
*Vt ſemel expugnante noto, & vaſtantibus vndis*
*Accepit freta cæruleo propulſa tridente.*
*Nanque per occultum cæca vi turbinis olim*
*Impactum pelagus lacerata viſcera terræ*
*Diſiicit, & medio perrumpens arua profundo,*
*Cùm populis pariter conuulſas tranſtulit vrbes.*
*Ex illo ſeruans rapidus diuortia Nereus,*
*Sæuo diuiduos coniungi pernegat æſtu.*
*Sed ſpatium, quod diſſociat conſortia terræ,*
*Latratus (fama eſt) ſic arcta interuenit vnda,*
*Et matutinos volucrum tranſmittere cantus.*
*Multa ſolo virtus, iam reddere ſemen aratris,*
*Iam montes vmbrare olea, dare nomina Baccho,*
*Cornipedémq. citum lituis generaſſe ferendu,*
*Nectare Cecropias Hyblæo accendere ceras.*

AVT VAGA SARDOO VESTIGIA CINGERE FLVCTV. ] Qui tenet ſe vrbs,

cius mœnibus clauſus eſt: qui inſula, eius fluctu, & litoribus cinctus. Sardoo igitur *fluctu veſtigia cingere* eſt Sardis intrare. Pene-pariter Catullus:

*Nec patet egreſſus pelagi cingentib. vndis.*

Hoc in receptæ lectionis defenſionem. Modius non improbe reponit *Tinguere*: quaſi voluerit Poëta ſummis aquis inambulare Muſam veſtigio velut ſuſpenſo, quod à Poëtarum ingenio non abhorret. Aen.7.

*Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti*
*Ferret iter, teneras nec tingeret æquore plantas.*

TRINACRIA TELLVS.] Ἄκρα promontorium: tria in Sicilia, Pachynus, Pelorus, Lilybæum, à quibus vocabulum. Inde Siciliam Lycophron τρίδειρον appellat, *Tricervicem*; Pindarus τριγλώχινα *Aricuſpidem*. Sibylla vult à Trinaco:

— [illegible] Τρίνακος ἀνὴρ
Υἱὸς Παντομέδοιο Ποσειδάωνος.

— *dederat quam Trinacus olim habitandam*
*Pantomedo natus Neptuno.*

Altera ratio vulgatior. Ouid.

*Trinacris à poſitu nomen adepta loci.*

In nummo Allieni Prætoris Siciliæ tria crura Siciliæ ſymbolum eſt apud Ful. Vrſinum in familiis Romanis. Hinc à tribus Promontoriis triangulam fingentib. ſpeciem *Triquetra*, Vide Plinium lib.3.c.8.

LACERATÆ VISCERA TERRÆ DISIICIT.] Modius *diſcidit*: ſic enim Virgilius, inquit. Contra Virgil. lib.12.

*Aduerſi frontem mediam, mentúmq. reducta*
*Disiicit.*

lib.8. *Vt bello egregias olim disiecerit vrbes.*
lib.2. — *hic vbi disiectas moles.*

Ergóne veterem lectionem nouicia de poſſeſſione diſiiciat?

EX ILLO SERVANS RAPIDVS DIVORTIA NEREVS.] Grauiſſima dictione Siciliam ab Italia diſtractam deſcribit Maro Aeneid.3.

*Hæc loca vi quondam*, &c.

Quam vero Chalcidenſes interiecto loco ciuitatem condidere *Rhegium* nuncupantes, ſic Solin. c. 8. & Marcianus autor, ab hoc dehiſcendi argumento, teſte Plinio lib.3 c.8. Iuſtino lib.4. *Proximum Italiæ promontorium Rhegium dicitur, ideo quod Græce abrupta hoc nomine pronuncientur.* Salluſtio Fragmentis. *Italiam coniunctam Siciliæ conſtat fuiſſe: ſed medium ſpatium aut per humilitatem obrutum eſt aquis, aut propter anguſtiam ſciſſum: inde Rhegium nominatum.* Euſtath. in Dionyſium [illegible] Feſtus. Strabo lib.1. At lib. 6. non inficiatam ponit nominis originem. [illegible] δὲ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πόλεως, ὡς ἂν βασίλειον τῇ Λατίνῃ φωνῇ προσαγορευόντων Σαυνιτῶν διὰ τὸ τοὺς ἀρχηγέτας αὐτοῖς κοινωνῆσαι Ῥω[illegible], καὶ ἐπιπολὺ χρῆσθαι τῇ Λατίνῃ διαλέκτῳ: *Seu ob ciuitatis claritudinem Regium Latina voce Samnitibus appellantibus, quod imperij eorum [illegible] ciuitatis Romanæ ius obtinuiſſent, atq. plurimum Latina lingua uterentur* [illegible] Regius, ad Hipponis *Diarrhyti* diſcrimen.

M[illegible] VIRTVS.] Strabo lib.6. M. Tullius Verrina quarta. *Itaque ille M. Cato ſapiens cellam penuariam reip. noſtræ, nutricem plebis Romanæ Siciliam nominauit.*

REDDERE SEMEN ARATRIS. ] Solum fallere dicimus, ſi ſe ſegetes in ſpicam non induant, aut ſi ſpica ſemen non reddat, cuius legendi ſpem paſcit aratio. Hîc ager Siculus *reddere ſemen* dicitur, quaſi creditum repoſcatur. Modius ingenioſè non neceſſario *Fœnus* reponit. Scio eleganter id verbi vſitatum Plinio li.5.c.4. quid tum? Et altero vſus eſt Martialis:

*Non reddet ſterilis ſemina iacta ſeges.*

DARE NOMINA BACCHO ] Mamertina Potulana, & Taurominitana intelligo. Plin. lib. 13. cap. 6. *Mamertina circa Meſſanam in Sicilia genita. Ex ys Potulana ab autore dicta in loco proximo Italiæ laudantur præcipuè. Eſt in eadem Sicilia & Taurominitanis honos, lagenis pro Mamertino plerumque ſubditis.*

*Hic & Pæonios arcano ſulfure fontes,*
*Hic, Phœbo dignum, & Muſis venerabile, vatum*
*Ora excellentum, ſacras qui carmine ſyluas,*
*Quíque Syracoſia reſonant Helicona camœna.*
*Promptæ gens linguæ, aſt eadem cùm bella cieret,*
*Portus æquoreis ſueta inſignire trophæis.*
*Poſt dirum Antiphatæ ſceptrum, & Cyclopea regna*
*Vomere verterunt primum noua rura Sicano,*
*Pyrene miſit populos, qui nomen ab amne*
*Aſcitum patrio, terræ impoſuere vacanti.*
*Mox Ligurum pubes, Siculo ductore, nouauit*
*Poſſeſſis bello mutata vocabula regnis.*
*Nec res dedecori fuit, aut mutaſſe pudebat*
*Sicanum Siculo nomen: mox Accola Minos*
*Duxerat Eteretum non fauſta ad bella cohortes*
*Dædaleam repetens pennam: qui fraude nefanda*
*Poſtquam perpetuas iudex conceſſit ad vmbras*
*Cocalidum inſidiis, feſſo Minoia turba*
*Bellandi ſtudio, Siculis ſubſedit in oris.*

HIC ET PÆONIOS ARCANO SVLPHVRE FONTES. ] Nec mirum, cum Siciliæ ſolum intrinſecus ſtratum ſulphure & bitumine tradatur à Iuſtino li.4. Et Menecrates Cyracuſius Ζεὺς ἐθέλει ἐπιλέγεσθαι, ὡς οἷα μόνος αἴτιος τοῦ ζῆν διὰ τὸ ἰατρεύειν. *Iouis cognomentum adfectabat, quaſi ob medicinam vitæ ſolus eſſet autor.* Euſtath. in Iliad. Λ.

VATVM ORA EXCELLENTVM. ] Ex ſubiectis Theocritum loqui apparet, de quo Ecloga 6. Maro.

*Prima Syracoſio dignata eſt ludere verſu*
*Noſtra, nec erubuit ſyluas habitare Thalia.*

Ipſe etiam de ſe:

— Ἐγὼ Θεόκριτος, ὃς τάδε γράψα

*Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρακοσίων.*

*Hæc ego qui ſcripſi, dictus ſum Theocritus, vnus*
*De innumera eductus gente Syracoſia.*

Athen. li.3. Et Siculus Epicharmus (cuius *ad exemplum* Plautus *properabat*, autore Hor. lib.2. Epiſt. ad Auguſtum, quémque *Siculum* non ſemel vocat M. Tullius) Syracuſanus fuit Theocriti fide,

Χ'ὠνὴρ ὁ ταὶ κωμωδίαν
Εὑρὼν Ἐπίχαρμος.
Τὸν Συρακόσαις ἐνίδρυσαν
πλουσίᾳ πόλι
Οἷα ἀνδρὶ πολίτα.

*Et vir hic comœdiæ repertor Epicharmus, quem Syracuſis ciuitati ad Pelorum flexæ ciuem inſeruit.* & Laërtii:

Ὅν πατρὶς ἐστεφάνωσ' ἅδε Συρακοσίαι.
*Cuique Syracuſa patriam impoſuere coronam.*

Item Suidæ, qui & Phormum ei æqualem, ſcribit, & ſympatriotam: Φόρμος Συρακούσιος κωμικὸς σύγχρονος Ἐπιχάρμῳ οἰκεῖος Γέλωνι τῷ Σικελίας τυράννῳ, καὶ τροφὸς τῶν παίδων αὐτοῦ. *Phormus Syracuſius Comicus æqualis Epicharmo, Geloni Siciliæ tyranno familiaris, & liberorum ipſius educator.* Adde Moſchum Suidas Achei Syracuſii meminens eſt, à quo fuerint Tragœdiæ decem, Lucretius Empedoclis Agrigentini lib.1.

Post dirvm Antiphatæ sceptrvm, et Cyclopea regna. ] Læſtrygonum regnator Antiphates. Solinus c.11. vbi de Sicilia: *Cyclopum gentem vaſti teſtantur ſpecus. Læſtrygonum ſedes adhuc ſic vocantur.* Læſtrygonas, & Cyclopas primitus habuiſſe terram Siciliam Thucydides in ſexto recipit, licet eorum originem vetuſtas obruerit: Παλαιότατοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες, καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι. *Antiquiſſimi in parte quadam regionis illius Cyclopes, atque Læſtrygones habitaſſe feruntur.* Antiphatæ diritatem traduxit & Iuuen. Sat.14.

*— antiphates trepidi laris, ac Polyphemus.*

Hom Odyſſ. K. & Euſtath. Potiſſimum verò Leontinos campos habuere Læſtrygones. Conficio ex illo Heſychii: Λαιστρυγόνες, οἱ νῦν Λεοντῖνοι. *Læſtrygones qui hodie Leontini.* Iidem Campaniæ partem obtinuerunt. Patet ex Commentario ad li.8.

Promtæ gens eadem lingvæ. ] M. Tull. l.2. ad Q. Fratrem epiſt.12. de Philiſto: *Siculus ille capitalis, creber, acutus, breuis, pene puſillus Thucydides: ſed vtros eius habueris libros (duo enim ſunt corpora) an vtroſque neſcio.* Cleon Siculus Poëta, & Orator à Curtio memoratur li.8.

Vomere vertervnt primvm nova rvra Sicano. ] Ecqui? *Sicani, Sicani* nec opinor deuecto ex Hiſpania vomere vſos, licet ibi ferri optimi copia. Gloſſema τὸ Sicano in verſum ſequentem.

*— qui nomen ab amne.*

irrepſit in hunc quoque verſum: αἰάγγελος quiſpiam vocem in ora repertam putauerit facere correctioni, tum ſententiæ incurioſus eam vocem ſubdiderit extruſa recta. Thucydides mecum li.6. Σικανοὶ δὲ μετ' αὐτοὺς πρῶτοι φαίνονται ἐνοικισάμενοι, ὡς μὲν αὐτοί φασι, καὶ πρότεροι διὰ τὸ αὐτόχθονες εἶναι, ὡς δὲ ἡ ἀλήθεια

διελεκαται, Ἴβηρες ὄντες κ ἀπὸ τοῦ Σικανοῦ ποταμοῦ [illegible] Ἰβηρίᾳ [illegible] ἀπ' αὐτῶν Σικανία τότε ἡ νῆσος, [illegible] Τρινακρία καλουμένη. *Sicani poſt illos primi videntur inhabitaſſe atque etiam prius, ſi illis fides: ſiquidem indigenas & aborigines ſeſe dictitant. Vt autem verum comperitur, Iberes cum eſſent a Sicano Hiſpaniæ fluuio à Ligurib. pulſi ſunt, atq; ab iis Sicania tunc inſula, dicta eſt, quæ olim Trinacria dicebatur.* Silio Thycidides videtur interpretatus:

*Pyrene miſit populos, qui nomen ab amni*
*Adſcitum patrio terræ impoſuere vacanti.*

Solinus ca.11. *Sicaniæ diu ante Troiana bella Sicanus rex nomen dedit adiectus cum ampliſsima Iberorum manu. Pòſt Siculus Neptuni filius*, Scylax Caryandenus in Periplo: Ἐν δὲ Σικελίᾳ ἔθνη βάρβαρα τάδε ἐστιν, Ἔλυμοι, Σικανοί, Σικελοί, Φοίνικες, Τρῶες. *In Sicilia gentes barbaræ ſunt hæ: Edeni, Sicani, Siculi, Phœnices, Troës.* Φοίνικες ſcriptum oportuit. Nec ab hiſce ſcriptis diſſentiunt Marcianus Heracleota in Periegeſi, & Str. l. 6. Colonias multas in Siciliam inſulas confert Pauſanias Eliacωn li. 1. *Verterunt primùm*: Nam Cyclopibus accolis priorib. ſponte ſegetes proueniebant : Læſtrygones autem non arabant, non ſerebant Odyſſ. K.

Ἔνθα μὲν οὔτε βοῶν, οὔτ' ἀνδρῶν φαίνετο ἔργα.
*Hic neque facta boum, neque parent vlla virorum.*

Mox LIGVRVM PROLES. ] Thucydides propria ſibi verborum caſtimonia: Ὑπὸ Λιγύων ἀναστάντες, *Sicani à Ligurib. pulſi* duce Siculo, cuius regioni nomen hæſit. Poſt Thucydides vberius iſta ſub nomine Siculorum, qui Italiam incoluerant. *Siculum*, Neptuno dat filium Solinus capite 11.

SICVLO DVCTORE NOVAVIT. ] Siculum à Iuſtino Sicorum nominari arbitratum Mariana, vel inter priſcos cenſendus Hiſtoricos c. 11. lib. 1. Rerum Hiſpanicarum.

MINOS DVXERAT ETERETVM NON FAVSTA AD BELLA COHORTES. ] Aut monſtri placuit facies: *Eteretum*; aut quia monſtrum, terruit, auerſati non inſpexere τὸ *Eteretum*.

*Quod genus hoc hominum? quæue huc tam barbara gentem*
*Eduxit patria?*

Exſtirpandi *Eteretes*, & ex lege Agraria tranſcribendi *Eteocretes*. Meminit eorum Strabo, & in Il. α. Euſtath. in Odyſſ. K. hæc:

Οἱ Ἐτεόκρητες, οἱ ἰθαγενεῖς Κρῆτες,
*Eteocretes, indigenæ verique Cretes.*

Diodorus Siculus li. 5. Οἱ μὲν γὰρ τὴν Κρήτην κατοικοῦντές φασιν ἀρχαιοτάτους παρ' αὐτοῖς γενέσθαι τοὺς ὀνομαζομένους Ἐτεόκρητας αὐτόχθονας: *Aiunt Cretæ habitatores antiquiſsimos indigenas vocatos Eteocretas.* Heſychius: Ἐτεόκρητες, οἱ αὐτόχθονες. Sic ergo coëant iam bene ſanæ cicatrices:

— *mox accola Minos*
*Dux Eteocretum non fauſta ad bella cohortans*
*Dædaleam repetit pennam.*

Et ſucco nouo replentor ex Homeri myrothecio, Odyſſ. li. 18.

Ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες.

*Magnanimique aderant Eteocretes.*

Item ex Marciani Periegeſi:

> Ἀρχαιοτάτους ἔχει δὲ τοὺς οἰκήτορας
> Τοὺς δὴ παρ' αὐτοῖς Ἐτεοκρῆτας λεγομένους.
> *Habet inquilinos inſula hæc veterrimos,*
> *Quos Eteocretas Cretes ipſi nominant.*

A quibus partito diſtinctu bis, terue Νεόκρητας. *Nouoſ-cretas* apud Polybium inuenies lib. 5. Modii molimen fuit:

> — *mox duxerat actos*
> *Mænibus e centum non fauſta ad prælia Minos.*

& li. 7. Liuii de bello Macedonico.

DÆDALEAM REPETIT PENNAM. ] Modii coniectura non premitenda reponentis: *Pænam*, Dędali námque pœnæ Minos inhiabat Diodorus lib. 4. Ἐζήτει τὸν Δαίδαλον εἰς τιμωρίαν. *Dædalum ad pœnam quærebat.* Ex eadem tamen hiſtoria retineri poteſt: *Dædaleam pennam*, circuitione prius notata pro *Dædalo*: vti mox pene continenter: *Saturnia dextera* pro *Saturno*. Dædalus autem è Creta Siciliam effugio petiuerat. Diod. li. 4. Solinus lib. 11. Minos vero profugum repoſcebat.

COCALIDVM INSIDIIS. ] Minos exercitu in Siciliam traiecto ad pœnam Dædalum poſcebat per caduceatores: tunc (inquit Diod. li. 4. Bibliothec.) Cocalus Minoëm per colloquii ſpeciem aduocatum, omnia prius facturum pollicitus hoſpitio vbi excepit, lauantem in balneo fumante peremit, & corpus Cretib. reddidit, fraudémque texit colore prolapſionis in aquas præferuidas, ex quo caſu mortem Minos obierit. Porro *Cocalidas* capies de Cocali filiabus, non de maſculis. Autorem in id do Cononem Narratu 25. Ὑπὸ τῶν Κωκάλου θυγατέρων, ἐβασίλευε γὰρ τότε Σικελῶν, ἀναιρεῖται. *Tollitur à Cocali filiabus: regnabat hic in Sicilia.* Strabonem li. 6. Οἱ Καμικοὶ τὸ Κωκάλου βασίλειον, παρ' ᾧ Μίνως δολοφονηθῆναι λέγεται. *Camici Cocali regia, vbi Minos inſidijs exceptus interiſſe dicitur.* Viſe ad Stephanum.

FESSO MINOIA TVRBA BELLANDI STVDIO. ] Malim *Caſſo*, vel *Miſſo*. Cretes enim deſperantes victoriam, & pertæſi belli longioris, quieuere de quibus Silius:

SICVLIS SVBSEDIT IN ORIS. ] Pars, nō tota *Minoia turba*: nam partem iſſe in Sardiniam ſcriptū eſt in reliquiis Salluſtianis. Quin & Minoëm per extrema terrarum vagatum, Dædali ſuſpicor odio, nobis autor eſt Strabo li. 1. Ἥ τε Μίνω θαλαττοκρατία θρυλλεῖται, καὶ ἡ Φοινίκων ναυτιλία· οἳ καὶ τὰ ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἐπῆλθον. *Minois imperium marinum hiſtorijs celebratur, & Phœnicum nauigatio, qui columnas Herculis transgreſſi ſunt.* Agnouit Maciana Minoam vrbem in Sicilia lib. 2. c. 2.

DONARVNT NOMINA MVRIS. ] Æneid. 5.

> *Vrbem appellabunt promiſſo nomine Aceſtam.*

longæui ſenes, feſſæ matres, & quidquid metuens periculi. Ibidem alia ſuperant [illegible] Verrina 4. *Segeſta eſt opidum peruetus in Sicilia, Indices, quod ab Ænea fugiente à Troia, atque in hæc loca veniente conditum eſſe demonſtrant. Itaque Segeſtani non ſolum perpetua ſocietate, atque amicitia: verùm etiam cognatione ſe cum populo Romano coniunctos eſſe arbitrantur.* Ea cauſa poſt paullo Silius

premen-

premens magiſtri veſtigia canet:

*— Troianáque venit Aceſta.*

Vide Notas in illud lib.3.

*— cognatáque litora Gades.*

*Miſcuerunt Phrygiam prolem Troianus Aceſtes,*
*Troianúsque Helymus, ſtructis, qui pube ſequuta*
*In longum ex ſeſe donarunt nomina, muris.*
*Nec Zanclæa gerunt obſcuram mœnia famam,*
*Dextera quam tribuit poſito Saturnia telo.*
*Sed decus Enneis haud vllum pulchrius oris,*
*Quàm quæ Siſyphio fundauit nomen ab Iſthmo,*
*Et multum ante alias Ephyræus fulget alumnis.*
*Hic Arethuſa ſuum piſcoſo fonte receptat*
*Alphæon ſacræ portantem ſigna coronæ.*
*At non æquus amat Trinacria Mulciber antra.*
*Nam lipare vaſtis ſubter depaſta caminis*
*Sulfureum vomit exeſo de vertice fumum.*
*Aſt Aetna eructat tremefactis cautibus ignes,*
*Incluſi gemitus, pelagíque imitata furorem,*
*Murmure per cæcos tonat inrequieta fragores*
*Nocte diéque ſimul, fonte è Phlegethontis vt atro*
*Flammarum exundat torrens, piceáque procella*
*Semiambuſta rotat liquefactis ſaxa cauernis.*
*Sed quanquam largo flammarum exæſtuat intus*
*Turbine, & aſſidue ſubnaſcens profluit ignis,*
*Summo cana iugo cohibet (mirabile dictu)*
*Vicinam flammis glaciem, æternóque rigore*
*Ardentes horrent ſcopuli, ſtat vertice celſi*
*Collis hyems, calidáque niuem tegit atra fauilla.*

MISCVERVNT PHRYGIAM PROLEM, TROIANVS ACESTES TROIANVSQVE HELYMVS. ] Dionyſius Antiq.Rom.li.1. Virg.Æn.5.

NEC ZANCLÆA FERVNT OBSCVRAM MOENIA FAMAM DEXTERA QVAM TRIBVIT POSITO SATVRNIA TELO. ] Zancle obiacet Rhegio. Transform.14.

*Oppoſitúmque petens contra Zancleia ſaxa*
*Rhegion ingreditur, feruentéſque æſtibus vndas.*

*Zanclen* à falce Saturni dictam, aut in eam Saturni falcem lapſam, Poëtarum commentum eſt, quo terræ fertilitas iudicatur interprete Macrobio li.1. Sat.c.8. Saturno falcem Rhodii fabricarant, Euſtath. in Dionyſium: Strabo tamen l.14. Telchinas putat fabrefeciſſe. Vterq; rectè: nam Rhodi

Eeee

accolæ Telchines. Zancle eadem cum Meſſana Zanclen dixit Cadmus. Herodot. Polyhymnia: Κατοίκησε πόλιν Ζάγκλην τὴν εἰς Μεσσήνην μεταβαλοῦσαν τὸ ὄνομα. *Ciuitatem Zanclen fecit habitabilem, quæ poſt Meſſanæ nomen inuenit.* Meſſanam Anaxilas Rheginorum tyrannus ob memoriam patriæ, Thucydides in texto qui & à falcis figura vult appellatam: Ὄνομα δὲ τὸ μὲν πρῶτον Ζάγκλη ἦν ὑπὸ τῶν Σικελῶν κληθεῖσα, ὅτι δρεπανοειδὲς τὸ χωρίον τὴν ἰδέαν ἐστί· τὸ δὲ δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον καλοῦσι. *Nomen antiquius erat Zancle à Siculis poſitum. quia regio hæc falcis effigie eſt: falcem autem Siculi Zanclum dicunt.* Corrigendus ex his Marcianus in Periegeſi: Ζάγκλη, Κατάνη, Καλλίπολις. *Zanclen, Catane, Callipolis.* Debuit eſſe Ζάγκλην. Ex Thucidide coniici poteſt *Zanclen* vocatam quoque *Derpanum.* Æneid. 3.

*Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora.*

Vide exitum primi libri Silii.

QVAM QVÆ SISYPHIO FVNDAVIT NOMEN AB ISTHMO. ] Archias Corintho profectus Syracuſas fundauit. Strabo lib. 6. Τὰς δὲ Συρακούσας Ἀρχίας μὲν ἔκτισεν ἐκ Κορίνθου πλεύσας περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, οἷς ᾠκίσθησαν, ἥ τε Νάξος, καὶ ἡ Μεγάρα. *Syracuſas Archias condidit è Corintho naui profectus eadem pene tempeſtate, qua Naxus, & Megara conditæ ſunt.* Apponit Archiam cum Myſcello profectos ad oraculum, rogatóſque à Deo ſanitatem, an diuitias mallent: Myſcellum ſanitatem, Archiam diuitias præoptauiſſe, eóque factum vt Crotoniatæ, qui originem Myſcello debent, valentiſſimi fuerint, & opulentiſſimi Syracuſani. Idem è Strabone narrat Euſtath. in Dionyſium. Meminit conditionis Thucydides l. 6. Marcian. Heracleota, cui obiter emendo hunc verſum:

— οἱ Χαλκιδεῖς
Κτίζουσιν ἄξον, οἱ Μεγαρεῖς δὲ τὴν Ὕβλαν.

Adminiculante Strabone reſcribo:

Κτίζουσι Νάξον, οἱ Μεγαρεῖς· δὲ τὴν Ὕβλαν.
*Hyblam Megarenſes, Chalcidenſes Naxios*
*Condunt.*

Alteri correctioni viam aperiet Silius ſubituris. *Nomen*, non appellationem, ſed nobilitatem. Liuius li. 38. *Magna fortuna populi Romani eſt, magnum & terribile nomen*, hoc eſt autoritas ex famæ opinione conflata.

EPHYRÆIS FVLGET ALVMNIS. ] *Lais Ephyreia* Ouidio, Corinthia; notum adagione. Item ex Homero Il. Z.

Ἔστι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο
Ἔνθα δὲ Σίσυφος ἔσκεν.
*Vrbs Ephyre eſt poſita in mediis penetralib. Argi,*
*Siſyphus vnde domo.* Corinthus olim Ephyra.

HIC ARETHVSA SVVM PISCOSO FONTE. ] M. Tullius li. 4. in Verrem: *Pleniſſimus piſcium.*

RECEPTAT ALPHEVM. ] Ideo Nonnus vocat ἐρατεινότατον ποταμὸν, de quo ſunt iſta li. 13. — ὅτι μεταναστὰς ἕρπει

Στέμματι Πισαίῳ κομόων Ἀλφειὸς ὁδίτης
Πορθμεύων βατὸν οἶδμα, καὶ ἀκροτάτοιο διὰ πόντου
Ἕλκει δοῦλος ἔρωτος ὑπέρτερον ἄβροχον ὕδωρ

*Θερμὸν ἔχων ψυχροῖο δι' ὕδατος ἀντιπέμψων πῦρ.*

*— Alpheus quà transfuga ſerpit,*
*Cui Piſæa ſedet per tempus vtrumque corona.*
*Traijciens vndas, imum, voluénsque ſub æquor*
*Diuiduas, quæ ſeruitio latantur Amoris,*
*Ardentes flammas fert ipſe per alſum æquor.*

Plin. l. 31. c. 5. *Et illa miraculi plena, Arethuſam Syracuſis fimum redolere per Olympia, veríque ſimile, quoniam Alpheus in illa inſula ſub ima maria permeet.* Sidonius Apollinaris Carm. 9.

*Nec notam nimis amnis ex amore*
*Verſu proſequar, vt per ima ponti*
*Alpheus fluat, atque transmarinæ*
*In fluctus cadat vnda coniugales.*

Æneid. 3. & Commentatores. Idyllion Moſchi. Ouid. 5. Metam. Inde orta fabula, quòd aliqui crediderint in Alpheum coniecta reddi ab Arethuſa; id verò vt inane commentum Strabo recuſat li. 6. copiosè. conſuli poteſt. Vide Mellam li. 2. c. 7.

*Quid referam Aeolio regnatas nomine terras?*
*Ventorúmque domos, atque addita clauſtra procellis?*
*Hic verſi penitus Pelopeia ad regna Pachyni*
*Pulſata Ionio reſpondent ſaxa profundo.*
*Hic contra Libyámque ſitum, Chaurósque furentes*
*Cernit deuexas Lilybæon nobile Chelas.*
*At quà diuerſi lateris frons tertia terris*
*Vergit in Italiam prolato ad littora dorſo,*
*Celſus arenoſa tollit ſe mole Pelorus.*
*His longo mitis placido dominator in æuo*
*Præfuerat terris Hieron, tractare ſereno*
*Imperio vulgum pollens, & pectora nullo*
*Parentum exagitare metu, pactámque per aras*
*Haud facilis temerare fidem, ſocialia iura*
*Auſoniis multos ſeruarat caſta per annos.*
*Verùm vbi fata virum fragili ſoluere ſenecta,*
*Primæuo ceſſit ſceptrum exitiale nepoti,*
*Et placida indomitos accepit regia mores.*
*Nanque bis octonis nondum rex præditus annis,*
*Caligare alto in ſolio, nec pondera regni*
*Poſſe pati, & nimium fluxis confidere rebus.*
*Iamque breui, nullum, delicta tuentibus armis,*
*Fas notum, ignotúmque nefas, viliſſima regi*
*Cura pudor: tam præcipiti materna furori*

*Pyrrhus origo dabat ſtimulos, proauíque ſuperbum*
*Æacidæ genus, atque æternus carmine Achilles.*

QVID REFERAM ÆOLIO REGNATAS NOMINE TERRAS? ] Plin. li. 3. c. 8. *Eadem Liparæorum, & Hephæſtiades à Græcis, à noſtris Vulcaniæ, Æoliæ, quòd Æolus Iliacis temporibus ibi regnabat.*

NAM LIPARE VASTIS SVBTER DEPASTA CAMINIS. ] Plin. c. 9. *Sacra Vulcano eſt, colle in ea nocturnas euomente flammas.* Et nomen dedit rex Liparus, qui eam ante Æolum rexit. Solin. c. 11.

AST ÆTNÆ ... FLAMMARVM EXVNDAT TORRENS. ] Pindarus Pythiis Ἀφαίστοιο κρουνούς: Virgilius Æneid. 3. *Flammarum globos*, vterque in Ætnæ deſcribendis incendiis Vtriuſque locos contendit Gell. li. 17. c. 10. Adde Silium, ex quo Silio ſua deformaſſe Claudianum Iul. Scaligeri iudicium eſt Cretici li. 4.

TONAT IRREQVIETA FRAGORES. ] Plin. l. 3. c. 8. Ætnæ *crater patet ambitu ſtadiorum xx. Fauilla Tauromínium, & Catanam vſque peruenit feruens: fragor verò ad Maronem, & Gemellos colles.*

NOCTE, DIEQVE SIMVL. ] Plin. *Vons Ætna nocturnis mirus incendijs.*

SVBNASCENS PROFVIT IGNIS. ] Opus reſcripto: *Profurit, Profluit, Proruit*, aut *Proficit*, ſimiliue.

SVMMO CANA IVGO, COHIBET, MIRABILE DICTV
VICINAM FLAMMIS GLACIEM. ] Puto ſcribendum:

*Summo plana iugo cohibent.*

Li. 4. *Plana* legimus eodem charactere dicendi. Item verſu inſequenti

— *altámque niuem tegit atra fauilla.*

Vel *Canámque n. t. atra f.* αἰνῶς.

CALIDAQVE NIVEM TEGIT ATRA FAVILLA. ] Fas hodie clamemus, quod paſſim nefas. Seneca:

*Pax ante fida niuibus, & flammis erit.*

Claudiani lib. 1. de Raptu Pr. exquiſita in huius miraculi narratu diſertitudo:

*Sed quamuis nimio feruens exuberet æſtu,*
*Scit niuibus ſeruare fidem, pariterque fauillis*
*Dureſcit glacies tanti ſecura vaporis.*
*Arcano defenſa gelu, fumóque fideli*
*Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.*

Solin. c. 11. *In illa feruentis naturæ peruicacia miſtas ignibus niues profert.* Vide cætera. Strabo lib. 6. vel in ſinus Ætnæ fundit cinerem, fundit niuem: Ἔστι δ' ψιλὰ τὰ ἄνω χωρία, καὶ τεφρώδη, καὶ χιόνος μεστὰ τοῦ χειμῶνος· τὰ κάτω δ' δρυμοῖς, καὶ φυτείαις διείληπται. *Macrum ſolum eſt, cinerum ſpecie, ac hyeme niuibus oppletum.* Quo ex loco ſua deriuaſſe videtur Zacharias in Theocriti Cyclopem. Tacitus Hiſtor. lib. 5. *Præcipuum montium Libanum erigit (mirum dictu!) inter ardores opacum, fidúmque niuibus.* Methodius refert vidiſſe ſe in Olympo monte Lyciæ, quà ignes ſponte prorumpunt, agnum præflorentem, ſponſique: Οὐ μόνον οὐ καταφλέγεται τὸ φυτὸν τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀκμαιότερον ἐπανθεῖ. *Non ſolum non aduritur planta hæc, ſed vegetior etiam exiſtit.* Neque agrorum

cultioni ructatæ de Aetna flammæ videntur incommodate. Verrina quinta: *Aetnenſis ager, qui ſolebat eſſe cultiſsimus.*

*Ergo ardor ſubitus Pœnorum incepta fouendi.*
*Nec ſceleri mora. iungit noua fœdera, pacto,*
*Cederet vt Siculis victor Sidonius oris.*
*Sed ſtabant pœnæ, tumulúmq; negabat Erynnis,*
*Qua, modo pactus erat ſocium non cernere, terra.*
*Sæuos nanque pati faſtus, iuuenémq; cruento*
*Flagrantem luxu, & miſcentem turpia duris,*
*Haud vltra faciles, quos ira metúſq. coquebat*
*Iurati obtruncant, nec iam modus enſibus, addunt*
*Fœmineam cædem, atq. inſontum rapta ſororum*
*Corpora proſternunt ferro. noua ſæuit in armis*
*Libertas, iactátq. iugum: pars Punica caſtra,*
*Pars Italos & nota volunt: nec turba furentum*
*Deſit, quæ neutro ſociari fœdere malit.*
*Tali Trinacriæ motu, rebúſq; Sicanis*
*Exitio regu trepidis, ſublimis honore,*
*(Tertia nam Latios renouarat purpura faſces)*
*Marcellus claſſem Zanclæis appulit oris,*
*Atque vbi cuncta viro, cædéſq; expoſta tyranni,*
*Ambiguaq. hominum mentes, Carthaginis arma*
*Quos teneant, & quanta locos, quod vulgus amicum*
*Duret Troiugenis, quantos Arethuſa tumores*
*Concipiat, perſtétq; ſuas non pandere portas,*
*Incumbit bello, ac totam per proxima raptim*
*Armorum effundit flammato pectore peſtem.*
*Non aliter Boreas Rhodopes à vertice præceps*
*Quum ſeſe immiſit, decimóq. volumine pontum*
*Expulit in terras, ſequitur cum murmure molem*
*Eiecti maris, & ſtridentibus affremit alis.*

AD REGNA PACHYNI.] Alius modus eſt cùm Ouidio vtibilior, Metam. 12.

*Et quib. imbriferos verſa eſt Pachynus ad Auſtros.*

Lib. 5.

*Læua Pachyne tibi Lilybæo rura petuntur.*

HIC CONTRA LIBYAM... LILYBÆON NOBILE.] Adſtruit loci poſituram Polyb. lib. 1. Strabo lib. 6. & Lynceus ille, qui è Lilybæo ſoluentes Cartagine naues dinumerabat apud Aelianum lib. 2. Var. Hiſt. c. 14. qui

vocabatur Plinio lib.8.c.21. *Strabo*.

LILIBÆON NOBILE CHELAS.] Adeundus Archytas Antuerpianus in Theatro geographico. *Chelas* opinor Plinio lib.3.c.8.dici *gemellos colles*.

CELSVS ARENOSO TOLLIT SE MONTE PELORVS.] Suſpicio ſit à molis immanitate nomen adſciuiſſe. Sed Salluſtii reliquiæ nos aliò trahunt, quibus eſt Pelorum Sicilię promontorium reſpiciens Aquilonem à gubernatore Annibalis illic ſepulto nomen inueniſſe. Occiderat per imprudentiam Pœnus, cùm ſe dolo malo deceptum fruſtrà crederet. Strabo lib.1.& lib.6. Valer.Max.lib.9.c.9. Iſidorus Orig.lib.14.c.7. Mella lib.2.c.7.

PRIMAEVO CESSIT SCEPTRVM EXITIALE NEPOTI.] Hieronymo, Liuius lib.24. Polyb. Ecloga prima Legationum.

NAMQ. BIS OCTONIS NONDVM REX PRAEDITVS ANNIS.] Liuius de Hieronymo Hieronis nepote lib.24. *Erat autem XV. tunc fermè annorum.*

NEC PONDERA REGNI POSSE PATI.] Seneca in Thyeſte-

*— magnum ingenti*
*Strage malorum preſſum, fracti*
*Pondera regni non inflexa*
*Ceruice pati. —*

FAS NOTVM, IGNOTVMQ. NEFAS.] Georg.1.

*Quippe vbi fas verſum, atq. nefas.*

VILISSIMA REGNI CVRA PVDOR.] Hieronymus pudicitiam regni inſuper habebat. Huic expoſitioni fauebunt illa:

*— miſcentem turpia duris.*

Et Hieronymi *fœdiſſimas libidines* Liuius meminit. Vel hac interpungendi ratione:

*— viliſſima regni*
*Cura. pudor!*

Nullius rei minùs, quàm regni curioſus erat: poſtrema ea cura, quæ debuit eſſe prima. *pudor!* P. N. *Viliſſima regni Cura pudor. —*

PYRRHVS ORIGO DABAT STIMVLOS.] Liuius lib.24. de Hieronymi adſentatoribus: *Pyrrhi etiam materni aui iubebant meminiſſe.* Polybius Ecloga præcitata.

ÆTERNVS CARMINE ACHILLES.] M. Tullius in Liciniana ſuprà.

NEC SCELERI MORA. IVNGIT NOVA FOEDERA.] Intra modum rationis agam hunc verſum:

*Ergo ardor ſubitus Pœnorum incœpta fouendi*
*(Nec ſceleri mora) iungebat noua f.* Vel:
*Nec ſceleri mora. Iunguntur noua f.*

PACTO CEDERET VT SICVLIS.] *Pacto* valet *Cùm pactum eſſet*. Tacit. lib. 1. Annal. *Cæcinna comperto vanam eſſe formidinem*, vbi comperiſſet. item crebriuſculè. Apul. lib.9. Metam. *Iſto placito*, cùm iſtud placuiſſet. Sil. lib.5.

*Auditóq. furens ſocias non deſore vires.*

Lib. 16.

*Audito pariter populorum in regna duorum*
*Adueniſſe duces.*

Non audiendus, qui improſperam tentabat correctionem *Pactus*. Pacta

verò in has leges concepta fuere. Ἐφ᾽ ᾧ Καρχηδονίους βοηθεῖν καὶ ναυτικαῖς, καὶ πεζικαῖς δυνάμεσι, καὶ συνεκβάλλοντας Ῥωμαίους ἐκ Σικελίας, οὕτω διελέσθαι τὰ κατὰ τὴν νῆσον, ὥστε τῆς ἑκατέρων ἐπαρχίας ὅρον εἶναι τὸν Ἱμέραν ποταμόν: *Quamobrem Cartaginienſes maritimis, terreſtribuſq. copiis auxilio eſſe par eſt, communiq. opera Romanos tota Sicilia pellere: inſulam autem ſic diſcriminari, vt Himera fluuius ſit vtriuſq. imperii [ Cartaginis, ac Siciliæ.]* finis Polyb. Ecloga prima, Liuius lib. 24.

SAEVOS NAMQ. PATI FASTVS.] Suidas de Hieronymo: Ὥστε μήτε Φάλαριν, μήτε Ἀπολλόδωρον, μήτε ἄλλον μηδένα γεγονέναι τύραννον ἐκείνου πικρότερον: *Sic vt neq. Phalaris, neque Apollodorus, neq. alius quiſquam ea in inſula tyrannus Hieronymo fuerit acerbior.* Item: κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον ἕνα μέν τινα, καὶ δεύτερον στρεβλῶσαι, καὶ εἶναί τινας τῶν φίλων, καὶ τῶν ἄλλων Συρακοσίων ἀποκτεῖναι δυνατόν.

INSONTÛM RAPTA SORORVM CORPORA PROSTERNVNT.] Liuius li. 22. *Miſsiq. à Prr. Demaratam Hieronis, & Harmoniam Gelonis filias coniuges Antronodori, & Themiſtij interfecerunt.* Heracleam item alteram Hieronis filiam, eiúſq. filias, ibidem.

TERTIA IAM LATIOS RENOVARAT PVRPVRA FASCES.] Marcellus primùm Coſ. cum Cn. Cornelio poſt pugnam feliciter à Flaminio contra Inſubres pugnatam. Iterum poſt cladem Cannenſem cum Fabio Maximo. Tertiùm pulſo ab Nola Annibale productis comitiis Coſ. creatus eſt omnium ſuffragiis: & ſi religione impeditus eum honorem poſuit, túmq. Proconſul fuit. Tertium igitur ſeriò iniit Conſulatum in Siciliam profecturus, Plut. in Marcello. Fuit autem omnino quinquies Coſ. Appianus Ibericis: Κλαύδιος τε Μάρκελλος ὁ Σικελίαν ἑλὼν πέμπτον ὑπατεύων ἦν: *Claud. Marcellus Siciliam cepit, cùm quintùm Conſul eſſet.* Secundum tamen, quòd vitio creatus fuiſſet, non geſſit: eóque alii quartum Conſulem dumtaxat volunt.

MARCELLVS CLASSEM ZANCLAEIS APPVLIT ORIS.] Factum prouidè: nam ibi portus pluſquam ſexcentarum nauium capax. Diodor. lib. 14. Ὅτι γὰρ ἐν αὐτῇ λιμὴν, ὅθεν τῆς ἦν δυνάμενος δέχεσθαι, πάσας τὰς ναῦς ὅσας πλείω τῶν ἑξακοσίων: *Zancles portus exercitibus capiendis appoſitus eſt, capaxq. nauium pluſquam ſexcentarum.*

DECIMOQ. VOLVMINE PONTVM EXPVLIT IN TERRAS.] Decumanum fluctum propriè, quòd adſolet, nobis exciuit Ouidius 1. Triſt.

*Qui venit ex illo fluctus, ſupereminet omnes:*
*Poſterior nono eſt, vndecimóq. prior.*

*Prima, Leontinos vaſtarunt prælia campos,*
*Regnatam duro quondam Læſtrygone terram.*
*Inſtabat ductor, cui tarde vincere Graias*
*Parerat, ac vinci turmas, ruit æquore toto*
*Fœmineum credas maribus concurrere vulgum:*
*Et Cereri placidos fœcundat ſanguine campos.*
*Sternuntur paſſim, pedibúſq. euadere lethum*
*Eripuit rapidus mauors, vt cuiq. ſalutem*
*Promiſit fuga, præueniens dux occupat enſe.*

*Ite, gregem & metite imbellem, ac ſuccidite ferro*
*Clamat, cunctantes vrgens vmbone catervas.*
*Pigro luctandi ſtudio, certamen in vmbra*
*Molle pati docta, & gaudens ſplendeſcere oliuo.*
*Stat mediocre decus vincentum ignaua iuuentus.*
*Hæc laus ſola datur, ſi viſo vincitis hoſte.*
*Ingruit audito ductore exercitus omnis,*
*Soláq; quod ſupereſt ſecum certamina norunt*
*Quis dextra antiſtet, ſpoliisq. excellat opimis.*
*Euboici non per ſcopulos illiſa Capharco*
*Eurypi magis vnda furit: pontúmue ſonantem*
*Eiicit anguſto violentius ore Propontis:*
*Nec feruet maiore fretum, rapitúrq. tumultu*
*Quod ferit Herculeas extremo ſole columnas.*
*Mite tamen dextræ decus inter prælia tanta*
*Enituit, fama miles Tyrrhenus, Aſylo*
*Nomen erat, captus quondam ad Thraſimena fluenta,*
*Seruitium facile, & dominantis mollia iuſſa*
*Expertus Berræ, patrias remeabat ad oras*
*Sponte fauentis heri, repetitíſq; impiger armis*
*Tum veteres Siculo caſus mauorte piabat.*
*Atque is, dum medios inter fera prælia miſcet,*
*Illatus Berræ, cui pacta ad regia miſſo*
*Pœnorum à populis, ſociatáq. bella gerenti*
*Aerato caſsis munimine clauſerat ora,*
*Inuadit iuuenem ferro, trepidéq; ferentem*
*Inſtabiles retro greſſus, proſternit arena.*
*Ac miſer audita victoris voce, trementem*
*Cunctantemq. animam ſtygia tunc ſede reducens,*
*Caſsidis à mento maleſidæ vincula rupit,*
*Iungebátq. preces, atque addere verba parabat.*
*Sed ſubito aſpectu, & noto conterritus ore*
*Tyrrhenus, ferrúmq. manu reuocauit, & vltro*
*Talia cum gemitu lacrymis effudit obortis.*
*Ne quæſo ſupplex lucem, dubiúſq; precare,*
*Fas hoſtem ſeruare mihi. multo optimus ille*
*Militiæ, cui poſtremum eſt, primúmq. tueri*
*Inter bella fidem: tu lethum euadere nobis*
*Das prior, & ſeruas nondum ſeruatus ab hoſte.*

*Haud equidem indignum memet, quæ triſtia vidi,*
*Abnuerim, dignúmq. iterum in pectora reuolui,*
*Si tibi per medios ignes, medióſq. per enſes*
*Non dederit mea dextra viam: ſic fatur, & vltro*
*Attollit, vitáq. exæquat munera vitæ.*
*At compos Sicula primum certaminis ora*
*Marcellus cœpti, victricia ſigna quieto*
*Agmine progrediens Ephyræa ad mœnia vertit.*
*Inde Syracoſias caſtris circundedit arces.*
*Sed fieri languebat amor, ſedare monendo*
*Pectora cæca virûm, atque iras auellere auebat.*
*Nec (renuant ſi forte ſibi, & ſi mitia malle*
*Credant eſſe metum) laxis aufertur omiſſa*
*Obſidio clauſtris, quin contra intentior ipſe*
*Inuigilat cautis fronte imperterritus armis,*
*Et ſtruit arcana, nec opina pericula cura.*
*Haud ſecus Eridani ſtagnis, ripáue Cayſtri*
*Innatat albus olor, pronóq. immobile corpus*
*Dat fluuio, & pedibus tacitas eremigat vndas.*
*Interea dum incerta labat ſententia clauſis*
*Exciti populi, atque vrbes ſocia arma ferebant.*

PRIMA LEONTINOS VASTARVNT PROELIA CAMPOS.] Scribit Liuius lib. 24. cur prima belli rabies in eos effuſa. Neſcio quid turbarum in iis, & Romanorum amicitia ſeſe parabant abiungere.

ET CERERI PLACIDOS.] Agri Leontini ſatis accipiendis faciles, non intractabiles, & reddendis benigni eóq. *Cereri placidi*. Heynſius ſcribit *Placitos*. Qui huius agri magnitudinem, ingenium, compendia ſcire volet, adito M. Tullium lib. 3. in Verrem, ex quo hæc delibata ſunto: *Dico equitem Romanum hominem imprimis honeſtum, Q. Minutium cum ſui ſimilibus ad decimas agri Leontini non* CIↃ. *non* CIↃ. CIↃ. *non* CIↃ. CIↃ. CIↃ. *ſed ad vnas vnius agri decumas tritiei mod.* XXX. *millia voluiſſe addere, & ei poteſtatem emendi non eſſe factam, ne res abiret ab Apronio.* Ager Leontinus dicitur *caput rei frumentariæ* Verrina quinta. Ibidem: *Leontini, qui principes rei frumentariæ fuerunt.* Sidonius Carm. 22.

*Quanta Leontino turgeſcit meſſis aceruo.*

Quanta: Plin. lib. 18. c. 10. *Cum centeſimo quidem & Leontini Siciliæ campi fundunt.* Ita vulgo dicti. Polyb. lib. 7. ἐπὶ τὰ Λεοντινὰ καλούμενα πεδία, καὶ γεωργήσιμον χώραν: *In campos Leontinos dictos, & regionem ſatis accipiendis peropportunam.* Refer te ad librum quintum in Verrem, adq. Prud. lib. 2. contra Symmachum.

FOECVNDAT SANGVINE CAMPOS.] Imbuti ſoli ſanguine ſeges largior. Ouid.

*Nunc ſeges eſt vbi Troia fuit, reſecandáq. falce*
*Luxuriauit Phrygio ſanguine pinguis humus.*

Bello Teutonico, quo iacuerant, aut capti fuerant centum millia hoſtium ſcribit Plut. in Mario: Τὴν δὲ γῆν τῶν νεκρῶν καταναλωθέντων ἐν αὐτῇ, καὶ διὰ χειμῶνος ὄμβρων ἐπιπεσόντων, οὕτως ἐκλιπανθῆναι, καὶ γενέσθαι διὰ βάθους περίπλεω τῆς σηπεδόνος ἐνδυσης, ὥστε καρπῶν ὑπερβάλλον εἰς ὥρας πλῆθος ἐξενεγκεῖν· καὶ μαρτυρῆσαι τῷ Ἀρχιλόχῳ λέγοντι πιαίνεσθαι πρὸς τοῦ τοιούτου τὰς ἀρούρας: *Solum abſumtis in eo cadauerib. hyberniſq. imbribus ita pingue euaſiſſe, & putrore ſic in altum ſerpente oppletum fuiſſe, vt fructibus tempeſtiuis immane quantum abundauerit, firmatúmq. ſit quod euentu in tali Archilochus memoriæ reliquit ſolitum fieri.* Eadem c. 245. apud Photium, in quo περιῶχσαι praué poſitum, pro πεδιαρθρῶσαι. Horat. Od. 1. lib. 2.

*Quis non Latino ſanguine pinguior*
*Campus.* —

PRÆVENIENS DVX OCCVPAT ENSE.] Marcellus, quem *gladium imperii* olim dixere, vt Fabium Maximum *ſcutum*, Flor. lib. 2. c. 6. Plutarch. in Fabio, & Marcello. Inſinuauit M. Tull. lib. 5. de Rep. *Marcellus, vt acer, & pugnax: Maximus, vt conſideratus, & lentus.*

CERTAMEN IN VMBRA MOLLE PATI DOCTA.] Xenodoci exercitum ea ipſa de cauſa depretiat Diodorus lib. 20. Ὡς ἂν τῆς μὲν πολιτικῆς ἐν αἰτίοις καὶ σκιατροφίᾳ γεγενημένης: *Copiæ vrbanæ in otio, & vmbra enutritæ.* Aequè ex vero illud Fabii lib. 11. c. 3. *Adſueta gymnaſiis, & oleo corpora, quamlibet ſint in ſuis certaminibus ſpecioſa, atq. robuſta, ſi militare iter, faſcéſq. & vigilias imperes, deficiant, & quærant victores ſuos.* Cæſar Pompeii vires his eleuat apud Lucanum lib. 7.

— *Graiis delecta iuuentus*
*Gymnaſiis aderit, ſtudióq. ignaua palæſtræ,*
*Et vix arma ferens, & miſtæ diſſona turbæ*
*Barbaries: non illa tubas, non agmine moto*
*Clamorem latura ſuum.*

EVRIPI MAGIS VNDA TREMIT.] Euboici, qui *ſepties die, ac nocte* vndas reciprocat Plinio teſte lib. 1. c. 97. Strab. lib. 6. Seneca Hercule Oetæo, Mela lib. 2. c. 7 Vide Liuium lib. 38.

PONTVMQ. SONANTEM EIICIT ANGVSTO VIOLENTIVS ORE PROPONTIS.] Grandiore litera *pontum* ſcribendum fuit. Loco illuſtrando facit Strabo lib. 2. Ὁ Ἑλλήσποντος ἐκδίδωσι πρὸς ἄρκτον εἰς ἄλλο πέλαγος, ὃ καλοῦσι Προποντίδα [quod antè Pontum obiacet] κἀκεῖνο εἰς ἄλλο τὸ Εὔξεινον προσαγορευόμενον Πόντον: *Helleſpontus ad Septentrionem in aliud mare euoluitur, quod Propontidem dicunt, & hoc in aliud Euxinum Pontum appellatum.* Vt autem *anguſtum* iſtud os cognoſcatur pleniùs, addo Plinium lib. 4. c. 12. *Vaſtum mare* [Ponti] *præiacens Aſiæ, & ab Europa porrecto Cherſoneſi litore expulſum anguſto meatu irrumpit in terras ſeptem ſtadiorum, vt dictum eſt, interuallo Europam auferens Aſiæ. Primas anguſtias* Helleſpontum *vocant. Hac Xerxes Perſarum rex conſtrato in nauib. ponte duxit exercitum. Porrigitur inde tenuis Euripus* LXXXVI. M. *paſſ. ſpatio ad vrbem Priapum, quà magnus* Alexander *tranſcendit. Inde exſpatiatur æquor, rurſúmq. in arctum coït laxitas: Propontis appellatur.* *Anguſtiæ Thraciæ Boſporus* D *paſſuum, quà Darius pater Xerxis copias ponte tranſuexit.* Reſtant alia. De ore

Ponti Cimmerico, & Thracio, deque totiûs Ponti natura diſertiſſimè ſcripſit Polybius lib. 4. Hiſt.

NEC FERVET MAIORE FRETVM.] Caditanum. Alibi dicimus.

SPONTE FAVENTIS HERI.] Lucan. lib. 1.

*Páxq. fuit non ſponte ducum.*

Ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρία: *Laxata ſponte Syloſontis ſunt loca.* Vetus verbum eſt, Strabóq. meminit.

*Incumbens Meſſana freto, minimúmq. reuulſa,*
*Diſcreta Italia, atq. Oſco memorabilis ortu.*
**Tum Catine nimium ardenti vicina Typhæo,*
*Et generaſſe pios quondam celeberrima fratres.*
*Et cui non licitum fatis Camerina moueri.*
*Tum quæ nectareis vocat ad certamen Hymetton*
*Audax Hybla fauis, palmis quoq. onuſta Selynis:*

INCVMBENS MESSANA FRETO.] Conlucidat Hotomanus Accuſat. 3. in Verrem.

OSCO MEMORABILIS ORTV.] Meſſana. Atqui Euſtathius vult Meſſanam Siciliæ natam è Meſſana Laconiæ: Μεσσήνη δὲ αὕτη χώρα ἐστὶ Λακωνικὴ, ἧς ἄποικος ἡ Σικελικὴ Μεσσήνη: *Meſſana ipſa Laconica prouincia eſt, cuius colonia Meſſana Sicula.* Plinius contra lib. 3. c. 8. *Opidum Meſſana ciuium* Romanorum, *qui Mamertini vocantur.* Vtrumq. fuit, vtrumq. aperiendum è Strab. lib. 6. [& li. 1. profuerit vidiſſe] qui de Meſſana Siciliæ: Κτίσμα δ' ἐστὶ Μεσσηνίων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, παρ' ὧν τοὔνομα μετήλλαξε, Ζάγκλη πρότερον καλουμένη διὰ τὴν σκολιότητα τῶν τόπων (ζάγκλιον γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ σκολιόν) Ναξίων οὖσα πρότερον κτίσμα τῶν πρὸς Κατάνῃ. Ἐπῴκησαν δ' ὕστερον Μαμερτῖνοι Καμπανῶν τι φῦλον: *Opus eſt Meſſeniorum, qui in Peloponneſo, per quos nomen mutauit, cùm priùs Zancle vocaretur propter obliqua locorum (obliquum námq. Zanclion dicitur) Olim autem à Naxiis Catana vicinis condita fuit. Eam poſteriùs inhabitarunt Mamertini genere Campani.* Pòſt: Τοσοῦτον δ' ἐπεκράτησαν οἱ Μαμερτῖνοι παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις, ὥστ' ἐπ' ἐκείνοις ὑπῆρξεν ἡ πόλις. Καλοῦσι δὲ Μαμερτίνους μᾶλλον ἅπαντες αὐτοὺς, ἢ Μεσσηνίους: *Tantũ apud Meßenios præpotuere Mamertini, vt vrbi præfecti fuerint. Vniuerſum autem* Mamertini *potiùs appellantur, quàm* Meßenii. Cauſa, cur:

— *Oſco memorabilis ortu.*

Quod omnium optimè docet Sex. Pompeius verbo *Mamertini.* Polyb. li. 1. Repete Commentarium ad Calcem libri primi.

AVDAX HYBLA FAVIS.] Strabo lib. 6. Hyblę nomen inueteraſſe præ Megarorum ob mellis prærogatiua autor eſt lib. 6. Stephanus: Ἐν Σικελίᾳ ἡ πρότερον Ὕβλη ἀπὸ τοῦ Ὕβλωνος βασιλέως: *In Sicilia Hyble olim ab* Hyblone *rege.*

TVM CATINE NIMIVM ARDENTI VICINA TYPHOEO.] Strab. lib. 6. Ὑπόκειται δὲ μάλιστα τῆς Κατάνης ἡ Αἴτνη, καὶ τῶν περὶ τοὺς κρατῆρας παθῶν πλεῖστον κοινωνεῖ. καὶ γὰρ οἱ ῥύακες εἰς τὴν Καταναίαν ἐγγυτάτω καταφέρονται: *Supra Catanam iacet atq. eminet. Aetna, venitque Catana in conſortium infortuniorum, quæ ex Aetna alueis*

*(Crateras Græci nominant, proueniunt: etenim flammarum, cinerúmq. aluei prope Catanam aduſque perferuntur.* Nonnus lib.13.

— καὶ οἳ Κατάνην παρὰ λίμνην
Τείτονα Σειρήνων πόλιν ᾤκεον. —
— *Catanéſq. habuere paludem*
*Vicinam Sirenum Vrbi.* Auſonius:
*Quis Catinam ſileat?*

In Verrinis etiam *Catinenſes* ſcribitur plurimum cum approbatione, & cum primis Hotomani. *Catina* altera Arcadiæ eſt, nec huc facit. *Vicina Typhoëo*, pro *Ætna*. Occaſione viciniæ euerſa funditus olim Catana Campanos, qui Catanę agebant, Aetnam tranſtulit Dionyſius, autor Diodor. lib. 4. Bibl. De Aetnæ æſtu D. Aug. lib. 3. c. 31. de Ciuit. Thucycides lib. 3. exeunte.

ET GENERASSE PIOS QVONDAM CELEBERRIMA FRATRES.] Aetnæa ſæuiebant incendia, fratres duo parentes per medium extulere flammarum. Strabo lib. 6. vocat eos Amphinomum, & Anapiam, Conon, & Claudianus:

*Cur non Amphinomo, cur non tibi fortis Anapi,*
*Æternum Siculus templa dicauit honor.*
*Plura licet ſumma dederit Trinacria laudi:*
*Nouerit hoc maius ſe genuiſſe nihil.*
*Nec doleat damnis, quæ deuius intulit ardor:*
*Nec gemat exuſtas igne furente domos.*
*Non potuit pietas flamma ceſſante probari:*
*Emtum eſt ingenti clade perenne decus.*

Non defuerunt tamen eorum honori ſtatuæ, etſi templa. In eam ſententiam Cononem Narratu 43. verſum dabo: *Eapropter Siculi Piorum locum indigitauerunt, & in virorum illorum monumento lapideas dicarunt ſtatuas diuini humanique facti memoria.* Laudantur *Pij fratres* Senecæ lib. 3. de Beneficiis c. 37. Seuero, ſeu cui alteri Aetnæ ſcriptori, in quem docta eſt C. V. Ioſ. Scaligeri animaduerſio. Solino c. 11. *Horum memoriam ita poſteritas venerata eſt, vt ſepulcri locus nominaretur Campus Piorum.* Vide quoque Auſonium de Catina, & Syracuſis, ac Rhodiginum lib. 11. Antiq. Lection. c. 17.

ET CVI NON LICITVM FATIS CAMERINA MOVERI.] Aeneid. 3.

— *& fatis nunquam conceſſa moueri*
*Apparet Camerina procul.*

Sibyllinorum li. 3. Μὴ κίνει Καμάριναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων: *Ne moueas Camarinam immota ſit, vtiliorq.* Ideo Claudiano:

— *pigra vado Camerina paluſtri.*

Diodorus lib. 14. Καμαριναίους principe vocali. idq. rectum. Sic & Suidas

PALMIS QVOQ. ONVSTA SELINIS.] Virgilius:

*Teq. datis linquo ventis palmoſa Selinus.*

Vtrobique intolerabili errore, cùm ſcribendum ſit *Selinûs*, iota ſimplici in medio, & exeunte voce in quintam vocalē: Græcè eſt Σελινοῦς Thucydidi in ſexto, Diodoro l. 14. Straboni paſſim, cuius habitatores *Selinuntij*. Plinio

non vno loco, qui lib. 3. c. 8. pleraque loca Siciliæ hic à Silio ordinata, eodem ferè poſitu recenſet: *Therna colonia, amnes Atys, & Hypſa, Selinus oppidum*; & mox *Mylas* addit, de quibus modò. Eiuſdem formæ ſunt Trapezûs, Opûs, aliáque ſexcenta.

*Et iuſti quondam portus, nunc littore ſolo*
*Subſidium infidum fugientibus æquora, Myle.*
*Necnon altus Eryx, nec non è vertice celſo*
*Centuripe, largóq; virens Entella Lyæo.*
*Entella Hectoreo dilectum nomen Aceſtæ.*
*Non Tapſos, non è tumulis glacialibus Acræ*
*Defuerunt, Agathyrna manus, geminóq; Lacone*
*Tyndaris attollens ſeſe affuit, altor equorum.*
*Mille rapit turmas, atque hinnitibus aëra flammat*
*Puluereum voluens Agragas ad mœnia nubem.*

Et iusti quondam portus, nunc litore solo Subsidium infidum fugientibus æquora Myle. ] Pluribus autoribus ſcribitur *Myla* Sic Antigonus ἐν Ἱστορ· παραδοξ. Συναγωγῇ· Περὶ τὰς ἐν Μύλαις τῆς Σικελίας δένδρα φύεσθαι· διὰ μέσης δὲ αὐτῆς ἀναδοῦν ὕδωρ τὸ μὲν ψυχρὸν, τὸ δὲ πυρῶδες ποτ. *Circa Mylas vrbem Siciliæ arbores naſci: per medium eius aquam currere cuius pars vna caleat, algeat altera.* Marcianus:

*Γείτων δ' ἀπὸ τούτων δύο πόλεις Εὐβοϊκαὶ*
*Μύλαι κατῳκίσθησαν ἐπικαλούμεναι.*
*Rurſusque poſt has Euboicæ Mylæ duæ*
*Habitantur vrbes.*

Quia duæ, Mylas vides? *Iuſti quondam portus.* Ad Mylas pridem naufragium fecit Vlyſſes, teſte Ptolomæo Hephæſtione apud Photium c. 190. vbi *Mylas* legendum cum doctiſſimo viro Ioſ. Scaligero, quidquid alii diuinent. Scylax Caryandenus ſcriptor ante Alexandrum M. Πόλις Ἑλληνὶς Μύλαι, καὶ λιμήν. *Vrbs Græcanica Mylæ, & portus.* Portus cognominis, & Mylæ opidum ſunt inſtar duorum, quod Ciceroni viſum aliquando de Pyræo, & Athenis. Vide Plin. li. 31. c. 4. Singularis tamen formatio placita *Mylai* campi meminit Polyb. lib. 1. Liuio lib. 24. *Quæ ad Mylam falsò nunciata erant.*

Necnon altus Eryx. ] Plenius Geographo li. 6. poſitum, & celſitudinem Erycis delineat Polybius lib. 1. Ὁ δὲ Ἔρυξ ἐστι μὲν ὄρος παρὰ θάλατταν τῆς Σικελίας ἐν τῇ παρὰ τὴν Ἰταλίαν κειμένῃ πλευρᾷ μεταξὺ Δρεπάνων, καὶ Πανόρμου, μᾶλλον δὲ ὅμορον καὶ συνάπτον πρὸς τὰ Δρέπανα, μέγεθος δὲ παρὰ πολὺ διαφέρον τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ὀρῶν πλὴν τῆς Αἴτνης. *Eryx mons Siculo mari incumbit, quà Italiam reſpicit, Drepanum interiacet, ac Panormum. Mons eſt munitus, Drepano vicinus, magnitudine cunctos Siciliæ montes, dum Ætnam eximas, ſuperans.* Ex ea altitudine ventis magis expoſitus eſt. Faſt. 4.

*Quáque iacet Zephyro ſemper apertus Eryx.*

Hinc Æn. 5. — *vicina aſtris Erycino in vertice ſedes*

*Fundatur Veneri Idalia.*

Mella li.2.c.7.Ouid.ad Tibullum:

*Auertit vultus, Erycis quæ poſſidet arces.*

NECNON E VERTICE CELSO CENTVRIPE. ] Lib.5.in Verrem vocat Orator: *Centuripinos homines maximè mediterraneos, ſummos aratores.* Li.4. *Quinq; præterea ſine fœdere immunes ciuitates ac liberæ: Centuripina, Haleſina, Segeſtana, Halicyenſes, Panormitana.*

LARGOQVE FLVENS ENTELLA LYÆO. ] Cognatio cum Romanis fortè traxit in partes. Olim à Diodoro lib. 14. Pœnis fidiſſima fuit: Cognatio fuit enim Romanorum colonia immiſſis in eam Campanis, Diodorus ibidem.

ENTELLA HECTOREO DILECTVM NOMEN ACESTÆ. ] Vrbis nomen ab Entello, qui cum Darete ceſtibus depugnauit victor, cui Aceſtes hæc à beneuolentia profecta. Æneid.5.

*Entelle, Heroum quondam fortiſſimè fruſtra.*

*Hectoreo Aceſtæ*: quia Tros diſertè Maro *Dardanium* vocat, *Troianum*, Æneæ *conſanguineum*. Habes & de hac cognatione li.1. Antiq. Rom. Dionyſij.

NON TAPSOS. ] Rectè Thucydides lib. 6. literam capitalem aſperat: Θάψος. De illa Iſidorus li.14.c.6. Orig. Tapſum inſula ſtadiis decem à Sicilia remota, iacens, & planior. Vnde illi nomenclatio. Virgil.

— *thapſúmque iacentem.*

TVMVLIS GLACIALIB. ACRÆ. ] Stephanus: Ἄκρα πόλις Συρακουσίων κτίσμα. *Acra Syracuſanorum opus.* Thucyd.li.6. eandem teſtatus originem, conditores notificat Daſconem, & Nenecolum. Solin. cap.8. *A promontorio, quod Acren Japygiam vocant, Achaiam curſum deſtinantibus, citiſſima nauigatio eſt.*

DEFVERVNT, AGATHYRNA MANVS. ] Diodor.li.5. Ἀγάθυρνος, ὃ βασιλεύσας τῆς νῦν ὀνομαζομένης Ἀγαθυρνίδος χώρας ἔκτισε πόλιν τὴν ἀπ᾽ αὐτοῦ κληθεῖσαν Ἀγάθυρνον. *Agathyrnus, cùm in Agathyrnide regione regnaſſet, vrbem condidit de proprio nomine Agathyrnum. Quibuſdam Liuij libris* ſcribitur *Agatirna.* Hic mihi aqua hæret, cùm hoc loco memorentur ciuitates Romanis fauentes, nec multò poſt Agathyrna faueat hoſti. *Mille Agathyrna dedi.*

GEMINOQVE LACONE

TYNDARIS ATTOLLENS SESE. ] A Caſtore, & Polluce dicta *Tyndaris.* Prauè diuiſerunt li.1. Polyb. τὴν Δαρίδα. tu necte & corrige. Plin. lib.3.ca.8. *Tyndaris colonia.* Cicero li. 4. in Verrem & li. 5. *Tyndaritana nobiliſſima ciuitas* dicitur. Meminit Strabo li.6. At Verrina ſeptima *ſemper in omnib. Punicis Sicilienſibuſque bellis amicitiam, fidémque populi Rom. ſecuti,* ſcribuntur.

ALTOR EQVORVM. ] Acragas. Virgil.

— *magnanimum generator equorum.*

Vrbs *Agrigentum* vulgo à vicino fluuio. Thucydidi li.6. *Acragante* dicitur, & à Gelois. Agrigentinorum ἱππασίας adaperit Plin.l.8.c.42. *Agrigenti complurium equorum tumuli pyramides habent.* Solin.c.57.

MILLE RAPIT TVRMAS, ATQVE HINNITIB. AERA FLAMMAT. ] Libri conſenſu. Vnus *Hinnitibuſque*, aptè, & debitè: nam τὸ *Rapit*, & *flammat* copulæ non aptè deſiderant. Heynſius τὸ *Atque* ſuſtulit, vt ſtet verſus, ſed tunc oratio, inquam, ſoluta labet. Vis ademtam copulam? ſcribe *Mille rapit*

*Mille rapit turmas, quæ hinnitib. æra flammant.*

PVLVEREAM VOLVENS ACRAGAS AD MOENIA NVBEM.] Polyb. [illegible]
Agrigenti muro: Κεῖται γὰρ τὸ τεῖχος ἐπὶ πέτρας ἀκροτόμου, καὶ περιρρώγος, [illegible] φυοῦς, ἡ δὲ χειροποιήτου. *Eſt enim murus in abruptiſſima rupe, quæ partem ab ingenio talis eſt, partim opera hominum.* Hoc de mœnibus,

*Ductor Groſphus erat, cuius cælata gerebat*
*Taurum parma trucem, pœnæ monumenta vetuſtæ.*
*Ille vbi torreret ſubiectis corpora flammis,*
*Mutabat gemitus mugitibus, actáque veras*
*Credere erat ſtabulis armenta effundere voces.*
*Haud impune quidem, nam diræ conditor artis*
*Ipſe ſuo moriens immugit flebile tauro.*

DVCTOR GROSPHVS ERAT.] Centuripinus, li. 5. in Verrem.
DIRÆ CONDITOR ARTIS
IPSE SVO MORIENS IMMVGIT FLEBILE TAVRO.] Ouidius peramœni artifex carminis in re minimè omnium amœna:

*Et Phalaris tauro violenti membra Perilli*
*Torruit: infelix imbuit autor opus.*

Eum lege lib. 3. Triſt. Eleg. 11. & Val. Max. lib. 9. c. 2. Diriſſimi reperti autorem vides: diſce & locum, qui fuit collis, ſeu caſtellum *Ecnomus* autore Diodoro li. 19. Bibl. qui locus *Phalarium* quoque dictus vna eadémque cauſa. Ipſe taurus reſtitit in æuū Ciceronis. Verrina 6. *Reddita tum alia Gelenſib. alia Agrigentinis, in quib. etiam ille nobilis taurus, quem crudeliſſimus omnium tyrannorum Phalaris &c.*

*Venit ab amne trahens nomen Gela, venit & Heſa,*
*Et qui præſenti domitant periura Palici*
*Pectora ſupplicio, Troianáque venit Aceſta.*
*Quíque per Aetneos Acys petit æquora fines,*
*Et dulci gratam Nereida perluit vnda,*
*Aemulus ille tuo quondam Polyphæme calori,*
*Dum fugit agreſtem violenti pectoris iram,*
*In tenues liquefactus aquas, euaſit & hoſtem,*
*Et tibi victricem Galathea immiſcuit vndam.*
*Nec non qui potant Hyſpámque, Alabínque ſonoros,*
*Et perlucentem ſplendenti gurgite Achaten:*
*Qui fontes Vagedruſa tuos, & pauperis alueî*
*Hypaten, ac facilem ſuperari gurgite paruo*
*Pantagyam, rapidíque colunt vada flaua Simethi.*

VENIT AB AMNE TRAHENS NOMEN GELA.] Apud vnicum Suidam

conſonam geminantem legi: Καμμαρίνας, καὶ Γέλλα, πόλεις Σικελίας. *Samarina, & Gella Siciliæ ciuitates.* Thucydides libr. ſexto: Γέλαν δὲ Ἀντίφημος ἐκ Ῥόδου, καὶ Ἔντιμος ἐκ Κρήτης ἀγαγόντες κοινῇ ἔκτισαν ἔτει πέμπτῳ, καὶ τεσσαρακοστῷ μετὰ τὴν Συρακουσῶν οἴκησιν· καὶ τῇ μὲν πόλει ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοὔνομα ἐγένετο· τὸ δὲ χωρίον, οὗ νῦν ἡ πόλις ἐστί, καὶ ὃ πρῶτον ἐτειχίσθη, Λίνδιοι καλεῖται. *Gelam Antiphemus* Rhodius, *atque Entimus Cres ducta colonia communiter inædificarunt anno quinto & quadrageſimo à Syracuſarum conditu, ciuitatique à fluuio Gela nomen poſitum eſt. Locus autem qui primulum munitus fuit, vbique ciuitas hoc æuo eſt, Lindij vocatur.* Faſtorum quarto:

> *Et te vorticibus non adeunde Gela.*

VENIT ET ESA. ] Fortè ſcribendum:

> — *Venit Aleſa.*

Meminit Aleſinæ ciuitatis M. Tullius li. Epiſt. 13. Item in Verrinis. Fortè: *Venit & Helas.* Plin. li. 3. c. 8. *Fluuius Helas.*

PRÆSENTI DOMITANT PERIVRA PALICI PECTORA SVPPLICIO. ] Lucem aperiet Polemon li. περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν: Ὅρκος δέ ἐστι τοῖς Σικελιώταις μέγιστος καθιερωμένων τῶν προκληθέντων· οἱ δὲ ὁρκωταὶ γραμμάτιον. ἔχοντες ἀγορδύνοι [quid hoc portenti?] τοῖς ὁρκουμένοις περὶ ὧν ἀπαιτήσουσι τὸν ὅρκον, ὁ δὲ ὀρκούμενος θαλλὸν κραδαίνων, ἐστεμμένος, ἄζωστος, καὶ μονοχίτων ἐφαπτόμενος τοῦ κρατῆρος ἐξ ὑποβολῆς δίεισι τὸν ὅρκον, καὶ ἂν μὲν ἐμπεδώσῃ τοὺς ῥηθέντας ὅρκους, ἀσινὴς ἄπεισιν οἴκαδε· παραβάτης δὲ γενόμενος τῶν θεῶν, ἐμποδὼν τελευτᾷ. Τούτων δὲ γινομένων ἐγγυητὰς ὑπισχνοῦνται καταστήσειν τοῖς ἱερεῦσιν, ἐάν τι νεαρὸν γένηται, κάθαρσιν ὀφλισκάνειν τοὺς περιγινομένους· Περὶ δὲ τὸν τόπον τοῦτον ᾤκησαν Παλικηνοὶ πόλιν ἐπώνυμον τούτων τῶν δαιμόνων Παλικηνήν. Vertam, corrigam, euoluam: *Maximum Siculis eſt iuſiurandum, dum ex mutua prouocatione purgantur. Qui iuramento prouocant in agrum ſe dant prouocatis, iuramentum de re controuerſa repoſcentes; at iuramento prouocatus ramum quaſſans, coronatus incinctus, ſoláque in veſte, vbi craterem attigit ex ſponſione iuriſiurandi tabellam demittit: quod ſi iuramentū ſeruauerit, illæſus domum abit: qui verò Deos præuaricatus fuerit, derepente moritur. Quæ dum fiunt, fideiuſſores daturos ſe promittunt ſacerdotibus, aliquos ex aduentoribus, qui, ſiquid moriatur, purgamenta præſtent. Hunc circa locum habitauere Paliceni vrbem Palicenam fauſta appellatione illorum dæmonum.* Portento verbi ἀγορδύνοι in inſulam deportato repono ἀγρὸν δύνοι, *campum intrant,* Rē Ἐάν τι νεαρὸν γένηται, cùm res noua, non quà talis ſit piabilis, leuicula mutatione adhibita, ἐάν τι νεκρὸν γένηται, *ſiquod cadauer fuerit,* ſiquis pereat: id enim piaculum, & vulgo cadauera polluebant res contactas, veſtes, locum, pollinctores. Τοὺς περιγινομένους ſit, *ſuperſtites:* ſed cum mortuis nullum commercium nobiſcum ſit, fruſtra ad viuos reſtringas: τοὺς παραγινομένους verò valuerit, *Eos qui aduenere:* voce ſimplici *Aduentores* dixi ex M. Varrone, Plauto, & inſcriptione veteri: *Fauſtam appellationem* vrbis cur dixerit, cauſam habe ex Macrob. lib. 5. Sat. cap. 19. *In Sicilia Symethus fluuius eſt iuxta hunc nympha Thalia compreſſu Iouis grauida metu Iunonis optauit, vt ſibi terra dehiſceret: quod & factum eſt. Sed vbi venit tempus maturitatis in[f]antum, quos aluo illa geſtauerat, recluſa terra eſt, & duo infantes de aluo Thaliæ progreßi emerſerunt, appellatique ſunt Palici ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι, quoniam prius in terram merſi, denuò inde reuerſi ſunt.* Ibidem latiſſimè tota diffunditur hiſtoria. Ex Macrobiana nominis interpreta-

tione

tione liquet male apud Ariſtotelem ſcribi παλισκοὶ li. περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, vbi hæc: Ἔστι δὲ καὶ ὅρκος ὃς ἅγιος αὐτόθι δοκεῖ εἶναι· ὅσα γὰρ γράμματα τις χαράξας εἰς πινακίδιον ἐμβάλῃ εἰς τὸ ὕδωρ· ἐὰν μὲν εὐορκῇ, ἐπιπολάζει τὸ πινακίδιον· ἐὰν δὲ μὴ εὐορκῇ, τὸ μὲν πινακίδιον βαρὺ γενόμενον ἀφανίζεσθαί φασι, τὸν δ' ἄνθρωπον πίμπρασθαι, διὸ καὶ λαμβάνειν τὸν ἱερέα παρ' αὐτοῦ ἐγγύας ὑπὲρ τοῦ καθαίρειν τινὰ τὸ ἱερόν. *Eſt & iuſiurandum quòd inibi ſanctum videtur: quidquid enim tabellis inſcripſerit quis, vbi in aquas inijcit, tabella nant in ſumma vnda, ſi ſanctè iurauerit: ſin autem peierarit, tabellæ grauidatæ nuſquam comparent, iuratus vritur. Propterea quoque ſponſionem ab aliquo ſacerdos capit de purgando templo.* Quem locum lubentius ſubieci, quòd correctionum noſtrarum partem adſtruat, & quod apud Latinum ſcriptorem nullum de Palicis hiſtoriam legere ſe Macrobius adſerat, eximio vno Marone facto, qui verbo duntaxat dixit Lib. 4.

*— implacabilis ara Palici.*

*Luci Palicorum*, ſiue huius loci meminit Diodorus Sic. lib. 11. & 36. Latinus tamen ſcriptor Plinius lib. 31. c. 2. adſimilis loci commeminit: *Amnis inquit, Olachas in Bithynia Brizum alluit, hoc eſt & templo, & Deo nomen, cuius gurgite periuri notantur pati velut flammam vrentem.* Mira eſt & periurii vindicatio in vndis Sardicis apud Solin. c. 10.

TROIANAQVE VENIT ACESTA.] Mirè variat hoc nomen, Aceſta, Ageſta, Egeſta (cui nomini præpoſitum ſibilum ſcribit Feſtus celandæ turpitudinis) Segeſta, Αἴγεστα Græcis. Eius de conditu Strabo lib. 6. Τὴν δὲ Αἴγεσταν κτισθῆναί φασιν ὑπὸ τῶν μετὰ Φιλοκτήτου ... παρ' αὐτοῦ σταλέντων εἰς τὴν Σικελίαν μετ' Αἰγέστου τοῦ Τρωός. *Ægeſtam conditam ferunt à Philoctetæ comitib. in Siciliam miſſis vnà cum Ægeſta Troiano.* Conditorem *Aceſten* Maro dicit lib. 1. & 5. Vide Dionyſium lib. 1. Antiq. Roma Silius inſinuat, & in ſexto Thucydides: Πόλεις δ' αὐτῶν (Τρώων) Ἔρυξ τε καὶ Ἔγεστα. *Ciuitates à Troianis conditæ Eryx, & Egeſta.* M. Tull. Verr. 6. explanatius: *Segeſta eſt opidum peruetus in Sicilia, Indices, quod ab Ænea fugiente à Troia, atque in hæc loca veniente conditum eſſe demonſtrant.* Cicero Verr. 7. *Vbi Segeſtana, vbi Centuripina ciuitas quæ tum officijs, fide, vetuſtate, tum etiam cognatione populi Romani nomen attingunt?* En etiam cur Troiana.

QVIQVE PER ÆTNÆOS ACIS PETIT ÆQVORA FINES.] Cyclope vrgente Acis mari inſiliens amni vertitur Metam. 13.

*— ſic quoque erat tamen Acis in amnem*
*Verſus, & antiquum tenuerunt flumina nomen.*

Quod nomen à celeritate reapſe impoſitum: vt *Tigris ſagitta* eſt Curtio, aliſque interpretibus, ita *Acis* ἀκὶς cuſpis ſagittæ, & *ſagitta*. Euſtathius in Dionyſium: Οὕτω καὶ Ἄκις ποταμὸς Σικελικὸς παρὰ Θεοκρίτῳ, διότι φασὶν ἀκίδι τὸ τάχος τῆς ῥύμης ἐκεῖνος ἔοικε: *Sic & Acis Siciliæ fluuius apud Theocritum, quia fluxus eius celeritate ſagittam imitatur.* Theocriti carmen reſpexit Idyllio primo:

Οὐδ' Αἴτνας σκοπιάς, οὐδ' Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ.

Vbi vicina vides *Ætnam*, & *Acidem*, quod Claudianus etiam docebit lib. 3. de Raptu P. Immo ex Ætna naſcitur Solinus cap. 11. *Acin, quamuis demiſſum Ætna nullus frigore anteuertit.* Ex Acide in Vlyſſem ſaxa egit

Polyphemus, Vrbius Sequeſter.

NECNON QVI POTANT HYSPAMQVE ALABIMQVE SONOROS. ] Corrige ex Plinio lib. 3. cap. 8. *Hypiámque*, *Atymque*. *Amnes*, inquit, *Atys & Hypſa*. iterumque inibi: *Thermæ colonia* [propè ſumus in Silio] *amnes Atys, & Hypſa*. Polybius lib. 9. Ὁ' περιαγορευόμενος Ὕψας. Nonnulli tamen, *Alabum* agnoſcunt. Ex hoc nomine Vet. Inſc. plures nobis repræſentant, *Hypſæos*: Plautiæ familiæ cognomen eſt. Nummus Selinontinorum ΗΥΨΑΣ vitiatus, rectè à ΗΥΨΑ.

ET PELLVCENTEM SPLENDENTI GVRGITE ACHATEN. ] Innuere videtur in i no fluuio Achaten ſplendere. Silio facit Iſidorus lib. 14. Orig. cap. 6. de Sicilia: *Achaten lapidem ipſa primùm ex Achate flumine edidit*. Plin. tamen lib. 37. cap. 10. prope fluuium cognominem eum legit. Repetta primùm in Sicilia iuxta flumen eiuſdem nominis. Solin. c. 11. *In Achatis fluminis ripis repertum*.

QVI FONTES VAGEDRVSA TVOS. ] Ora libri vnius *Vagechryſa*. Ortelius corrigit *Arethuſa*. Verùm *Arethuſa* Syracuſarum pars eſt, non huius loci, dixeratque retro Silius:

*Hic Arethuſa ſuum &c.*

M. Tullius li. 4. in Verrem: *In hac inſula* (vocat inſulam potiſſimam Syracuſarum partem, cùm eam vrbem ſtatuit quadrurbem) *extrema eſt fons aqua dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium*. Neque huic loco facit *Arethuſa* Phœniciæ, cuius incolas habes apud Theodoritum li. 3. c. 7. hiſt. Eccl. Fortè *Ericuſa*. *Ericuſa* námque vna de Vulcaniis Plin. li. 3. c. 9. Solin. c. 11. Mella li. 2. c. 7. Fortè,

*Qui fontes Diana tuos.*

de cuius ad hæc loca fonte Solin. c. 11. *Niſi habitus pudica hauſerit, non coibunt in vnum corpus latex viteus, & latex aqua*. Fortè *Agathyrſa*. Suidas ex Polybio: Ἀγάθυρσα πόλις Σικελίας, ὡς Πολύβιος. *Agathyrſa Siciliæ vrbs autore Polybio*. Idem Suidas in Sicilia *Agyrinam* ponit ciuitatem. N. L.

ET PAVPERIS ALVEI HYPATEN. ] Anapæſtum amplector, *Hyppaten*, repudio, quod obtrudunt. Nomen indicio eſt, & Poëtæ verba ſtatim *Hypaten* ſub terras condi. Annotuit autem vtraſque primas minima mora pronunciandas. Eſt & *Hypate* altera in Ætolia. Liuius lib. 36. *Hypatam vt eſt ventum, principes Ætolorum apud Flaccum concilium habuerunt*. I ad Polybium Eclog 13.

FACILEM SVPERARI GVRGITE PARVO PANTAGIAM. ] *Facilem ſuperari*: quia cum gurges parcus, & paſſim iaceant ſaxa facili ſaltu tranſmittitur. flumen eſſe ſaxoſum docuit li. 1. de Raptu Claudianus:

— *ſaxa rotantem*
Pantagiam.

Virg. lib. 3. Æn. Non eſt media adſpiranda conſonans. nam Seruius interpretatur ἀπὸ τοῦ παταγεῖν. Al[illegible] παρὰ τὸ πάντα ἄγειν. *A ſtrepitu aut quod agat omnia*.

RAPIDIQVE C[illegible]VNT VADA FLAVA SIMETHI. ] Syllaba media diphthongo ſcribenda, ex Scylace Caryand[illegible]o in Periplo, Plin. lib. [illegible] cap. 8. Strab[illegible] lib. 6. κε[illegible] [illegible] Κεντόριπα συνάπτοντα τοῖς Αἰτναίοις [illegible], καὶ τοῦ Συμαίθου, ποταμοῦ [illegible] τῆς τῶν Καταναίων. *Sita eſt ſupra Catanen Centuripe*

*Ætnæ coniuncta montibus & Cymacho fluuio in Cataneam fluente.* Redi ad Palicos.

*Littora Thermarum priſca dotata camœna*
*Armauere ſuos, quà mergitur Hymera ponto*
*Aeolia, nam diuiduas ſe ſcindit in oras,*
*Nec minus occaſus petit incita, quàm petit ortus.*
*Nebrodes gemini nutrit diuortia fontis*
*Quo mons Sicania non ſurgit ditior umbra*
*Enna Deûm lucis ſacram dedit ardua dextram.*
*Hic ſpecus ingentem laxans telluris hiatum*
*Cæcum iter ad manes tenebroſo limite pandit,*
*Quà nouus ignotas Hymenæus venit in oras.*
*Hac ſtygius quondam ſtimulante cupidine rector*
*Auſus adire diem, mæſtóque Acheronte relicto.*
*Illicitas egit currum per inania terras.*
*Tum rapta præceps Ennea virgine ceſſit.*
*Attonitos cæli viſu, lucémque cauentes*
*In ſtyga rurſus equos, & prædam condidit umbris.*

LITORA THERMARVM PRISCA DOTATA CAMOENA. ] Dictum volunt reſpectu Comœdiæ, quæ *Thermitanis* reperta. Solinus ca. 11. quem nominant, non id dicit, ſed: *Hic primùm inuenta comœdia, hic & cauillatio mimica in ſcena ſtetit, hic domus Archimedis:* de Sicilia generatum ſermo eſt, non de *Thermis*: nam Archimedis domus fuit Syracuſis, Silius, Liuius. Quis verò Comœdiæ repertor, diximus hoc libro, vbi Siciliæ Poëtas illuſtrauimus. Quia verò *Thermitani* continentes ſunt *Himeræis*: Steſichorus autem (Horat. *Steſichorique graues camœnæ*) Himeræus Æliano teſte lib. 5 Var. Hiſt. c. 26. Conone Narratu 42. Maximo Tyrio λόγῳ ιά. ſtatuam eius intelligo *Thermis* poſitam ad effigiem illius, quæ Himeræ erat. De vtraque M. Tull. lib. 2. in Verrem: *Erat autem Steſichori Poëtæ ſtatua, ſenilis, incurua, cum libro, ſummo, vt putant, artificio facta, ab eo, qui fuit Himeræ: ſed eſt, & fuit, tota in Græcia ſummo propter ingenium honore, & nomine.* Loquitur autem Thermitanorum ſigna, quæ Verres ad inſaniam concupierat. Nec dubia fuere de Steſichori diſertitudine præſagia, cum laſciuia *in ore Steſichori cecinit infantis* autore Plinio lib. 10. c. 19. Hic eſt Helenæ παλινῳδὸς laudator apud Suidam & Platonem in Phædro. Eius ego παλινῳδίαν ita corrigo:

Οὐκ ἔστ᾽ ὁ λόγος οὗτος ἐτήτυμος, οὐδ᾽ ἔβασκες.
Ναυσὶν [illegible]σσέλμοις, οὐδ᾽ ἵκεο Πέργαμα Τροίης.
*Nec verum eſt, bene compoſitis neque nauibus ibas,*
*Sed neque barbarica veniſti Pergama Troia.*

Aut *priſca dotata camœna* referatur ad antiquum canendi tibia morem: nam arundines *Thermitanæ* in varium tibiarum ſonum formantur, inque varia genera, vide Solin. c. 11. De *Thermis* autem, earum origine, ac nomine Diodorus li. 5. ſcribit τὴν μὲν Α[illegible] πις περὶ Ἱμέ[illegible], ἐν οἷς τὰς [illegible] νύμφας

χριζομένας Αʹθηνᾶ ταῖς τῶ θερμῶν υδάτων αὐτῷ πηγας χάριν τῆς Ηʹρακλέους παρουσίας. *In partib. circa Himeram Nymphas Mineruæ gratificandi ſtudio, cùm adeſſet præſens Hercules calentium aquarum fontes laxaſſe.* Pindarus in epinicio Ergotelis Himerenſis: Θερμὰ νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις.

HIMERA PONTO. ] Malè paſſim *Hymera*. Malè apud Antigonum Ηʹμέρα, & apud Polybium Ηʹμεραίων. Rectè apud Diodorum, & Thucyd. lib. 6. Ιμέρα, cùm de vrbe agit: ſed & fluuius cognominis eaſdem poſcit literas. Rectè vet. Inſcr. ΙʹΜΕΡΑΙΩΝ. de rē Verr. 4. *Ipſa Himera in muliebrem figuram, habitúmque formata ex opidi nomine, & fluminis.*

NEC MINVS OCCASVS PETIT INCITA, QVAM PETIT ORTVS. ] Himera fluuius. Scindentis ſe Himerę diuerſum prorſus poſitum adſignat Soli. c. 11. *Himeræum cœleſtes mutant plagæ. Amarus denique eſt dum in Aquilonē fluit, dulcis vbi ad meridiem flectitur.* I ad Mell. l. 2. c. 7. Alii quoq; riuum alterũ Himeræ nõ *amarũ*, vt Solinus, ſed *ſalſum* perhibēt. Antigonus ἐν Ιʹστορ. παραδόξων Συναγωγῇ: Τὸν δ' Ιμέραν ἐκ μιᾶς πηγῆς σχιζόμενον, τὸ μὲν ἁλμυρὸν τὸ ῥεῖθρον ἔχειν, τὸ δὲ πότιμον. *Himeram vno ex fonte diuiduum, partim ſalſum effundere fluentum, partim potabile.* Item Himeræ ſalſuginem adſtruit Hiſtoria: *Non procul Himera ſeſe recipiebat Agathoclis miles victus ab Amilcare, cúmque ſitis increſceret per anni dieique horam (canicula diem incendebat) æſtum ſedare parat Himeræ potu* ἁλμυρὸν τὸ ῥεῦμα τῆς ὄντος. Διόπερ, inquit Diodorus lib. 19. οὐκ ἐλάττους τῶν ἐν τῇ διωγμῷ σφαγέντων εὑρέθησαν παρὰ τὸν ποταμὸν ἀπολωλότες ἄτρωτοι, *Salſum quòd eſſet flumen* [ ideóque minime potabile ] *propter flumen mortui comperti ſunt inuulnerati, nec numero inferiores iis erant, quos in fuga hoſtis iugulauerat.* Oritur Himera ſecundum vtrámque ſui partem ex monte Nebrode; vnde ſequitur.

NEBRODES GEMINI NVTRIT DIVORTIA FONTIS. ] *Nebrodes* montes ſunt contra Ætnam. Strabo lib. 6. Ἀʹντικρυ δὲ τῇ Αἴτνῃ τὰ Νεβρώδη [ proſcriptum hactenus Νεβρώδη, inimicè nominis interpretationi ] ὄρη ταπεινότερα μὲν, πλάτει δὲ πολὺ παραλλάττοντα. *E regione Aetnæ attolluntur Nebrodes montes ea quidem humiliores, latitudine verò multum differentes.* Nomen ipſum interpretatus eſt Solinus cap. 11. *Nebrodi damarum copia nomen dedit, quem damæ, & hinnuli gregatim peruagantur: inde Nebrodes dictus*, Xylander prauè apud Strabonem vertit montes *Neruoſos*. Commodius *venoſos* dixiſſet adſpectu venæ Himeræ. ſed abſit.

ENNA DEVM LVCIS. ] Verrina quarta: *Circa Ennam lacus, lucique ſunt plurimi Deûm* Cereris, Proſerpinæ, Peccat codex, cui *Aetna.*

SACRAM DEDIT ARDVA DEXTRAM. ] Etenim *Enna in excelſo loco, ac prærupto vndique ſita, loco inexpugnabilis*, Liuius libr. 24.

HAC STYGIVS QVONDAM STIMVLANTE CVPIDINE RECTOR. ] Quā M. Tull. li. 4. in Verrem: *Etenim propè* (Ennam) *eſt ſpelunca quædam conuerſa ad Aquilonem infinita altitudine, ex qua ditem patrem ferunt repente cum curru extitiſſe, abreptámque ex eo loco virginem ſecum aſportaſſe, & ſubitò non longè à Syracuſis penetraſſe ſub terras, lacumq. in eo loco repente exſtitiſſe.* Solinus c. 11. Claudianus

lib.2.de Raptu P.

TVM RAPTA PRÆCEPS ENNÆA VIRGINE CESSIT.] *Ceſſit*, abiit, exceſſit, erupit,euaſit. Indicatur illo:

— *equos,& prædam condidit vmbris.*

Nec mutabit, qui Poëtam ſingillatim perpendit. Modius: *Flexit. Ceſſit* eo ſignificatu Liuii eſt lib. 24. *Dummodo Sicilia cederent*, & frequentiſſime Terentii. Vix talia docendi pueri: correctores tamen extorquent improbi.

LVCEMQ. CAVENTES IN STYGIA RVRSVS EQVOS.] Oculi tenebris, & carceri cœco adſueti lucem non ferunt, declinant, *cauent*, quà poſſunt. Hìc idem puta. Neque ſanè τὸ *Pauentes* diſconueniat, quod à Modio eſt: enimuero alterum iſtud cur de poſſeſſione per iuris ignorantiam deiicitur.

*Romanos Petreia duces, Romana petiuit*
*Fœdera Callipolis, lapidoſiq. Eugion artus.*
*Hadranum, Hergentúmq. ſimul, teláq. ſuperba*
*Lanigera Melite, & littus piſcoſa Melacte,*
*Quæq. procelloſo, Cephaledras ora, profundo*
*Cæruleis horret campis paſcentia cete,*
*Et qui correptas ſorbentem vorticis hauſtu,*
*Atque iterum è fundo iaculantem ad ſydera puppes*
*Tauromenitana cernunt de ſede Charybdim.*
*Hæc Latium manus & Laurentia ſigna mouebat,*

ROMANOS PETREIA DVCES.] Habitatores Plinio lib. 3.c. 8. & lib. 5. in Verrem: *Petrini*: Solini c.11. *Petrenſes*.

LAPIDOSIQ. EVGION ARTVS.] Malim: *Eugeon*: Fortè & *Arcus* potius ſit, vt fornix natiuus intelligatur, cuiuſmodi Metam.3.

*Efficiens humilem lapidum compagib. arcum.*

Quid enim rei *lapidoſi artus*?

TELAQ. SVPERBA LANIGERA MELITE.] *Petiuit Romana fœdera.* Liuius tamen huius belli lib. 2. memorat Cartaginienſes belli principio Melitem tenuiſſe. Ad huius opidi laudem facit Cicero lib. 4. in Verrem: *Inſula eſt Melita, Iudices ſatis lato a Sicilia mari, periculoſóq. disiuncta: in qua eſt eodem nomine opidum, quò iſte* [Verres] *nunquam acceſſit. Quod tamen iſti textrinum per triennium ad muliebrem veſtem conficiendam fuit.* Et lib. 5. *Puluinus erat pellucidus Melitenſis roſa farctus.* Ibidem *Melitenſem veſtem* claudat.

LITVS PISCOSA MELACTE.] Ex nominis interpretatione *litus*, ſeu acta videtur ſolo nigro.

QVÆQ. PROCELLOSO CEPHALOEDIAS ORA PROFVNDO] A cephalorum abundantia nomen inuenit. Diodoro lib. 14. Κεφαλοίδιον [illegible]. Meminit Str. lib.6. [illegible] thorgo. In Antonini Itinerario compertu-

ium *Cephalœdin.* Meminit M. Tullius lib. 2. in Verrem Cephaleditanorum à quibus profecta ſit correctio anni Verrini, vbi ſimplice peccatur in vocali, vii & Verrina quarta.

COERVLEIS HORRET CAMPIS PASCENTIA CETE.] De cephalis capiendum. Cete licet plura inerrent maria, frequentiora ſunt in Rubro. Dionyſius.

> Κήτεα θῖνες ἔχουσιν Ἐρυθραίου βοτὰ πόντου.
>
> *Cete litora habent Erythræi animalia ponti.*

Item apud Solin. c. 65. *Indica maria Balenas habent vltra ſpatia quatuor iugerum.*

TAVROMINITANA CERNVNT DE SEDE.] De Tauro, & Tauromenio Diodorus lib. 14. Ὀχυροῦ δ' ὄντος τούτου καὶ πρότερον, καὶ μετὰ τὸν πόλεμον ᾤκησαν αὐτὸν τεῖχος περιβαλόμενοι· καὶ τὴν πόλιν διὰ τὸ μεῖναι τοὺς ἐπὶ τὸν Ταῦρον ἀθροισθέντας Ταυρομένιον ὠνόμασαν: *Taurum collem munitum antè, & poſt bellum circumiecto muro habitarunt, & ciuitatem, quod in Tauro congregati ibi manſiſſent, Tauromenium nuncuparunt.* Id Silius indicat. *Taurominitanos* cum Romanis fœderatos clamat Tullius Verrina ſeptima. τῇ *Sede.* Antea *Naxos,* Plin. lib. 3. c. 8.

*Cætera Elyſeis aderat gens Sicana votis.*
*Mille Agathyrna dedit, perflataq́. Strongilos Auſtris,*
*Mille Thoanteæ ſedes Faſcellina diuæ.*
*Tergemino venit numero fœcunda Panormos,*
*Seu ſyluis ſectare feras, ſeu retibus æquor*
*Vertere, ſeu cœlo libeat traxiſſe volucrem.*
*Non Herbeſos iners, non Naulocha pigra pericli*
*Sederunt, non frondoſis Morgentia campis*
*Abſtinuit Marte infido, comitata Nemæis*
*Venit Amaſtra viris, & paruo nomine Thiſſe,*
*Et Netum, & Micite, pubéſq. liquentis Acheti,*
*Sidonia & Drepane, atq. vndæ clamoſus Helorus.*
*Et mox ſeruili vaſtata Triochala bello,*
*Sidonios Arabeia ferox, & celſus Ietas,*
*Et bellare Tabas docilis, Coſſyráq. parua:*
*Nec minor Megara Mute concordibus auſis*
*Iuuere, & ſtrato Caulum ſpectabile ponto*
*Cùm ſonat Halcyones cantu, nidóſq. natantes*
*Immota geſtat ſopitis fluctibus vnda.*

ELISÆIS ADERAT GENS SICANA VOTIS.] Maro in 8.

> *Inſula Sicanium iuxta latus.* —

Item in Gallo verſu.

> *Fluctus ſubterlabere Sicanos.*

In quinto: — *portuſq. Sicanos.*

In nono: — *fines ſuper vſq. Sicanos.*

PERFLATAQ. STRONGYLOS AVSTRIS.] Strongylem vnam inſularum Aeoli, ipſiuſque regiam facit Euſtathius in Dionyſium ſecutus Strabonem lib. 6. Ὧν ἐν μιᾷ τῇ καλουμένῃ Στρογγύλῃ τὸν Αἴολον οἰκῆσαί φασι, κτπ: ἣ βίᾳ μὲν φλογὸς λείπεται τῶν ἄλλων τῶν ἓξ νήσων, φέγγει δὲ πλεονάζει: *Quarū in vna Strongyle dicta Æolum ſedem habuiſſe dicunt, quæ flammæ violentia eſt infra alias ſex inſulas, luce ante præcellit.* Plin. lib. 3. c. 9. Tertia *Strongyle à Lipara M. paſſuum ad exortum Solis vergens, in qua regnauit Æolus, quæ à Lipara liquidiore tantum flamma differt. Cuius fumo quinam flaturi ſunt venti in triduum prædicere incolæ traduntur: vnde Aeolo ventos paruiſſe exiſtimatum.* Varro, Iſidorus, Solinus. *Strongylo*, ſeu *Strongyla* à rotundo nomen eſt, Strab. lib. 6.

MILLE THOANTEÆ SEDES FASCELLINA DIVÆ.] Dianæ, quæ quòd in Scythia Thoanti regnata coleretur, ſæpiculè Silio *Thoantea* nuncupatur. Porro Lampridius Heliogabalo: *Oreſtem quidem ferunt, non vnum ſimulacrum Diana, nec vno in loco poſuiſſe, ſed multa in multis.* è quibus vnum *Faſcellina*, cuius nomenclationem affert Lucil. lib. 3.

— *ſæpe, quod antè*
*Optaſti, freta Meſſanam Rhegina videbis*
*Mœnia, tum Liparas, Faſcelidis templa Dianæ.*

*Faſce* tectum Dianæ ſimulacrum è Taurica in Italiam ab Oreſte deportatum erat: exinde ipſa *Faſcelis* cognominata. Varro nos iutum venit lib. 4. de L. L. *Inciſos fuſtes, faculas. has fancillas Cherſonice dicunt Faſces.* Serion' ? Latina nomina in Sicilia? Seriò notauit M. Tull. lib. 5. in Verrem: *Fuit in illis nauarchis Heracleienſis quidam Furius: nam habent illi nonnulla huiuſcemodi Latina nomina.* Et olim Rhegii Latinus ſermo in ore omnium eat: prænotauimus. Pauſanias Laconicis eandem Ὀρθίαν, & Λυγοδέσμαν indigitat: Καλοῦσι δὲ οὐκ Ὀρθίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ Λυγοδέσμαν τὴν αὐτήν, ὅτι ἐν θάμνῳ λύγων εὑρέθη, περιειληθεῖσα δὲ ἡ λύγος ἐποίησε τὸ ἄγαλμα ὀρθόν.

TERGEMINO VENIT NVMERO FOECVNDA PANORMOS.] Quoniam bello armauit Venatores, Piſcatores, Aucupes. Vel, *Tergemino numero*, quoniam Agathyrna, Strongyle, Faſcellina mille militum bello ſufficientib. Panormus armauerit ter mille.

NON HERBESOS INERS.] Solin. c. 11. *Apud Segeſtanos Herbeſus in medio flumine ſubita exæſtuatione ferueſcit.* Poëta Herbeſum dicit, dum alii belligerant, non ſe domi tenuiſſe delinitam otio.

NON HERBESOS INERS.] An hæc eadem toties inculcatæ Ciceroni *Herbitæ* Verrina quinta? Polybii lib. 1. edente Secerio Σερβησὸν ſcribitur pro Ἐρβησόν. Vide quæ de *Sedentanis* priſtinis Commentariis annotamus:

NON NAVLOCHA PIGRA PERICLI.] Numero ſingulario Suetonius extulit Auguſti c. 16. *Inter Mylas, & Naulochum. Naulochum* virum neſcio quem lego apud Solinum.

NON FRONDOSIS MORGENTIA CAMPIS.] *Morgantium* Straboni, cuius attenta lectio repoſcere videbitur Morgentium lib. 6. Τὴν Μοργάντιον δ' εἰκὸς ὑπὸ τῶν Μοργήτων οἰκισθῆναι· πόλις δ' ἦν αὐτή, νῦν δ' οὐκ ἔστι: *Morgantium à Morgetibus habitari vero ſimile eſt: vrbs olim, nunc non exſtat.* Plin. lib. 3. c. 5. qui Morgetes, addocet: *A Silaro regio tertia, & ager Lucanus, Bruttiúſq. incipit, nec ibi rara.*

*incolarum mutatio. Tenuerunt eam Pelaſgi, Oenotrij, Itali, Morgetes, Siculi, Græciæ maximè populi.* Antiochus Syracuſanus: Ἰταλοῦ δὲ τὴν ἀρχὴν Μόργης διεδέξατο, ἀφ' οὗ Μόργητες ἐκλήθησαν· καὶ ὡς Σικελὸς ἐπιξενωθεὶς Μόργητι, ἰδίαν πράττων ἀρχὴν διέστησε τὸ ἔθνος: *Itali imperium Morges excepit, à quo denominati Morgetes; & Siculus hoſpitio receptus à Morgete proprium conſtituens principatum gentem diuiſit.* Polyb. lib.1. Μοργαντίνη. Liuio lib.24. *Morgantia.* Dialecti arbitrio ſcriptura finienda. Verrina 5. variante prima ſyllaba *Margentini.* Cui hæc animaduerſa videbuntur ineptiæ, legat Stephanum voce Ἀβρατίν, Suidam in verbo Νῶλα.

VENIT AMASTRA.] Apud Ciceronem in Verrinis minùs rectè ſcribuntur *Ameſtrini.* *Amaſtra* Sicula colonia eſt, Ponticæ *Amaſtris*, cuius originem habes apud Memnonem in Hiſtorico, meminítq; Catullus in Faſelo.

PARVO NOMINE TISSE.] Plin lib.3.c.8. *Tiſſinenſes.* quid ſi *Tiſſenſes?* Rarum facit omen M. Tull. lib. 5. in Verrem. *A Tiſſenſib. perparua, & tenui ciuitate, & aratorib. laborioſiſſimis, frugaliſſimiſq. hominibus.*

ET NETVM] A Romanis ſtetit. Cicero lib. 5. in Verrem: *Netinorum fœderata ciuitas.* Ex hoc Silii loco Νῆτος. Turnebus lib.8. Aduerſ. c. 10. Ptolomæum emendat, & ipſum alibi Tullium.

PVBESQ. LIQVENTIS ACHETI.] Heynſius offenditur hac lectione, ego eius correctione: *Ingentis.* An lib. 6. Maro non præiuit Silio:

— *campóſq. liquentes?*

hoc eſt, nitentes. Catullus:

— *in liquentibus ſtagnis.*

Fortè ſcribendum *Acithi*: hoc enim nomine fluuium in Sicilia Ptolomæus nominat. Eſt etiam apud Plin. lib.4.c. 12. *Acyton* inſula, ſed hîc diſconueniens ob loci poſituram.

VNDÆ CLAMOSVS HELORVS.] Aen.3.

*Exſupero præpingue ſolum ſtagnantis Helori.*

Quibuſdam libris ademta, eſt adſpirandi nota; etiam apud Scylacem Caryandenum πόλις Ἕλωρον; ac nonnullis exemplarib. lib.5. in Verrem *Elorini.*

ET MOX SERVILI VASTATA TRIOCALA BELLO.] Turneb. Ad. lib. 3. c. 1. Stephani auſpiciis *Tricala* etiã ſcribi poſſe docet. Nomẽ interpretatur Diodorus Siculus lib.36. Τριόκαλα δὲ αὐτὴ φασὶ διὰ τὸ τρία καλὰ ἔχειν· πρῶτον μὲν ναματιαίων ὑδάτων πλῆθος, διαφόρων τῇ γλυκύτητι· δεύτερον δὲ παρακειμένην χώραν ἀμπελόφυτόν τε, καὶ ἐλαιόφυτον, καὶ γεωργεῖσθαι δυναμένην θαυμαστῶς· τρίτον, ὑπερβάλλουσαν ὀχυρότητα, ὡς ἂν οὔσης μεγάλης πέτρας ἀναλώτου: Vertam, *Triocala ipſi dicunt è triplici bono, quod illi ineſt. Primum eſt manalium aquarum copia, dulcitudine excellentium. Alterum, appoſitam regionem vitibus & oleis conſitam eſſe, & ad miraculum vſq. quintam coli. Tertium, vrbem eſſe munitiſſimam; quippe quòd in rupe ingenti ſita ægerrimè capi queat.* Hanc arcem belli ſerui cepere, & ſumma vi deuaſtata vrbs eſt. Narrat Diodorus.

CELSVS IETAS.] Plin. lib. 3. c. 8. *Ietenſes* biuocali. Apud Stephanum Ἰαιτία, & Ἴητα in Sicilia reperio.

COSSYRAQ. PARVA.] Nec enim multis alendis par fuerit ſolum infœcundius. Ouid. Faſt.

*Fertilis eſt Melite ſterili vicina Coſyræ.*

NEC MAIOR MEGARA MVTE CONCORDIB. AVSIS IVVERE.] *Nec maior,*

ſed

ſed æqua. Megara vna Bœotiam ab Attica diſterminat vrbs populoſiſſima, meminere Strabo, Marcianus, Scylax, Gellius, Scholiaſtes Græcus Theocriti, Paterculus. Altera eſt in Sicilia nobiliſſima quoque, & mater vrbium Thucydidis fide: Ἐκ Μεγαρέων μητροπόλεως οὔσης. & ἐν παλαιστάτοις τῶν Σικελιωτίδων Plut. in Marcello. Eſt & Megaris *locus non longè à Syracuſis*, M. Tull. Verr. 7. Huic Silii æſtimatu par eſt *Mute*, quæ & *Motye*: Thucydidi enim Μοτύη, Plinio lib. 3. c. 8 *Mutyenſes*, & Ciceroni lib. 3. in Ver. *Theomnaſtus Syracuſanus in agrum Mutyenſem cur abs te immiſſus eſt?* Neque prauè in eadem Oratione ſcribunt pòſt paulló *Mutenſes*. ſi quidem rectè apud Liuium lib. 27. *Mutini* repræſentantur. Diodorus li. 14. vbi multa de hac vrbe Μοτυαῖοι ſcribit, & Μοτυηνοί, vtroq. nato ex Μοτύη. Eam porro facit inſulam non procul ab Eryce, & Cartaginienſium coloniam, in quam ſolitis ipſi velut in portum deſcendere. Item iam olim à Dionyſii temporibus Pœno fidiſſimam. Vero tamen proximum eſt hodie à Romanis fuiſſe: quia eodem autore poſtea ab Himilcone Pœna capto, miſerrimeq. diſpoliata, & infantium mulierumq. diriter innocentia vexata: vnde illis in Pœnos odium durauerit. Eam vt æquemus Megaræ, ponam Diodori verba: Αὕτη δ' ἡ πόλις ἦν ἐπί τινος νήσου κειμένη, τῆς Σικελίας ἀπέχουσα σταδίους ἕξ, τῷ δὲ πλήθει, καὶ τῷ κάλλει τῶν οἰκιῶν εἰς ὑπερβολὴν φιλοτεχνημένη διὰ τὴν εὐπορίαν τῶν κατοικούντων: *Vrbs hæc in inſula eſt ſtadia ſex à Sicilia remota, ædificationum multitudine, ac ſpecie nimium quantum artis habet: tantæ ciuium ſunt opes.* *Motyes* poſitum deſcribit Pauſanias Eliacωn lib. 1. Ἔστι δὲ κατὰ τὴν ἄκραν τὴν ἐν Σικελίᾳ τὴν τετραμμένην ἐπὶ Λιβύης, καὶ Νότου, καλουμένην δὲ Πάχυνον, Μοτύη πόλις· οἰκοῦσι δὲ Λίβυες ἐν αὐτῇ, καὶ Φοίνικες: *Promontorio Siciliæ Pachyno, quod Libyæ Notóq. obuertitur, Motye ciuitas incumbit, quam Libyes habitant, & Phœnices.*

STRATO CAVLVM SPECTABILE PONTO.] Malè initiati Grammaticæ ſacris reperto *Caulon ſpectabile* [quod vtiq. terni flexûs apparebat] orationem velut ſolœcam abominati reſcripſere *Caulum*. Nec animaduerterunt id genus locutiones Silio creberrimas eſſe. Ac ne longè arceſſamus auxilia, pòſt habes:

> — *immedicabile viſum*
> *Seditio.* —

Item lib. 6.

> — *exiguis vigor admirabile membris.*

*Caulonem* claudunt Siciliæ terminis Maro Æneid. 3.

> *Caulonisq. arces, & nauifragum Scylacenum.*

Ouid. 15. Metam.

> — *Caulonáq. Naritiámque,*
> *Euincitq. fretum, Siculiq. anguſta Pelori.*

Scylax: ἀπὸ γὰρ Ῥηγίου πόλεις εἰσὶν αἵδε, Λοκροὶ, Καυλωνία, Κρότων, Λακίνιον ἱερὸν Ἥρας, καὶ νῆσος Καλυψοῦς. *A Rhegio ciuitates hæ, Locri, Caulonia, Croton, Lacinium Iunoni ſacrum, atq. inſula Calypſo.* Quæ verba compendio excerpta ſunt à Strabone lib. 6. quicum hæc, quæ tradimus, qui contenderit, veritatem nobis non derogabit. Marcianus:

> Ἔχεται μὲν τούτων πρῶτα μὲν Καυλωνία, [ſcribe δὲ pro ...]
> Ἐκ τοῦ Κρότωνος ἐπὶ τῆς ἀποικία, [Præfuit ... ἀποικίαν.]

*Ἀπὸ τῆς συνεχὴς κειμένη τῇ πόλει [χ. πρὸς τῇ]*
*Αὐλώνος, αὕτη τοὔνομ᾽ ἔχει οἷς ὕστερον*
*Μετωνομάσθαι τῷ χρόνῳ Καυλωνίαν.*
*Poſt ciuitates has ſequitur Caulonia,*
*Opus Crotonis quæ fuit & colonia*
*A valle vicina vocabulum trahens*
*Auloniæ, ſum poſteris Caulonia.*

Polyb. lib. 10. Ῥήγιοι, Καυλωνιᾶται, καὶ Κρότων· ἔπι δὲ Μεταπόντιοι, καὶ Θούριοι ταύτην ἐπέχουσι τὴν παραλίαν: *Rhegium, Caulonia, Croton, præterea Metapentij, & Thurij huic adiacent mari.* Solinus c.8. poſitam vult à Crotonienſibus, & Marcianus: Ἐκ τοῦ Κρότωνος. Solinus *Caulonam*, & *Cauloniam* Liuius lib. 27. nominat, nec Bruttiis abiungit. Maneat *Caulon ſpectabile.* Τὸ k vocis initio ſuperefluere notauit & Euſtath. in Odyſſ. α.

CVM SONAT HALCYONES CANTV.] Tunc enim molliſſima pelago eſt malacia, præſertim Siculo. Plin. lib. 10. c. 32. *Fœtificant bruma, qui dies Halcyonides vocantur, placido mari per eos, & nauigabili Siculo maximè.* *Halcyonidum* verò dierum quis numerus, lis eſt non parua. Plin. lib. 2. c. 47. ſcribit *Halcyonia dies occupare quatuordecim.* & ſuprà: *Faciunt autem ſeptem ante brumam diebus nidos, & totidem ſequentibus pariunt.* Philochorus [referente in Il. 9. Euſtath.] intra nouem concluſit: Demagoras Samius intra ſeptem, Simonides intra quinque, illúmq. ſecutus Ariſtoteles lib. 5. Hiſt. Anim. c. 8. vbi tempeſtas iſta voce aptiſſima dicitur λαιθάνεμος ὥρα: *Tempeſtas ventorum deleta.*

NIDOQ. NATANTES IMMOTA GESTAT SOPITIS FLVCTIBVS VNDA.] Fabula relata Apollod. li. 1. & vberiùs Ouid. Met. 11. Euſtath. Com. in Il. 9. Indignabatur Iupiter, quòd Halcyon Ceycem maritum Iouem appellitaret, quódque pari licentia illa Iuno à marito ſalutaretur: illius ergo ambos auibus vertit. Auctáq. pœna non niſi circa litus, & hyeme permiſit nidificare: vnde & nomen Halcyonum παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν: *Quòd in mari pariant.* Quod autem earum oua iactarentur vndis, nec genus ſoboleſceret, diuturnus ingénſq. luctus eos inuaſit. Tandem mouetur ſuper caſu tanto Iupiter, & in miſericordiam flexus per eos dies, quibus Halcyon ouis incubat, tranquillitatem mari reponit, pariunt illæ. Nidos congerunt, compinguntq. tam firmaſ, tàmq. ingenioſa ſtrue, vt & lapidem impactum, ferrúmq. pertinaciter reſpuant, autor Aelianus libro nono Animalium capite decimo & ſeptimo.

*Ipſa Syracuſæ patulos vrbs inclyta muros*
*Milite collecto, variiſq. impleuerat armis.*
*Ductores facilem impelli, lætámq. tumultus*
*Vaniloquo pubem furiabant inſuper ore.*
*Nunquam hoſte intratos muros, & quattuor arces;*
*Et Salaminiacis, quantam, Eoiſq. trophæis.*
*Ingenio portus vrbs [illegible] fecerit vmbram*
*Spectatum proauis, ter centum ante ora triremes*

*Vnum naufragium, merſáſq. impune profundo*
*Clade pharetrigeri ſubnixas regis Athenas,*
*Flammabant vulgum geniti Carthagine fratres*
*Pœni matre genus, ſed quos ſub crimine pulſus*
*Vrbe Syracoſia Libycis eduxerat oris*
*Trinacrius genitor, geminaq. à ſtirpe parentum*
*Aſtus miſcebant Tyrios leuitate Sicana.*

IPSA SYRACVSÆ PATVLOS VRBS INCLYTA MVROS.] Ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων ἔχουσα τὸ τεῖχος: *Centum & octoginta ſtadia muri ambitu continebantur.* Strabo lib. 6. Statim enucleatius. Verrina quarta: Vrbem *pulcerrimam Syracuſas, qua cùm manu munitiſſima eſſet, tum loci natura terra, ac mari claudebatur.*

DVCTORES.] Syracuſanorum Hippocrates, atq. Epicydes, Liuius lib. 24. Plut. in Marcello.

ET QVATVOR ARCES.] Auſonius:

— *quadruplices Syracuſas.*

Siciliæ quæſtor lib. 4. in Verrem: *Nâmq. Syracuſa tanta eſt vrbs, vt ex quatuor vrbibus maximis conſtare dicatur.* Compendio. Quarum vna eſt *Inſula*, altera *Acradina*, tertia *Tyche*, quarta *Neapolis*. Inibi plura. Plutarch. in Marcello *Nean*, & *Nexapylum* *Inſulam* nominat: cæteris conuenit. Vide Thucyd. in 6. Syracuſas à quinque arcibus, ſiue vrbib. *Pentapolim* ſcribit Strabo lib. 6.

NVNQVAM HOSTI INT[illegible]ATOS MVROS.] Val. Max. lib. 4. c. 1. de Marco Marcello: *Primus & Annibalem vinci, & Syracuſas capi poſſe docuit.* Nihilominus Mariana lib. 2. c. 5. tradit Leontinis captis Syracuſas etiam redegiſſe in poteſtatem Agathoclem prodente Amilcare Pœno, quem illi contra Agathoclis potentiam auxiliarem aduocarant. Ex qua vetere memoria promtum id? Certè Diodorus Siculus Amilcarem captum à Syracuſanis narrat lib. Bibliothecæ viceſimo, item ludibrioſa morte periiſſe, tum eius caput ad Agathoclem res in Africa gerentem aſportatum, Cicero item Verrina ſeptima: *Poſt Syracuſas conditas quem in portum nunquam hoſtis acceſſerat.*

ET SALAMINIACIS QVANTAM, EOISQ. TROPÆIS INGENIO PORTVS VRBS INVIA FECERIT VMBRAM.] *Inuia*, ἀπρόσιτος, ab acceſſu immunis. *Salaminiacis*, &c. dicit gloria victoriarum, & ſplendore vrbis Syracuſanæ obſcurari Athenienſium tropæa de Oriente, ſiue Perſarum rege, quo ad Salamina deuicto Athenienſes tropęa ſtatuerant. Ideo *Eoïs tropæis*: ideo ſubiiciet elatas animis, ſeu

*Clade pharetrigeri ſubnixas regis Athenas.*

Super qua victoria conſulendi Cicero, Iſocrates, Plut. variis lociis, Aemylius Probus, Diodorus, Iuſtinus, Strabo, Herodotus, alii. quos ſingillatim non excio, quia ſcribit in Dionyſium Euſtathius eam pugnam paullo humaniorem ignorare neminem. *Fecerit vmbram.* Liuius lib. 38. dixit *ſub vmbra Scipionis ciuitatem dominam orbis terrarum latere*, hoc eſt, cùm de Roma taceatur, Scipionem vnum omnium ore ferri: *Ingenium portus* deſcri-

bitur li. 4. in Verrem: *Quò neque Cartaginienſium glorioſiſſimæ claſſes, cùm mari plurimum poterant, multis bellis ſæpe conatæ, vnquam adſpirare potuerunt: neque populi Romani inuicta ante te Prætorem gloria illa naualis vnquam tot Punicis, Sicilienſibus'que bellis penetrare potuit.*

SPECTATVM PROAVIS TERCENTVM ANTÉ ORA TRIREMES VNVM NAVFRAGIVM, MERSASQ. IMPVNE PROFVNDO.] Athenas. Magiſter lib. 5 in Verrem: *Quò Athenienſium claſſis ſola poſt hominum memoriam* CCC. *nauibus vi, ac multitudine inuaſit: quæ in eo ipſo portu loci ipſius, portuſq. natura victa, atq. ſuperata eſt. Hîc primùm opes illius ciuitatis victæ, comminutæ, depreſſæq. ſunt. in hoc portu Athenienſium nobilitatis, imperii, gloriæ naufragium factum exiſtimatur.* Quo ex loco pateſcunt magis illa Silii: *Nunquam hoſti intratos muros, & Vrbs inuiſa.* item, *Ingenio portus.* Denique diſcipulum à magiſtro mutuaſſe. Verùm nauium numerum auctiorem fabricat Diodorus lib. 13. Παρῆν Εὐρυμέδων, καὶ Δημοσθένης καταπεπλευκότες μὲν ἐξ Ἀθηνῶν μετὰ δυνάμεως πολλῆς ... ἦγον δὲ τριήρεις πλείους τῶν τριακοσίων δέκα: *Eurymedon, & Demoſthenes cum Athenis copiis bene multis inſtructi nauigaſſent ... ducebant autem triremes plures trecentis ac decem.* Aelianus lib. 5. c. 10. Athenienſes perdidiſſe ſcribit ἐν Σικελίᾳ τεσσαράκοντα καὶ διακοσίας: *In Sicilia ducentas & quadraginta.* triremes. Aliud autem *perdidiſſe*, aliud eò perduxiſſe. Thucydides lib. 7. extremo vtriúſ. claſſis numerum paulominùs ducentarum nauium fuiſſe adfirmat. Liuius eiuſdem cladis commeminit; triremes non reuocat ad calculos.

SVBNIXAS REGIS ATHENAS.] Antè expoſui vnde tanta Athenienſibus animi inſolentia: nunc dicimus laceſſitam eam Segeſtanorum pollicitis, & talentis ex Thucydide, qui lib. 6. fuſiùs iſta perſequitur.

*Quæ cernens ductor, poſtquam immedicabile viſum*
*Seditio, atque vltro bellum ſurgebat ab hoſte,*
*Teſtatus diuos Siculorum, amnéſq. lacúſq.*
*Et fontes Arethuſa tuos, ad bella vocari*
*Inuitum, quæ ſponte diu non ſumpſerit, hoſtem*
*Induere arma ſibi, telorum turbine vaſto*
*Aggreditur muros, atq. armis intonat vrbi.*
*Par omneis ſimul ira rapit, certántq. ruúntq.*
*Turris multiplici ſurgens ad ſydera tecto*
*Exibat, tabulata decem cui creſcere Graius*
*Fecerat, & multas nemorum conſumpſerat vmbras.*
*Armatam hinc igni molem, & deuoluere ſaxa*
*Certabant, calidaq. picis diffundere peſtem.*
*Hic procul ardentem iaculatus lampada Cimber*
*Coniicit, & lateri telum exitiabile figit.*
*Paſcitur adiuto Vulcanus turbine venti,*
*Gliſcentémq. trahens turris per viſcera labem*
*Perq. altam molem & turris naſcentia tecta.*

*Scandit ouans, rapidiſque vorat trepidantia flammis*
*Robora, & ingenti ſimul exundante vapore*
*Ad cœlum victor nitentia culmina lambit.*
*Implentur fumo & nebula caliginis atræ,*
*Nec cuiquam euaſiſſe datur, ceu fulminis ictu*
*Correptæ rapido in cineres abiere ruinæ.*

TESTATVS DIVOS SICVLORVM. ] *Orcum*, Ciceroni in Verrinis, *Triptolemum* ibidem, & in Faſtis Ouid. *Cererem*, quæ Syracuſis dicta Σιτὼ autore Euſtathio, & Athenæo. *Proſerpinam* vulgatiore notitia, retractiore Venerem, quæ Syracuſis Εὔωδος dicta teſte Heſychio. *Dianam*, Plut. in Marcello, cuius feſto captæ Syracuſæ, *Palicos* Silio, *Mineruam*. *Iouem Olympium*. *Apollinem* Curtii lib. 4.

TESTATVS DIVOS. ] Fetialis inſtar, de quo Dionyſius li. 2. Ἐπειδὰν δὲ τοῖς ὁρίοις πρὸς τὸν Δία, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπικαλεῖτο θεοὺς μαρτυρόμενος ὅτι δίκας αἰτῶν ἥκει περὶ τῆς Ῥωμαίων πόλεως. *Vbi Siciliæ fines cum teneret Iouem, aliósque Deos inuocabat, teſtatus iura ſe pro rep. R. poſcere.* Plutar. in Numa: Ἀγανακτοῦντες δὲ μαρτυράμενοι θεούς, καὶ καταρασάμενοι πολλὰ καὶ δεινὰ καθ' αὑτῶν αὐτοί τε καὶ τῆς πατρίδος, εἰ μὴ δικαίως ἐπεξίασιν. *Illi inimicitias profeſſi Deos teſtati, multa, eáq; grauia ſibi imprecati & patriæ, niſi iure egreſſi ſint ad bellum.*

INVITVM, QVÆ [ARMA] SPONTE DIV NON SVMSERIT. ] Vt verum? Non ita diu factum, cùm tergeminis Nolæ portis emiſſo milite Annibalem profligant, à me Plutarchus. Præterea Plinius lib. 7. c. 25. hunc Marcellum *vndequadragies dimicaſſe* adſerit: & Soli. c. 6. qui pote, ſi paucos poſt annos interceptus à Pœnis occidit, & iam diu arma non ſumſit? Nec lis dirimetur, aut Poëta adminiculatior erit τῷ *Sponte*: ſuopte námque conſilio Marcellus in hoſtem erupit Nola. Sed forti viro, pugnaci: perſtrēnuo, mora omnis odio eſt, & longa. Poëtica igitur anxeſi multum Marcello dignitatis accedit. Ammianus Marcellinus l. 25. memorat *diuerſis in locis prælia xx. Marcelli*: niſi ſi exemplaris fluxa fides eſt. Certè Veſpaſianus in ſola Britannia tricies cum hoſte conflixit. Tranquillus c. 4.

DEVOLVERE SAXA CERTABANT. ] Non in eos, qui muros propius ſuggrediebantur, ſed in naues etiam quæ *procul*, *ſaxa ingenti pondere emittebat* Archimedes, Liuius l. 24. Polyb. li. 8. Ὁ δὲ προειρημένος ἀνὴρ παρεσκευασμένος ὄργανα πρὸς ἅπαν ἐμμελὲς διάστημα πόρρωθεν μὲν ἐπιπλέοντας τοῖς εὐτονωτέροις, καὶ μείζοσι λιθοβόλοις, καὶ βέλεσι τιτρώσκων. *Vir ille, quem prædiximus paratis inſtrumentis iuſto ſpatio eminus nauigio ſubeuntes valentiorib. ac maiorib. machinis, ac iaculis conuulnerans.*

PASCITVR ADIVTO VVLCANVS TVRBINE VENTI. ] Placeat: *Adiecto*, *Adiuncto*, *Adiutus*, non *Adiuto*.

TVRRIS NASCENTI TECTA. ] Membranæ:

*Totiens ſurgentia tecta.*

Malim: — *tectis creſcentia tecta.*

quippe in ea turri *tabulata decem creſcere fecerat* Archimedes, *& lampas ardens affixa lateri* turris ſenſim altiora, atque altiora petebat. Sed prima lectio non improbanda: tecta, quæ ſurgunt, creſcúntue, ea naſcuntur.

RAPIDISQVE VORAT TREPIDANTIA FLAMMIS ROBORA. ] Trepidātia:

quia in iis flammæ trepidantes, quas *tremulas* Ecloga 8. dixit Virg. vt *aſtum tremulum* Lucret. apud Macrob. li. 6. c. 4 Sic Hor. li. 2. Od. 2.

*— obliquo laborat*

*Lympha fugax trepidare riuo.*

Audentior his Auſonius Idyllio 9.

*— criſpoque tremori*

*Vibrantis ſetæ nutans conſentit arundo.*

Propert. lib. 4. Eleg. 6.

*Armorum & radiis picta tremebat aqua.*

Fors *Iſta tr. 4.* Neque hac lectione trepidabo ſequi, Aut *Trepidantia robora*, quæ modo mouentur in ruinam prona, modò alia re quapiam obiecta repelluntur, & ſuſpenduntur à caſu. Sic li. 1. Punicorum:

*— trepidantia fumant*

*Mœnia.*

quæ in caſum prona. Quid ergo mirum iactari, & *trepidare robora* flammis correpta, & ſemiambuſta? Diſplicet eorum præpoſtera cura, qui mutationibus inſidiantes, quod ante pedes eſt, non diſpiciunt probum ſit, necne. Alioqui non ineptum, quod oggerunt

*— crepitantia flammis*

*Robora.*

NITENTIA CVLMINA LAMBIT. ] Trepidantia diximus robora: modo *Nutantia culmina*, quamuis libri non addicant, pellit ea lux tenebras. Sed addit verborum ſeries, mox:

*— in cineres abiere ruinæ.*

*Par contra pelago miſeris fortuna carinis.*
*Nanque vbi ſe propius tectis, vrbique tulere,*
*Quà portus muris pacatas applicat vndas,*
*Improuiſa nouo peſtis conterruit aſtu.*
*Trabs fabre teres, atque eraſis vndique nodis*
*Nauali ſimilis malo, perfixa gerebat*
*Vncæ tela manus, ea celſo ex aggere muri*
*Bellantes, curui rapiebat in aëra ferri*
*Vnguibus, & mediam reuocato ferebat in vrbem.*
*Nec ſolos vis illa viros, quin ſæpe triremem*
*Belligeræ rapuere trabes, cùm deſuper actum*
*Incuterent puppi chalybem, morsúsque tenaces.*
*Qui ſimul affixo vicina in robora ferro*
*Suſtulerant ſublime ratem (miſerabile viſu)*
*Per ſubitum rurſus laxatis arte catenis*
*Tanta præcipitem reddebant mole profundo,*
*Vt totam haurirent vndæ cum milite puppem.*
*His ſuper inſidiis anguſta foramina muris*

*Arte cauata dabat, per quæ confundere tela*
*Tutum erat oppoſito mittentibus agere valli.*
*Nec ſine fraude labos, arcta ne rurſus eodem*
*Spicula ab hoſte via vicibus contorta redirent,*
*Calliditas Graia, atque aſtus pollentior armis*
*Marcellum, tantáſque minas, terráque maríque*
*Arcebat, ſtabátque ingens ad mœnia bellum.*
*Vir fuit Iſthmiacis decus immortale colonis,*
*Ingenio facile ante alios telluris alumnos,*
*Nudus opum, ſed cui cælum terræque paterent.*
*Ille nouus pluuias Titan vt proderet ortu*
*Fuſcatis triſtis radijs, ille hæreat, anne*
*Pendeat inſtabilis tellus, cur fœdere certo*
*Hunc affuſa globum Tethis circumliget vndis*
*Nouerat, atque vna pelagi lunæque labores,*
*Et pater Oceanus qua lege effunderet æſtus.*
*Non illum mundi numeraſſe capacis arenas*
*Vana fides, puppes etiam, conſtructáque ſaxa*
*Fœminea traxiſſe ferunt contra ardua dextra,*
*Hic dum Italum ductorem aſtu, Teucróſque fatigat*
*Adnabat centum late Sidonia velis*
*Claſſis ſubſidio, & ſcindebat cærula roſtris.*
*Erigitur ſubitas in ſpes Arethuſia proles,*
*Adiungitque ſuas portu progreſſa carinas.*
*Nec contra Auſonius tonſis aptare lacertos*
*Addubitat, mercíſque celer fodit æquora remis.*
*Verberibus torſere fretum, ſalis icta frequenti*
*Albeſcit pulſu facies, pérque æquora late*
*Spumat canenti ſulcatus gurgite limes.*
*Inſultant pariter pelago, ac Neptunia regna*
*Tempeſtate noua trepidant, tum vocibus æquor*
*Perſonat, & clamat ſcopulis clamoris imago.*
*Ac iam diffuſus vacua bellator in vnda*
*Cornibus ambierat patulos ad prælia fluctus,*
*Nauali claudens humentem indagine campum.*
*At ſimili curuata ſinu diuerſa ruebat*
*Claſſis, & arctabat lunato cærula gyro.*

PAR CONTRA PELAGO MISERIS FORTVNA CARINIS. ] Vt terra,

námque Romanorum conatus egregiè ludificatus ſit vnus Archimedes, Liuius dicet lib. 24. Plutarchus in Marcello, & qui vtroſque docuit Polybius li. 8. ex quo Polybio ſumſit iſta Suidas ἐν τῷ Ἀτυχέστερα: Μία ψυχὴ τῆς ἁπάσης πολυχειρίας ἐν ἐνίοις καιροῖς, ἀνυστικωτέρα: ὡς Ἀρχιμήδης ἐν Συρακούσαις μόνος πολλῶν Ῥωμαίων. *Vna quandoque anima toto plurium molimine & opera efficacior eſt, vt Archimedes ſolus Syracuſis multis valentior fuit Romanis.*

BELLANTES CVRVI RAPIEBAT IN AERA FERRI

VNGVIBVS. ] I ad præcitatos Autores. Similis machinamenti vſus Batauis li. 4. Hiſt. Taciti: *Præcipuum pauorem intulit ſuſpenſum, & nutans machinamentum, quo repente dimiſſo præter ſuorum ora ſinguli, pluréſue hoſtium ſublimè rapti, verſo pondere intra caſtra effundebãtur. Forma expreſſior à Silio reddita.* Ferreæ illæ manus è catena Archimedea ludebant. Polyb. li. 8. χεῖρα σιδηρᾶν ἐξ ἁλύσεως δεδεμένην. *Ferream manum è catena ligatam*, alibi ex aſſeribus. Curtius lib. 4. *Vnci quoque & falces ex aſſeribus dependentes, aut propugnatores, aut ipſa nauigia lacerabant.* Anterius *Harpagones* vſu vulgi appellauerat, Dio Ecloga 45. Legationum de oppugnatione Hieroſolymorum: Τοὺς δ' ἁρπαγαῖς ἀνέσπων, ἑτέρους τοῖς δοράτων παχείαις συμπεπηγμέναις τε, καὶ σεσιδηρωμέναις πρὸ τοῦ τείχους κατέβαλον. *Quoſdam harpagonib. auellebant queſdam præliandi occaſioni imminentes auertebant, craſſiſque aſſerib. compactis, & præferratis ante muros eos proſternebant.* Liuius li. 38. *Aſſerib. falcatis detergebat pinnas.* Quandoque è contis, & haſtilibus, vnde δορυδρέπανα dixere. Strabo l. 4. Κατέσπων οἱ Ῥωμαῖοι τὰ ἱστία δορυδρεπάνοις. *Longuriis falcatis vela dilacerabant Romani.* Suidas: Οἱ δὲ βάρβαροι δρεπανηφόρω κάμακι τὸ χοινίον, ᾧ εἴχετο ἡ ναῦς, διεκόπτουσι. *Barbari falcifera pertica rudentem quo nauis herebat, diſcindunt.* Vt hic contra vndantia vela falcata haſtilia, quæ firmiora valuere: ita ad pinnas reuellendas, & ſumma murorum rudentes falciferi apud Appianum Annibalicis vſui ſunt Canoneo Tarenti arcem captanti: Καὶ δρεπάνοις ἀπὸ κάλων ἐπάλξεις τε κατέσυρε, καὶ τὸ τεῖχος ἀπεγύμνου. *Nexis ad rudentes falcib. pinnas detergebãt, & muros enudabant. Lupos* vocat Liuius l. 28. in oppugnatione Oringitana: *In alios lupi ſuperne ferrei iniecti, vt in periculo eſſent* (Romani) *ne ſuſpenſi in murum extraherentur.* Cogitatim ait Silius *Bellantes:* σὺν αὐτοῖς γὰρ τοῖς ὅπλοις τοὺς ἄνδρας ἐξαιροῦντες ἐρρίπτουν. *Cum armis ipſis viros ſublimè raptos deiiciebant.* Syracuſani ferreis iſtis manibus, Polyb. li. 8.

HIS SVPER INSIDIIS ANGVSTA FORAMINA MVRVS

ARTE CAVATA DABAT. ] Polybius li. 8. Κατεσκεύασε τρήμασι τὸ τεῖχος ὡς παλαιστιαίοις τὸ μέγεθος κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, οἷς τοξότας, καὶ σκορπίδια παραστήσας ἐντὸς τοῦ τείχους, καὶ βάλλων διὰ τούτων ἀχρήστους ἐποίει τοὺς ἐπιβάτας. Liuius li. 24. interpretatur: *Murum ab imo ad ſummum crebris cubitalibus ferè cauis aperuit, per quæ caua pars ſagittis pars ſcorpionibus modicis ex occulto petebant hoſtem.* Vt Liuius, ſic elocutus eſt Plinius li. 11. c. 51. *Recepto enim vt duob. ſub pectore cauis ſpiritu.* Inſcitia. ſuppoſuit *Cannis* Sic Prud. li. 2. contra Symmachum:

*— cauis formica recondat.*

Silium præformauit Virg. Georg. 1.

*Inuentusque cauis bufo.*

Lampri[illegible] [illegible]gabalo *Caua* vocat meatus corporis, ſeu poros: *Cun[illegible] caua corporis.* S[illegible] A[illegible]enus Fab. 34. de Formica:

*[illegible] breuib. condidit ante cauis.*

Te[illegible]

Terentian. *Cauum* pro *Puteo* poſuit:

*Donec lubrica ſarcina*
*Tantiper ſpatium caui.*

NVDVS OPVM. ] Archimedes earum contentione opinor: nam Hieronem regem cognatione tangebat. Plutarchus in Marcello: Ἀρχιμήδης Ἱέρωνι τῷ βασιλεῖ συγγενὴς ὢν, καὶ φίλος. *Archimedes Hieroni regi cognatus cùm eſſet, atque amicus.*

HÆREAT, ANNE PENDEAT INSTABILIS TELLVS. ] Stare neſcia, agitata. Quod qui pro magno habet, ſignificat veteribus non ſatis decretum Tellus moueatur, necne? Certè terram non quieſcere rati ſunt Heraclides Ponticus, Ecphantus Pythagoreus, & Democritus recenſiti Plutarcho de Placitis Phil. lib. 3. c. 13. Cicero in Academicis lib. 4. *Nicetas Syracuſius, vt ait Theophraſtus, cælum, Solem, Lunam, ſtellas ſuperáque omnia ſtare cenſet: atque præter terram rem nullam moueri, quæ circa axem ſe ſumma celeritate conuertat, & torqueat, eadémque effici omnia, quæ ſi ſtante terra cælum moueretur; atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur, ſed paullò obſcurius.* Nos pluribus in eam ſententiam alicubi inquirimus: an etiam vulgabimus:

— Θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.

NON ILLVM MVNDI NVMERASSE CAPACIS ARENAS VANA FIDES. ] Exſtat etiamnum libellus Lutetiæ cuſus anno 1557. Paſchaſii Hamelii regii Mathematici in Archimedis præclari Mathematici librum de numero arenæ, cuius in prœmio Gelonem affatur Archimedes.

RVPPES ... FOEMINEA TRAXISSE MANV. ] Emiratus ſum Heynſii incogitantiam, qui hunc locum à lectore non captum iri ſeuerè pronunciat, niſi plurium manus obſeruet. Videamus. Silius, & Plut. in Marcello miraculum putant, vnius manu nauem trahi, ille fœminæ, hic Archimedis ipſius. Spectemus Archimedem ludum hunc ludentem Hieroni in Plutarchi ſcena: Θαυμάσαντος δὲ τοῦ Ἱέρωνος, καὶ δεηθέντος εἰς ἔργον ἐξαγαγεῖν τὸ πρόβλημα καὶ δεῖξαί τι τῶν μεγάλων κινούμενον ὑπὸ σμικρᾶς δυνάμεως, ὁλκάδα τριάρμενον τῶν βασιλικῶν [prætulerim τριαρμένων, cùm emiſſent nauem regii, ſiue Hieronis Palatini, quorſum enim ſuis emeret impendiis Archimedes, præſertim *nudus opum*? adeone ſordidus Hiero, vt machinarium ſibi gratificantem nō ſumtu leuaret?] πόνῳ μεγάλῳ καὶ χειρὶ πολλῇ νεωλκηθεῖσαν, ἐμβαλὼν ἀνθρώπους τε πολλοὺς, καὶ τὸν συνήθη φόρτον, αὐτὸς ἄπωθεν καθήμενος, οὐ μετὰ σπουδῆς, ἀλλ' ἠρέμα τῇ χειρὶ σείων, ἀρχήν τινα πολυσπάστου μηχανήματος προσηγάγετο, λείως καὶ ἀπταίστως, καὶ ὥσπερ διὰ θαλάσσης ἐπιθέουσαν. Hieroni viſus erat Archimedes iactantior, promiſſo mouere, atque impellere ſe hunc orbē terrarū poſſe, ſi aliud haberet ſolùm, in quo conſiſteret, atque inſtrumenta ſtatueret: igitur *mirante Hierone, & rogante reapſe id præſtari, oſtendique magnum quidpiam parua vi moueri, à palatinis nauem coemtam ingenti labore, multáque manu nauali extractam, multis hominibus, & ordinario onere iniectis, Archimedes ipſe procul ſedens abſque contentione, quietè, manu impellebat, capite machinæ cuiuſdam validè trahacis applicato, illa in ſolo veluti in ſalo, leuiter, ac ſine offenſo decurrebat.* Da machinam validè trahacem, da nauem, da fœminam: cur illa non æquè viro nauem emoueat? an quia Heynſius quod non capit, ab aliis capi non poſſe confidenter adſeue-

rat? Sed nihil agit Archimedes, præquam aget, priori menda nitidius ſublata. Scribo ergo ὁλκάδα τριάρμενον *nauem, tribus impulſam velis,* quales regiæ: nam talem Hieronis Athenæus deſcribit quampluriinis li. 5. & Pollux τριάρμενον Antigoni nauem, *tribus velis aptam* interpretatur. Tum dicam nauem è regiis vnam tribus velis aptam ab Archimede ductu facili promotam.

CONSTRVCTAQVE SAXA.] Non domum actam ingenio Archimedis, non opinor, nec traditum vlli: ſed *ſtruem cōgeriémque ſaxorum*, quo oneroſior eſſet nauis, & deuoluta facilè mirabilior. Innuit Plutarchus illo τὸν συνήθη φόρτον, *Suetum onus*, quod ad onus referendum: neque enim ſpectabili miraculo neceſſariæ merces.

*Nec mora, terrificis ſæuæ ſtridoribus æris*
*Per vacuum late cantu reſonante profundum*
*Incubuere tubæ, queis excitus æquore Triton*
*Expauit, tortæ ad certantia murmura conchæ.*
*Vix meminere maris, tam vaſto ad prælia niſu*
*Incumbunt proni, poſitisq; in margine puppis*
*Extremæ plantis, nutantes ſpicula torquent.*
*Sternitur effuſis pelagi media area telis;*
*Celsáq; anhelatis exurgens ictibus alnus.*
*Cærula nigranti findit ſpumantia ſulco.*
*Aſt aliæ laceræ, atque incuſſi roboris ictu*
*Detergent remos, aliæ per viſcera pinus*
*Tranſmiſſis ipſo retinentur vulnere roſtris*
*Quo retinent: medias inter ſublimior ibat*
*Terribilis viſu puppis, qua nulla per omne*
*Egreſſa eſt Libycis maior naualibus æuum.*
*Sed quater hac centum numeroſo remige pontum*
*Pulſabat tonſis, velóq; ſuperba capaci,*
*Cùm rapidum hauriret Boream, & cornibus omnes*
*Colligeret flatus, lento ſe corpore agebat*
*Intraret fluctus ſolis ſi pulſa lacertis.*
*Procurrunt leuitate agili, docilésq; regentis*
*Audiuiſſe manum Latio cum milite puppes.*
*Has vt per læuum venientes æquor Himilco*
*In latus obliquas, iuſſâmque incurrere proram*
*Conſpexit, propere diuis in vota vocatis*
*Aequoris, intento volucrem de more ſagittam*
*Aſſignat neruo: vtque oculis librauit in hoſtem,*
*Et calamo monſtrauit iter diuerſa relaxans*

*Bràchia, deduxit vultu comitante per auras*
*In vulnus telum, & reſidentis puppe magiſtri*
*Affixit plectro dextram, nec deinde regenda*
*Puppe manus valuit flectenti immortua clauo.*
*Dúmque ad opem accurrit ceu capta nauita puppe,*
*Ecce iterum fatóque pari neruóque ſagitta*
*In medium perlapſa globum, tranſuerberat ictu*
*Orba gubernacli ſubeuntem munera Taurum.*
*Irrumpit Cumana ratis, quam Corbulo ductor*
*Lætáque complebat Stabiarum littore pubes.*

TORTÆ CERTANTIA MVRMVRA CONCHÆ. ] Tritonum repertum inſpirare concham. Moſchus Id. 2.

— τοὶ δ' ἀμφί μιν ἠγερέθοντο
Τρίτωνες πόντοιο βαθυρρόου ἐνναετῆρες
Κόχλοισιν ταναοῖς γάμιον μέλος ἠπύοντες.
— *fundebantur eum vndique circum,*
*Tritones, alto qui habitantur ſub gurgite ponti,*
*Oblongis conchis Hymenæe Hymenæe canentes.*

Apud Theocritum Id. 23. Amycus concha certamini præcinit.
Ἦ ῥ', Ἄμυκος, καὶ κόχλον ἑλὼν μυκήσατο κοῖλον.
*Dixerat, ecce cauata Amycus ferit æthera concha.*

Id. 9. — Ὁ δ' ἐγκατεχήσατο κόχλῳ.
— *concha i um obtuſo clangore ſtrepebat.*

Didymus in Iliad. 18. Ποιητὴς ὠνόμασε τὴν σάλπιγγα, ἐπεὶ οὐδέπω εὕρητο παρὰ τοῖς παλαιοῖς· κόχλῳ γὰρ θαλασσίῳ ἐσάλπιζον. *Poëta tubam nominauit, quòd nondum à veterib. inuenta fuiſſet: marina námque concha canebant.* Hinc Theognidis griphus:
Ἤδη γάρ με κέκληκε θαλάσσιος οἴκαδε νεκρός,
Τεθνηκὼς, ζωῷ φθεγγόμενος στόματι.

Reddo Latio:
*Mortua muta mari me iam reuocauit in ædes,*
*Mortua & exanima vox dum animata volat.*

Metamorph. 1.
*Cæruleum Tritona vocat, conchâque ſonanti*
*Inſpirare iubet, fluctúſque & flumina ſigno*
*Iam reuocare dato.*

CELSAQVE ANHELATIS EXSVRGENS ICTIBVS ALNVS. ] Dum enim iciunt mare remiges, anhelant. Faſt. 4.
*Cuius anhelatis ignibus ardet humus.*

AST ALIÆ LACERÆ. ] Multa circà ſuadent hæc retineri. Modius: *Latere.*

DETERGENT REMOS. ] *Deterunt.* Liuius lib. 38. *Aristib. muros quatiebat; aſſerib. falcatis pinnas detergebat,* hoc eſt, deterebat, detrahebat, defringebat. Ductum à Græcis. Iliad. x. Troiam ab igni detergeri canit Homerus:

— οἴζει ἄπασα
Ἴλιος ὀφρυόεσσα περὶ σμύχοιτο κατ' ἄκρης.

LENTO SE CORPORE AGEBAT.. ] Modius *robore*. an fortè remi decerpuntur ex robore? Cui reſcribendi veniet tam dira libido, reſcribat:

— *lento torpore ſe agebat.*

& ſpectabimus oculis ipſam lentitudinem teſtudineam. Sed mutatio nihil opus, cùm prima lectio ſit optime conſtituta: niſi ſiquis nauem ſpiritum eſſe velit, illi equidem fas fuerit *corpore* nauem exinanire.

DOCILESQVE REGENTIS AVDIVISSE MANVM. ] Lucanus li.3.

*Qua nullam melius pelago turbante carina*
*Audiuere manum.*

Georg.1. — *audit currus habenas.*

AFFIXIT PLECTRO DEXTRAM. ] *Plectro* gubernaculum dicit, quo vnde πηδάλια ſolent. Indicatur illo

— *tranſuerberat ictu*
*Orba gubernacli ſubeuntem munera Taurum.* Iteratò:
*Non plectro ratis, aut frangenda in vulnera proræ*
*Parcitur.*

COMPLEBAT STABIARVM LITORE PVBES. ] Nauem Cumanam. Credibiliter: nam *Stabiæ* ſunt in agro Cumano. Plin. li.3.c.5. *In Campano autem agro Stabiæ opidum fuit.* I ad Plinium alterum lib.6. epiſt.16. Deleuit Sylla ſociali bello. Galen. li.5. Therapeutices: Sunt autem Stabiæ in mari locus in meditullio ferè Neapolis, & Surrenti: latus ad Surrentum vergens collis eſt præaltus in Tyrrhenum erumpens pelagus, in occaſum modicè inclinatur. Ouid.6. Met. in vltimo

*Herculeámque vrbem Stabias, & in otia natam*
*Parthenopen.*

*Numen erat celſæ puppis, vicina Dione.*
*Sed ſuper ingeſtis propior quæ ſubdita telis*
*Bella capeſſebat, media ſubſedit in vnda,*
*Diuiſitque fretum, clamantem ſpumeus ora*
*Nereus implet aquis, palmæque, trahente profundo*
*Luctantum fruſtra, ſummis in fluctibus extant.*
*Hic audax ira magno per cærula ſaltu*
*Corbulo tranſgreſſus (nam textam robore turrim*
*Appulerant nexæ ferri compage triremes)*
*Euadit tabulata ſuper, flammáque comantem*
*Multifida pinum celſo de culmine quaſſat.*
*Inde atros alacer, paſtóſque bitumine torquet*
*Aduentante noto Pœnorum apluſtribus ignes.*
*Intrat diffuſos pestis Vulcania paſsim,*
*Atque implet diſperſa foros, trepidatur omiſſo*
*Summis remigio, ſed enim tam rebus in arctis*

*Fama mali, nondum tanti penetrarat ad imos,*
*Et rapidus feruor per pingues vnguine tedas*
*Illapſus, flammis victricibus inſonat alueo.*
*Quà nondum tamen intulerat vim Dardana lampas*
*Parcebátq. vapor, ſaxorum grandine dirus*
*Arcebat, fatumq. ratis retinebat Himilco.*
*Hic miſer igniferam dum ventilat aëre pinum,*
*Murali ſaxo per lubrica ſanguine tranſtra*
*Voluitur in fluctus, Lichai vulnere, Cidnus.*

NVMEN ERAT CELSÆ PVPPIS VICINA DIONE. ] Venus, cuius in Eryce templum, Strabonis lib. 6. præcipua cultum religione. Maro in 5. Plin. lib. 3. c. 8. Hinc ipſa *Erycina*: Propertius:

*Spinoſas Erycina ferens in pectore curas.*

Vetere num. ERVCINA. ET TEMPLVM VENERIS ERVCINÆ.
Luculentè ipſo de templo ſcripſit Polyb. lib. 1. Ἐπ' αὐτῆς μὲν τῆς κορυφῆς [Erycis] οὔσης ἐπιπέδου κεῖται τὸ τῆς Ἀφροδίτης τῆς Ἐρυκίνης ἱερόν, ὅπερ ὁμολογουμένως ἐπιφανέστατόν ἐστι τῷ τε πλούτῳ, καὶ τῇ λοιπῇ προστασίᾳ τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἱερῶν: *Erycis vertex cùm planus ſit, in eo ſitum eſt Veneris Erycinæ templum, quod communi ſententia luculentiſſimum eſt opibus, ceteróq. apparatu omnium Siciliæ templorum.*

CLAMANTEM SPVMEVS ORA.] Vnius formæ erit oratio, ſi legas *Clamantûm*: nam verſu altero de iiſdem: *Luctantûm fruſtra.*

NAM TEXTAM ROBORE TVRRIM
APPVLERANT NEXÆ FERRI COMPAGE TRIREMES. ] Plut. de Marcello Ὑπὲρ δὲ μεγάλου ζεύγματος νεῶν ὀκτὼ πρὸς ἀλλήλας συνδεδεμένων μηχανὴν ἄρας, ἐπέπλει πρὸς τὸ τεῖχος τῷ πλήθει καὶ τῇ λαμπρότητι τῆς παρασκευῆς, καὶ τῇ δόξῃ τῇ περὶ αὐτὸν πεποιθώς: *Super ingenti commiſſura nauium octo ſimul nexarum ſtatuta machina adnauigabat maris, ſplendore apparatus, ſuorúmq. numero, ac nobilitate fretus.* Polyb. lib. 8. *Sambucam* nominat, nominiſq. rationem adſtruit: Ἐπειδὰν γὰρ ἐξαρθῇ, γίνεται τὸ σχῆμα τῆς νεὼς ταύτης, καὶ τῆς κλίμακος ἑνοποιηθὲν παραπλήσιον τῇ σαμβύκῃ: *Vbi enim ſublata fuerat, nauis eiuſmodi, & ſcalarum connexarum forma naſcitur Sambucæ adſimilis.* Vide Feſtum, & quæ ſcripſimus in librum quintum ibi:

*Vel iunxiſſe ratem.* —

ADVENTANTE NOTO.] Sæpiùs irruente. Modius *Amentante.* Non equidem verbum mihi prorſus ignorabile: Lucanus lib. 6.

*Cùm iaculum parua Libys amentauit habena.*

Tertull. lib. 4. contra Marcionem c. 33. iterúmq; iterúmq. alibi. temerè tamen huc intruſum. Ignibus, & flammis quis vnquam amenta adnexuit? an quidquid vires adiuuat, amentum eſt? Tam laxo loquendi genere lignatori amentum erit ſecuris, quòd ὀφέλλει ἀνδρὸς ἐρωήν: *Viri impetum adauget.* Homeri teſtimonio: ala aui, quia volanti auxilio eſt: remi naui, illis quippe vires capit. Heynſius res nouas moliri non deſinit: cùm videret à Modio Lucanum non laudari in iſtius vocis vſu, nouam non finxit, ſed nouandi lubido fuit, & reſcribendi: *Augmentante.* Si Claudiani ver-

ſum extuliſſet,

*Quorum compoſitam puer augmentatus in artem,*

imaginem aliquam obtendiſſet λαρυλίσματι corrigendi. Ego neutrius vocis ignoratione eas repudio: tantum quia vel diſconueniunt, vel quia *Aduentante* probè,commodéq. à Silio vſurpatur. Id infixum fuiſſet; tertius addi coniector potui ſcripto: *Adiutante Noto.* Quid quòd è quarto Georgicon Silius expreſſit,vbi:

*— aduentantib. Euris?*

MISSILE ADORATA CONTORQVET TABRATA PVPPE.] Quia in puppe nauis Numen tutelare. Suprà Silius: Ouidius:

*Numen erat celſæ puppis vicina Dione.*
*Accipit & pictos puppis adunca Deos.*
*Qua tamen ipſe vehor,comitata Cupidine paruo*
*Sponſor coniugij ſtet Dea picta ſui.*

Lucanus lib.3. ideo *puppim ſigniferam* dixit:

*Tunc in ſignifera reſidenti puppe magiſter*
*Brutus ait.*

Perſius Satyr.6.

*Ingentes de puppe dij.* —

Nec ſine ornatu,qui ferè duplex,qua pictura adiecta, quà exquiſitior materies. Præter Ouidium picturam commendat & Lucanus:

— *non robore picto*
*Ornatas habuit fulgens tutela carinas.*

Materia ex ebore,auro,ſimiliue. Seneca Epiſt. 76. *Nauis bona dicitur.. nec cuius tutela ex ebore celata eſt.* Ex auro Æneid. 10.

— *aurato ſplendebat Apolline puppis.*

Quæ puppis ſiue quòd pretioſum potuiſ eſſe ſpolium, ſiue quòd Dei tutuni geſtatrix,paſſim ab hoſte tentata, vt inde hoſtium ferocia,fiduciáque frangeretur. Satis docebit vnus Hector,de quo Iliad. c.

Ἕκτωρ δὲ πρύμνηθεν ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει,
Ἄφλαστον μετὰ χερσὶν ἔχων.
*Puppis ſumma manu poſtquam occupat Hector,*
*Detinet,haut cedit.* —

Vbi Euſtathius: Ἄφλαστον ... κατὰ Δίδυμον, ὥς φησι Παυσανίας τὸ ἐπὶ πρύμνης ἀνατεταμένον εἰς ὕψος ἐκ κανονίων πλατέων ἐπικαμπτομένων, διήκοντος δὲ αὐτῶν πλατέος κανονίου, ἀντηρειδομένου τούτῳ στυλίσκου ὄπισθεν τοῦ κυβερνήτου· κρεμάννυται δὲ ἐκ τῶν κανονίων, καὶ τοῦ θρανίου ταινία εἰς παράσημον δηλαδὴ τῆς νηός: *Aphlaſtum ſeu Apluſtre Didymi opinione referente Pauſania, quod in puppi in altum porrigitur è tignis latiorib. inflexis, permeante per ipſa tigillo etiam lato, cui columella [ Euſtathio* στυλίσκῳ, *Polluci* στηλίδος *] incumbit pone gubernatorem. Pendet etiam ex tigillis, & ſcabello faſcia, nauis ſcilicet inſigne.* Annotauit ex his *tutelæ* nauis ſedem eſſe puppim. Errat tamen Heynſius denegans & proram. Pauſanias: Ἐν ταῖς πρώραις τῶν τριήρεων οἱ Ἀθηναῖοι ἀγάλματα ἵνα ξόανα τῇ Ἀθηνᾷ καθίδρυον, ὧν ἐπιμελοῦνται μέλλοντες πλεῖν. Lucanus Dialogo,cui Πλοῖον inſcriptio: Ὡς δὲ ἡ πρύμνα μὲν ἐπανέστηκεν ἠρέμα καμπύλη, χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένη, καταντικρὺ δὲ ἀνάλογον ἡ πρῷρα ὑπερβέβηκεν, ἐς τὸ πρόσω μηκυνομένη, τὴν ἐπώνυμον τῆς νηὸς Θεὸν ἔχουσα τὴν Ἶσιν ἑκατέρωθεν: *Vt autem ipſa paulla-*

*tim puppis adſurgit inflexa, aureo impoſito anſerculo: contra autem æqua proportione prora in anteriorem partem longè porrecta ſupergreditur, cognominem naui Deam Iſidem vtrimq. habens.* En tibi nauis inſigne anſer in puppi, nauis tutela, & nauis nomen Iſis in prora. Lucianus iterum veris narratib. Ἐν τῇ πρύμνῃ χηνίσκος ἄρτι ἐπεπτερύξατο, καὶ ἀνεβόησεν. S. Paulus Actorum c. 28. nauigauit *in naui Alexandrina, quæ in inſula hyemauerat, cui erat inſigne caſtrorum.* Quem in locum multis à me conſulto prætermiſſis ſic animaduertit Oecumenius: Καὶ ἐκ τούτου ποιεῖν ἀκόλουθον ἀλλόφυλον εἶναι, τουτέστιν εἰδωλολάτρην: *Ex quo noſſe fuit conſectarium, alienigenam eſſe, hoc eſt, idololatram.* Quomodo verò Paulus opinione idololatra, ſi non ſunt tutuni Caſtores *Helenæ fratres lucida ſidera?* Ergo quandoq. & naui idem numen, & nomen, & inſigne: nomen adſtruit Oecumenius verbis poſtea proferendis, numen idololatriæ ſpecies, inſigne textus D. Lucæ. Deniq. confutandus error Heynſii ex Homeri loco, & Interpretis, qui additamentis ad Silium, quæ *Efferenda* dici queant, cum longè à via aberrare pronunciat, qui ἄφλαστον in puppe ſtatuunt. Videat ſi ἄφλαστον in prora ſtatui poteſt ex hoc interpretis Pollodori loco lib. 1. Τῆς δ' ἐπελαμένης (columba, ex cuius ſalute, exitióue ſibi ſperabant, aut metuebant Argonautæ) τὰ ἄκρα τῆς οὐρᾶς ἡ σύμπτωσις τῶν πετρῶν ἀπέκειρεν. Ἀναχωρούσας οὖν ἐπιτηρήσαντες τὰς πέτρας μετ' εἰρεσίας ἐντόνου συλλαβομένης Ἥρας διῆλθον τὰ ἄκρα τῶν ἀφλάστων τῆς νηὸς περικοπείσης: *Summam ipſius volantis [columbæ] caudam conuenientes rupium demeſſuit. Rupes igitur, dum recedant, cùm obſeruaſſent, valida remigatione, atq. opitulante Iunone pertranſierunt, nauis confractis apluſtribus.* Idem clamat & in ſupero Homeri loco ἄφλαστον ad puppim eſſe, quamuis Apollonius aliter vſurpauerit. Diſertiſſimè Iulius Pollux lib. 1. c. 9. Τὰ δ' ἄκρα τῆς πρύμνης, ἄφλαστα καλεῖται: *Summæ puppis partes Aphlaſta dicuntur, ſeu apluſtra.*

BONVS ILLE PER ARTEM CRVDO LVCTARI PELAGO.] Cum Silio committe Lucanum lib. 3.

> *Dirigit huc puppim miſeri quoq. dextra Telonis,*
> *Qua nullam melius pelago turbante carinæ*
> *Audiuere manum: nec lux eſt notior vlli*
> *Craſtina, ſeu Phœbum videat, ſeu cornua Lunæ,*
> *Semper venturis componere carbaſa ventis.*

Præſignem gubernatorem facit Telonem Lucanus, & Silius *Neptunicola tranſuerberat ora Telonis*: vtérq. adſpectu Telonis Caprearum regnatoris, Aeneid. 7.

DAPHNIS DEDVCTVM AB ORIGINE NOMEN ANTIQVA.] Ab illo priſco Daphnide Mercurii, ac Nymphæ filio, qui ἀπὸ τοῦ πλήθους, καὶ τῆς πυκνότητος τῆς φυομένης δάφνης: *A lauri naſcentis multitudine, ac denſitate.* nomen in Sicilia tulit. Diodorus lib. 4.

QVANTO MAIORA PARAVIT INTRA PASTOREM SIBI NOMINA.] Maro Ecloga 5.

> — *Nymphæ crudeli funere Daphnin,*

& cætera, quib. Daphnidis ἀποθέωσιν complectitur.

INTRA PASTOREM.] Nam βοῶν ἀγέλας παμπληθεῖς κεκτημένον, τούτων ποιεῖσθαι πολλὴν ἐπιμέλειαν· ἀφ' ἧς αἰτίας Βουκόλον αὐτὸν ὀνομασθῆναι: *Boum greges cùm perplurimos poſſideret, eorum curam multam geſſit, qua ex cauſa Bucoli nomen inuenit.*

DAPHIN AMARVNT SICELIDES MVSÆ. ] Carminis cauſa, & Sicelis Nympha ob formam, Diodorus ſuprà.

DONAVIT AVENA CASTALIA PHOEBVS. ] Quem ferunt Dianæ ἐπιπρεποῦσαν κεχαρισμένας, καὶ διὰ τῆς σύριγγος, καὶ βουκολικῆς μελῳδίας τέρπειν αὐτὴν διαφερόντως: *Cum bona gratia ſeruientem, fiſtula, & bucolico carmine eximiè Dianam oblectaſſe*, Diodorus lib. 5. qui & carminis bucolici ſcribit reper[to]rem.

ILLE VBI SEPTENA MODVLATVS ARVNDINE CARMEN. ] Fiſtula. Tibull⁹.

*Fiſtula cui ſemper decreſcit arundinis ordo:*
*Nam calamus cera iungitur vſq. minor.*

Metamorph. 8. vbi deſcribuntur alæ Dædali:

*— nam ponit in ordine pennas*
*A minimo cœptas, longam breuiore ſequente,*
*Vt cliuo creuiſſe putes. Sic ruſtica quondam*
*Fiſtula diſparibus paullatim creſcit auenis.*

Eſt autem fiſtula tam conuiuantium, quàm paſtorum. Q. Calaber lib. 6.

Σύριγγος δ', ἣ δαιτὶ μεταπρέπει, ἠδὲ νομεῦσι.
*Et fiſtulæ paſtoribus domeſtica*
*Conuiuiiſque. —*

LONGAM SIBIMET FACIT ÆQVORE MORTEM. ] *Qualis Oilides* apud Q. Calabrum lib. 14.

Οὔπω γὰρ οἱ θυμὸς ἐμήδετο κηρὶ δαμάσσαι
Κούρη ἐρισδούποιο Διός, μάλα περ κοτέουσα,
Γεὶν τλῆναι κακὰ πολλά, καὶ ἄλγεσι πάγχυ μογῆσαι.
Τούνεκά μιν κατὰ βένθος ἐδάμνατο δηρὸν ὀιζὺς
Πάντοτε πειρόμενον.
*Nondum nata Tonante Ioue, ardentes licet iras*
*Concipiat, propero meditatur tollere letho,*
*Ni mala multa prius ferat, ingentéſq. labores.*
*Illum ergo in ponto miſerabiliter cruciatum*
*Ærumnæ tenuere diu. —*

*Fax nidore graui fœdauit comminus auras,*
*Ambuſto inſtridens pelago: ferus inde citatum*
*Miſsile adorata contorquet Sabrata puppe.*
*Ammon numen erat Libycæ gentile carinæ,*
*Cornigeráq. ſedens ſpectabat cærula fronte.*
*Fer pater afflictis fer, ait, Garamantice vates*
*Rebus opem, inq. Italos da certa effundere tela.*
*Has inter voces tremulo venit agmine cornus,*
*Et Neptunicolæ tranſuerberat ora Telonis.*
*Vrgebat nihilo leuius iam in limine mortis*
*Quos fuga præcipites partem glomerara[t in] vnam*
*Puppis adhuc vacuam tedæ, ſed proxima curſu*
*Fulmineo populatus ineuitabilis ardor,*

*Correptam flammis inuoluit ouantibus alnum.*
*Primus ope æquoreî funis delapſus in vndas,*
*Qua nondum ſtygios glomerabat Mulciber æſtus,*
*Ambuſtus ſociûm remis aufertur Himilco.*
*Proxima nudarunt miſerandi fata Bathonis*
*Deſertam ductore ratem, bonus ille per artem*
*Crudo luctari pelago, atq. exire procellas.*
*Idem quid Boreas, quid vellet craſtinus Auſter*
*Anteibat, nec peruigilem tu fallere vultum*
*Obſcuro quamuis curſu Cynoſura valeres.*
*Is poſtquam aduerſis nullus modus, accipe noſtrum*
*Ammon ſanguinem ait, ſpectator cladis iniquæ.*
*Atque acto in pectus gladio, dextra deinde cruorem*
*Excipit, & large ſacra inter cornua fundit,*
*Hos inter Daphnis deductum ab origine nomen*
*Antiqua fuit infelix, cui linquere ſaltus,*
*Et mutare caſas infido marmore viſum.*
*At princeps generis quanto maiora parauit*
*Intra paſtorem ſibi nomina, Daphnin amarunt*
*Sicelides Muſæ, dexter donauit auena*
*Phœbus Caſtalia, & iuſſit proiectus in herba*
*Siquando caneret, lætos per prata, per arua*
*Ad Daphnin properare greges, riuóſq. ſilere.*
*Ille vbi ſeptena modulatus arundine carmen*
*Mulcebat ſyluas, non vnquam tempore eodem*
*Siren aſſuetos effudit in æquore cantus,*
*Scyllæi tacuere canes, ſtetit atra Charybdis,*
*Et lætus ſcopulis audiuit iubila Cyclops.*
*Progeniem hauſerunt, & nomen amabile flammæ,*
*Innatat ecce ſuper tranſtris fumantibus aſper*
*Ornytos, ac longam ſibimet facit æquore mortem.*

QVALIS OÏLIDES FVLMEN IACVLANTE MINERVA.] Aeneid. 1. & Od. 4. Apollodorus Athenienſis cum laude pinxit Aiacem fulminatum. Plin. lib. 35. c. 9. Pergami ſpectabatur eius æuo.

SVRGENTES DOMVIT FLVCTVS ARDENTIBVS VLNIS.] Q. Calaber li. 14.

Σχίζετο δ' ἁλμυρὸν οἶδμα ποτὶ κρατερῇσι χέρεσσι
Ἀνδρὸς ὑπερθύμοιο. Θεοὶ δ' ἄρ μιν ἐσορόωντες,
Ἠνορέην καὶ κάρτος ἐθάμβεον.
*Vnda ſecabatur valido pulſata lacerto*
*Contuitiq. viri vires, animoſáq. facta*

námque Romanorum conatus egregiè ludificatus ſit vnus Archimedes, Liuius dicet lib.24. Plutarchus in Marcello,& qui vtroſque docuit Polybius li.8.ex quo Polybio ſumſit iſta Suidas ἐν τῷ Ἀνυσικώτερα: Μία ψυχὴ τῆς ἁπάσης πολυχειρίας ἐν ἐνίοις καιροῖς ἀνυσικωτέρα: ὡς Ἀρχιμήδης ἐν Συρακούσαις μόνος πολλῶν Ῥωμαίων. *Vna quandoque anima toto plurium molimine & opera efficacior eſt, vt Archimedes ſolus Syracuſis multis valentior fuit Romanis.*

BELLANTES CVRVI RAPIEBAT IN AERA FERRI VNGVIBVS. ] I ad præcitatos Autores. Similis machinamenti vſus Batauis li.4. Hiſt. Taciti: *Præcipuum pauorem intulit ſuſpenſum, & nutans machinamentum, quo repente dimiſſo præter ſuorum ora ſinguli, pluréſue hoſtium ſublimè rapti, verſo pondere intra caſtra effundebãtur.* Forma expreſſior à Silio reddita. Ferreæ iſtæ manus è catena Archimedea ludebant. Polyb.li.8. χεῖρα σιδηρᾶν ἐξ ἁλύσεως δεδεμένην. *Ferream manum è catena ligatam*, alibi ex aſſeribus. Curtius lib.4. *Vnci quoque & falces ex aſſeribus dependentes, aut propugnatores, aut ipſa nauigia lacerabant.* Anterius *Harpagones* vſu vulgi appellauerat, Dio Ecloga 45. Legationum de oppugnatione Hieroſolymorum: Τοὺς δὲ ἁρπάγαις ἀνέσπων, ἑτέρους ταῖς προσβολαῖς σανίσι παχείαις συμπεπηγμέναις τε, καὶ σεσιδηρωμέναις πρὸ τοῦ τείχους καθιέντες ἀπέστρεφον. *Quoſdam harpagonib. auellebant quoſdam præliandi occaſioni imminentes auertebant, craſſiſque aſſerib. compactis, & præferratis ante muros eos proſternebant.* Liuius li.38. *Aſſerib. falcatis detergebat pinnas.* Quandoque è contis, & haſtilibus, vnde δορυδρέπανα dixere. Strabo l.4. Κατέσπων οἱ Ῥωμαῖοι τὰ ἱστία δορυδρεπάνοις. *Longuriis falcatis vela dilacerabant Romani.* Suidas: Οἱ δὲ βάρβαροι δρεπανηφόρῳ κάμακι τὸ σχοινίον, ᾧ εἴχετο ἡ ναῦς, διακόπτουσι. *Barbari falcifera pertica rudentem quo nauis hærebat, diſcindunt.* Vt hic contra vndantia vela falcata haſtilia, quæ firmiora valuere: ita ad pinnas reuellendas, & ſumma murorum rudentes falciferi apud Appianum Annibalicis vſui ſunt Canoneo Tarenti arcem captanti: Καὶ δρεπάνοις ἀπὸ κάλων ἐπάλξεις τε κατέσυρε, καὶ τὸ τεῖχος ἀπεγύμνου. *Nexis ad rudentes falcib. pinnas detergebãt, & muros enudabant.* *Lupos* vocat Liuius l.28. in oppugnatione Oringitana: *In alios lupi supernè ferrei iniecti, vt in periculo eſſent* (Romani) *ne ſuſpenſi in murum extraherentur.* Cogitatim ait Silius *Bellantes*: σὺν αὐτοῖς γὰρ τοῖς ὅπλοις τοὺς ἄνδρας ἐξαιροῦντες ἐρρίπτουν. *Cum armis ipſis viros ſublime raptos deiiciebant.* Syracuſani ferreis iſtis manibus, Polyb.li.8.

HIS SVPER INSIDIIS ANGVSTA FORAMINA MVRVS ARTE CAVATA DABAT. ] Polybius li.8. Κατεπύκνωσε τρήμασι τὸ τεῖχος ὡς παλαιστιαίοις τὸ μέγεθος κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, οἷς τοξότας, καὶ σκορπίδια παραστήσας ἐντὸς τοῦ τείχους, καὶ βάλλων διὰ τούτων ἀχρήστους ἐποίει τοὺς ἐπιβάτας. Liuius li. 24. interpretator: *Murum ab imo ad ſummum crebris cubitalibus ferè cauis aperuit, per quæ caua pars ſagittis pars ſcorpionibus modicis ex occulto petebant hoſtem.* Vt Liuius, ſic elocutus eſt Plinius li.11.c.51. *Recepto enim vt duob. ſub pectore cauis ſpiritu.* Inſcitia. ſuppoſuit *Cannis* Sic Prud.li.2.contra Symmachum:

— *cauis formica recondat.*

Silium præformauit Virg.Georg.1.

*Inuentusque cauis bufo.*

Lampri[illegible] H[illegible]gabalo *Caua* vocat meatus corporis, ſeu poros: *Cu[illegible]a caua [illegible]rporis.* Si[illegible] Auienus Fab.34.de Formica:

*breuib. condidit ante cauis.*

T-

Terentian. *Cauum* pro *Puteo* poſuit

*Donec lubrica ſarcina*

*Tantiſper ſpatium caui.*

NVDVS OPVM. ] Archimedes earum contentione opinor: nam Hieronem regem cognatione tangebat. Plutarchus in Marcello: Ἀρχιμήδης Ἱέρωνι τῷ βασιλεῖ συγγενὴς ὢν, καὶ φίλος. *Archimedes Hieroni regi cognatus cùm eſſet, atque amicus.*

HÆREAT, ANNE PENDEAT INSTABILIS TELLVS. ] Stare neſcia, agitata. Quod qui pro magno habet, ſignificat veteribus non ſatis decretum Tellus moueatur, necne? Certè terram non quieſcere rati ſunt Heraclides Ponticus, Ecphantus Pythagoreus, & Democritus recenſiti Plutarcho de Placitis Phil. lib. 3. c. 13. Cicero in Academicis lib. 4. *Nicetas Syracuſius, vt ait Theophraſtus, cœlum, Solem, Lunam, ſtellas ſuperaque omnia ſtare cenſet: atque præter terram rem nullam moueri, quæ circa axem ſe ſumma celeritate conuertat, & torqueat, eademque effici omnia, quæ ſi ſtante terra cœlum moueretur; atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur, ſed paullò obſcurius.* Nos pluribus in eam ſententiam alicubi inquirimus: an etiam vulgabimus:

— Θεῶ ἐν γούνασι κεῖται.

NON ILLVM MVNDI NVMERASSE CAPACIS ARENAS VANA FIDES. ] Exſtat etiamnum libellus Lutetiæ cuſus anno 1557. Paſchaſii Hamelii regii Mathematici in Archimedis præclari Mathematici librum de numero arenæ, cuius in prœmio Gelonem affatur Archimedes.

RVPPES ... FOEMINEA TRAXISSE MANV. ] Emiratus ſum Heynſii incogitantiam, qui hunc locum à lectore non captum iri ſeuerè pronunciat, niſi plurium manus obſeruet. Videamus. Silius, & Plut. in Marcello miraculum putant, vnius manu nauem trahi, ille fœminæ, hic Archimedis ipſius. Spectemus Archimedem ludum hunc ludentem Hieroni in Plutarchi ſcena: Θαυμάσαντος δὲ τοῦ Ἱέρωνος, καὶ δεηθέντος εἰς ἔργον ἐξαγαγεῖν τὸ πρόβλημα καὶ δεῖξαί τι τῶν μεγάλων κινούμενον ὑπὸ σμικρᾶς δυνάμεως, ὁλκάδα τριάρμενον τῶν βασιλικῶν [prætulerim τριαρμένων, cùm emiſſent nauem regii, ſiue Hieronis Palatini, quorſum enim ſuis emeret impendiis Archimedes, præſertim *nudus opum*? adeone ſordidus Hiero, vt machinarium ſibi gratificantem nō ſumtu leuaret?] πόνῳ μεγάλῳ καὶ χειρὶ πολλῇ νεωλκηθεῖσαν, ἐμβαλὼν ἀνθρώπους τε πολλοὺς, καὶ τὸν συνήθη φόρτον, αὐτὸς ἄπωθεν καθήμενος, οὐ μετὰ σπουδῆς, ἀλλ᾽ ἠρέμα τῇ χειρὶ σείων, ἀρχήν τινα πολυσπάστου μηχανήματος προσηγάγετο, λείως καὶ ἀπταίστως, καὶ ὥσπερ διὰ θαλάσσης ἐπιθέουσαν. Hieroni viſus erat Archimedes iactantior, promiſſo mouere, atque impellere ſe hunc orbē terrarū poſſe, ſi aliud haberet ſolùm, in quo conſiſteret, atque inſtrumenta ſtatueret: igitur *mirante Hierone, & rogante reapſe id præſtari, oſtendique magnum quidpiam parua vi moueri, à palatinis nauem coemtam ingenti labore, multaque manu nauali extractam, multis hominibus, & ordinario onere inſtectis, Archimedes ipſe procul ſedens abſque contentione, quietè, manu impellebat, capite machinæ cuiuſdam validè trahacis applicato, illa in ſolo veluti in ſalo, leuiter, ac ſine offenſo decurrebat.* Da machinam validè trahacem, da nauem, da fœminam: cur illà non æquè viro nauem emoueat? an quia Heynſius quod non capit, ab aliis capi non poſſe confidenter adſeue-

*Brâchia, deduxit vultu comitante per auras*
*In vulnus telum, & reſidentis puppe magiſtri*
*Affixit plectro dextram, nec deinde regenda*
*Puppe manus valuit flectenti immortua clauo.*
*Dúmque ad opem accurrit ceu capta nauita puppe,*
*Ecce iterum fatóque pari neruóque ſagitta*
*In medium perlapſa globum, tranſuerberat ictu*
*Orba gubernacli ſubeuntem munera Taurum.*
*Irrumpit Cumana ratis, quam Corbulo ductor*
*Lætáque complebat Stabiarum littore pubes.*

TORTÆ CERTANTIA MVRMVRA CONCHÆ. ] Tritonum repertum inſpirare concham. Moſchus Id. 2.

— τοὶ δ' ἀμφί μιν ἠγερέθοντο
Τρίτωνες πόντοιο βαθύρροοι αὐλητῆρες
Κόχλοισιν ταναοῖς γάμιον μέλος ἠπύοντες.
— *fundebantur eum vndique circum,*
*Tritones, alto qui habitantur ſub gurgite ponti,*
*Oblongis conchis Hymenæe Hymenæe canentes.*

Apud Theocritum Id. 22. Amycus concha certamini præcinit
Ἦ ῥ', Ἄμυκος, καὶ κόχλον ἑλὼν μυκήσατο κοῖλον.
*Dixerat, ecce cauata Amycus ferit æthera concha.*

Id. 9. — Ὁ δ' ἐγκαναχήσατο κόχλῳ.
— *concha sum obtuſo clangore ſtrepebat.*

Didymus in Iliad. 18. Ποιητὴς ὀνόμασε τὴν σάλπιγγα, ἐπεὶ οὐδέπω εὕρητο παρὰ τοῖς παλαιοῖς· κόχλῳ γὰρ θαλασσίῳ ἐσάλπιζον. *Poëta tubam nominauit, quòd nondum à veterib. inuenta fuiſſet: marina námque concha canebant.* Hinc Theognidis griphus:
Ἤδη γάρ με κέκληκε θαλάσσιος οἴκαδε νεκρὸς,
Τεθνηκὼς, ζωῷ φθεγγόμενος στόματι.

Reddo Latio:
*Mortua muta mari me iam reuocauit in ædes,*
*Mortua & exanima vox dum animata volat.*

Metamorph. 1.
*Cæruleum Tritona vocat, concháque ſonanti*
*Inſpirare iubet, fluctúſque & flumina ſigno*
*Iam reuocare dato.*

CELSAQVE ANHELATIS EXSVRGENS ICTIBVS ALNVS. ] Dum enim iciunt mare remiges, anhelant. Faſt. 4.
*Cuius anhelatu ignibus ardet humus.*

AST ALIÆ LACERÆ. ] Multa circà ſuadent hæc retineri. Modius: *Latere.*

DETERGENT REMOS. ] *Deterunt.* Liuius lib. 38. *Arietib. muros quatiebat: aſſerib. falcatis pinnas detergebat,* hoc eſt, deterebat, detrahebat, defringebat. Ductum à Græcis. Iliad. x. Troiam ab igni detergeri canit Homerus:

— ὥς τε ἄπαντα

Ἴλιος ὀφρυόεσσα πυρὶ σμύχοιτο κατ' ἄκρης.

LENTO SE CORPORE AGEBAT.. ] Modius *robore*. an fortè remi decerpuntur ex robore? Cui reſcribendi veniet tam dira libido, reſcribat:

— *lento torpore ſe agebat.*

& ſpectabimus oculis ipſam lentitudinem teſtudineam. Sed mutatio nihil opus, cùm prima lectio ſit optime conſtituta: niſi ſiquis nauem ſpiritum eſſe velit, illi equidem fas fuerit *corpore* nauem exinanire.

DOCILESQVE REGENTIS AVDIVISSE MANVM. ] Lucanus li.3.

*Qua nullam melius pelago turbante carina*
*Audiuere manum.*

Georg.1. — *audit currus habenas.*

AFFIXIT PLECTRO DEXTRAM. ] *Plectro* gubernaculum dicit, quo vnde πηδάλια ſolent. Indicatur illo

— *tranſuerberat ictu*
*Orba gubernacli ſubeuntem munera Taurum.* Iteratò:
*Non plectro ratis, aut frangenda in vulnera proræ*
*Parcitur.*

COMPLEBAT STABIARVM LITORE PVBES. ] Nauem Cumanam. Credibiliter: nam *Stabiæ* ſunt in agro Cumano. Plin. li.3. c.5. *In Campano autem agro Stabiæ opidum fuit.* I ad Plinium alterum lib.6. epiſt.16. Deleuit Sylla ſociali bello. Galen. li.5. Therapeutices: Sunt autem Stabiæ in mari locus in meditullio ferè Neapolis, & Surrenti: latus ad Surrentum vergens collis eſt præaltus in Tyrrhenum erumpens pelagus, in occaſum modicè inclinatur. Ouid.6. Metam. vltimo:

*Herculeamque vrbem Stabias, & in otia natam*
*Parthenopen.*

*Numen erat celſæ puppis, vicina Dione.*
*Sed ſuper ingeſtis propior quæ ſubdita telis*
*Bella capeſſebat, media ſubſedit in vnda,*
*Diuiſitque fretum, clamantem ſpumeus ora*
*Nereus implet aquis, palmaque, trahente profundo*
*Luctantum fruſtra, ſummis in fluctibus extant.*
*Hic audax ira magno per cærula ſaltu*
*Corbulo tranſgreſſus (nam textam robore turrim*
*Appulerant nexa ferri compage triremes)*
*Euadit tabulata ſuper, flammáque comantem*
*Multifida pinum celſo de culmine quaſſat.*
*Inde atros alacer, paſtóſque bitumine torquet*
*Aduentante noto Pœnorum apluſtribus ignes.*
*Intrat diffuſos paſtis Vulcania paſſim,*
*Atque implet diſperſa foros, trepidatur omiſſo*
*Summis remigio, ſed enim tam rebus in arctis*

*Fama mali, nondum tanti penetrarat ad imos,*
*Et rapidus feruor per pingues vnguine tedas*
*Illapſus, flammis victricibus inſonat alueo.*
*Quà nondum tamen intulerat vim Dardana lampas*
*Parcebátq. vapor, ſaxorum grandine dirus*
*Arcebat, fatumq. ratis retinebat Himilco.*
*Hic miſer igniferam dum ventilat aëre pinum,*
*Murali ſaxo per lubrica ſanguine tranſtra*
*Voluitur in fluctus, Lichai vulnere, Cidnus.*

NVMEN ERAT CELSÆ PVPPIS VICINA DIONE. ] Venus, cuius in Eryce templum, Strabonis lib. 6. præcipua cultum religione. Maro in 5. Plin. lib. 3. c. 8. Hinc ipſa *Erycina*: Propertius:

*Spinoſas Erycina ferens in pectore curas.*

Vetere num. ERVCINA. ET TEMPLVM VENERIS ERVCINÆ.
Luculentè ipſo de templo ſcripſit Polyb. lib. 1. Ἐπ' αὐτῆς μὲν τῆς κορυφῆς [Erycis] οὔσης ἐπιπέδου κεῖται τὸ τῆς Ἀφροδίτης τῆς Ἐρυκίνης ἱερόν, ὅπερ ὁμολογουμένως ἐπιφανέστατόν ἐστι τῷ τε πλούτῳ, καὶ τῇ λοιπῇ προστασίᾳ τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἱερῶν: *Erycis vertex cùm planus ſit, in eo ſitum eſt Veneris Erycina templum, quod communi ſententia luculentiſſimum eſt opibus, caeteróq. apparatu omnium Sicilia templorum.*

CLAMANTEM SPVMEVS ORA.] Vnius formæ erit oratio, ſi legas *Clamantûm*: nam verſu altero de iiſdem: *Luctantûm fruſtra.*

NAM TEXTAM ROBORE TVRRIM
APPVLERANT NEXÆ FERRI COMPAGE TRIREMES. ] Plut. de Marcello: Ὑπὲρ δὲ μεγάλου ζεύγματος νεῶν ὀκτὼ πρὸς ἀλλήλας συνδεδεμένων μηχανὴν ἄρας, ἐπέπλει πρὸς τὸ τεῖχος τῷ πλήθει καὶ τῇ λαμπρότητι τῆς παρασκευῆς, καὶ τῇ δόξῃ τῇ περὶ αὐτὸν πεποιθώς: *Super ingenti commiſſura nauium octo ſimul nexarum ſtatuta machina adnauigabat maris, ſplendore apparatus, ſuorúmq. numero, ac nobilitate fretus.* Polyb. lib. 8. *Sambucam* nominat, nominiſq. rationem adſtruit: Ἐπειδὰν γὰρ ἐξαρθῇ, γίνεται τὸ σχῆμα τῆς νεὼς ταύτης, καὶ τῆς κλίμακος ἑνοποιηθὲν παραπλήσιον τῇ σαμβύκῃ: *Vbi enim ſublata fuerat, nauis eiuſmodi, & ſcalarum connexarum forma naſcitur Sambuca adſimilis.* Vide Feſtum, & quæ ſcripſimus in librum quintum ibi:

*Vel iunxiſſe ratem.* —

ADVENTANTE NOTO. ] Sæpiùs irruente. Modius *Amentante.* Non equidem verbum mihi prorſus ignorabile: Lucanus lib. 6.

*Cùm iaculum parua Libys amentauit habena.*

Tertull. lib. 4. contra Marcionem c. 33. iterúmq;, iterúmq. alibi. temerè tamen huc intruſum. Ignibus, & flammis quis vnquam amenta adnexuit? an quidquid vires adiuuat, amentum eſt? Tam laxo loquendi genere lignatori amentum erit ſecuris, quod ὀφέλλει ἀνδρὸς ἐρωήν: *Viri impetum adauget.* Homeri teſtimonio: ala aui, quia volanti auxilio eſt: remi naui, illis quippe vires capit. Heynſius res nouas moliri non deſinit: cùm videret à Modio Lucanum non laudari in iſtius vocis vſu, nouam non finxit, ſed nouandi lubido fuit, & reſcribendi: *Augmentante.* Si Claudiani ver-

ſum extuliſſet,

*Quorum compoſitam puer augmentatus in artem,*

imaginem aliquam obtendiſſet χαρυβδίσματι corrigendi. Ego neutrius vocis ignoratione eas repudio: tantum quia vel diſconueniunt, vel quia *Aduentante* probè,commodéq. à Silio vſurpatur. Id infixum fuiſſet; tertius addi coniector potui ſcripto: *Adiutante Noto.* Quid quòd è quarto Georgicωn Silius expreſſit,vbi:

*— aduentantib. Euris?*

MISSILE ADORATA CONTORQVET TABRATA PVPPE.] Quia in puppe nauis Numen tutelare. Suprà Silius: Ouidius:

*Numen erat celſæ puppis vicina Dione.*

*Accipit & pictos puppis adunca Deos.*

*Qua tamen ipſe vehor,comitata Cupidine paruo*

*Sponſor coniugij ſtet Dea picta ſui.*

Lucanus lib.3. ideo *puppim ſigniferam* dixit:

*Tunc in ſignifera reſidenti puppe magiſter*

*Brutus ait.*

Perſius Satyr.6.

*Ingentes de puppe dij.* —

Nec ſine ornatu,qui ferè duplex,qua pictura adiecta, quà exquiſitor materies. Preter Ouidium picturam commendat & Lucanus:

*— non robore picto*

*Ornatas habuit fulgens tutela carinas.*

Materia ex ebore,auro,ſimiliue. Seneca Epiſt. 76. *Nauis bona dicitur.. nec cuius tutela ex ebore celata eſt.* Ex auro Aeneid. 10.

*— aurato ſplendebat Apolline puppis.*

Quæ puppis ſiue quòd pretioſum potuiſ eſſe ſpolium, ſiue quòd Dei tutum geſtatrix,paſſim ab hoſte tentata, vt inde hoſtium ferocia,fiduciáque frangeretur. Satis docebit vnus Hector,de quo Iliad. ε.

Ἕκτωρ δὲ πρύμνηθεν ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει,

Ἄφλαστον μετὰ χερσὶν ἔχων.

*Puppis ſumma manu poſtquam occupat Hector,*

*Detinet,haut cedit.* —

Vbi Euſtathius: Ἄφλαστον, κατὰ Δίδυμον, ὥς φησι Παυσανίας τὸ ἐπὶ πρύμνης ἀνατεταμένον εἰς ὕψος ἐκ κανονίων πλατέων ἐπικεκαμμένων, διήκοντος δὲ αὐτῶν πλατέος κανονίου, ἐπικειμένου τούτῳ στυλίσκου ὄπισθεν τοῦ κυβερνήτου· κρέμαται δὲ ἐκ τῶν κανονίων, καὶ τοῦ θρανίου ταινία εἰς παράσημον δηλαδὴ τῆς νηός: *Aphlaſtum ſeu Apluſtre Didymi opinione referente Pauſania, quod in puppi in altum porrigitur è tignis latioribus inflexis, permeante per ipſa tigillo etiam lato, cui columella [Euſtathio* στυλίσκος, *Polluci* στηλίδος*] incumbit pone gubernatorem. Pendet etiam ex tigillis, & ſcabello faſcia, nauis ſcilicet inſigne.* Annotauit ex his *tutelæ* nauis ſedem eſſe puppim. Errat tamen Heynſius denegans & proram. Pauſanias: Ἐν ταῖς πρῴραις τῶν τριήρεων οἱ Ἀθηναῖοι ἀγάλματα ἴκρια ξύλινα τῇ Ἀθηνᾷ καθίδρυον, ὧν ἐπιμελοῦντο μέλλοντες πλεῖν. Lucanus Dialogo,cui Πλοῖον inſcriptio: Ὡς δὲ ἡ πρύμνα μὲν ἐπανέστηκεν ἠρέμα καμπύλη, χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένη, κατὰ ἀντικρὺ δὲ ἀνάλογον ἡ πρῷρα ὑπερβέβηκεν, ἐς τὸ πρόσω μηκυνομένη τὴν ἐπώνυμον τῆς νεὼς Θεὸν ἔχουσα τὴν Ἴσιν ἑκατέρωθεν. *Vt autem ipſa paulla-*

*tim puppis adſurgit inflexa, aureo impoſito anſerculo: contrà autem æqua proportione prora in anteriorem partem longè porrecta ſupergreditur, cognominem naui Deam Iſidem vtrimq. habens.* En tibi nauis inſigne anſer in puppi, nauis tutela, & nauis nomen Iſis in prora. Lucianus iterum veris narratib. Ἐν τῇ ἀφύμεν χηνίσκος ἄρτι ἐπτερύξατο, καὶ ἀνεβόησε. S. Paulus Actorum c. 28. nauigauit *in naui Alexandrina, quæ in inſula hyemauerat, cui erat inſigne caſtrorum.* Quem in locum multis à me conſulto prætermiſſis ſic animaduertit Oecumenius: Καὶ ἐκ τούτου νοεῖν ἀκόλουθον ἀλλόφυλον εἶναι, τουτέστιν εἰδωλολάτρην: *Ex quo noſſe fuit conſectarium, alienigenam eſſe, hoc eſt, idololatram.* Quomodo verò Paulus opinione idololatra, ſi non ſunt tutum Caſtores *Helenæ fratres lucida ſidera?* Ergo quandoq. & naui idem numen, & nomen, & inſigne: nomen adſtruit Oecumenius verbis poſtea proferendis, numen idololatriæ ſpecies, inſigne textus D. Lucæ. Deniq. confutandus error Heynſii ex Homeri loco, & Interpretis, qui additamentis ad Silium, quæ *Efferenda* dici queant, cum longè à via aberrare pronunciat, qui ἄφλαστον in puppe ſtatuunt. Videat ſi ἄφλαστον in prora ſtatui poteſt ex hoc interpretis Pollodori loco lib. 1. Τῆς δὲ πελειάδος (columba, ex cuius ſalute, exitióue ſibi ſperabant, aut metuebant Argonautæ) τὰ ἄκρα τῆς οὐρᾶς ἡ σύμπτωσις τῶν πετρῶν ἀπέθερισεν. Ἀναχωρούσας οὖν ἐπιτηρήσαντες τὰς πέτρας μετ' εἰρεσίας ἐντόνου συλλαβομένης Ἥρας διῆλθον τὰ ἄκρα τῶν ἀφλάστων τῆς νηὸς περικοπείσης: *Summam ipſius volantis* [*columbæ*] *caudam conuentus rupium demeſſuit. Rupes igitur, dum recedant, cùm obſeruaſſent, valida remigatione, atq. opitulante Iunone pertranſierunt, nauis confractis apluſtribus.* Idem clamat & in ſupero Homeri loco ἄφλαστον ad puppim eſſe, quamuis Apollonius aliter vſurpauerit. Diſertiſſimè Iulius Pollux lib. 1. c. 9. Τὰ δὲ ἄκρα τῆς πρύμνης, ἄφλαστα καλεῖται: *Summæ puppis partes Aphlaſta dicuntur, ſeu apluſtra.*

BONVS ILLE PER ARTEM CRVDO LVCTARI PELAGO.] Cum Silio committe Lucanum lib. 3.

*Dirigit huc puppim miſeri quoq. dextra Telonis,*
*Qua nullam melius pelago turbante carinæ*
*Audiuere manum: nec lux eſt notior vlli*
*Craſtina, ſeu Phœbum videat, ſeu cornua Lunæ,*
*Semper venturis componere carbaſa ventis.*

Præſignem gubernatorem facit Telonem Lucanus, & Silius *Neptunicola transfuerberat ora Telonis*: vtérq. adſpectu Telonis Caprearum regnatoris, Aeneid. 7.

DAPHNIS DEDVCTVM AB ORIGINE NOMEN ANTIQVA.] Ab illo priſco Daphnide Mercurii, ac Nymphæ filio, qui ἀπὸ τοῦ πλήθους, καὶ τῆς πυκνότητος τῆς φυομένης δάφνης: *A lauri naſcentis multitudine, ac denſitate.* nomen in Sicilia tulit. Diodorus lib. 4.

QVANTO MAIORA PARAVIT INTRA PASTOREM SIBI NOMINA.] Maro Ecloga 5.

— *Nymphæ crudeli funere Daphnin,*

& cætera, quib. Daphnidis ἀποθέωσιν complectitur.

INTRA PASTOREM.] Nám βοῶν ἀγέλας παμπληθεῖς κεκτημένον, τούτων ποιεῖσθαι πολλὴν ἐπιμέλειαν· ἀφ' ἧς αἰτίας Βουκόλον αὐτὸν ὀνομασθῆναι: *Boum greges cùm perplurimos poſſideret, eorum curam multam geſſit, qua ex cauſa Bucoli nomen inuenit.*

DAPHIN AMARVNT SICELIDES MVSÆ.] Carminis cauſa, & Sicelis Nympha ob formam, Diodorus ſuprà.

DONAVIT AVENA CASTALIA PHOEBVS.] Quem ferunt Dianæ ἐκπρεπῶς κεχαρισμένως, καὶ διὰ τῆς σύριγγος, καὶ βουκολικῆς μελῳδίας τέρψιν αὐτὴν διαφερόντως: *Cum bona gratia ſeruientem, fiſtula, & bucolico carmine eximiè Dianam oble-ctaſſe*, Diodorus lib. 5. qui & carminis bucolici ſcribit repertorem.

ILLE VBI SEPTENA MODVLATVS ARVNDINE CARMEN.] Fiſtula. Tibull'.

*Fiſtula cui ſemper decreſcit arundinis ordo:*
*Nam calamus cera iungitur vſq. minor.*

Metamorph. 8. vbi deſcribuntur alæ Dædali:

*— nam ponit in ordine pennas*
*A minimo cœptas, longam breuiore ſequente,*
*Vt cliuo creuiſſe putes. Sic ruſtica quondam*
*Fiſtula diſparibus paullatim creſcit auenis.*

Eſt autem fiſtula tam conuiuantium, quàm paſtorum. Q. Calaber lib. 6.

Σύριγξ δ', ἣ δαιτῇ μετέπρεπε, ἠδὲ νομεῦσι.
*Et fiſtulæ paſtoribus domeſtica*
*Conuiuiiſque. —*

LONGAM SIBIMET FACIT ÆQVORE MORTEM.] *Qualis* Oilides apud Q. Calabrum lib. 14.

Οὔπω γὰρ οἱ θυμὸν ἐμήδετο χρεῖ δαμάσσαι
Κύρη ἐρισδούποιο Διός, μάλα περ κοτέουσα,
Πρὶν τλῆναι κακὰ πολλὰ, καὶ ἄλγεσι πάγχυ μογῆσαι.
Τοὔνεκά μιν κατὰ βένθος ἐδάμνατο δηρὸν ὀϊζὺς
Παντοίη πειρόμενον.
*Nondum nata Tonante Ioue, ardentes licet iras*
*Concipiat, propero meditatur tollere letho,*
*Ni mala multa prius ferat, ingentéſq. labores.*
*Illum ergo in ponto miſerabiliter cruciatum*
*Ærumnæ tenuere diu. —*

*Fax nidore graui fœdauit comminus auras,*
*Ambuſto inſtridens pelago: ferus inde citatum*
*Miſſile adorata contorquet Sabrata puppe.*
*Ammon numen erat Libycæ gentile carinæ,*
*Cornigeráq. ſedens ſpectabat cærula fronte.*
*Fer pater afflictis fer, ait, Garamantice vates*
*Rebus opem, inq. Italos da certa effundere tela.*
*Has inter voces tremulo venit agmine cornus,*
*Et Neptunicolæ tranſuerberat ora Telonis.*
*Vrgebat nihilo leuius iam in limine mortis*
*Quos fuga præcipites partem glomerarat in vnam*
*Puppis adhuc vacuam tedæ, ſed proxima curſu*
*Fulmineo populatus ineuitabilis ardor,*

*Correptam*

*Correptam flammis inuoluit ouantibus alnum.*
*Primus ope æquorei funis delapſus in vndas,*
*Qua nondum ſtygios glomerabat Mulciber æſtus,*
*Ambuſtus ſociûm remis aufertur Himilco.*
*Proxima nudarunt miſerandi fata Bathonis*
*Deſertam ductore ratem, bonus ille per artem*
*Crudo luctari pelago, atq. exire procellas.*
*Idem quid Boreas, quid vellet craſtinus Auſter*
*Anteibat, nec peruigilem tu fallere vultum*
*Obſcuro quamuis curſu Cynoſura valeres.*
*Is poſtquam aduerſis nullus modus, accipe noſtrum*
*Ammon ſanguinem ait, ſpectator cladis iniquæ.*
*Atque acto in pectus gladio, dextra deinde cruorem*
*Excipit, & large ſacra inter cornua fundit,*
*Hos inter Daphnis deductum ab origine nomen*
*Antiqua fuit infelix, cui linquere ſaltus,*
*Et mutare caſas infido marmore viſum.*
*At princeps generis quanto maiora parauit*
*Intra paſtorem ſibi nomina, Daphnin amarunt*
*Sicelides Muſæ, dexter donauit auena*
*Phœbus Caſtalia, & iuſſit proiectus in herba*
*Siquando caneret, lætos per prata, per arua*
*Ad Daphnin properare greges, riuóſq. ſilere.*
*Ille vbi ſeptena modulatus arundine carmen*
*Mulcebat ſyluas, non vnquam tempore eodem*
*Siren aſſuetos effudit in æquore cantus,*
*Scyllæi tacuere canes, ſtetit atra Charybdis,*
*Et lætus ſcopulis audiuit ſibila Cyclops.*
*Progeniem hauſerunt, & nomen amabile flammæ,*
*Innatat ecce ſuper tranſtris fumantibus aſper*
*Ornytos, ac longam ſibimet facit æquore mortem.*

QVALIS OÏLIDES FVLMEN IACVLANTE MINERVA.] Aeneid. 1. & Od. 4. Apollodorus Athenienſis cum laude pinxit Aiacem fulminatum, Plin. lib. 35. c. 9. Pergami ſpectabatur eius æuo.

SVRGENTES DOMVIT FLVCTVS ARDENTIBVS VLNIS.] Q. Calaber li. 14.

Σχίζετο δ' ἁλμυρὸν οἶδμα ποτὶ κρατερῇσι χέρεσσι
Ἀνδρὸς ὑπερθύμοιο Θεοὶ δὲ μὲν εἰσορόωντες,
Ἠνορέην καὶ κάρτος ἐθάμβεον.
*Vnda ſecabatur valido pulſata lacerto*
*Contuitiq. viri vires, animoſáq. facta*

*Obſtupuere Dij.*

TRANSIGITVR VALIDA MEDIVS, DVM SE ALLEVAT, ALVI CVSPIDE. ] Modius: *Alni cuſpide.* Ego *Alui* retineo, & cum *medius* necto. Sic lib. I. *medius* cum eodem caſu:

*Concidit exacti medius per viſcera teli.*

Quod ibi affert Heynſius ex Horatio: *Pacis erit, mediúſq. belli*, parum aptè facit: eſt enim ibi *ſequeſter*. Quod verò ſæpiculè notat Silius ventrem traiectos, eſt, quia plaga iſta lethalis, & καίριος.

IPSE ADEO SÆVIS DVCTOR RHOETEIVS IBAT PVLSIBVS. ] Quia ſæuitia hoſti machinata violentior erat nauis actus: quia

*— ora ruentûm*

*Sanguinei feriunt remorum adſpergine rores,*

τὸ *Sæuis* ab exilio vendicandum. Sed intercedit mihi Modius: *Scriberem*, inquit, *etiam inuitis membranis, quanto magis ita volentibus, iubentibus illis:*

*Ipſe adeo ſenis.*

*ſignantur enim ſex ordines remigum.* Non ineptiſſimè: Sed cùm probè expoſitum ſit à me cur, *adeo ſæuis pulſibus* erat Marcellus: velim mihi quoq. exponi, cur *adeo ſenis?* Deinde quid in ſtatuta receptáq. lectione diſplicea. *Sæui pulſus* non ſunt, ſi ſanguineos rores ſpargunt?

ET FERT HÆRENTES TRABIBVS RATIS INCITA PALMAS. ] Id fictum ſi eſt à Poëta, fictum eſt de exemplo Acilii, cui par decus arrogat Lucanus lib. 3. nauali ad Maſſiliam prœlio:

*Auſus Romanæ Graius de ſtirpe carinæ*
*Iniectare manum: ſed eam grauis inſuper ictus*
*Amputat: illa tamen nixu quo prenderat, hæſit,*
*Diriguitq. tenens ſtrictis immortua telis.*

Eiuſdem meminit Sueton. Iulii Cæſaris c. 68. vbi paria audacia inter Græcos Cynegyrum habes, de quo Herodotus Erato: Κυναίγυρος ὁ Εὐφορίωνος ἐνταῦθα ἐπιλαβόμενος τῶν ἀφλάστων νηὸς τὴν χεῖρα ἀποκοπεὶς πελέκει πίπτει: *Cinægirus Euphorionis cum hic apluſtra nauis prendiſſet manum ſecuri deciſâ cadit.* Iuſtinus lib. 2. Maximus Tyrius λόγῳ κέ.

SEV SPLENDENTEM SVB SIDERA NISV EXIGERET DISCVM. ] Propriè *diſcus* è lapide eſt. Euſtathius in Il. β. Δίσκοι δὲ ὡς καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ, λίθοι στρογγύλοι, οἱ χειραζόμενοι ἐρρίπτουν εἰς μῆκος οἱ γυμναζόμενοι· εἰ δὲ ἦν ἐκ σιδήρου, τὸ τοιοῦτον σόλος ἐλέγετο· γίνεται δὲ δίσκος ἀπὸ τοῦ δίκω τὸ βάλλω, καὶ ἀφίημι πλεονασμῷ τοῦ σ: *Diſci, quod etiam ex Odyſſea diſcas, lapides rotundi, quos manu apprehenſos longè iaciebant, qui exercitabantur. Quòd ſi è ferro fuiſſet, Solus dicebatur. Fit autem Diſcus à δίκω, quod eſt iaculor, & abijcio, litera, σ, indita.* Silius Neſſum laudat à diſci iaciendi peritia, iaculandi quoque, & currendi, quod ſumſit ex Odyſſ. Θ. vbi hæc de ſe Vlyſſes:

Εὖ μὲν τόξον οἶδα ἐΰξοον ἀμφαφάασθαι
Δουρὶ δ' ἀκοντίζω, ὅσον οὐκ ἄλλος τις ὀϊστῷ.
*Rite, modóq. arcus leues tractare potis ſum,*
*Et iaculórq. haſtam, quò permiſiſſe ſagittam*
*Haud alius valeat.*

Tum pedum laudem nullam ſibi arrogat, quòd ii penuria malè affecti.

*Qualis Oilides, fulmen iaculante Mineruā*
*Surgentes domuit fluctus ardentibus vlnis.*
*Tranſfigitur valida medius, dum ſe alleuat alui*
*Cuſpide Marinarides Scyron, pars ſubnatat vnda*
*Membrorum, pars extat aquis, totúmq. per æquor*
*Portatur rigido miſerandum immortua roſtro.*
*Accelerant puppes vtrinq. atq. ora ruentum*
*Sanguinei feriunt remorum aſpergine rores.*
*Ipſe adeo ſæuis ductor Rheteius ibat*
*Pulſibus, & valido ſuperabat remige ventos,*
*Quam rapidis puppem manibus frenare Lilæus*
*Dum tentat, ſæua truncatur membra bipenni,*
*Et fert hærentes trabibus ratis incita palmas.*
*Sicania Aeoliden portabant tranſtra Podetum.*
*Hic æuo quanquam nondum exceſſiſſet ephœbis*
*Seu læui traxere Dei, ſeu feruida corda,*
*Nec ſat maturus laudum, belliq. cupido,*
*Arma puer niueis aptarat picta lacertis*
*Et freta gaudebat celſa turbare Chimæra.*
*Iámq. ſuper Rutula, ſuper & Garamantide pinu*
*Ibat ouans melior remo, meliórq. ſagitta,*
*Et iam turrigerum demerſerat æquore Neſſum,*
*Heu puero male ſuada rudi noua gloria pugnæ.*
*Dum criſtam galeæ trucis, exuuiáſq. precatur*
*De duce Marcello ſuperos, temerarius haſta*
*Excepit raptim vulnus lethale remiſſa.*
*Proh qualis, ſeu ſplendentem ſub ſidera niſu*
*Exigeret diſcum, iaculo ſeu nubila ſupra*
*Surgeret, aligeras ferret ſeu puluere plantas*
*Vix [illegible]to, vel dimenſi ſpatia improba campi*
*Tranſiret velox ſaltu, docuere labores.*
*Sat prorſus, ſat erat decoris diſcrimine tāto,*
*Sat laudis, cur facta puer maiora petebas?*

ET CYANES, ET ANAPVS, ET ORTYGIÆ ARETHVSA.] Oratio hæc ſoloeca eſt, cùm obliquus recti caſus locum occupet, *Cyanes* pro *Cyane*. Vitium à *δεισιδαιμονία, ſuperuacanea religione*. profectum, eorum, qui cùm diphthongum in *Ortygiæ* viderent non interimi, licentiùs ne facerent, veriti ſunt *Cyane* recto caſu rectè ſcribere. At cur Silio, quod principibus Poëtis,

non liceat? Ita manu Siliana ſcriptum perſuadet conſequens verſus:

*Ardet nota fretis Cyane.*

Cubat & in mendo non minore vox *Cyane:* Sat. 15. apud Iuuenalem:

*Nam citius Scyllam, vel procurrentia ſaxa*
*Cyanes, plenos & tempeſtatibus vtres.*

Repoſitum venio: — *ſaxa*

*Cyanea, plenos & t. v.*

*Saxa cyanea*, vt in Vet. Inſcr.

CYANEÆ VNDÆ.

Silii lib. 12. habes ſimile:

*Nequa ſpes fuſos pacis, vitæq. maneret.*

& ſuprà monebamus. *Saxa* enim *Cyanea* Latini vocant, quæ Græci πέτρας κυανέας. Dionyſius prope verbatim eadem cum Iuuenale, in parte hac:

Κυανέας ὅθι μῦθος ἀϊδνέας εἰν ἁλὶ πέτρας
Πλαζομένας κατὰ χεῦμ' ἐπ' ἀλλήλῃσι φέρεσθαι.
*Cyaneas caſtáſq. pudore vbi fabula rupes*
*Alteram in alternis molem exerrare licenter.*

Huc ſpectant illa ex Aeneide 8.

— *pelago credas innare reuulſas*
*Cycladas, aut montes concurrere montibus altis.*

Adi Mellam lib. 2. c. 7.

ANTIQVÆ NONEN FERITATIS AMABAT.] Iunior Polyphemus: auus enim fuit ἀνθρωποφάγος.

PERCVLSI CVNEO POENI DENSANTVR IN VNVM.] Codex Venetianus: *Denſentur.* Ita ſanè bene veteres. Lucret. lib. 1.

*Omnia denſeri, fieriq. ex omnibus vnum.*

Sall. 2. Hiſtor. *Ille ſubſidiis principes augere, & denſere frontem.* Georg. 1.

— *Iupiter humidus Auſtris*
*Denſet, erant quæ rara modò.*

Hor. lib. 1. Oda 28.

*Mixta ſenum, ac iuuenum denſentur funera.*

Quam lectionem tres M. S. adſtruunt. Prudent. Καθημ. Hym. 5.

*Denſetur cuneis turba pedeſtrib.*

AFFIXET TRANSTRO.] Maro *Vixet, Extinxem*; Lucret. lib. 1. *Confluxet*. Cicero Verr. 5. *Decreßet.*

TVTELÆQ. DEUM FLVITANT.] Dii *tutelares*, auxiliarii, vt Martiali *Faſtus Annibalis*, pro Annibale faſtuoſo. Sic *Fortunam* ſuam, ſiue Genium Cæſar apud Lucanum nominat:

— *medias perrumpe procellas*
*Tutela ſecure mea.*

*Fortunam*, inquam, ſuam: nam ita vocant Appianus, & Plut. de Fort. Rom. Virgilius etiam in Antonii, & Auguſti naumachia vtriq. parti ſuos adſignat Deos præſidiarios:

*Omnigenúmq. Deûm monſtra, & latrator Anubis*
*Contra Neptunum, & Venerem, contráq. Mineruam*
*Tela tenent.*

Vbi *Anubis* canis *tutela*: quare canem poſſe eſſe tutelam inſcitè Heynſius denegat, quem vel Propertius ſubmonuiſſe potuit li.3. Eleg.11.

*Auſa Ioui noſtro latrantem opponere Anubim.*

FRANGENDÆ IN VVLNERE PRORÆ. ] Emendo: *In vulnera.* Sic efficacius: Maro:

*— totis in vulnera viribus itur.*

MORTESQVE FVGÆQVE. ] Adſuit è texto membranaceo Modius:

*Remorúmque fragor, flictúque ſonantia roſtra.*

Aptè: naues enim χαλκέμβολοι *Æreis roſtris*, colliſæ ſtrepitant acutiùs cæteris partibus.

EXIGVA SESE FVRATVS HIMILCO CARINA. ] Venuſtiſſimè. Seneca de Agamemnone:

*Aggredior, & te Oreſta furabor libens.* iterum

*Recipe hunc Oreſten, ac pium furtum occule.*

Hecuba de Aſtyanacte:

*— coniugis furtum pia*

*Serua.*

Quorum adſpectu Baſilii Sel. iſta de Infanticidio Herodis: Τὸ βρέφος ὑποκλέπτειν κινδύνων verti, *Infantem periculis furari.*

*Illum vbi labentem pepulerunt tela ſub vndas,*
*Oſſa Syracoſio fraudatum naufraga buſto*
*Fleuerunt freta, fleuerunt cyclopea ſaxa,*
*Et Cyanes, & Anapus, & Ortygie Arethuſa*
*Parte alia præſes puppem Tyberinus agebat,*
*Quáque ferebatur ductor Sidonius, io*
*Conclamant, iniecta ligant hinc vincula ferri*
*Atque illinc, ſteterúntque rates ad prælia nexæ.*
*Nec iaculo, aut longe certatur arundine fuſa.*
*Comminus, & gladio terreſtria prælia miſcent.*
*Perrumpunt Itali, qua cædes prima recluſit,*
*Monſtrauítque viam: vaſtas & Mala catenas*
*Hortatur ſocios, & vincla abrumpere ferri,*
*Ac parat hoſtili reſoluta puppe receptos*
*Auehere, & paribus pelago diducere ab armis.*
*Aetneo Polyphemus erat nutritus in antro.*
*Atque inde antiquæ nomen feritatis amabat,*
*Vbera præbuerat paruo lupa, corporis alti*
*Terribilis moles, mens aſpera, vultus in ira*
*Semper, & ad cædes cyclopea corde libido.*
*Iſque relaxatis membrorum pondere vinclis*
*Impulerat puppim, & mergebat gurgite tonſas,*

*Duxiſſétque ratem, preſſa Laronius haſta*
*Ni properè diro nitentem exurgere, velox*
*Affixet tranſtro, vix morte incepta remittit.*
*Nanq; manus ſeruat dum ſuetos languida ductus.*
*Ignauum ſumma attraxit ſuper æquora remum.*
*Perculſi cuneo Pœni denſantur in vnum,*
*Quod caret hoſte latus, ſubito cum pondere victus*
*Inſiliente mari ſubmergitur alueus vndis.*
*Scuta virum, criſtæque & inerti ſpicula ferro,*
*Tutelæq; deûm fluitant: hic robore fracto*
*Pugnat inops chalybis, ſeséq; in prælia rurſus*
*Armat naufragio: remis male feruidus ille*
*Feſtinat ſpoliare ratem, diſcrimine nullo,*
*Nautarum interdum conuulſa ſedilia torquens.*
*Non plectro ratis, aut frangendæ in vulnere proræ*
*Parcitur, & pelago repetuntur nantia tela.*
*Vulneribus patulis intrat mare, mox ſua ponto*
*Singultante anima propulſa refunditur vnda.*
*Nec deſunt, qui correptos amplexibus arctis*
*Immergant pelago, & iaculis ceſſantibus hoſtem*
*Morte ſua perimant, remeantum gurgite mentes*
*Crudeſcunt, ac pro ferro ſtat fluctibus vti.*
*Haurit ſanguineus contorta cadauera vortex.*
*Hinc clamor, gemitus illinc, mortésq;, fugæque.*
*Perfuſum bello feruet mare, feſſus acerbis*
*Terga fuga celeri Libyæ conuertit ad oras,*
*Exiguas ſeſe furatus Himilco carina.*
*Conceſſere mari tandem, Graiúsq; Libyſque.*
*Et iam captiuæ vinclis ad littora longo*
*Ordine ducuntur puppes, flagrantibus alto*
*Stant aliæ tedis, ſplendet lucente profundo*
*Mulciber, & tremula vibratur imagine pontus.*
*Ardet nota fretis Cyane, pennatáq; Siren.*
*Ardet & Europe, niuei ſub imagine tauri*
*Vecta Ioue, ac prenſo tramittens æquora cornu.*
*Et quæ fuſa comas, curuum per cærula piſcem*
*Nereus humenti moderatur roſcida freno.*
*Vritur vndiuagus Phyton, & corniger Ammon,*
*Et quæ Sidonios vultus portabat Eliſæ,*

*Bis ternis ratis ordinibus graſſata per vndas.*
*Ac vinclis trahitur cognata in littora Anapus,*
*Gorgoneáſque ferens ad ſidera Pegaſus alas.*
*Ducitur & Libyæ puppis ſignata figuram,*
*Et Triton captiuus, & ardua rupibus Aetna.*
*Spirantis rogus Enceladi, Cadmæáq; Sidon,*
*Nec mora, quin trepidos hac clade irrumpere muros*
*Signáque ferre deûm templis, iam iámque fuiſſet,*
*Ni ſubito importuna lues, inimicáque peſtis*
*Inuidia diuum, pelagíque labore parata*
*Polluto miſeris rapuiſſet gaudia cælo.*

TREMVLA VIBRATVR IMAGINE PONTVS. ] Ennius:

*Lumine ſic tremulo terra, & cana cærula candent.*

I ad Macrob. li. 6. c. 4.

PENNATAQVE SIREN. ] Ἦσαν γὰρ ὀρνιθοφυεῖς αἱ Σειρῆνες. *Sirenes námque congeneris erant cum auibus natura.* Euſtath. in Il. α. qui eas cantu victas à Muſis alis diſpoliatas commemorat. Inde Homero ἔπεα πτερόεντα, inde quod ait Varro Myſtagogo: *Deum depinnato attollam orationis eloquio.*

COGNATA IN LITORA ANAPVS. ] Anapus hîc nauigii Siculi vocabulum, & fluuii Siculi apud Theocritum: ideo dictum *Cognata in litora Anapus.*

LIBYÆ PVPPIS SIGNATA FIGVRAM. ] Naui cuique ſuum *inſigne*, quod ſæpe à *Tutela* diuerſum: quandoque idem, vt in naui S. Pauli, cui *nomen inſigne, tutela Caſtores*, ante vidimus, A *tutela* nunquam impoſitum naui nomen pertendit Heynſius, iubétque nos inueſtigare num inter ſuas naues Deorum nomina veteres habuerint. Inueſtigaui, & reperi in hoc ipſo Silii libro, vbi nauium nomina recenſentur.

*Ardet nota fretis Cyane, pennatáque Siren.*
*Ardet & Europe niueo ſub imagine tauri*
*Vecta Ioue.*

Quæ recito, vt cùm hæc nauium videbuntur nomina, de connexis nemo dubitet. Proſequar:

*— piſcem*
*Nereis humenti moderatur roſcida fræno.*
*Vritur vndiuagus Python, & corniger Ammon,*
*Et quæ Sidonios vultus portabat Eliſæ. &c.*
*Et Triton captiuus.*

Quod poſtremum ex Æneid. 10. defloratum eſt:

*Huc venit immanis*
*Triton.*

eo nomine nauis. Vides hic diuos, diuas, Nympham dare nauibus nomina? De Eliſa dubitare nefas Silii lectorem, vel Ouidii. Præter tamen

pictum, aut ſcalptum ſimulacrum, à quo naui nomen, erat ipſum nomen ad proram vtráque inſcriptum. Oecumenius in c. 28. Actorum: Ἔθος ἀεί πως ἐν ταῖς Ἀλεξανδρέων μάλιστα ναυσὶν ὑπάρχειν τῇ πρώρᾳ δεξιᾷ τε, καὶ εὐώνυμα γραφὰς εἶναι τοιαύτας. *Moris fuit plerumque ſemper in Alexandrinorum nauibus ad proram dextra leuáque ſcriptiones tales eſſe.* Locus inſcriptus πτυχὴ dicebatur, interpres Apollonii. Strabo li. 2. de Alexandriniis inter Gaditanos mercatores: Τοὺς δὲ πένητας μικρὰ, ἃ καλεῖν ἵππους, ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πρώραις ἐπισήμων. Euſtath. idē docet in Iliad. o. Nullus tamen inficior aliunde nauibus imponi nomina, quàm à Diis, quę produximus, aliud ſtatuunt. Sed vel inſigne nauis, vel nomen noctu quî agnitū? Ex luminibus quæ nocturna fuere nauiū inſignia. Liuius li. 29. *Lumina in nauibus, ſingula roſtratæ, bina onerariæ haberent: in prætoria naue inſigne nocturnum trium luminum fore.* *Diſcrimen aptum.* Locus ad roſtra in naui, vbi *Lumina* Græcè Πυρσοῦχες dicitur à Polybio lib. 16.

*Criniger aſtriferis Titan feruoribus, auras*
*Et patulam Cyanem, latéque paluſtribus vndis*
*Stagnantem, ſtygio Cocyti oppleuit odore,*
*Temporáque Autumni latis florentia donis*
*Fœdauit, rapidoque accendit fulminis igni.*
*Fumabat craſſus nebulis caliginis aër,*
*Squalebat tellus vitiato feruida dorſo,*
*Nec victum dabat, aut vllas languentibus vmbras:*
*Atque ater picea vapor expirabat in æthra.*
*Vim primi ſenſere canes, mox nubibus atris*
*Fluxit deficiens pinna labente volucris:*
*Inde feræ ſyluis ſterni, tum ſerpere labes*
*Tartarea, atque hauſtis populari caſtra maniplis.*
*Arebat lingua, & gelidus per viſcera ſudor*
*Corpore manabat tremulo, deſcendere fauces*
*Abnuerant ſiccæ iuſſorum alimenta ciborum*
*Aſpera pulmonem tuſsis quatit, & per anhela*
*Igneus efflatur ſitientum ſpiritus ora.*
*Lumina ferre grauem vix ſufficientia lucem*
*Vnca nare iacent, ſaniéſque immixta cruore*
*Expuitur, membríſque cutis tegit oſſa pereſis,*
*Heu dolor, inſignis notis bellator in armis*
*Ignauo rapitur letho, iactantur in ignem*
*Dona ſuperba virûm multo Mauorte parata.*
*Succubuit medicina malis, cumulantur aceruo*
*Labentum, & magno cineres ſeſe aggere tollunt.*
*Paſsim etiam deſerta tacent, inhumatáque late*

*Corpora,*

*Corpora, peſtiferos tetigiſſe timentibus artus.*
*Serpit paſcendo creſcens acheruſia peſtis,*
*Nec leuiore quatit Trinacria mœnia luctu,*
*Pœnorumque parem caſtris fert atra laborem,*
*Æquato par exitio, & communis vbique*
*Ira deûm, atque eadem lethi verſatur imago.*
*Nulla tamen Latios fregit vis dura malorum*
*Incolumi ductore viros, cladésq; rependit*
*Vnum inter ſtrages tutum caput vt grauis ergo.*

Crinifer astriferis Titan fervorib. avras. ] Commoda eſt Modii correctio: *Æſtiferis feruoribus*. An ſequar? *Aſtriferos feruores* interpretor calores, qui veluti vehiculo aſtrorum peſtilentium afflatum in imam regionem deferunt.

Nec victvm dabat. ] Sophocles:

— ὅ τι γᾶς
Ἔκγονα κλυτᾶς χθονὸς
Αὔξεται.

*Neque terræ nobilis fœtus augeſcebant.*

Vim primi sensere canes. ] Peſtiferam. Magiſtri veſtigiis inhæreſcit, qui Iliade prima peſtilenti aura primùm facit adſpiratos mulos, & canes:

Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς.
*Mulos prima citósque canes vis peſtilitatis*
*Inuaſit.*

Philo de vita Moyſis, vbi boues, oues, capras, aliáque pecora, & iumenta gregatim peſtilentiæ vi ſublata dixiſſet: Λέγεται γοῦν, ſubiicit, προοίμιον τι τῶν λοιμικῶν ἀρρωστημάτων ἡ ζῴων ἀλόγων αἰφνίδιος φθορά. *Præludium quoddam peſtilentium morborum putant animantium rationis expertium labem repentinam.* Ratio: eæ animantes ſolo incubunt, inde perniciabilem vaporem primæ trahunt. Quod præcipuè verũ, ſi infernè ea labes oboritur: nam ſi cælo, aëriæ volucres contagionem primæ ſentiant. Eſt & in canib. peculiaris ratio, quia narem mergunt odoribus, & auram vitiatam vberiùs ſibi inſpirant. Peſtilitatis imaginem (eſt qui quærat?) dedere Maro lib. 3. Æn. Seneca Oedipo, Ouid. 7. Metam. Lucan. li. 6. Lucret. li. 6. Herodot. l. 1. Liuius lib. 3. & in eadem referenda Dionyſius Halicarnaſſeus.

Ivssorvm alimenta ciborvm. ] *Iuſſa alimenta*, quæ natura iubet vitæ ſubſidio capi. Sic Ouid. operis ſui Eleg. 10. *iuſſum* corpus dicit meretricis, quod lucro iubet illa proſtare:

*Et miſeras iuſſo corpore quærit opes.*

Et libro altero Eleg. 9.

*Huc tanquam iuſſa veniunt iam ſponte ſagittæ.*

Non ergo reponendum: *Iuſtorum*, aut *Miſſorum*. Sic Martialis:

*Et toga non tactas vincere iuſſa niues.*

Sic Claudian, — *certique petitor.*

*Vulneris, & iuſſum menſiri neſcius ictum:*

Sic Papinius:

*—Polycleteo quod iuſſum eſt viuere cælo.*

LVMINA FERRE GRAVEM NON SVFFICIENTIA LVCEM VNCA NARE IACENT. ] Profectam hanc à peſtilitate affectionem ſignauit & Seneca in Oedipo:

*Oculique rigent, & ſacer ignis*
*Paſcitur artus. reſonant aures,*
*Stillátque niger naris aduncæ*
*Cruor, & venas rumpit hiantes.*

MEMBRISQVE CVTIS TEGIT OSSA PERESIS. ] Ita deformati veteribus Latinis dicebantur *Scutili*: Σκῦτος enim Græcè *cutis* exponi poteſt, indéque indubitanter ortum habet. Hinc Feſtum corrigas voce *cutis*.

*Primùm lethiferos repreßit Syrius æſtus,*
*Et poſuere auidæ mortis contagia peſtes,*
*Ceu ſidente Noto cùm ſe maria alta reponunt,*
*Propulſa inuadit piſcator cærula cymba,*
*Sic tandem ereptam morbis graſſantibus, armat*
*Marcellus pubem, luſtratis rite maniplis.*
*Signáq; circunſtant alacres, auidiſq. tubarum*
*Reſpirant læti clangoribus, itur in hoſtem,*
*Et ſi fata ferant, iuuat inter prælia ferro*
*Poſſe mori, ſocium miſeret, qui morte pudenda*
*In morem pecudum effudere cubilibus atris*
*Illaudatam animam, tumulos, inhonoráque buſta*
*Reſpiciunt, & vel nullo iacuiſſe ſepulchro,*
*Quàm debellari morbis placet. ardua primus*
*Ad muros dux ſigna rapit, tenuata iacendo*
*Et maciem galeis abſcondunt ora, malúsque,*
*Ne ſit ſpes hoſti, velatur caßide pallor.*
*Infundunt rapidum conuulſis mœnibus agmen,*
*Condensíque ruunt, tot bellis inuia tecta,*
*Tot vno introitu capiuntur militis arces.*
*Totum qua vehitur Titan, non vlla per orbem*
*Tum ſeſe Iſthmiacis æquaſſent oppida tectis.*
*Tot delubra deûm, totque intra mœnia portus,*
*Adde fora, & celſis ſuggeſta theatra columnis,*
*Certantésque mari moles, adde ordine longo*
*Innumeras ſpatióque domos æquare ſuperbas.*
*Rura, quid incluſos porrecto limite, longis*

*Porticibus, ſacros iuuenum certamine lucos?*
*Quid tot captiuis fulgentia culmina roſtris?*
*Armáque fixa deis? aut quæ Marathonius hoſtis*
*Perdidit, aut Libya quæ ſunt aduecta ſubacta?*

REPRESSIT SIRIVS ÆSTVS. ] Apollonii Scholiaſtes congerit nominis interpretationes in lib. 2. Σείριος ἤτοι διὰ τὴν ζέσιν ζείριος, καὶ σείριος· ἢ διὰ τὸ ἐκκενοῦν ἡμᾶς ἱδρῶτι ῥεομένους· σειροῦν γὰρ τὸ κενοῦν· ἢ τοῦ σεσηρέναι αἴτιος· τοὺς γὰρ κύνας σεσηρέναι, καὶ χάσκειν ποιεῖ· ἢ διὰ τὸ σείεσθαι, καὶ πάλλεσθαι· ὁμοίως δὲ καὶ πάντα τὰ ἄστρα σείρια λέγεται οἱονεὶ τείριά τινα ὄντα, ἢ διὰ τὸ τείρειν τὸ δαμάζειν, ἢ ὅτι τέρατά εἰσι, καὶ σημεῖα τοῖς πλοϊζομένοις. *Sirius ſiue ob* ζέσιν *æſtum Zirius, & Sirius: ſiue quòd ſudore fluxo nos exinaniat:* ζ-ρεῖν *námque exinanire eſt: aut quod hiandi cauſa, canes enim reſtrictis eſſe dentib. facit, atque hiare: aut à quatiendo, & vibrando. Similiter autem aſtra cuncta dicta fuerint* σείρια *quaſi* τείρια *quadam, aut à* τείρειν, *quod eſt domare, aut quòd monſtra ſint, ac prodigia nauigantibus.*

SIGNAQVE CIRCVMSTANT ALACRES, AVIDISQVE TVBARVM RESPIRANT LÆTI CLANGORIBVS. ] Obuia emendatio:

*Circumſtant alacres ſigna, auditiſque tubarum* R. l. c.

TENVATA IACENDO ET MACIEM GALEIS. ] Scribendum: *Et macie.*

TOTQVE INTRA MOENIA PORTVS. ] Cicero li. 5. in Verrem: *Cùm in portum dico, Iudices, in vrbem dico, atque in vrbis intimam partem veniſſe piratas. Non enim portu illud opidum clauditur; ſed vrbe portus ipſe cingitur, & concluditur: vt non alluantur a mari mœnia extrema, ſed ipſe influat in vrbis ſinum portus.*

TOTQVE VNO INTROITV. ] Cicero Verr. 1. *Aperto ſuſpicionis introitu ad omnia intima iſtorum conſilia ſine vllo errore peruenimus.*

CERTANTESQVE MARI MOLES. ] Quæ ante portus ſtatuebantur ad frangendum maris impetum. Silius lib. 2.

*Molibus hi claudunt portus.*

Lib. 12. *Improbis vt fractis exundat molibus amnis.*

Lib. 4. vocat *Pilam* à figura, vt Virgilius li. 9.

*Qualis in Euboico Baiarum litore quondam*
*Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante*
*Conſtructam iaciunt ponto.*

Tacit. l. 14. *Molium obiectus.* Lib. 21. *Addiderat Ciuilis obliquam in Rhenum molem, cuius obiectu reuolutus amnis, adiacentib. ſuperfunderetur.* Cicero lib. 4. ad Atti. epiſt. 15. *Conſtat enim aditus inſulæ* [ Britanniæ ] *eſſe munitos mirificis molib.* Item lib. 9. epiſt. 17. *Ab vtraque portus cornu moles iacimus, vt aut illum quamprimum traijcere, quod habet copiarum cogamus, aut exitu prohibeamus.* Apollinaris car. 2.

*— itur in æquor*
*Molibus.*

Q. Calaber lib. 9. Plin. li. 35. c. 13. tradit *peſſimam terræ partem, ideoque puluerem appellatum in Puteolanis collibus, opponi maris fluctibus, merſúmque protinus fieri lapidem vnum inexpugnabilem vndis, & fortiorem quotidie, vtique ſi Cumano miſceatur cemento.*

ARMAQVE FIXA DEIS. ] Nam & armorum Athenienſibus direptorum

vis magna venit in poteſtatem Syracuſanorum. Diodorus l.13. poſt aduentum Eurymedontis, ac Demoſthenis: Πολλῶν δὲ ὅπλων ἐκυρίευσαν. *Multis armis potiti ſunt.* Et illa diis erexerunt: Inibi: Στήσαντες δύο τρόπαια, καὶ τὰ τῶν στρατηγῶν ὅπλα πρὸς ἑκάτερον προσηλώσαντες ἀπέστρεψαν εἰς τὴν πόλιν. *Erectis duobus tropheis, & ad vtrumque affixis ducum armis domum rediere.* Idque quoniam Silius reſpicit, addidit:

*— aut quæ Marathonius hoſtis*
*Perdidit.*

AVT LIBYA, QVÆ SVNT ADVECTA SVBACTA. ] Diodorus li. 19. Agathoclem refert καθακτήσασθαι χρόνον τινὰ τῆς τε Λιβύης τὴν πλείστην, καὶ μέρη τῆς Ἰταλίας, *potitum eſſe quondam bona Libyæ parte, & aliqua Italia.* Lib. 20. repehit enim in Italiam victis Thynetenſibus, Cartaginienſibus, Vticenſibus, Cyrenæis, aliiſque aut ſubiugatis, aut amicis. In Sicilia agebat Agathocles, & ecce filius eius Archagathus opera Eumachi inuadit Tocas, & obtinet, multóſque Numidas ſibi adiungit: tum Phellinen, & oppoſitas incolas, Aſphodelodes: Meſchelam, Acram, Acridem. Tranſit & in ſuperiorem Libyam Eumachus, vbi Miltinem domat, En tibi *Libya ſubacta*, cuius ſpoliis templa Syracuſarum Agathocles ornaſſe potuit. Ideo ſequitur in Silio etiam ornaſſe.

*Hic Agathocleis ſedes ornata trophæis,*
*Hic mitis Hieronis opes, hic ſancta vetuſtas*
*Artificum manibus, non vſquam clarior vllo*
*Gloria picturæ ſeclo: non æra vocabant*
*Quæ ſcirent Ephyren, fuluo certaret vt auro*
*Veſtis, ſpiranteis referens ſubtegmine vultus.*
*Quæ radio cælat Babylon, vel murice picto*
*Læta Tyros, quæque Attalicis variata per artem*
*Aulæis ſcribuntur acu, aut Memphitide tela.*
*Iam ſimul argento fulgentia pocula, mixta*
*Queis gemma quæſitus honos, ſimulacra deorum*
*Numen ab arte datum ſeruantia: munera rubri*
*Præterea ponti, depexáque vellera ramis,*
*Fœmineus labor his tectis opibúſque potitus.*

HIC AGATHOGLEIS QVÆ SVNT ORNATA TROPÆIS. ] Diodorus l.19. Ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Συρακούσας, καὶ τὰ ναοὺς τοὺς ἐπιφανεστάτους τοῖς σκύλοις ἐκόσμησεν: *Agathocles cùm Syracuſas rediuiſſet eximia quæque templa ſpoliis decorauit.* Rurſus lib. 20. Cyrene, multisque Libyę ciuitatib. occupatis miſſa ab Agathocle nauigia Syracuſas cum ſpoliis pauca peruenere: cæteram claſſem tempeſtas fœda merſerat, aut diſtulerat.

NON VNQVAM CLARIOR VLLO GLORIA PICTVRÆ SECLO. ] Picturę quę cum Syracuſis laudatæ, caput *pugna erat equeſtris Agathoclis regis in tabulis picta præclare. His autem tabulis interiores templi parietes veſtiebantur: nihil erat ea pictura nobilius: nihil Syracuſis, quod magis viſendum putaretur.* l. 4. in Verrē M. Tull.

MEMPHITIDE TELA. ] Variata per artem veſtimenta, quæ cuiuſmodi artis fuerint, docebit Plin. lib. 35. c. 11. *Pingunt & veſtes in Ægypto inter pauca mirabili genere. Candida vela poſtquam attriuere illinentes, non coloribus, ſed colorem ſorbentib. medicamentis. Hoc cùm fecere, non apparet in velis, ſed in cortina pingi. In feruentes aquas merſa poſt momentum extrahuntur picta. Mirúmque cùm ſit vnus in cortina color, ex illo alius, atq; alius fit in veſte, accipientis medicaminis qualitate mutatus. Nec poſtea ablui poteſt, ita cortina non dubiè confuſura colores, ſi pictos acciperet. Digerit eos ex vino, pingítque, dum coquit. Et aduſtæ veſtes firmiores fiunt, quàm ſi non vrerentur.*

IAM SIMVL ARGENTO FVLGENTIA POCVLA. ] Talium Syracuſis artifices bono fuiſſe numero conſtat è Verrina quarta, vbi celatores, & *vaſcularii* nominantur.

MISTA QVIS GEMMA QVÆSITVS HONOR. ] Emblemata περιθέσεις, quod & Tiberium fecit in decreto de Emblematis iuſta ſuſpicio eſt, vide Dionem in Tiberio, item M. Tullium de corraſis à Verre emblematis lib 4. Turnebum in Aduerſariis rarum Galliæ Togatæ lumen.

SIMVLACRA DEORVM NVMEN AB ARTE DATVM SERVANTIA.] Iouis ſanctiſſimum, & pulcerrimum ſimulacrum Syracuſis fuit teſte Tullio lib. 5. in Verrem, ac Pæeonis.

MVNERA RVBRI PRÆTEREA PONTI.] Legendus Plin. lib. 9. c. 35. Philoſtratus apud Photium c. 241. vbi venuſtè dictum : Ἐστὶν ἡ μαργαρὶς αἷμα λευκὸν ἐξ ἐρυθρᾶς τῆς θαλάσσης : *Margarita, ſanguis albus è mari Rubro.* Ibidem rara piſcandi margaritas ratio.

DEPEXAQ. VELLERA RAMIS FOEMINEVS LABOR.] Retracta illud è lib. 6.

*Seres lanigeris.* —

*Fœmineus labor*: quia more gentis vellera carpunt fœminæ. viri domi ſeruant, ſedent, vnguntur, emaſculantur. Audi Epiphanium lib. 3. de Hæreſ. Σῆρες μὲν ἄνδρες ἐμπλέκονται οἴκαδε καθεζόμενοι, μυριζόμενοί τε, καὶ θηλυνόμενοι, γυναιξὶν ἑτοιμαζόμενοι· αἱ δὲ γυναῖκες τὸ ἀνάπαλιν τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς κουρευόμεναι ἀνδρείῳ ζώματι ζωννύμεναι τὰ κατὰ τὴν ἀγρείαν πάντα ἔργα ἐπιτελοῦσι: *Apud Seres viri diſtinentur domi ſedentes, vnguentati, effœminati, mulierib. parati: mulieres contra capitis crinem iuueniliter tonſæ, virili cinctu incinctæ rurìs opera faciunt vniuerſa.*

*Auſonius ductor, poſtquam ſublimis ab alto*
*Aggere deſpexit trepidam clangoribus vrbem,*
*Inq. ſuo poſitum nutu, ſtent mœnia regum,*
*An nullos oriens videat lux craſtina muros,*
*Ingemuit nimium, viris tantúmq. licere*
*Horruit, & properè reuocata militis ira*
*Iuſſit ſtare domos, indulgens templa vetuſtis*
*Incolere, atque habitare Deis. ſic parcere victis*
*Pro præda fuit, & ſeſe contenta, nec vllo*
*Sanguine pollutus, plauſit victoria pennis.*

*Tu quoque ductoris lacrymas memorande tuliſti*
*Defenſor patriæ, meditantem in puluere formas,*
*Nec turbatum animi, tanta feriente ruina,*
*Ignarus miles vulgi tum forte peremit.*
*At reliquum vulgus reſoluta in gaudia mente,*
*Certarunt victi victoribus æmulus ipſe*
*Ingenii Superûm, ſeruando condidit vrbem.*
*Ergo extat ſeclis, ſtabítq. inſigne trophæum,*
*Et dabit antiquos ductorum noſcere mores.*
*Felices populi, ſi quondam vt bella ſolebant,*
*Nunc quoq. inexhauſtas pax noſtra relinqueret vrbes.*
*At ni cura viri, qui nunc dedit otia mundo*
*Effrenum arceret populandi cuncta furorem,*
*Nudaſſent auidæ terráſq. fretúmq. rapinæ.*

INGEMVIT NIMIVM VIRIS, TANTVMQ. LICERE HORRVIT, ET PROPERE REVOCATA MILITIS IRA.] Non ἀπιθανῶς reſcribi queat:

*Ingemuit nimirum, iris tantúmq. licere*
*Horruit; & properè reuocata militis ira.*

Terent. *Quibus iris in illam impulſus feror?* Potius tamen fuerit:

*Ingemuit tantumq. viris, nimiumq. licere*
*Horruit.*

Nimiam licentiam militarem deteſtatus eſt. Et Marcellum *ingemuiſſe*, aut indoluiſſe hoſtium caſibus, humani fuit animi. Par in Scipione, de quo Appianus Libycis: Ὁ δὲ Σκιπίων πόλιν [Cartaginem] ὁρῶν ἑπτακοσίοις ἔτεσιν ἀνθήσασαν ἀπὸ τοῦ συνοικισμοῦ, καὶ γῆς τοσῆσδε, καὶ νήσων, καὶ θαλάσσης ὑπάρξασαν, &c. λέγεται μὲν δακρῦσαι, καὶ φανερὸς γενέσθαι κλαίων ὑπὲρ πολεμίων: *Scipio Cartaginem ſeptingentis à conditu annis floruiſſe animo reputans, tantúmq. terrarum, inſularum, ac maris poßediſſe, fertur illacrymaſſe, palámq. ſuper hoſtibus fleſſe.* Liuius lib. 25. Val. Maximus cap. de Humanitate li. 5. c. 1. D. Aug. lib. 1. de Ciuit. c. 6. lib. 3. c. 14. Ioſephus lib. 6. de Bello Iud. c. 14. ſcribit, Titum foſſas cadaueribus redundare vt viderit, ingemuiſſe, & ſublatis manibus Deum teſtatum factum illud ſuum nequaquam eſſe.

IVSSIT STARE DOMOS.] Syracuſarum Marcellus. M. Tull. lib. 4. in Verrem: *Ædificiis omnibus publicis & priuatis, ſacris & profanis ſic pepercit, quaſi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda veniſſet.*

SIC PARCERE VICTIS PRO PRAEDA FVIT.] M. Tullius lib. 4. in Verrem: *Ab illo, qui cepit* [Marcello] *conditas, ab hoc, qui conſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas.* item: *Forum Syracuſanorum, quod introitu Marcelli purum à cæde ſeruatum eſt, id aduentu Verris Siculorum innocentium ſanguine redundaſſe.* tandem: *Mitto adhibitam vim ingenuis, matresfamilias violatas, quæ tum vrbe capta commiſſa non ſunt, neque odio hoſtili, neque licentia militari, neque more belli, neque iure victoriæ.* Vnde Silius:

*— — nec vllo.*

SANGVINE POLLVTIS PLAVSIT VICTORIA PENNIS.] De Dea Victoria ſatis ampliter D. Aug. lib. 4. de Ciuit. c. 14. 15. 17. & Val. Max. lib. 4. c. 8. Pingebatur enim Victoria globo inſiſtens, manuum vna coronam triumphalem geſtabat, altera palmam, *Pennata*.






Nihilominus in Veſpaſiani numis cætero habitu retento abſq. alis expicta eſt, Athenienſium more, qui ne aliò Victoria auolaret, pennas demtas voluere, ſcribit Pauſanias in Atticis. Eadem pictura placuit Laconibus Alæ autem Victoriæ ſunt niueæ. Silius lib. 15.

— *niueis Victoria concolor alis.*

Contrà ibidem de *Infamia*:

— *atris*

*Circa te ſemper volitans Infamia pennis.*

TV QVOQ. DVCTORIS LACRYMAS.] Tuliſti, ô Archimedes, lachrymas Marcelli: ſunt enim heroës, & generoſiſſimi quiq. ἑτοιμοδάκρυες. Archimedem cæſo Marcellum indoluiſſe produnt Liuius lib. 25. Plut. in Marc. Cicero lib. 4. in Verrem, & ſexto, Val. Max. lib. 8. c. 7. Archimedem cedi vetuerat Marcellus, ſed imprudentia militis pugnauit cum ducis prouidentia, viciitq. Plin. lib. 7. c. 37.

TANTA FERIENTE RVINA.] De Archimedis cæde opinamenta tria refert in Marcello Plut. M. Tull. lib. 5. de Fin. Bon. & Mal. *Quem enim ardorem ſtudii cenſetis fuiſſe in Archimede, qui dum in puluere quædam ſcribit attentius, ne patriam quidem captam eſſe ſenſerit.* Tum illud patuit de forti, ac ſapiente dictum

*Si fractus illabatur orbis*
*Impauidum ferient ruinæ.*

VIRI, QVI NVNC DEDIT OTIA MVNDO.] Domitiani.

## IN LIB. XV. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO,

*Claud. Dauſqueij Can. Tor.*

COMMENTARIVS.

*AT noua Romuleum carpebat cura Senatum,*
*Quis trepidas gentes, Martémq; ſubiret Iberum*
*Attritis rebus, geminus iacet hoſte ſuperbo*
*Scipio, belligeri Mauortia pectora fratres.*
*Hinc metus in Tyrias ne iam Tarteſſia leges*
*Concedat tellus, propioráq. bella paueſcat.*
*Anxia turba patrum quaſſo medicamina mœſti*
*Imperio circumſpectant, diuóſq. precantur,*
*Qui laceris auſit ductor ſuccedere caſtris.*
*Abſterret iuuenem, patrios patruiq. piare*
*Optantem manes, triſti conterrita luctu,*
*Et reputans annos cognato ſanguine turba.*
*Si gentem petat infauſtam inter buſta ſuorum*
*Decertandum hoſti, qui fregerit arma duorum,*
*Qui conſulta ducum, ac flagret meliore Gradiuo.*
*Nec promptum teneris immania bella lacertis*
*Molliri, regiménq; rudi depoſcere in æuo.*
*Has lauri reſidens iuuenis viridante ſub vmbrâ*
*Aedibus extremis voluebat pectore curas.*
*Cùm ſubito aſſiſtunt dextra, læuáq; per auras*
*Allapſæ, haud paulum mortali maior imago,*
*Hinc Virtus, illinc Virtuti inimica voluptas.*
*Altera Achæmenium ſpirabat vertice odorem,*
*Ambroſias diffuſa comas, & veſte refulgens*
*Oſtrum quam fuluo Tyrium ſuffuderat auro.*
*Fronte decor quæſitus acu, laſciuaq. crebras*
*Ancipiti motu iaciebant lumina flammas.*
*Alterius diſpar habitus, frons hirta, nec vnquam*

*Compoſit*

*Compoſita mutata coma, ſtans vultus, & ore*
*Inceſſúq. viro propior, lætiq. pudoris,*
*Celſa humeros niueæ fulgebat ſtamine pallæ.*

GEMINVS IACET HOSTE PEREMTO SCIPIO.] Hiſpanorum perfidia, Liuius lib.25.

ALTERA ACHÆMENIVM SPIRABAT VERTICE ODOREM.] Perfuſa vnguento Perſico odorato: Perſarum reges ab Achæmeo. Plato Alcibiade α. Περσῶν βασιλεῖς Ἀχαιμένους ἔκγονοι: *Perſarum Reges Achæmeni nepotes.* De vnguento ipſo Plin. lib.13.c.1. *Perſarum eſſe debet gentis vnguentum: ſed & Parthi madent eo.* Vide caput proximum. Silius fortè nardum intelligit. Hor. lib.Ep.Od. 13.

*Nunc & Achæmenia*
*Perfundi nardo iuuat.*

Ergo parum pudicæ eſt bene olere: poſteriùs dicam. Prodicus Herculi deliberabundo refert, vt Voluptas, ac Virtus adſtiterint apud Xenoph.li. 2. ἀπομν. & Cicer.lib.1.de Off. Quinct. lib.9.c.1. Huc pertinet deliberatio Lyſitelis adoleſcentis in Trinummo Plauti, hunc libri ſexti Lactantii capita tertium, quartumq. Maximi Tyrii primordium λόγου ιη. Adſimilia à Philone Iudęo in illud Deuteronomii adducta: Μίσθωμα πόρνης μὴ προσδέχεσθαι: *Pretium meretricis ne admiſeris.* Prudentio in Pſychomachia, & Hamartigenia. Necminus tamen Silii oculis obuerſatum crediderim Philoſtratum, qui Virtutem, ac Voluptatem ſimilibus expingit coloribus: Ἡ μὲν κακία χρυσῷ τε κατασκευασμένη, καὶ ὅρμοις, ἐσθῆτί τε ἁλιπορφύρῳ

— [ *Veſte refulgens,*
*Oſtrum quam fuluo Tyrium ſuffuderat oſtro* ]

καὶ παρειὰς ἀνθεῖ, καὶ χαίτης ἐμπλοκαῖς [ *ambroſias diffuſa comas* ] καὶ γραφαῖς ὀμμάτων [ *laſciua lumina* ] ἔστι δ' αὐτῇ χρυσοῦν πέδιλον, γέγραπται γὰρ καὶ τοῦτο ἐνσοβοῦσα: *Vitioſitas auro compoſita, & monilibus, veſtéq. purpurea. Genarum flore, & crinium nodis, & oculis miniatulis. Ei calceus auratus eſt, atq. illitus non abſque petulantia.*

LASCIVAQ. CREBRAS ANCIPITI MOTV QVATIEBANT LVMINA FLAMMAS.] Philo Iudæus ſuprà. ὑπὸ τρυφῆς τε ἄγαν, καὶ χλιδῆς σαλεύουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς, οἷς τὰς τῶν νέων ἀγκιστρεύεται ψυχάς: *Nimiis deliciis, & luxu quaſſans oculos, quib. iuniorum animos adhamat.*

ALTERIVS DISPAR HABITVS.] Virtutis. Philoſtratus: Ἡ δ' Ἀρετὴ πεπονηκυῖα μὲν προσφερὴς [ *frons hirta*, ſiue *Corrugata*, vt cogitabundis, & in laborem intentis accidit: vel, *Frons hirta*, fronti ſuperfuſus, & obuolitans crinis ] τραχὺ δὲ ὁρῶσα [ *ſtans vultus, & ora*, Sil. ] τὸν δὲ αὐχμὸν πεπονημένη κόσμημα [ ſquallore ornata de induſtria. Silius:

— *nec vnquam*
*Compoſita mutata coma.* ] —

ἐσθὴς δὲ τρίβων, ὁ ἀπὸ ἐμψύχων ἐπίχθ.: *Virtus laboranti ſimilis, aſperum intuens, ſquallore elaborato ornata, non lana ab animantib. carpta induitur.* Καί μοι ἔδοξεν ἀνδρῶν εἶ] [ accedit Silius:

*Inceſſúq. viro propior.* ] —

τελεῖν τὰ θεῖα, ψυχὴν δὲ ἀρίστα ἐσκεμμένη, ἧς τὸ ἀθάνατόν τε, καὶ ἀγέννητον τιμᾷ φύσεως:

*Videtur in illa viris annumeranda, qui diuinis impenſe dediti ſunt, ab animo optimè compoſita eſt, ex qua naturæ fontes immortalitas, & ingeneratio.*

VESTE REFVLGENS OSTRVM, QVAN FVLVO TYRIVM SVFFVDERAT AVRO.] Interpunctio tenebras in lucem induet:

— *& veſte refulgens,*
*Oſtrum, quam fuluo Tyr. ſ. a.* vel: — *è veſte ref.*
*Oſtrum, quod f. Tyrius* [ artifex ] *ſuff. a.* Prior correctio mitior.

STANS VVLTVS, ET ORE.] Rectiùs τὸ *Et ore*, iungetur cum *Inceſſúq. viro propior*: vt tota oris compoſitione, & inceſſu Virtus ad virum acceſſerit. Eadem dictio eſt Euſtathii in Il. γ. Τὸ τοῦ βλέμματος καθεστηκός: *Oculorum conſtantiam.* Terentii: *Tum equidem iſtuc os tuum impudens videre nimiùm vellem, Status quis eſſet.*

INCESSVQ. VIRO PROPIOR.] Minùs probantur libri, quibus eſt *Inceſſuſq.* Cauſa iam dicta. Quod ſi cui potius *Inceſſus*; ſcribat: *Stans vultus, & ora, Inceſſuſq. v. p.* vt ex ore toto conſtantia exſplendeſcat.

LÆTIQ. PVDORIS.] Xenophon: Τὰ δ' ὄμματα αἰδοῖ κεκοσμημένα.

CELTA HVMEROS.] Naturæ conuenienter: nam illud improbæ curæ eſt: *Haut ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum, quas matres ſtudent Demiſſis humeris eſſe.*

NIVEÆ FVLGEBAT STAMINE PALLÆ.] Xenophon: Ἐσθῆτι δὲ λευκῇ: *Alba veſte.* Philóſtratus dixit *Impexam*: quo etiam innuit adſciticio colore non adulteratam: nam iſtud alterum inurbani eſt, incuriosíque, quem color alius à natiuo minimè capit.

*Occupat inde prior promiſsis fiſa Voluptas,*
*Quis furor hic non digne puer, conſumere bello*
*Florem æui? Cannæ ne tibi, grauiórq. palude*
*Mæonius ſtygia lacus exceſſere? Padúſque?*
*Quem tandem ad finem bellando fata laceſſes?*
*Tune etiam tentare paras Atlantia regna?*
*Sidoniáſq. domos? moneo certare periclis*
*Deſine, & armiſonæ caput obiectare procellæ.*
*Ni fugis hos ritus, Virtus te ſæua iubebit*
*Per medias volitare acies, medióſque per ignes.*
*Hæc patrem patruúmq. tuos, hæc prodiga Paulum,*
*Hæc Decios ſtygias Cerebi detruſit ad vndas.*
*Dum cineri titulum, memorandáq. nomina buſtis*
*Prætendit, nec ſenſure, quid geſſerit, vmbræ.*
*At ſi me comitère puer, non limite duro*
*Iam tibi decurret conceſſi temporis ætas:*
*Haud vnquam trepidos abrumpet buccina ſomnos:*
*Non glaciem arctoam, non experiere furentis*
*Ardorem Cancri, nec menſas ſæpe cruento*

*Gramine compoſitas, aberunt ſitis aſpera,& hauſtus*
*Sub galea puluis,partiq. timore labores.*
*Sed current albúſq. dies,horæq. ſerenæ,*
*Et molli dabitur victu ſperare ſenectam.*
*Quantas ipſe Deus lætos generauit in vſus*
*Res homini? plenáq. dedit bona gaudia dextra?*
*Atque idem exemplar lenis mortalibus æui,*
*Imperturbata placidus tenet otia mente.*
*Illa ego ſum, Anchiſæ Venerem Simoentis ad vndas*
*Quæ iunxi, generis vobis vnde editus author.*
*Illa ego ſum,verti Superûm quæ ſæpe parentem*
*Nunc auis in formam,nunc torua in cornua tauri.*
*Huc aduerte aures,currit mortalibus æuum,*
*Nec naſci bis poſſe datur: fugit hora, rapítque*
*Tartareus torrens, ac ſecum ferre ſub vmbras*
*Si qua animo placuere, negat. quis luce ſuprema*
*Dimiſiſſe meas ſero non ingemit horas?*
*Poſtquam conticuit,finíſque eſt addita dictis,*
*Tum Virtus: quas nam iuuenem florentibus,*
*Pellicis in fraudes annis, vitæq; tenebras?*
*Cui ratio,& magnæ cæleſtia ſemina mentis*
*Munere ſunt conceſſa Deûm: mortalibus alti*
*Quantum cælicolæ,tantundem animalibus iſti*
*Præcellunt cunctis,tribuit nanque ipſa minores*
*Hos terris natura Deos: ſed fœdere certo,*
*Degeneres tenebris animas damnauit auernis.*
*At queis ætherei ſeruatur ſeminis ortus,*
*Cæli porta patet. referam quid cuncta domantem*
*Amphitryoniadem? quid cui poſt Seras,& Indos*
*Captiuo Liber cùm ſigna referret ab Euro,*
*Caucaſeæ currum duxere per oppida tigres?*
*Quid ſuſpiratos magno in diſcrimine nautis*
*Ledæos referam fratres? veſtrúmq. Quirinum?*
*Nónne vides,hominum vt celſos ad ſidera vultus*
*Suſtulerit Deus,ac ſublimia finxerit ora?*
*Cúm pecudes,volucrúmq. genus, formáſq; ferarum,*
*Segnem atque obſcœnam paſſim ſtrauiſſe, in aluum?*
*Ad laudes genitum,capiat ſi munera diuûm,*
*Felix ad laudes hominum genus. huc age paulum*

*Aſpice, nec longe repetam, modo Roma minanti*
*Impar Fidenæ, contentáq; creſcere aſylo,*
*Quò ſeſe extulerit dextris? idem aſpice late*
*Florenteis quondam luxus quas verterit vrbes?*
*Quippe nec ira Deûm tantum, nec tela, nec hoſtes,*
*Quantum ſola noces animis illapſa Voluptas.*
*Ebrietas tibi fida comes, tibi Luxus, & atris*
*Circa te ſemper volitans Infamia pennis.*
*Mecum Honor, & Laudes, & læto Gloria vultu,*
*Et Decus, & niueis Victoria concolor alis.*
*Me cinctus lauro perducit ad aſtra triumphus,*
*Caſta mihi domus, & celſò ſtant colle penates,*
*Ardua ſaxoſo perducit ſemeta cliuo*
*Aſpera principio (nec enim mihi fallere mos eſt)*
*Proſequitur, labor ad nitendum intrare volenti:*
*Nec bona conſcendunt, quæ ſors infida dediſſet.*
*Atque eadem rapuiſſe valet: mox celſus ab alto*
*Infra te cernes hominum genus, omnia contra*
*Experienda manent, quàm ſpondet blanda Voluptas.*
*Stramine proiectus duro patiere ſub aſtris*
*Inſomnes noctes, frigúſq; famémque domabis.*
*Idem iuſtitiæ cultor, quæcunque capeſſes,*
*Teſtes factorum ſtare arbitrabere diuos.*
*Tunc quoties patriæ, rerúmq; pericula poſcent,*
*Arma feres primus, primus te in mœnia tolles*
*Hoſtica, nec ferro mentem vincere nec auro.*
*Hinc tibi, non Tyrio vitiatas murice veſtes,*
*Nec donum deforme viro flagrantis amomi.*
*Sed dabo, qui veſtrum ſæuo nunc Marte fatigat*
*Imperium ſuperare manu, laurúmq; ſuperbam*
*In gremio Iouis exciſis deponere Pœnis.*

PADVSQ.? ] Fortè: *Padúſne?*

DVM CINERI TITVLVM. ] Nam rerum geſtarum memoria ſepulcrorum eulogiis inſcribebatur. I ad Turneb. lib. 14. c. 10.

IMPERTVRBATA PLACIDVS TENET OTIA MENTE. ] Eò immortalem volunt Terent. Andria:

> *Ego vitam Deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,*
> *Quòd voluptates eorum propriæ ſunt.*

Petron. Arbiter:

> *Ipſe pater veri doctus Epicurus in arce*

*Juſſit, & hanc vitam dixit habere Deos,*

NVNC TORVA IN CORNVA TAVRI. ] Cùm Europam rapuit, Nonnus li.1. aliíque paſſim.

AMPHITRYONIADEM. ] Totus hic heroum apparatus eſt ex choragio Tuſculanarum Q. lib.1. ibi: *Ex hoc, & noſtrorum opinione Romulus &c.* Nec illa Horatii lib.3. Oda 3. diſparia.

*Hac arte Pollux, & vagus Hercules &c.*

Curt. lib.8. *Herculémque, & Patrem Liberum, & cum Polluce Caſtorem nouo Numini* (Alexandro) *ceſſuros eſſe dicebant* adulatores Alexandri & ipſi Poëtæ. hic vt videatur communis Poëtarum campus.

QVID SVSPIRATOS MAGNO IN DISCRIMINE NAVTIS

LEDÆOS REFERAM FRATRES. ] Caſtorem & Pollucem. Hor. lib.1. Oda 12.

*— quorum ſimul alba nautis*
*Stella refulſit:*
*Defluit ſaxis agitatus humor,*
*Concidunt venti, fugiúntque nubes,*
*Et minax (ſic Dij voluere) ponto*
*Vnda recumbit.*

MODO ROMA MINANTI IMPAR FIDENÆ. ] Addicti Tolumnio Veientium regi fidenates occiderant legatos Romanorum: deinde cæſis Romanorum colonis Veientes fidenas ſedem belli ceperant: inde terror & formido Romanis à Fidenatibus, Liuius li. 4. Dionyſ. li.4. Antiq. Rom. Originem Aſcanio debent Fidenæ, Solin. c.8.

FLORENTES QVONDAM LVXVS QVAS VERTERIT VRBES. ] Claud. l.3. de Laud. Stilic.

*— Nam cætera regna*
*Luxuries vitijs, odiiſque ſuperbia vertit.*
*— ſic Medus ademit*
*Aſſyrio, Medóque tulit moderamina Perſes:*
*Subiecit Perſen Macedo ceſſurus & ipſe*
*Romanis.*

Sybaritarum vrbs luxu fuit perditiſſima, adi Euſtathium in Dionyſium. Idem cum Silio ſentit Polyb. li.3. Ἔνιοι δὲ διὰ τὴν περὶ τὰς τῶν Ἀφροδισίων ὁρμὰς, καὶ τὴν ἐν τούτοις ἔγπληξιν οὐ μόνον πόλεις, ἢ βίους ἀνάστατους πεποιήκασιν, ἀλλὰ καὶ τὸ ζῆν αὐτοῖς ἀφῄρηνται μετ' αἰσχύνης. *Nonnulli ob ardentes libidines, & ſtuporem eas concitantem non ſolum ciuitates rectámque viuendi rationem, ſed & vitam ipſa dedecoroſè ediderunt.* Li.5. Πόσαι μὲν γὰρ παρεμβολαὶ, καὶ φρούρια, πόσαι δὲ, καὶ πηλίκαι πόλεις τούτῳ τῷ τρόπῳ (amorib.) παρεσπόνδηνται; *Quot caſtra, quot caſtella, quot, quantaque vrbes hac ratione deceptæ ſunt?*

ARDVA SAXOSO PERDVCIT SEMITA DIVO

ASPERA PRINCIPIO. ] Ex Heſiodo:

— μακρὸς τε καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ῥηιδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

*— longa ardua, & aſpera in illam*

*Fert via quàm primum: ſummas vt Veneris arces,*
*Tum facilis, quamuis ſit difficilis reperitur.*

NEC BONA CENSENDVM. ] Correctio eſt à Modio, qui inferius *ſpondet* rectè ſcripſit eiecto *Sponte*.

NON TYRIO VITIATAS MVRICE VESTES. ] Extulit hoc Silius è Laconum diſciplina, quos apud ciuitate interdictum fuit lanam inficientibus ὡς ἀφανίζουσι ἰερίων λευκότητα, quòd natiuum lanæ colorem perderent, autor Euſtathius in Il. ψ. Inuſſerat & Capyenſibus, vt luxus notam li. 11.

*— madefacta veneno*
*Aſſyrio veſtis.*

NEC DONVM DEFORME VIRO FLAGRANTIS AMOMI. ] Sic habent exemplaria tria, ſic amplector: nam vnguenta calent pleraque omnia. Plin. lib. 13. c. 2. *Sol inimicus his, quamobrem in vmbra coquuntur plumbeis vaſis. Experimentum eorum inuerſa manu capitur, ne carnoſæ partes calore vitientur.* Nec pugnabo tamen ſcribenti: *Fragrantis*. Ab hoc vitio ioci tui feſtiuiſſime Martialis hi ſunt li. 6. Epigr. 55.

*Quòd ſemper caſiáque, cinnamóque,*
*Et nido niger alitis ſuperbæ*
*Fragras plumbea Nicerotiana,*
*Rides nos, Coracine, nil olentes:*
*Malo, quàm bene olere, nil olere.*

Lib. 2. Epigr. 12. myrrhatum Poſthumum caſtigat, & li. 3. Ep. 62. iacit in fœminearum cathedrarum adſeſſorem illud:

*Balſama qui ſemper, cinnama ſemper olet.*

Lycus apud Senecam ridet Herculem iam fractiorem:

*Fortem vocemus, cuius horrentes comæ*
*Maduere nardo?*

Plauti Caſina:

*Vnguentatus per vias incedis ignaue?*

Vnguentati, & molles Campani Plin. li. 18. c. 11. quem vide li. 13. c. 3. Meritò itaque Veſpaſianus bene olentem pro imperio obiurgauit: *Mallem oboluiſſes*, inquit, *allium*, Sueton. Et πρὸς τὸν κεχρισμένον τῷ μύρῳ, τίς ἐστιν, ἔφη, ὁ τῆς γυναικὸς ὄζων. *Vnguentato, Ecquis hic mulierem olens?* Zeno apud Laërtium.

LAVRVMQVE SVPERBAM IN GREMIO IOVIS. ] More ſolemni. Plin. lib. 15. cap. 30. *Ex his in gremio Iouis Optim. Maxim. deponitur, quoties lætitiam victoria nouam attulit*, laurea ex imperatoriis faſcib. derepta. Pacatus: *Curij, Coruncanij, Fabricij, ne virtus quiete langueſceret, depoſitis in gremio Capitolini Iouis laureis triumphales viri ruſticabantur.* Ouid. lib. 2. de Ponto Eleg. 1.

*— dabitur tua laurea templis.*

Lib. 4. Triſt. Eleg. 2.

*Et dabitur merito laurea vota Ioui.*

*Quæ poſtquam cecinit ſacrato pectore Virtus,*
*Exemplis lætum, vultuq; audita probantem*

*Conuertit iuuenem, ſedenim indignata Voluptas*
*Non tenuit voces: Nil vos iam demoror vltra*
*Exclamat, venient, venient mea tempora quondam*
*Cùm docilis noſtris magno certamine Roma*
*Seruiet imperiis, & honor mihi habebitur vni.*
*Sic quaſſant caput in nubes ſe ſuſtulit atras.*
*At iuuenis plenus monitis ingentia corde*
*Molitur, viſaque calet Virtutis amore.*
*Ardua roſtra petit nullo fera bella volente,*
*Et grauia ancipitis depoſcit munera Martis.*
*Arrecti cunctorum animi, pars lumina patris,*
*Pars credunt toruos patrui reuiſere vultus.*
*Sed quanquam tacitus, magnis tamen ægra periclis*
*Pectora ſubrepit terror, molémq; pauentes*
*Expendunt belli, & numerat fauor anxius annos.*
*Dumque ea confuſo percenſet murmure vulgus,*
*Ecce per obliquum cæli ſqualentibus auro*
*Effulgens maculis, ferri inter nubila viſus*
*Anguis, & ardenti radiare per aëra ſulco,*
*Quáque ad cæliferi tendit plaga littus Atlantis,*
*Perlabi reſonante polo, bis térque coruſcum*
*Addidit augurio fulmen pater, & vaga late*
*Per ſubitum moto ſtrepuere tonitrua mundo.*
*Tum verò capere arma iubent, genibúsq; ſalutant*
*Submiſſi augurium, atque iret, qua ducere diuos*
*Perſpicuum, & patrio monſtraret ſemita ſigno.*
*Certatim comites rerum, bellíque miniſtri*
*Agglomerant ſeſe, atque acres ſociare labores*
*Expoſcunt, laudúmque loco eſt iiſdem eſſe ſub armis.*
*Tum noua cæruleum deſcendit claſſis in æquor.*
*It comes Auſonia, atque in terras tranſit Iberas.*

NVLLO FERA BELLA VOLENTE. ] Liuius li.26. inter cætera: *Fremitque adeo perditas res, deſperatúmque de Rep. eſſe, vt nemo audeat in Hiſpaniam imperium accipere.*

PARS LVMINA PATRIS

PARS CREDVNT TORVOS PATRVI REVISERE VVLTVS. ] Repoſui *Se viſere*, idque poſt comperi eſſe Lugdunenſi codici. Ex re eſt illud Syphacis ad Scipionem:

*— reuocat tua forma parentem.*

Quid? non Scipio ipſe lib. 26. Liuii ex eo ſuis animos facit: *Breui faciam vt*

*quemadmodum nunc noſcitatis in me patris,patruique ſimilitudinem oris, vultúſque: ita ingenij, fidei, virtutiſque exemplum expreſſam ad effigiem vobis reddam: vt reuixiſſe, aut renatum ſibi quiſque Scipionem Imperatorem credit.* Ea veri filii vera laus: τᾶυροι γὰρ πατρὸς ὁ μοῖοι. Cuiuſmodi ſe Pyrrhus quoque gloriatur Calabri lib. 8.

— ἀλλ' Ἀχιλῆα
φαίη ἔτι ζώοντα μετέμμεναι Ἀργείοισιν.

Modius volebat repoſitum: *Reuireſcere.* ac ſi Scipionem locuſtam eſſe cenſeat?

NVMERAT FAVOR ANXIVS ANNOS. ] Liuius. *Vt iam reſederat impetus animorum, ardórque ſilentium ſubitò ortum, & tacita cogitatio, Quidnam egiſſent noui. quòd fauor plus valuiſſet, quàm ratio ætatis, maximè pœnitebat.* Plebs bellua multorum eſt capitum.

SALVTANT SVBMISSI AVGVRIVM. ] Æneid. 12.

— *Augurium Rutuli clamore ſalutant.*

PATRIO MONSTRARET SEMITA SIGNO. ] Serpente iam viſo. Ante Scipionis genituram excuſſimus, quàm Liuius li. 26. ponit.

LAVDVMQVE LOCO EST IISDEM ESSE SVB ARMIS. ] Vtrum legeris eandem conficies ſententiam. Videtur tamen futura vox appoſitior *Iſſe ſ. a.* Nam plerique omnes iuriebant ad bellum Hiſpanienſe, & ſe cum Scipione ituros clamabant, cum nepote, filióque tantorum ducum, cum Iouis progenie. Ita vulgo creditum, ita vulgo iactatum. Profectò ſuauis odor Tulliano è myrothecio Verrinæ tertiæ: *Miramur ad arma contra iſtum hominem Lampſacenos iſſe:* Hanc correctionem adſtruit liber quartus:

— *quà ponere greſſum*
*Amphitryoniadæ fuerit labor, iſſe ſub armis*
*Pœnorum turmas, equitémque per ardua vectum.*

Vbi τῷ *Eſſe* nihil eſſe poteſt loci.

*Vt cùm ſæua fretis immiſit prælia Corus:*
*Iſthmon curuata ſublime ſuberigit vnda,*
*Et ſpumante ruens per ſaxa gementia fluctu,*
*Ionium Aegeo miſcet mare, celſus in arma*
*Emicat, ac prima ſtans Scipio puppe profatur:*
*Diue tridente potens, cuius maria ire per alta*
*Ordimur, ſi iuſta paro, decurrere claſſi*
*Da pater, & noſtros ne ſperne iuuare labores.*
*Per pontum pia bella veho. leuis inde ſecunda*
*Aſpirans aura propellit carbaſa flatus.*
*Iámque agiles, Tyrrhena ſonant quà cærula, puppes*
*Auſonium euaſere latus, Ligurúmque citatis*
*Littora tranſmittunt proris. hinc gurgite ab alto*
*Tellurem procul irrumpentem in ſidera cernunt*
*Aerias alpes, occurrunt mœnia Gr..io*

*Con*

*Condita Maſſiliæ, populus accincta ſuperbis,*
*Barbarus immani quæ territat accola ritu.*
*Antiquæ morem patriæ, cultúsq;, habitúmque*
*Phocais armiſonas inter tenet hoſpita gentes.*
*Hinc legit Auſonius ſinuatos gurgite ductor*
*Anfractus pelagi, nemoroſo vertice celſus*
*Apparet collis, fugiúntque in nubila ſyluæ*
*Pyrenes: tunc Emporiæ, veterésque per ortus*
*Graiorum vulgus, tunc hoſpite Tarracho Baccho,*
*Conſidunt portu, & ſecura gurgite clauſo*
*Stant puppes, poſitúsque labor, terrorque profundi.*
*Nox ſimiles morti dederat placidiſſima ſomnos,*
*Viſa viro ſtare effigies ante ora parentis,*
*Atque hac aſpectu turbatum voce monere:*
*Nate ſalus quondam genitoris, nate parentis*
*Et poſt fata decus, bellorum dira creatrix*
*Euaſtanda tibi tellus, & cæde ſuperbi*
*Ductores Libyæ cauta virtute domandi,*
*Qui ſua nunc trinis deducunt agmina caſtris.*
*Si conferre manu libeat, coëántque vocatæ*
*Hinc atque hinc acies, valeat quis ferre ruenteis*
*Tergemina cum mole viros? abſiſte labori*
*Ancipiti, ſed nec ſegnis potiora capeſſe.*

ISTHMON CVRVATA SVBLIME SVBERIGIT VNDA, ET, IONIVM ÆGÆO MISCET MARE. ] Ouid.

*Æquora bina ſuis oppugnant fluctib. Iſthmon,*
*Et tenuis tellus audit vtrúmque latus.*

Horum de vicinitate marium Strabo li.7. De Ægæo Feſtus: *Ægeum mare appellatur, quod crebræ in eo ſint inſulæ, vt procul adſpicientib. ſpecies caprarum videantur. Siue quod in eo Ægæa Amazonum regina perierit. Siue quòd in eo Ægeus pater Theſei præcipitauerit.*

BARBARVS IMMANI QVÆ TERRITAT ACCOLA RITV. ] Vel propter illud à Val. Max. relatum l.2.c.6. *Cæterùm à condita vrbe* [Maſſiliæ] *gladius eſt ibi, quo noxij iugulantur: rubigine quidem exeſus, & vix ſufficiens miniſterio, ſed index in minimis quoque rebus omnis antiquæ conſuetudinis momenta ſeruanda.* Vel quòd humana litarent hoſtia Maſſilienſes. Lucan. li.3. de luco eorum:

*Non hunc ruricolæ Panes, nemorúmque potentes*
*Syluani, Nymphæque tenent: ſed barbara ritu*
*Sacra Deûm, ſtructæ diris altarib. aræ,*
*Omniſque humanis luſtrata cruorib. arbos.*
*Illic & volucres metuant inſiſtere ramis,*

*Et luſtris recubare fera.*

Adi ad Seruii Commentarios in tertiam Æneidem ibi:

*Auri ſacra fames.*

MOENIA GRAIO CONDITA MASSILIÆ. ] *Graio* lego: ſed pro Graiis, vt ſuprà:

*Hoſtem miles habet fractum.*

Modius *Graijs*. Cedo cauſam. De Maſſiliæ poſitu habes in li. 4.

POPVLIS ACCINCTA SVPERBIS. ] Ita libris hactenus hæſit, quibus adhæreo. Modius, vt antegreſſam correctionem adſtruat, ſcribit: *Hac cincta.ſ.*

ANTIQVÆ MOREM PATRIÆ, CVLTVMQVE, HABITVMQVE. ] Præter Melam li. 2. c. 5. Str. li. ξ. Διοικοῦνται δ' ἀριστοκρατικῶς οἱ Μασσαλιῶται πάντων εὐνομώτατα· ἀνδρῶν χ καταστήσαντες συνέδριον, διὰ βίου ταύτην ἔχοντες τὴν τιμήν, οὓς Τιμούχους καλοῦσι. Πεντεκαίδεκα δ' εἰσὶ τοῦ συνεδρίου προεστῶτες, τούτοις δὲ τὰ πρόχειρα διοικεῖν δέδοται· πάλιν δὲ τῶν πεντεκαίδεκα προκάθηνται τρεῖς οἱ πλεῖστον ἰσχύοντες. Τούτων δ' εἷς Τιμοῦχος δ' οὐ γίνεται μὴ τέκνα ἔχων, μηδὲ διὰ τριγονίας μὴ ἐκ πολιτῶν γεγονώς· Οἱ δὲ νόμοι Ἰωνικοί, πρόκεινται δὲ δημοσίᾳ. *Iure vtuntur Ariſtocratico Maßilienſes, optimiſque legibus. Concilium habent virorum mille, qui honos cum vita ponitur: eos Timuchos appellitant. Quindecimuiri concilio huic præſunt, quibus poteſtas data eſt obuia negotia componere. Rurſus quindecimuiros inter ſunt tres cum ampliori imperio. In hoc Timuchorum concilium improlis non admittitur, neque cuius aui ius ciuitatis non habuerit*. Val. Max. li. 2. c. 6 *Eadē ciuitas ſeueritatis cuſtos acerrima eſt. Nullum aditum in ſcenam mimis dando, quorum argumenta maiore ex parte ſtuprorum continent actus, ne talia ſpectandi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumat.* Idem huius *patriæ* morem proſequitur: *Intrare opidum eorum nulli cum telo licet: praſtóque eſt, qui id cuſtodiæ gratia acceptum exituro reddat: Vt hoſpitia ſua quemadmodum aduenientibus humana ſunt, ita ipſis quoque tuta ſint.* Ideo Silius *Hoſpitam* appellauit Maſſiliam.

SI CONFERRE MANV LIBEAT. ] Emendatius: *Manus.*

*Vrbs colitur Teucro quondàm fundata vetuſto,*
*Nomen Cartago, Tyrius tenet incola muros.*
*Vt Libyæ ſua, ſic terris memorabile Iberis*
*Hæc caput eſt, non vlla opibus certauerit auri*
*Non portu celsóve ſitu, non dotibus arui*
*Vberis, aut agili fabricanda ad tela vigore.*
*Inuade auerſis nate hanc ductoribus vrbem.*
*Nulla acies famæ tantum, prædæve pararit.*
*Talia monſtrabat genitor, propiùsque monebat,*
*Cùm iuuenem ſopor, & dilapſa reliquit imago.*
*Surgit, & infernis habitantia numina lucis*
*Ac ſupplex patrios compellat nomine manes.*
*Eſte duces bello, & monſtratam ducite ad vrbem,*
*Vobis vltor ego, & Sarrano murice fulgens*

*Inferias mittam fuſis inſignis Iberis,*
*& tumulis addam ſacros certamine ludos,*
*Progreditur, celerátque vias, & corripit agmen*
*Pernici rapidum curſu, campóſq; fatigat.*
*Sic vbi proſiluit Piſeo carcere præceps,*
*Ante ſuos it victor equus, curritque per auras*
*Non ſolum ante alios, ſedenim (mirabile dictu)*
*Haud vlli durant viſus æquare volantem.*
*Iámque Hyperionia lux ſeptima lampade ſurgens*
*Senſim attollebat propius ſubeuntibus arces*
*Vrbis, & admoto creſcebant culmina greſſu*
*Ac pelago vectus ſeruata Lælius hora,*
*Quam dederat ductor ſubigendæ ad mœnia claſſi*
*A tergo affuſis cingebat tecta carinis.*
*Cartago impenſo naturæ adiuta fauore*
*Excelſos tollit pelago circunflua muros,*
*Arctatas ponti fauces modica inſula claudit,*
*Quà Titan ortu terras aſpergit Eoo.*
*At quà proſpectat Phœbi iuga ſera cadentis,*
*Pigram in planiciem ſtagnantes egerit vndas,*
*Quas auget veniens, refluúſque reciprocat æſtus.*
*Sed gelidas à fronte ſedet ſublimis ad Arctos*
*Vrbs impoſta iugo; pronúmque excurrit in æquor,*
*Et tuta æterno defendit mœnia fluctu.*
*Audax, ceu plano gradiens victricia campo*
*Ferret ſigna, iugum certabat ſcandere miles.*
*Arris ductor erat, qui contra amplexus in arctis*
*Auxilium, excelsámque loci, præcinxerat arcem.*
*Pugnabat natura ſoli. paruóque ſuperne*
*Bellantum niſu, paſſim per prona voluti*
*Truncato inſtabiles fundebant corpore vitam.*
*Verùm vbi conceſſit pelagi reuolubilis vnda,*
*Et fluctus rapido fugiebat in æquora lapſu,*
*Quáque modo excelſæ ſulcarant cærula puppes,*
*Hac impune dabat Nereus tranſcurrere planta.*
*Hinc tacite nectens informidatus adire*
*Ductor Dardanius, ſubitam trahit æquore pubem,*
*Pérque vndas muris pedes aduolat, inde citati*
*A tergo accelerant, quà ſiſus fluctibus Arris*

*Incuſtoditam ſine milite liquerat vrbem.*
*Tum proſtratus humi (miſerandum vincta catenis*
*Pœnus colla dedit, populúmque addixit inermem.*
*Hanc oriens vidit Titan cùm ſurgeret vrbem*
*Vallari caſtris, captámque aſpexit eandem*
*Ocyus Heſperio quàm gurgite tingueret axem.*
*Aurora ingrediens terris exegerat vmbras.*

VRBS COLITVR TEVCRO QVONDAM FVNDATA VETVSTO NOMEN CARTAGO. ] Sil.li.3.

*Dat Cartago viros Teucro fundata vetuſto.*

*Teucer vetuſtus* eſt Telamone progeneratus, quem in has oras, & definitè in Galleciam appuliſſe conſtat è Strab.li. 3. & ſociis aditum vrbes condidiſſe Hellenas, & Amphilocos. Neque multo poſteriùs Cartaginem nouam opus facit Aſdrubalis, qui ante Annibalem Iberiæ imperauit. Ἡ Καρχηδὼν ἡ νέα κτίσμα Ἀσδρούβα τοῦ διαδεξαμένου Βάρκαν τὸν Ἀννίβα πατέρα. *Cartago noua ab Aſdrubale, qui Barcæ Annibalis parenti ſucceſſerat, condita eſt.* Pomponius lib.2.c.6. *Cartaginem, quàm dux Haſdrubal condidit.* Verùm Haſdrubal ille veterrimam ciuitatem repoſuerit veriùs, quàm poſuerit, à quo tamen repoſita *Nouæ Cartaginis* nomen inuenerit (priſca enim Cartago eſt in Africa) Polyb.lib.3. docet Τὴν δ' καινὴν πόλιν ἔνιοι νέαν Καρχηδόνα καλοῦσι. *Nouam vrbem nonnulli Cartaginem nouam vocãt.* Teucri autem peregrinationis indicium eſt baltheus eius qui in Herculeo Gaditano viſebatur, Philoſtratus li. 4. Commentario in librum tertium Siliũ vindicauimus à præcipiti maledicto nuperi ſcriptoris.

IBERIS HÆC CAPVT EST. ] Strab.li.3. Καὶ γὰρ ἐρυμνοτάτη (lectio eſt optimè conſtituta) καὶ τείχει κατεσκευασμένῳ καλῶς, καὶ λιμέσι, καὶ λίμνῃ κεκόσμηται, καὶ τοῖς τῶν ἀργυρείων μετάλλοις. *Etenim munitiſſima eſt muro egregiè ducto & portubus, & palude inſignita: argentique metallis.* Quæ Silius videtur interpretatus.

— *Non illa opibus certauerit auri,*
*Non portu, celsóne ſitu, non dotibus arui*
*Vberis.*

Reliqua vide apud Strabonem ex Polybio. Sed anne verax Silius? Strabo argenti metallis valere vult, non auri: non igitur præſtent alii loci aurifodinis nobiles? portu non Luna in Italia, non Syracuſæ in Sicilia? ſoli vbertate non Ægyptus? non Leontini? non Campania? non Libophœnices in Africa? Vna literula tantas turbas componet. Scribo:

*Vt Libyæ ſua:* [Cartago] *ſic terris memorabile Iberis*
*Hæc* [noua Cartago] *caput eſt: non illa opibus certauerit auri,*
*Non portu &c.*

Vetus Cartago his omnib. eſt inſtructiſſima: tamen *illa* non certauerit nouæ.

NON ILLA OPIB. CERTAVERIT AVRI.. ] *Qua capta auri, argentique ad imperatorem relata magna vis. Pateræ aureæ fuerunt* CCLXXVI. *librales ferme omnes pondo: argenti facti, ſignatique decem & octo millia, &* CCC. *pondo: vaſorum*

*argenteorum magnus numerus.* Silius *aurum* poſuit, vt metallorum caput. Liuius iterum: *Eò congeßiſſent* [ Dii ] *omnis pene Africa, atq. Hiſpaniæ opes.* Polyb.lib.10. τῶν χρημάτων πλῆθος, καὶ τὰς ἀποσκευὰς τῶν στρατοπέδων ἁπάσας ἐν ταύτῃ τῇ πόλει συνέβαινε τοῖς Καρχηδονίοις ὑπάρχειν: *Pecuniarum magnitudo, & armamenta omnegenus exercitibus recondita in hac vrbe Cartaginienſibus fortè fuerunt.*

NON PORTV.] Polyb.lib.10. Ἀκούων δὲ πρῶτον μὲν, ὅτι λιμένας ἔχει στόλῳ, καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσι μόνη σχεδὸν τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἅμα δὲ καὶ διότι πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς Λιβύης πλοῦν, ἡ πελάγιον διάρμα, εὐφυῶς κεῖται τοῖς Καρχηδονίοις: *Cùm primùm audiret huic ferè vrbi ſoli per omnem Hiſpaniam portus eſſe claßi idoneos copiiſq. maritimis, ſimulque ad ſoluendum è Libya maritimum traiectum ingenio loci Cartaginienſibus eſſe percommodum.*

CELSOVE SITV.] Liuius lib. 26. *Cum altitudo caliginem oculis offudißet ſcandentium.* Polyb. lib. 10. Ἐφ' αἷς [ *ſcalis* ] οἱ πρῶτοι προσβαίνοντες ἐσκοτοῦντο διὰ τὴν εἰς ὕψος ἐπάγεσιν: *Quas ſcalas qui primi conſcendebant, oculis caligabant præ loci altitudine.* Ita verto: Liuio námq. inſtinctore lubens; voléníq. ſcripſero: διὰ τὴν εἰς ὕψος ἀνάβασιν.

AVT AGILI FABRICANDA AD TELA VIGORE.] Cartago noua veteri nõ ceſſerit. Vetus autem quantum potuerit armis procudendis ex interpretato Strabone lib.17.cognoſce: *Obſeßa verò, & ad deditionem coacti panopliarum tradiderunt* CC. M. *catapelticorum inſtrumentorum* III. M. *ne porro eis bellum fieret.* Sed *vt bellum inſtaurari decretum fuit, extemplo armorum officinas inſtruunt, & quot diebus clypei centum, & quadraginta referebantur, gladij trecenti, lanceæ quingentæ, & mille tela, quæ de catapultis mitterentur. Crinem catapultis ancillæ ſuppeditauere.* Iam ſi Cartago V. cum noua *non certauerit agili fabricanda ad tela vigore,* nouæ laus ampla eſt: an ex vero? Liuius lib.26.vbi ea iam in poteſtatem fuit Romanorum: *Captus & apparatus ingens belli, Catapultæ maximæ formæ centum viginti, minores* CC. LXXXI. *balliſtæ maiores* XXIII. *minores* LII. *ſcorpionum maiorum, minorumque, & armorum, telorumq. ingens numerus, ſigna militaria* LXXIIII. Adde non procul Cartagine N. Sucronem *rigentibus vndis, qui ferrum gelat,* & fabricandis armis peridoneus eſt. *Agili vigore,* ad fabros referri poteſt, de quib. Polyb. lib. 10. Τὸ δ' ἄλλο πλῆθος, οὐ πολὺ μὲν ὂν διαφερόντως ἐν αὐτῇ, τὸ δὲ δημιουργικὸν, καὶ βάναυσον, καὶ θαλαττουργόν: *Cætera verò in ea multitudo erat longè permaxima fabrorum, mechanicorum, atq. eorum, qui vtiles in mari operas præſtarent.*

HAVD VLLI DVRANT VISVS ÆQVARE VOLANTEM.] Hoc eſt, Oculi cùm cœperint in volantem equum intendi, nequeunt eam intentionem perpetuare, non durant id ſpectando, ſed remittuntur: non æquant videndo, ſpatium, quod equus volando pertranſit. Sic verbum *durandi* non interruptam deſignat actionem lib.2. Argon.apud Flaccum:

— *& in ſeraſ durant ſermonib. vmbras.*

Nec diſſimiliter Plautum intelligo in Amphitruone:

*Durare nequeo in ædib.* —

Atq. hæc reſponſa ſunto I. Scaligero lib. 5. ſeu in Critico c.14.

AC PELAGO VECTVS SERVATA LÆLIVS HORA.] Liuius lib. 26. *Is claſſe circummißus ita moderari curſum nauium iußus erat, vt eodem tempore Scipio ab terra exercitum oſtenderet, & claßis portum intraret.*

VRBI IMPOSTA IVGO.] Deprauata exemplaria, quæ mihi reliqua, cùm Silianæ dictionis ſeries repoſcat:

*Vrbs impoſta iugo.* —

QVI CONTRA AMPLEXVS IN ARCTIS AVXILIVM, CELSAMQ. LOCI PRÆCINXERAT ARCEM.] Modius legit:

— *atq. excelſa loci præſepſerat arce.* Ego:

— *qui cuncta amplexus in arctis*

*Auxilia, excelſam ſociis præcinxerat arcem.*

Fauet Liuius lib. 26. *Quingentis militib. arcem inſedit.* Editioni ab Heynſio eſt: *Præceſſerat*, quod non concoquo.

HINC TACITE NECTENS.] Rectè fuerit *Nitens.* Fortè etiam *Hac* commodiùs legetur.

QVA VISIS FLVCTIB. ARRIS.] Arris (Liuius *Magonem* vult, & Polyb. lib. 10. Ὁ δὲ Μάγων ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς πόλεως: *Mago vrbi præfectus.*) properantior, vt in tumultu fieri amat, *viſis fluctibus*, illâ putauit vrbem inacceſſam, & inexpugnabilem, & ecce

*Incuſtoditam ſine milite liquerat vrbem.*

Quæ Modius properatim quoq. legens *Viſis* extrudit, reponítq. *Fiſus*, ſententia nec mala, nec inepta: ſed quæ ſurgit etiam ex recta, & ordinaria lectione *Viſis.*

POPVLVMQ. ADDIXIT INERMEM.] Mago Polybii fide lib. 10. qui ſalutem ſibi pactus arcem tradidit. Sic etiam Liuius. An *Mago* idem, qui *Arris*? Mariana lib. 2. c. 20. Magonem iterum, iterumq. nominat.

HANC ORIENS VIDIT TITAN.] Cartaginem obſideri, & occidens, captam, Liuius lib. 22. ac pôtiſſimum 26. Flor. lib. 2. c. 6. Appianus Ibericis. Par Oechaliæ fatum ab Hercule. Seneca Octæo:

*Cecidit Oechalia inclyta,*

*Vnúſq. Titan vidit, atque vnus dies*

*Stantem, & cadentem.*

Minutiora hæc: apud Sex. Pompeium magnificentiſſima eſt T. Quinctii Dictatoris memoria, qui coronam auream Ioui donum dediſſe ſe ſcripſit, *cùm per nouem dies totidem vrbes, & decimam Præneſte cepiſſet.* Dictum non meminit Liuius lib. 6. etſi teſtatur nouem opida vi capta, Præneſte per deditionem.

*Principio ſtatuunt aras: cadit ardua taurus*
*Victima Neptuno pariter, paritérq. Tonanti.*
*Tum merita æquantur donis, ac præmia virtus*
*Sanguine parta capit. phaleris hic pectora fulget,*
*Hic torque aurato circundat bellica colla,*
*Ille nitet celſus muralis honore coronæ.*
*Lælius ante omnes, cui dextera clara, domúſq.*
*Terdeno boue, & æquorei certaminis alto*
*Donatur titulo, Pœniq. recentibus armis*

*Rectoris: tunc haſta viris, & martia cuique*
*Vexilla, & meritum, & prædæ libamina dantur.*
*Poſtquam perfectæ laudes hominúmq; Deûmque,*
*Captiuæ ſpectantur opes, digeſtáq. præda.*
*Hoc aurum patribus, bello hæc Martiq; talenta,*
*Hoc regum donis, diuûm hoc, ante omnia, templis:*
*Cætera bellantum dextris, pulchróq. labori.*
*Quinetiam accitus populi regnator Iberi,*
*Cui ſponſa, & ſponſæ defixus in oſſibus ardor,*
*Hanc notam formæ conceſſit lætus ouánſque*
*Indelibata gaudenti virgine, donum.*
*Tum vacui curis vicino littore menſas*
*Inſtituunt, feſtóq. agitant conuiuia ludo.*
*Lælius affatur: macte ô venerande pudici*
*Ductor macte animi, cedat tibi gloria laúſq.*
*Magnorum heroum, celebratáq. carmine virtus.*
*Mille Mycenæas qui traxit in æquore proras*
*Rector, & Inachiis qui Theſſala miſcuit arma,*
*Fœmineo ſocium violauit fœdus amore.*
*Nulláq. tum Phrygio ſteterant tentoria campo*
*Captiuis non plena toris: tibi barbara ſoli*
*Sanctius Iliaca ſeruata eſt Phœbade virgo.*
*Hæc, atque his paria, alterno ſermone requirunt,*
*Donec nox atro circundata corpus amictu*
*Nigrantes inuexit equos, ſuaſitq. quietem.*

ILLE NITET CELSVS MVRALIS HONORE CORONÆ. ] Polyb. lib. 10. Λοιπὸν χρυσοῦς στεφάνους ἐπηγγείλατο τοῖς πρώτοις ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβᾶσι, ϗ τὰς εἰθισμένας δωρεὰς τοῖς ἐπιφανῶς ἀνδραγαθήσασι: *Cæterùm primis in mœnia euadentib. coronas ex auro promiſerat, iiſq. qui facinoribus ſe palàm probaßent, dona conſueta.* Scipio ante certamen. Vide Liuium, vt promiſſis manſerit.

LÆLIVS ANTE OMNES, CVI DEXTERA CLARA, DOMVSQ. TERDENO BOVE. ] Dexteræ, & mentis conſultiſſimæ pretio Lælius Scipioni hæſit in intimis. Manifeſtum ex illo Liuii lib. 27. *Iam enim & Lælius redierat ab Roma, ſine quo nihil maioris rei motum volebat Scipio.* Lib. 26. *Cùm iret oppugnatum Cartaginem, Nemo omnium, quò iretur, ſciebat, præter C. Lælium.* Polybi lib. 10. πάντας ἀπεκρύψατο χωρὶς Γαΐου Λαιλίου. Lib. 11. Lælius ἦν δ᾽ εὔδημος μάγνης *Erat popularis magnes.* Scipioni. Ergo virtutem Lælii impenſiùs eſt remuneratus Scipio. Liuius lib. 26. *Ante omnes C. Lælium* [terit hæc veſtigia Silius] *præfectum claßis, & omni genere laudis ſibimet ipſi æquauit, & corona aurea, ac triginta bobus donauit.* Nota fortitudinis præmium bouem fuiſſe crebriuſculè. Liuius lib. 4. L. *Minutius boue aurato extra portam trigeminam eſt*

*donatus*. Lib. 7. aduocata concione Conſul laudatum tribunum M. Valerium Coruinum decem bobus, aureáque corona donauit. Eodem libro *Præter militaria alia dona aurea corona eum* [ Decium Samnitium victorem ] *& centum bobus, eximióq. vno albo opimo auratis cornib. donat* Cornelius. Vide Plin. lib. 33. c. 2. Bos fortitudinis hieroglyphicum non iniuria. Item in certaminibus bos victori præmio fuit Aen. 5. Il. ψ. Calabri li. 4. Silii lib. 16.

ÆQVOREI CERTAMINIS ALTO DONATVR TITVLO.] Lælius Thalaſſarcha renunciatur, *Præfectus claſſis* Liuio. Θαλασσοκράτωρ.

POENIQ. RECENTIB. ARMIS RECTORIS.] Arris, ſiue Magonis Cartaginis N. gubernatoris arma dantur Lælio.

ET MARTIA CVIQ. VEXILLA, ET MERITVM.] *Vt meritum* elegantius longè futurum pronunciat Modius, adſentio, adſtruóq. è Silii lib. 16.

*Cætera promiſſo donata eſt munere turba,*
*Vt virtus, & dextra fuit.*

*Vexilla* autem iſta palmaria non vniuſmodi fuerunt: quædam *pura*, quæ coloris vnius interpretor. Apud Vopiſcum Probus bello Sarmatico *donatur vexillis puris quatuor*. Quædam *verſicoloria*. Aureliano apud Vopiſcum *dantur haſtæ puræ decem, vexilla bicolora quatuor*. Ita Cedrenus ex purpura, auróq. forma quadrangulari facta vexilla longis haſtis geſtari ſolita ſcribit. Et ex Platone lib 2. de Legib. ſcribit Cicero: *Color albus præcipuè decorus Deo eſt tum in cæteris, tum maximè in textili: tincta verò abſint, niſi à bellicis inſignib.* Secundi generis vexilla *Varia* voces licet, aut *Polymita*.

INDELIBATA GAVDENTI VIRGINE.] *Gaudenti Luceio*, ita Plutarchus. Val. Max. lib. 4. c. 3. vult *Indibili* fuiſſe ſponſam inter Celtiberos nobiliſſimo. Liuius lib. 26. *Allucium* nominat. Polyb. lib. 10. hac in narratione nominis ſponſi non meminit: etſi pòſt Hedeconi vxorem quoq. reddit Scipio cum liberis. Silius Valerio videtur aſſentiri:

*Quin etiam accitus populi regnator Iberi,*
*Cui ſponſa.*

Item: *Huic* [ ſic amem, non *Hanc* ] *notam formæ conceſſit lætus, ouánſq.* Ibidem apud Polybium *Indibili, & Mandonio* redduntur vxores; ſed & liberi: præſens autem hiſtoria poſtulat virginem [ reuide Silium ] eámq. dumtaxat ſponſam, non vxorem: præſertim cùm ætas, & coniugii labor formam defloret: hæc autem noſtra, forma fuerit ſpectatiſſima. Par animi integritas in Alexandro M. aduerſus Darii vxorem cum filiabus, Curtius. De Scipionis caſtitate, & Alexandri Gell. lib. 6. c. 8.

CELEBRATAQ. CARMINE VIRTVS.] *Virtus*, non Heroum continentia, quæ nulla; ſed *fortitudo* Homero dicta. Sic ex Ἄρης ἀρετὴν Græci norunt.

INACHIIS QVÆ THESSALA MISCVIT ARMA. ] Argiuorum armis Theſſalorum miſcuit; præſertim Achillis, qui *Theſſalus ductor* Hor. lib. 2. Od. 4. *Inachys*, Argiuis. Adeundus Pauſanias in Arcadicis. Horat. *Priſco diues ab Inacho*. Achillis autem cum ſerua cõſuetudinem ſuggillant & illa Curtii de ore Alexandri M. lib. 8. *Achillem quoque, à quo genus ipſe deduceret, cum captiua coiſſe.*

FOEMINEO SOCIVM VIOLAVIT FOEDVS AMORE.] Agamemnō in Achillem fuit iniurius abrepta Chryſeïde eius captiua, Il. α. Ouid. mille locis.

CAPTIVVS

CAPTIVIS NON PLENA TORIS.] Sparſim id teſtatum, Iliade, & Hor. lib. 2. Oda 4.

SANCTIVS ILIACA SERVATA EST PHOEBADE VIRGO.] *Sanctiùs* Hiſpana virgo ſponſa, quàm Caſſandra, quæ ab Aiace Oïlei compreſſa eſt apud Q. Calabrum lib. 14. & Tragicos.

*Emathio interea tellus Aetola tumultu*
*Feruebat, Macedûm ſubitis perculſa carinis.*
*Proximus huic hoſti dextras iungebat Acarnan.*
*Cauſa noui motus Pœnis, regiq; Philippo,*
*In bellum Auſonium ſociatæ fœdere vires.*
*Hic gente egregius, veteriſq; ab origine regni*
*Aeacidum ſceptris, proauóq; tumebat Achille.*
*Ille & nocturnis conterruit Oricon armis.*
*Quáq; per Illyricum Taulantius incola littus*
*Exiguos habitat non vllo nomine muros,*
*Turbidus inceſſit telis, ille æquore vectus*
*Nunc & Phæacum, Teſprotiáque arua laceſſens*
*Epirum caſſus luſtrabat futilis auſis.*
*Hinc & Anactoria ſigna oſtentauit in ora.*
*Ambraciosq. ſinus, Pellæáq. littora bello*
*Perfundit rapido. pepulit vada feruida remis*
*Leucatæ, & Phœbi vidit citus Actia templa.*
*Nec portus Ithacæ Laërtia regna, Saménque*
*Liquit inacceſſam, fluctúque canantia cano*
*Saxa Cephalenum, & ſcopuloſis Neriton aruis,*
*Ille etiam Pelopis ſedes & Achaia adire*
*Mœnia gauiſus, triſtem Calydona Dianæ,*
*Oeneáſque domos, Curetica tecta ſubibat,*
*Promittens contra Heſperiam ſua prælia Graiis,*
*Tum luſtrata Ephyre, Patræque & regia Pleuron,*
*Parnaſſúſque biceps, Phœbóque loquentia ſaxa.*
*Ac ſæpe ad patrios bello reuocante penates,*

EMATHIO INTEREA TELLVS ÆTOLA TVMVLTV.] Ætoli cum ſociis Philippum Macedoniæ regem, & Acarnanas, qui ab Aetolorum imperio deſciuerant, oppugnarunt ex fœdere cum Romanis, Liuius lib. 26. Polyb. li. 4. aliíſque ac potiſſimum quinto, Legationum Eclogæ ab Vrſino. *Macedonia* quondam dicta *Emathia*, Gell. lib. 13. c. 6. Plin. lib. 4. c. 10. Liuius lib. 40. Euſtath. in Dionyſium, Solin. c. 14. inſinuat, Homer. Epigrammata. Hinc *Emathius tumultus* pro Macedonico.

DEXTRAS IVNGEBAT ACARNAN.] Repeti poſſunt Notæ ad lib. 3. Nunc

addo Marcianum:

— Μετέπειτα δ' ἡ Ἀκαρνανία,
Ἣν τοὺς μὲν Ἀλκμαίωνά φασιν οἰκίσαι
Τοὺς δ' ἐκ ἐκείνου παῖδ' Ἀκαρνᾶνα κτίσαι.
— *Acarnanus ſequuntur proximè,*
*Quos Alcmaon, & Alcmaone proſatus*
*Poſuere, veri fama ſiquid obtinet.*

VETERISQ. AB ORIGINE REGNI ÆACIDVM SCEPTRIS.] Polyb. lib. 5. poſt auditum pugnæ Cannenſis nuncium parante Philippo orbi imperitare ait: πρὸς δὲ τούτοις ἐξ οἰκίας ὁρμώμενος τοιαύτης, ἣ καὶ μάλιστά πως αἰεὶ τῆς τῶν ὅλων ἐλπίδος ἐφίεται: *Præterea ex eiuſmodi profectum domo, quæ ſemper inhiauit vniuerſi imperio.*

ORICON ARMIS.] A Græcis errabundis vrbs poſita. Marcianus:

Ἑλληνίς, Ὤρικός τε παράλιος πόλις·
Ἐξ Ἰλίου γὰρ ἐπανάγοντες Εὐβοεῖς
Κτίζουσι κατενεχθέντες ὑπὸ τῶν πνευμάτων.
*Hellenis, Oricúmque vicinum mari,*
*Ex Ilio, námq. Euboici dum reueniunt,*
*Ventis repulſi condiderunt Oricum.*

Adi Stephanum, & Euſtath. in Dion. Quod ad modulum ſyllabarum, Polyb. lib. 5. ſcribit Ὤρικον: ſi rectè, dicam Silium alteram vocalem medio eximere, ac primam Doricè extendere, vt Theocr. Ὤρικος. Pomponius Mela lib. 2. c. 3. *Vrbium prima eſt Oricum.* Propert. lib. 1. Eleg. 8.

*Accipiat placidis Oricos æquoribus.*

QVIQ. PER ILLYRICVM TAVLANTIVS INCOLA LITVS.] Appianus in Illyricis *Taulantem*, à quo *Taulantii*, ponit *Illyri* filium, à quo *Illyrii*. *Illyrus* autem, ſiue *Illyrius* Cadmi filius fuit, Apollodor. lib. 3. Thucydides lib. 1. προσοικοῦσι δ' αὐτὴν (Ἐπίδαμνον, ſiue Dyrrachium) Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος: *Prope ipſam habitant Taulantii barbari, gens Illyrica.* Illyri autem hoc bello Romani erant Pleurato, & Scerdileto ducibus, & à Philippo vaſtati ſunt, Liuius lib. 26.

EXIGVOS HABITAT NON VLLO NOMINE MVROS.] Infauſta coniectura eſt: *Nullo munimine.* Ne moueant *muri exigui*, Plin. facit lib. 3 c. 21. vbi de Illyrico: *Populorum pauca effatu digna, aut felicia nomina.* Et verò quid prohibet *exiguis muris* ciuitatem eſſe bene munitam?

NVNC ET PHÆACVM.] Aen. 3.

*Aërias Phæacum abſcondimus arces.*

*Phæacia* priùs dicta *Scheria*, Hom. Od. ε. poſteriùs *Corcyra*, Liuius li. 26. Euſt. in Dion. & Hom. Peccant, qui primæ diphthógum demunt. Malim etiam: *Hinc & Phæac.* certè ſubditis congruentiùs.

THESPROTIAQ. ARVA LACESSENS.] Theſprotos gentem barbaram, nec amplè habitare ſcribit Marcianus.

HINC ET ANACTORIA SIGNA OSTENTAVIT IN ORA.] Marcianus:

Ἐν τῇ παραλίᾳ δ' ἐστὶν Ἀνακτόριον πόλις,
Ταύτην δ' Ἀκαρνᾶνές τε, καὶ Κορίνθιοι
Ἀπῴκισαν.

*Anactorium vicina ciuitas ponto,*
*Quam cum Corinthijs poſuere Acarnanes.*

Vide Maximum Tyrium λόγῳ κγʹ. Plin. lib. 5. c. 29.

AMBRACIOSQ. SINVS.] Dicæarchus:

Τῆς Ἑλλάδος ἐστὶν Ἀμβρακία πρώτη πόλις,
Αὕτη δ' ἀποικία λέγεται Κορινθίων
Εἶναι. Κατὰ τὸν κόλπον δὲ τὸν λεγόμενον
Ἀμβρακικὸν ᾤκισται μέσον.
*Vrbs prima Graciæ Ambracia eſt, colonia*
*Corinthiorum, vana ſi non fabula,*
*Habitatur Ambracico, vt vocant, illa in ſinu.*

Plin. lib. 4. c. 1. Maximéq. *nobilitatis Ambracius ſinus faucib. ſpatioſum æquor accipiens longitudinis* XXXIX. M. P. *latitudinis* XV. M. Vide Scylacem, & Marcianum. De Ambracia regione, ac ciuitate quamuis multa Polyb. lib. 4. ex quo iſta delibata ſunto de ciuitate: Ἐπικάθηται τῇ πόλει· ὁ γὰρ Ἀμβρακὸς ἐστὶ μὲν χωρίον εὖ κατεσκευασμένον, καὶ προτειχίσμασι, καὶ τείχει. Κεῖται δ' ἐν λίμναις μίαν ἀπὸ τῆς χώρας στενὴν, καὶ χωστὴν ἔχον πρόσοδον: *Sedit vrbi imminens: Ambracus enim locus eſt, qui muro, & antemurali conſtat. Jacet in paludibus, vnicum ex eo loco anguſtum aditum habens, cúmq. ex aggeſto ſolo.* Vber quoque in Ambracio ſinu amplificando Pomponius Mela lib. 2. c. 3.

PELLÆAQ. LITORA BELLO PERFVDIT RAPIDO.] Philippo Pellæ hybernanti Aetolorum defectio allata eſt. Liuius lib. 26. De re tota Polyb. lib. 5. de Philippo: Δύο δὲ μείνας ἡμέρας ἐνταῦθα τῇ τρίτῃ ποιησάμενος ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν τὸν ἀνάπλουν, δευτεραῖος πορθήσας ἅμα τὴν τῶν Αἰτωλῶν παραλίαν ἐν Λεχαίῳ καθωρμίσθη. Μετὰ δὲ ταῦτα ποιησάμενος τὰς πορείας ἑβδομαῖος ἐπέβαλε τοῖς ὑπὲρ τὴν πόλιν κειμένοις περὶ τὸ Μενελάιον λόφοις: *Cùm hîc biduum ſubſtitiſſet, ſoluit die tertio bene mane, ac Ætolorum ora maritima die ſecundo diſpoliata in Lechæo commoratus eſt. Inſecuti deinde itineris die ſeptimo tumulos ad Menelaum ſupra ciuitatem poſitos inuaſit.* Cuius hiſtoriæ adſpectu verba legit aptiſſima Silius:

— — *bello*
*Perfudit rapido.* —

Tullii præſcriptum in Roſciana: *Nos iudicio perfundere, accuſare autem eos ipſos, à quib. mercedem accepiſti,* hoc eſt, leuiore iudicio implicare.

LEVCATAE.. ITHACE.. CEPHALENES.. NERITOS.. PELOPIS SEDES.] Accurauit, non ſine teſte, terrarum hunc poſitum Silius. Marcianus:

Λευκὰς μὲν ἐν πρώτοις Κορινθίων κτίσις,
Εἶθ' ἡ Κεφαλλήνων, Ἰθάκη τε πλησίον,
Ἥ τε Πελοπόννησος, συνεγγὺς κειμένη.
*Eſt Leucas in primis Corinthiorum opus,*
*Dein' Cephalleni, his Ithaci tum proximant,*
*Ithacis, quæ nomen à Pelope inſula.*

Sunt autem omnes inſulæ. Vide ſparſim Aen. 3. Plin. lib. 4. c. 1. Hanc oram aditam Philippo autor eſt Polyb. lib. 5.

ILLE ETIAM PELOPIS SEDES.] *Peloponneſum,* antè Marcianus dixit: Polib. lib. 5. Γραμματοφόρους διαπέστελλε πρὸς τὰς ἐν Πελοποννήσῳ συμμαχίδας πόλεις: *Tabellarios diuiſit ad ſocias in Peloponneſo ciuitates.*

ET ACHAÏCA ADIRE MOENIA.] *Argos.* Polyb. lib. 5. Ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν δι' Ἄργους ἧκε δευτεραῖος εἰς Τεγέαν. Προσαναλαβὼν δὲ τοὺς ἠθροισμένους τῶν Ἀχαιῶν προῆγε διὰ τῆς ὀρεινῆς: *Itinere per Argos facto Tegeum peruenit die ſecundo. Adſumta vero Achæorum manu duxit per montana.*

TRISTEM CALYDONA DIANÆ.] Ob Dianam, quæ Calydoniis, & Aetolis aprum vaſtatorem immiſit ſacrificii neglecti pœnam. Homerus vberrimè Iliad. 10. ex quo paucula habe:

> Καὶ γὰρ τοῖσι κακὸν χρυσόθρονος Ἄρτεμις ὦρσε
> Χωσαμένη, ὅ οἱ οὔ τι θαλύσια γουνῷ ἀλωῆς
> Οἰνεὺς ῥέξ', ἄλλοι δὲ θεοὶ δαίνυνθ' ἑκατόμβας,
> Οἴῃ δ' οὐκ ἔρρεξε Διὸς κούρῃ μεγάλοιο.
> *Ipſis námque malum aurato Diana ſedili*
> *Immiſit, quoniam ſacrum pro frugibus Oeneus*
> *Spreuerat, indignata: Diíue omnes Hecatombas*
> *Suſcipiant: ego ſola Iouis gens negligar? inquit.*

Huc pertinent illa Pomponii lib. 2. c. 3. *Cyrrha, & notior aliquanto nomine Calydon.*

OENEASQ. DOMOS.] Ciuitates, quibus antiquitus Oeneus regnator. Poly. Ecl. 28. Ἡ δὲ πόλις, καὶ ἡ χώρα ἡ τῶν Οἰνιαδῶν: *Vrbs, & regio Oeniadum.* omnéſque Græci per οι ſcribunt. Quare in Liuio perperam ſcribitur diphthongo principe.

CVRETICA TECTA SVBIBAT.] Acarnaniam, cuius incolæ Acarnanes Liuio, Curetes Homero ſuprà.

TVM LVSTRATA EPHYRE] *Corinthus*, prodictum eſt. Narrat Polyb. lib. 5. Philippum cum claſſe Corinthum veniſſe, & Lochæo viſum pro ſtatione. Vide Liuium lib. 26. 27.

REGIA PLEVRON.] Plin. lib. 4. c. 2.

PARNASSVQ. BICEPS.] Perſius Prol. Statius audenter, & congruè:

> — — *ſummáq. biuerticis vmbra*
> *Parnaſſi reſidens.*

Nonnus lib. 13. Παρνασὸν δικάρηνον.

PHOEBOQ. LOQVENTIA SAXA.] Lucan. lib. 5.

> — *vaſtos telluris hiatus*
> *Diuinam ſpirare fidem, ventóſque loquaces*
> *Exhalare ſolum.*

AC SÆPE AD PATRIOS BELLO REVOCANTE PENATES.] *Sæpe*, obſcurum rerum compendium, ni explicatum veniret Silium Liuius lib. 27. *Nuncius è Macedonia venit* (ad Philippum) *Eropum quendam corrupto arcis, præſidijſque præfecto Lychnidum cepiſſe: tenere & Daſſaretiorum quoſdam vicos, & Dardanos etiam concire. Omiſſo igitur Achaico, atque Aetolico bello*, &c. Iterum: *Demetriadem in Theſſaliam peruenit. Ibi alij maiorem afferentes tumultum nuncij occurrunt*, &c.

*Cùm modò Sarmaticus regna infeſtaret Oreſtes,*
*Aſpera nunc Dolopum vis exundaſſet in agros,*
*Incœpto tamen haud facilis deſiſtere vano*

*Belli, per Graias vmbram circuntulit oras.*
*Donec nunc pelago, nunc terra exutus omiſit*
*Spem poſitam in Tyriis, & ſupplex fœdera ſanxit*
*Dardana, nec legem regno accepiſſe refugit.*
*Tunc & Tyndarÿ Latias fortuna Tarenti*
*Auxit opes, laudémque ſimul. nam perfida tandem*
*Vrbs Fabio deuicta ſeni poſtremus in armis*
*Ductoris titulus cauti, ſollertia tutum*
*Tum quoque adepta decus, captis ſine ſanguine muris.*

CVM MODO SARMATICVS REGNA INFESTARET ORESTES. ] Macedoniam. Liuius lib. 27. *Dardanos in Macedoniam effuſos, Oreſtidem iam tenere.* Oreſtidæ qui populi non parcè docet Solin. c. 14.

ASPERA NVNC DOLOPO VIS EXVNDASSET IN AGROS. ] *Dardanos deſcendiſſe in campum Aſtræum* teſtatur Liuius li. 27. Plin. l. 4 c. 1. *Dardanos feram gentem* vocat, Strab. li. 7. *ἀγρίους πάνυ agreſtiſſimos*, quòd ſuppoſita fimetis gurguſtia habitarent. Coniicere eſt itaq; ex epitheto *Dolopes* pro *Dardanis* nominaſſe Silium. Diſceptant apud Liuium Notularii legendũ ſit Aſtræum, an Ægeſtæum? puto ego legendum: *In agrum Ægiaum.* Liuius enim lib. 28. *Ægium* his in oris Philippo facit obnoxiam, & concilii ſedem.

BELLI PER GRAIAS VMBRAM CIRCVMTVLIT ORAS. ] *Σκιαμαχία Belli ſimulacro.* Philippus vſus eſt, quò aptius regnum turbatum ab ſe peti diſſimularet.

SVPPLEX FOEDERA SANXIT DARDANA. ] Liuius libris 32. 33.

*Nanque vt compertum, qui Punica ſigna regebat*
*Fœminea exuri flamma, tacitúsq; quiete*
*Exin virtuti placuit dolus, ire ſorori,*
*Nam caſtris erat in Rutulis germanus amatæ*
*Cogitur, & magnis muliebria vincere corda*
*Pollicitis, ſi recluſas tranſmittere portas*
*Concédat Libycus rector, votíq; potitus*
*Euicto Fabius Pœno, circundata telis*
*Incuſtodita penetrauit mœnia nocte.*
*Sed quis nam auerſos Phœbum tunc iungere ab vrbe*
*Romulea dubitaret equos, qui tempore eodem*
*Marcellum acciperet lethum oppetiiſſe ſub armis?*
*Moles illa viri, validóque habitata Gradiuo*
*Pectora, & haud vllis vnquam tremefacta periclis,*
*Heu quantum Annibalem clara fractura ruina*
*Procubuere, iacet campis Cartaginis horror.*

*Forſan Scipiadæ confecti nomina belli*
*Rapturus, ſi quis paulum Deus adderet æuo.*
*Collis Agenoreum dirimebat ab aggere vallum*
*Auſonio, Dauni Mauors conſederat aruis*
*Curarum comes, & ſummi Criſpinus honoris*
*Marcello ſocius, communia bella ciebat.*
*Ad quem Marcellus: geſtit luſtrare propinquas*
*Mens ſyluas, medióq; viros imponere monti,*
*Ne Libys occultis tumulum prior occupet auſis.*
*Si cordi eſt, te participem Criſpine laboris*
*Eſſe velim, nunquam deſunt conſulta duobus.*
*Hæc vbi ſedere, ardentes attollere ſeſe*
*Iam dudum certant in equos. Marcellus vt arma*
*Aptantem natum aſpexit, lætúmque tumultu,*
*Vincis ait noſtros mirando ardore vigores,*
*Sit prematurus felix labor, vrbe Sicana*
*Qualem te vidi, nondum permitteret ætas*
*Cùm tibi bella, meo tractantem prælia vultu.*
*Huc decus, huc noſtrum, lateri te iungi paterno.*
*Et me diſce nouum Martem tentare magiſtro.*
*Tum pueri colla amplectens ſic pauca profatur:*
*Summe Deûm Libyco ſaxis de præſide victor*
*His humeris tibi opima feram: nec plura, ſereno*
*Sanguineos ſudit cum Iuppiter æthere rores,*
*Atque atris arma aſperſit non proſpera guttis.*
*Vix dum finitis intrarant vocibus arctas*
*Lethiferi collis fauces, cùm turba volucreis*
*Inuadunt Nomades iaculis, nimbóque feruntur*
*Aetherio ſimiles, cæca fundente latebra*
*Armatos in bella globos. circundata poſtquam*
*Nil reſtare videt virtus, quod debeat vltra*
*Iam ſuperis, magnum ſecum portare ſub vmbras*
*Nomen mortis auet, tortæ nunc eminus haſtæ*
*Altius inſurgit, nunc ſæuit comminus enſe.*

QVI PVNICA SIGNA REGEBAT FOEMINEA EXVRI FLAMMA. ] Liuius li.27. Plut. in Fabio. Proditori nomen fuit *Cononeus*, App. Ibericis, vel *Abrentius*; ſic autor Polyænus li.8. Stratag.

CARTAGINIS HORROR. ] Marcellus. Idem Scipioni dedit Lucretius.

COLLIS AGENOREVM DIRIMEBAT AB AGGERE VALLVM AVSONIO. ] *Exiguum campi ante caſtra erat, inde in collem aperta vndique, & conſpecta ferebat via.* Liuius li. 27.

MEDIOQVE VIROS IMPONERE MONTI. ] Geſtio ego Marcellus. Liuius, & Plutarchus congruunt Verùm Appianus Ibericis caſum Marcelli refert in occaſionem prædæ captatæ, quod in hiſtoria creberrimum: Λείαν δέ τινα ὑπὸ Νομάδων ἀγομένην Μάρκελλος ἰδὼν, καὶ δόξας ὀλίγους εἶναι τοὺς ἄγοντας, ἐπέδραμεν αὐτοῖς μετὰ τριακοσίων ἱππέων σὺν καταφρονήσει.

NVNQVAM DESVNT CONSVLTA DVOBVS. ] Illud reditum, licet iniquius:

— πλεόνων δέ τι μῆτις ἀμείνων.

HVC DECVS, HVC NOSTRVM. ] Æneid. 6.

*I decus, i noſtrum melioribus vtere fatis.*

SANGVINEOS FVDIT CVM IVPITER ÆTHERE RORES. ] Omen improſperum. Nonnus li. κζ.

— ἀμφὶ δὲ γαίῃ
Αἱμαλέων ξεῖνον ὄμβρον ἀπ' ἰκμάδος ὑέτιος Ζεὺς
Οὐρανόθεν κατέχευε φόνου προάγγελον Ἰνδῶν,
Καὶ φονίαις λιβάδεσσιν ἐρευθομένης νιφετοῖο
Δίψια κυανέης ἐρυθαίνετο νῶτα κονίης
Ἰνδῴης δαπέδοιο.

— *terram vndique circum*
*Humidus effudit cœli de ſedib. altis*
*Imbrem ſanguineum venturarum omnia cladum*
*Iupiter, & quamuis arentia terga rubebant*
*Inda telluris guttis proſperſa cruentis.*

Iupiter Iliade vndecima multos vtrimque mortales perditurus ſanguinolentum ante rorem deiicit:

— κατὰ δ' ὑψόθεν ἧκεν ἐέρσας
Αἵματι μυδαλέας ἐξ αἰθέρος· οὕνεκ' ἔμελλε
Πολλὰς ἰφθίμους κεφαλὰς ἄϊδι προϊάψειν.

— *ex alto demiſit ſanguine rorem*
*Imbutum: quia multorum Mauortia corda*
*Sedib. infernis animo damnare parabat.*

Apud Heſiodum cygno & Hercule ituris in certamen Deus idem:

Κὰδ δ' ἄρ' ἀπ' οὐρανόθεν ψιάδας βάλεν αἱματοέσσας.
*Sanguinolenta ſolo de cœlo gutta cadebat.*

Plut. in Fabio notat euaſtante Italiam Annibale clypeos immaduiſſe ſanguine, & circa Antium ſucciſam meſſem ſanguinolentam. Plura Euſtath. in Iliad. χ.

*Forſan & euaſſet rapidi freta ſæua pericli,*
*Ni telum aduerſos nati eueniſſet in artus.*
*Tum patriæ tremuere manus, laxatáque luctu*
*Fluxerunt rigidis arma infelicia palmis.*
*Obuia nudatum tranſmittit lancea pectus,*

*Labénſque impreſſo ſignauit gramina mento.*
*At poſtquam Tyrius ſæua inter prælia ductor*
*Infixum aduerſo vidit ſub pectore telum*
*Immane, exclamat, Latias Cartago timere*
*Deſine iam leges, iacet exitiabile nomen*
*Auſonij columen regni, ſed dextera noſtræ*
*Tam ſimilis non obſcuras mittatur ad vmbras.*
*Magnanima inuidia virtus caret, alta ſepulcri*
*Protinus extruitur, cælóque educitur ara.*
*Conuectant ſyluis ingentia robora, credas*
*Sidonium cecidiſſe ducem, tum thura, dapésq;*
*Et faſces, clypeúſque viri, pompa vltima fertur.*
*Ipſe facem ſubdens, laus inquit parta perennis,*
*Marcellum abſtulimus Latio: deponere forſan*
*Gens Italûm tandem arma velit: vos ite ſuperbæ*
*Exequias animæ, & cinerem donate ſupremi*
*Muneris officio: nunquam hoc tibi Roma negabo*
*Quod virtute viri titulis decorare ſepulcrum*
*Ingentis bello liceat, noménque futuros*
*Æternum in Rutulos poſſis mandare nepotes.*
*Alterius par, atque eadem fortuna laborum*
*Conſulis, exanimum ſonipes ad ſigna reuexit.*

FORSAN ET EVASSET. ] Malit Modius *Enaſſet*, vt proprium magis ductæ à mari metaphoræ. Nolit ipſe Silius ad inſaniam amans conciſæ iſtiuſmodi vocis. Ecce tibi poſterius ſequitur:

*Euaſti noſtram mentito fædere dextram.*

Lib.17. — *iuuenémque ferocem* ]
*Immiſti Latio.*

Item: *Qui memet finib. vnquam*
*Amorim Italiæ.*

Lib.11. — *fidicináque bella remorunt.*

Lib.8. *Veſtra, nec abſceſſem thalamo.*

Lib.14. *Affixet tranſtro.*

Catullus: *Iupiter, vt terſti lumina ſæpe manu.*

TVM PATRIÆ TREMVERE MANVS. ] Imago ad Æneidem ſextam:

*Bis patriæ cecidere manus.*

Idque in hiſtoria parili.

COELOQVE EDVCITVR ARA. ] Non τάφος, non tumulus, vt obtrudit Græculus inſtitor, *Rogus* intelligitur cœlo æmulus. In *rogum* enim *conuectans ſyluis ingentia robora*: de rogo dicitur:

— *ipſe facem ſubdens.*

Marcelli porro tumulus alibi: nam cineres Romam relati teſte Appiano ſuprà,

ſuprà, & Plutarcho: *Τὰ ὀςᾶ τῷ παιδὶ προσέπεμψεν εἰς τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον. Oſſa filio remiſit ad Romanorum exercitum.* Cui dicto conſectaneum illud Silii:

*— cinerem donate ſupremi*
*Muneris officio.*

Sic Æneid. 6.

*— arámque ſepulcri*
*Congerere arboribus, cœlóque educere certant.*

indubitanter intelligendum de rogo. Item apud Val. Flaccum lib. 5. *ἀπαλὰς Ara.* Idque vel quia rogus quadrata forma ſurgebat in *aræ* effigiem, vel quod mortuus in rogo, vti in *ara* victima, cremabatur.

VOS ITE SVPERBÆ EXSEQVIAS ANIMÆ. ] Bellè, Latinéque. *Ire exſequias*, vt, *Ire inficias*. Ter. Phormione Act. 5. Scen. *Quis nominat me? Exſequias Chremeti, quib. eſt commodum, ire iam tempus eſt.*

QVOD VIRTVTE VIRI ] Carmen hoc, & ſequens inducit Carrion li. 1. Emend.

CREDAS SIDONIVM CECIDISSE DVCEM. ] Tam ambitiosè inſtructus Marcelli rogus, támque regificè. Val. Max. l. 5. c. 1. *Punicóque ſagulo, & corona donatum laurea rogo impoſuit.* Quā Annibalis humanitatem plurib. effert.

CINEREM DONATE SVPREMI MVNERIS OFFICIO. ] *Donate*, reportate filio, redonate patriæ, vt ſepulcro inferatur, quod *muneris ſupremi officium*.

QVOD VIRTVTE VIRI TITVLIS DECORARE SEPVLCRVM. ] Hæc cum verſu diſticho ſequente merita *νοθείας* ſuſpicione laborant Modio cēſore.

*Talia in Auſonia. ſed non eſt talis Iberis*
*Armorum euentus campis. Carthaginis omnes*
*Per ſubitum raptæ pernix victoria late*
*Terruerat gentes, ducibus ſpes vna ſalutis*
*Si ſocias iungant vires, ingentibus orſum*
*Auſpicijs iuuenem, patria ceu geſtet in armis*
*Fulmina, ſublimi vallatam vertice montis*
*Ex oculis vrbem cumulatam ſtrage virorum*
*Non toto rapuiſſe die, quam Martius ille*
*Annibal interea conſumpto verterit anno*
*Nec pube æquandam nec opum vbertate Saguntham.*
*Proximus applicito ſaxoſis agere ſyluis*
*Tendebat, fratris ſpirans ingentia facta*
*Haſdrubal, hinc robur, miſtusque rebellibus Afris*
*Cantaber, hinc volucri Mauro pernicior Aſtur.*
*Tantáque maieſtas terra rectoris Ibera,*
*Annibalis quantus Laurenti terror in ora.*
*Forte dies priſcum Tyrijs ſolennis honorem*
*Rettulerat, quo primum orſi Cartaginis altæ*

*Fundamenta, nouam cœpere mapalibus vrbem.*
*Et lætus repetens gentis primordia ductor*
*Feſta coronatis agitabat laurea ſignis,*
*Pacificans diuos, fraternum lena mitebat*
*Demiſſa ex humeris donum, quam fœderis arcti*
*Trinacrius Libyco rex inter munera pignus*
*Miſerat, Aeolijs geſtatum inſigne tyrannis.*

PATRIA CEV GESTET IN ARMIS FVLMINA. ] Emenda: *Ceu patria g.*

QVAM MARTIVS ILLE. ] τὸ *Quam* voluere nugiuendi, quorum opinamento Saguntus, & Cartago Noua vna eadémque ciuitas. Sed hoc è loco ipſi de ſententia depelli poſſunt: Silius enim Saguntum infra Cartaginem ponit: at ſeipſo nihil minus eſt. Reſcribendum *Quum* ſiue *Cùm*.

MAVRO PERNICIOR ASTVR. ] Ex qua pernicitate Aſturi in prœlio fiduciæ. Maro.

*Aſtur equo fidens.*

FESTA CORONATIS. ] Natalis dies Cartaginis feſta. Item Romæ, *Palilia* dicebantur.

AGITABAT LAVREA SIGNIS. ] Modius Ep. 8. autoritate libri chirographi reddit *Gaudia*. Fruamur, vtamur: nam & Maro li. 6. noctem *actam* ſcribit *feſta inter gaudia*.

PACIFICANS DIVOS. ] Agamemnone Seneca:

*Mentémque tibimet ipſa pacifica tuam.*

Claudianus:

*Pierijs mentem pacificare modis.*

Ciceronis veſtigium.

*Aurata puerum rapiebat in æthera penna*
*Per nubes aquila, intexto vibrata volatu.*
*Antrum ingens iuxta, quod acus ſimulauit in oſtro,*
*Cyclopum domus, hic recubans manantia tabo*
*Corpora lethifero ſorbet Polyphemus hiatu,*
*Circà fracta iacent, excuſſáque morſibus oſſa,*
*Ipſe manu extenta Laërtia pocula poſcit,*
*Permiſcétque mero ructatos ore cruores.*
*Conſpicuus Siculi Tyrius ſubtegminis arte*
*Gramineas pacem ſuperûm poſcebat ad aras.*
*Ecce inter medios hoſtilia nuntius arma*
*Quadrupedante inuectus equo aduentare ferebat.*
*Turbatæ mentes, imperfectúsq; Deorum*
*Ceſſit honos, ruptus linquunt altaria ſacris,*
*Clauduntur vallo, tenuémque vt roſcida miſit*
*Lucem aurora polo, rapiunt certamina Martis.*

*Audax Scipiadæ ſtridentem Sabbura cornum*
*Excepit, geminæque acies, velut omine motæ.*
*Exclamat Latius ductor, prima hoſtia vobis*
*Sacrati manes campo iacet: en age miles*
*In pugnam & cædes, qualis ſpirantibus jre*
*Aſſueras ducibus, talis rue. dúmque ea fatur,*
*Incumbunt. Myconum Lenas, Cirtámq; Latinus.*
*Et Thyſdrum Maro, & inceſtum Catilina Nealcen*
*Germanæ thalamo obtruncat, cadit obuius acri*
*Cartalo Vaſidio Libycæ regnator arenæ.*
*Te quoque Cyrenes vidit conterrita tellus*
*Permixtum pœnis, & vix credenda furentem*
*Magnum Dardaniæ Læli decus, omnia felix*
*Cui natura dedit, nullo renuente Deorum.*
*Ille foro auditus cùm dulcia ſolueret ora,*
*Aequabat Pyliæ Neleia verba ſenectæ*
*Ille vbi ſuſpenſi patres, & curia vocem*
*Poſceret, & cantu ducebat corda ſenatus.*
*Idem cùm ſubitum campo perſtrinxerat aures*
*Murmur triſte tubæ, tanto feruore ruebat*
*In pugnam atque acies, vt natum ad ſola liqueret*
*Bella, nihil vitæ peragi ſine laude placebat.*

AVRATA PVERVM. ] Canit *rapti Ganymedis honores.*

INTEXTO VIBRATA VOLATV. ] Modius: *Librata.* Haud amplector: nam *Vibrata* & Latina vox eſt, & Silio penſior, quàm quæ extrudi debeat. Hoc ipſo libro:

*Nam latere extremo cuſpis vibrata reſedit.*

Item Plin. li. 2. c. 43. *Tela vibrata ſtridunt.* Lucan. li. 7.

*— cœlúmque tremens cùm lancea tranſit,*
*Dicere non fallor, quo ſit vibrata lacerto.*

Itaque Silio vſurpata li. 2. 3. & 14.

LAERTIA POCVLA POSCIT. ] Vlyſſes de Polyphemo li. 9.

— Καί μ' ᾔτε δεύτερον αὖθις
Τρὶς μὲν ἔδωκα φέρον, τρὶς δ' ἔκπιεν ἀφραδίῃσι.

*— méque repoſcit*
*Ter vinum ipſe dedi, ter demens ebibit ore.*

PERMISCETQVE MERO RVCTATOS ORE CRVORES. ] Homerus ſuprà:

— φάρυγος δ' ἐξέσυτο οἶνος
Ψωμοί τ' ἀνδρόμεοι· ὁ δ' ἐρεύγετο οἰνοβαρείων.

*— exundat faucib. humor*
*Bacchicus, humanaque ſimul commercia carnis*

*Ille grauis caput eructat.*

Vſurparat eandem vocem li.1.

*Gutture ructatus longè cruor.*

Sidonius Car.7.

*Vel Taurominitana quos charybdis*
*Ructatos ſcopulos cauat profundo.*

Prud. καθημ. Hym.7.de Iona: *Ructatus exit, ſéque ſeruatum ſtupet.* At verò Sext. Pompeius *Ructare*, non *Ructari* dicendum eſſe monet. *Cicero tamen*, inquit, *Ructaretur dixit.*

IMPERFECTVSQVE DEORVM CESSIT HONOS. ] Nimiopere cautum in cœca illa gentilium ſuperſtitione, ne ſacra turbarentur. Valerius Maximus pro vero retulit li. 3. c.3. *Ex quibus* [ nobiliſſimis pueris ] *vnus thuribulo arrepto ante ipſum adſtitit, in cuius brachio carbo ardens delapſus eſt: quo, & ſi ita vrebatur, vt aduſti corporis eius odor ad circunſtantium nares perueniret: tamen & dolorem ſilentio preßit, & brachium immobile tenuit, ne ſacrificium Alexandri aut concuſſo thuribulo impediret, aut edito gemitu regias aures adſpergeret.* I ad Sextum Pompeium explicantem vetus verbum: *Salua res eſt, dum cautat ſenex.*

SACRATI MANES. ] Patris, & patrui. Explicatius dicimus in li.17.

AVDAX SCIPIADÆ STRIDENTEM SABVRA CORNVM. ] Ex lib.14. reſcribo *Sabrata* ibi ſic:

*— ferus* [ hîc, *Audax* ] *inde citatum*
*Mißile adorata contorquet Sabrata puppe.*

Nomen ductum à colonia Romana Syrti minori vicina, Plinij teſtimonio li.5.ca.4.

CARTALO VASIDIO LIBYCÆ REGNATOR ARENÆ. ] Modius *Naſidio*. Scio è Lucani lib.9. *Naſidij* nomen eſſe Romanum & plebeium: tamen ſi quid hîc mutandum, ſcribi queat:

*Cartalo Vibidio L.*

Horat. Sat.8. lib.2.

*— deinceps riſiſti, Vibidius dum*
*Quærit de pueris.*

Legitur & in Pio Capitolini *Vinidius*. Sedet magna parium nominum congeries eſt: cur hoc, cur illud, ô diuini, præferatis? Nihil præferendum fuit: mutauit à Cicerone magno id nominis Silius lib.11. ad Attic. epiſt.17. Quo tamen in loco futiliter quoque Lambinus legit *Naſidius*.

TE QVOQVE CYRENES VIDIT CONTERRITA TELLVS. ] Nimis oculatus Modius, qui vidit *Pyrenes* ſcribendũ. Cœlo dignus Atlas, qui Pyrenen fulciit. Conſule Epiſt.8. & ſequeris. Pugnatur enim in Hiſpania, non in Cyrenaica prouincia. Addo in libri pede Neronis verba ad Haſdrubalem:

*— non hîc nemora auia fallent*
*Pyrenes, nec promißis fruſtrabere votis.*

Fauet etiam correctioni Polybius libro decimo plus vice ſimplici.

OMNIA FELIX CVI NATVRA DEDIT NVLLO RENVENTE DEORVM. ] Non vno loco Homerus aliter:

*Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισιν.*

*Nulli cuncta Dii mortali cuncta dedere.*

ÆQVABAT PYLIÆ NELEÏA VERBA SENECTÆ.] Modio adſentior è membranis deſcribenti *Mella*. Alterum gloſſema iniquius.

CVRIA VOCEM POSCERET ET CANTV DVCEBAT CORDA SENATVS.] Modius: *Vi cantu*. Ariolor ſcribendum:

*— attenti ducebat corda Senatus.*

*Tunc è furtiua tractantem prælia luce*
*Deiecit Galam, ſacris Cartaginis illum*
*Suppoſito mater partu ſubduxerat olim.*
*Sed ſtant nulla diu deceptis gaudia diuis.*
*Tunc Alabim, Murum, atque Dracen, demiſit ad vmbras,*
*Fœmineo clamore Dracen extrema rogantem.*
*Huius ceruicem gladio inter verba precéſque*
*Amputat, abſciſſo durabant murmura collo.*
*At non ductori Libyco par ardor in armis.*
*Frondoſi collis latebras ac ſaxa capeſſit*
*Auia, nec cædes extremáue damna mouebant*
*Agminis, Italiam profugus ſpectabat & alpes*
*Præmia magna fugæ. tacitum das teſſera ſignum,*
*Dimiſſa in colles pugna, ſyluáſque ferantur*
*Diſperſi, & ſummam quicunque euaſerit arcem,*
*Pyrenes, culménq. petat. tum primus honore*
*Armorum exuto, & parma celatus Ibera*
*In montes abit, atque volans palantia linquit*
*Agmina. deſertis latius victricia ſigna*
*Immittit miles caſtris. non vrbe recepta*
*Plus vlla partum præda, tenuítq. moratas*
*A cæde, vt Libycus ductor prouiderat iras.*

SACRIS CARTAGINIS ILLVM SVPPOSITO PARTV MATER SVBDVXERAT OLIM.] Piaculum duxere Pœni in ſacris Saturni ſuis præteritis externos puellos coëmtos, aut ſuppoſiticios mactare. Apud Diodorum lib. 20. huic ſacrorum præpoſteræ negligentiæ caſus ſuos imputant: Ἠτιῶντο δὲ καὶ τὸν Κρόνον αὐτοῖς ἐναντιοῦσθαι, καθόσον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις θύοντες τούτῳ τῷ θεῷ τῶν υἱῶν τοὺς κρατίστους, ὕστερον ὠνούμενοι λάθρᾳ παῖδας, καὶ θρέψαντες ἔπεμπον ἐπὶ τὴν θυσίαν· καὶ ζητήσεως γενομένης, εὑρέθησάν τινες τῶν καθιερουργημένων ὑποβολιμαῖοι γεγονότες: *Cauſabantur & Saturnum ſibi aduerſari, quòd priſcis olim temporibus, cùm hinc Deo filiorum præſtantiſsimos immolarent, poſtea clam pueros necati, cùm enutriſſent, ſacris deſtinabant. Quæſtione igitur habita inuenti ſunt ſuppoſiticij fuiſſe immolati.* Id ergo vt emendarent, ducentos nobiliſſimorum puellorum publicitùs immolarunt: & facinoroſi facilè trecenti ſuapte ſponte hoſtiati ciciderunt. Vide

Euſeb. de Præp. Euang. & Notas ſuperiores.

TENVITQ. MORATVS A CÆDE, VT LIBYCVS DVCTOR PROVIDERAT, IRAS.] Præda in caſtris ab Haſdrubale de induſtira relicta. Plut. in Lucullo, & Polyæmus lib. 7. Strat. non diſſimili fraude Mithridatem ereptum Lucullo ſcribunt, effuſis aſini clitellis.

*Fluminei veluti deprenſus gurgitis vndis*
*Auulſa parte inguinibus cauſáq. pericli*
*Enatat intento prædæ fiber anius hoſte.*
*Impiger occultis Pœnus poſtquam additur vmbris*
*Saxoſæ fidens ſyluæ, maiora petuntur*
*Rurſus bella retro, & ſuperari certior hoſtis.*
*Pyrenes tumulo clypeum cum carmine figunt,*
*Haſdrubalis ſpolium Gradiuo Scipio victor.*
*Terrore interea poſito trans ardua montis*
*Bebricia populos armabat Pœnus in aula,*
*Mercandi dextras largus, bellóque parata*
*Prodigere in bellum facilis, præmiſſa feroces*
*Augebant animos argenti pondera & auri*
*Parta metalliferis longo diſcrimine terris.*
*Hinc noua complerunt haud tardo milite caſtra*
*Venales animæ, Rhodani qui gurgite gaudent,*
*Quorum ſerpit Arar per rura pigerrimus vndæ.*
*Iámque hyeme affecta miteſcere cœperat annus,*
*Inde iter ingrediens rapidum per Celtica rura,*
*Miratur domitas alpes, ac peruia montis*
*Ardua, & Herculeæ quærit veſtigia plantæ,*
*Germaníq. vias diuinus comparat auſis.*
*Et verò ventum in culmen, caſtríſque reſedit*
*Annibalis, quos Roma, inquit, quos altius oro*
*Attollit muros? qui poſt hæc mœnia fratri*
*Victa meo ſtent incolumes? ſit gloria dextræ*
*Felix tanta precor, néue vſque ad ſydera adiſſe*
*Inuideat læuus nobis Deus. agmine celſo*
*Inde alacer, qua munitum decliuis ab alto*
*Agger monſtrat iter, properatis deuolat armis.*
*Non tanto ſtrepuere metu primordia belli,*
*Nunc geminum Annibalem, nunc iactant bina coire*
*Hinc atque hinc caſtra, & paſtos per proſpera bella*
*Sanguine ductores Italo coniungere Martem,*

*Et duplicare acies, venturum ad mœnia curſu*
*Hoſtem præcipiti, & viſurum hærentia portæ*
*Spicula Eliſeis nuper contorta lacertis.*
*His ſuper infrendens ſic ſecum Oenotria tellus,*
*Tantòne heu Superi ſpernor contempta furore*
*Sidoniæ gentis, quæ quondam ſceptra timentem*
*Nati Saturnum noſtris conſidere in oris*
*Et regnare dedi? decima iam hæc vertitur æſtas,*
*Ex quo proterimur: iuuenis cui ſola ſuperſunt*
*In ſuperos bella, extremo de littore rapta*
*Intulit arma mihi, temeratíſque alpibus ardens*
*In noſtros deſcendit agros, quot corpora texi*
*Cæſorum heu ſtratis toties deformis alumnis.*
*Nulla mihi floret bacchis felicibus arbor,*
*Immatura ſeges rapido ſucciditur enſe,*
*Culmina villarum noſtrum delapſa feruntur*
*In gremium, fœdántq. ſuis mea regna ruinis.*
*Nunc etiam, vaſtis qui nunc ſeſe intulit oris*
*Perpetiar miſeras quærentem exurere belli*
*Relliquias, tum me ſcindat vagus Afer aratro,*
*Et Libys Auſoniis commendet ſemina ſulcis,*
*Ni cuncta exultant quæ latis agmina campis*
*Vno condiderim tumulo. dum talia verſat,*
*Et thalamos clauſit nox atra hominúmq. deûmque,*
*Tendit Amyclæi præceps àd caſtra nepotis.*
*Is tum Lucanis cohibentem finibus arma*
*Pœnum, vicini ſeruabat ceſpite valli.*
*Hic iuuenem aggreditur Latiæ telluris imago.*

ENOTAT INTENTO PRÆDÆ FIBER AVIVS HOSTE. ] Talem animalium ſiue ſollertiam, ſiue inuidiam, ſiue neutrum quendam inſtinctum notat Antigonus ἐν Ἱσ. παραδ. Συναγωγῇ, muſtelæ, ceti, equi, cerui: ſed cum fibro nobis negotii ſatis. Ciceronem magiſtrum retulit Silius; is in oratione pro M. Æmylio Scauro citatur à Seruio ad primum Georgicωn: *Redimunt ſe ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur.* Iuuenalis Sat. 12.

*— imitatus Caſtora, qui ſe*
*Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno*
*Teſticulorum. adeo medicatum intelligit inguen.*

Aelianus, cum fibri ſollertia hominis à prædonibus deprehenſi prudenciam componit lib. 6. c. 34. Ὡς ἀνὴρ φρόνιμος λῃσταῖς ἐμπεσὼν, καταθεὶς ὅσα ἐπήγετο, ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας λύτρα δήπου ταῦτα ἀλλαττόμενος: *Vir conſultæ mentis latro-*

*nib. incidens, quidquid ſecum portat, deponit, ſalutem nimirum hiſce lytris paciſcens.* Horus Hierogl. lib. 2. c. 65. Ἄνθρωπον δὲ διὰ τῆς ἰδίας ἐξωλείας βλαπτόμενον σημῆναι βουλόμενοι κάστορα ζωγραφοῦσιν· ἐκεῖνος γὰρ καταδιωκόμενος εἰς τὴν ἄγραν τοὺς ἰδίους διδύμους ἀποσπάσας ῥίπτει. *Hominem, qui perniciem ſibi affert ipſi, ſignificare qui volunt, Caſtorem pingunt: ille enim cùm in prædam quæritur, auulſos teſticulos ſuos abiicit.* Sed idem lib. 2. c. 214. pernegat teſtes ſibi caſtorem vellere: Μάταιον δὲ ἱστορεῖται, ὅτι διωκόμενον τὸ ζῶον ἀποσπᾷ τοὺς διδύμους, καὶ ῥίπτει· ἀδύνατον γάρ ἐστιν ἅψασθαι αὐτῶν προσ-ύπτων ὄντων, ὥσπερ ὑός: *Vana eſt de Caſtore hiſtoria, quòd cùm à venatu quæritur, teſticulos abijciat: tangi námq. non poſſunt, cùm ſint altiùs appreſſa, abditáq. tanquam ſuis.* Cui loco alter Plinii pro interpretamento erit lib. 23. c. 3. *Amputari hos ab ipſis cum capiuntur, negat Seſtius diligentiſſimus medicinæ. Quinimmo paruos eſſe, ſubſtrictóſque, & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine vita animalis poſſe.* Plinius tamen lib. 8. c. 30. tradit Ponticos caſtores ſibi teſtes amputare. Solinus c. 23. etiam *geminos deuorare.* Iſodorus Iorath non hominis inuidia id fieri putat lib. de Animalibus, ſed vt leuior in fugam conuertatur. Theodorus Tarſenſis caſtores non à ſe, ſed ab hominibus ferro caſtrari vult. Itaque cum de fini ambigi videam, cùm de modo, cùm pleroſque recenſitos vel negare, vel ſecum pugnantia loqui animaduertam, dico incredibile mihi eſſe caſtorem ſibi teſticulos circumcidere velut homini inuidendos: quo dicto Dioſcoridem ſequor lib. 2. c. 23. Albertum M. lib. 22. de Animal. Platearum productum à Vincentio Belluacenſi lib. 20. c. 28. qui falſum eſſe vult, quòd ſciat ſe ob teſticulos maximè expeti: nam pellis eius multò pretioſior, eſſet quoque expetibilior.

POSTQVAM ADDITVR VMBRIS.] Aptiùs: *Abditur.*

HASDRVBALIS SPOLIVM GRADIVO SCIPIO VICTOR.] Tropæi inſcriptio inſtar illius ab Aenea:

*Aeneas hæc de Danaïs victoribus arma.*

Inſcriptio de more erat in baſi tropæi. M. Tullius in L. Piſonem: *Vt eſſet, quod in baſi tropæorum incidi, inſculpiq. poſſet.* Iterum Haſdrubal clypeo exutus fuerat à Martio. Plin. lib. 35. c. 3. *Pœni ex auro factitauere & clypeos, & imagines, ſecúmq. in caſtris tulere. Certè captis eis talem Haſdrubalis inuenit. Q. Martius Scipionum in Hiſpania vltor: iſque clypeus ſupra fores Capitolinæ ædis vſque ad incendium primum fuit.* De tropæorum inſcriptionibus, & formulis plura Briſſonius lib. 4.

PRÆMISSA FEROCES.] Editio Heynſiana *Promiſſa.* deterrimè: nam ecce ſubit:

*Parta metalliferis.* —

Carrago igitur præmiſſa erat, &

— *præmiſſa argenti pondera, & auri.*

SCEPTRA TIMENTEM NATI SATVRNVM NOSTRIS CONSIDERE IN ORIS.] Italiæ. Propterea præcinit Virgilius:

— *his quoniam latuit Saturnus in oris,*

*Dicta fuit Latium terra latente Deo.*

vt ſuccinit Naſo. Ipſemet ridicularium numen apud Prud. lib. 1. contra Symmach.

— *placet hic fugitiuus, & exul.*

*Vt*

*Vt lateam: genti, atq. loco Latium dabo nomen.* Herodia. lib. 1.

TENDIT AMYCLÆI PRÆCEPS AD CASTRA NEPOTIS.] Claudii Neronis *Amyclæi*, non ab Italiæ Amyclos, quas propter Fundanum lacum Plin. lib. 3. c. 4. locat; ſed ab Amyclis Laconum: Claudii námq. è Sabinis orti, ſi verò ex Laconibus. Plut. in Numa: Νυμᾶς γένος μὲν ἦν ἐκ Σαβίνων· Σαβῖνοι δὲ βούλονται Λακεδαιμονίων ἑαυτοὺς ἀποίκους γεγονέναι: *Numa genere Sabinus erat: Sabini autem iactant ſe Lacedæmoniorum colonos.* Hinc Græcia Romanorum obnoxia cùm eſſet imperio, Lacedæmonii in tutela Claudiorum fuere. Suet. in Tiberio c. 6. *Lacedæmonij publicè, qui in tutela Claudiorum erant.*

*Clauſorum decus, atque erepto maxima Romæ*
*Spes Nero Marcello, rumpe, atq; expelle quietem:*
*Magnum aliquid tibi, ſi patriæ vis addere fatis,*
*Audendum eſt, quod depulſo quoq. mœnibus hoſte*
*Victores feciſſe tremant. Fulgentibus armis*
*Pœnus inundauit campos, qua Sena relictum*
*Gallorum à populis ſeruat per ſecula nomen.*
*Ni propere alipedes rapis ad certamina turmas,*
*Serus deletæ poſt auxilia bere Romæ.*
*Surge, age, fer greſſus, patulos regione Metauri*
*Damnaui tumulis Pœnorum atq. oſſibus agros.*
*His dictis abit, atque abſcedens viſa pauentem*
*Attrahere, & fractis turmas propellere portis.*
*Rumpit flammato turbatus corde ſoporem,*
*Ac ſupplex geminas tendens ad ſidera palmas,*
*Tellurem, Noctémque, & cælo ſparſa precatur*
*Aſtra, ducémque viæ tacito ſub lumine Phœbeṇ.*
*Inde legit dignas tanta ad conamina dextras.*
*Quáq. iacet ſuperi Larinas accola ponti,*
*Quà duri bello gens Marrucina, fidémque*
*Exuere indocilis ſociis Frentanus in armis.*
*Tum qua vitiferos domitat Prætutia pubes*
*Læta laboris agros, & penna, & fulmine, & vndis*
*Hybernus, & Achæmenio velocior arcu*
*Euolat. hortator ſibi quiſque, age, perge, ſalutem*
*Auſoniæ ancipites Superi, & ſtet Roma cadátne*
*In pedibus poſuere tuis, clamántque, ruúntque.*
*Hortandi genus acer habet præcedere ductor.*
*Illum augent curſus adnixi æquare ſequendo,*
*Atque indefeſſi noctémque, diémque feruntur.*
*At Roma aduerſi tantum mala gliſcere belli*

*Accipiens, trepidare metu, nimiúmque Neronem*
*Sperauiſſe queri, atque vno ſibi vulnere poſſe*
*Auferri reſtantem animam, non arma, nec aurum,*
*Nec pubem, nec quem fundant ſupereſſe cruorem.*
*Scilicet Haſdrubalem inuadant, ad prælia ſoli*
*Annibali ſatis eſſe nequit, iam rurſus vbi arma*
*Auertiſſe ſuo cognorit deuia vallo,*
*Heſurum portis Pœnum, veniſſe ſuperbo*
*Qui fratri certet, cui maxima gloria cedat*
*Vrbis deletæ. fremit amens corde ſub vno*
*Ordo patrum, ac magno interea meditatur amore*
*Seruandi decoris, quonam ſe fine minanti*
*Seruitio eripiat, diuóſque euadat iniquos.*
*Hos inter gemitus, obſcuro noctis opacæ*
*Succedit caſtris Nero, quæ coniuncta feroci*
*Liuius Haſdrubali vallo cuſtode tenebat.*
*Belligeris quondam, ſcitúſque accendere Martem*
*Floruerat primo clarus pugnator in æuo.*
*Mox falſo læſus non æqui crimine vulgi,*
*Secretus ruri triſtes abſconderat annos.*

CLAVSORVM DECVS. ] Nam *Claudij* à *Clauſo* denominati. Poëtarum decus lib. 7.

*Ecce Sabinorum priſco de ſanguine magnum*
*Agmen agens Clauſus, magniq. ipſe agminis inſtar:*
*Claudia nunc à quo diffunditur, & tribus, & gens*
*Per Latium; poſtquam in partem data Roma Sabinis.*

Familiam Claudiorum Romæ duplicem fuiſſe, vnam è Regillis Sabinorum ortam Patriciam, plebeiam alteram nec potentia minorem, nec dignitate legimus in Suetonii Tiberio. Claudius Imp. apud Tacitum Annali 11. *Maiores mei, quorum antiquiſſimus Clauſus origine Sabina ſimul in ciuitatem, & in familias patriciorum adſcitus eſt.* Porro huic *Clauſo*, prænomen fuit *Atta*, Tacit. lib. 12. De eius aduentu Romam Liuius lib. 1. Dionyſ. Hal. lib. 5. qui *Titum Claudium* nominat, Plut. in Poplicola, cũi Maronis *magnum agmen* explicatur: Πεντακισχιλίους οἴκους ἀναστήσας μετ᾽ παίδων, καὶ γυναικῶν . . . εἰς Ῥώμην ἤγαγε: *Quinquies mille domos vnà cum pueris, ac mulieribus Romam duxit.*

QVAQ. IACET SVPERI LARINAS ACCOLA PONTI. ] Mare ſuperum eſt Adriaticum, inferum Thuſcum. Habe ex Liuii lib. 5. qua luculentiùs nemo tradidit: *Mari ſupero, inferóq. quibus Italia inſula modo cingitur, quantum potuerint, nomina ſunt argumento, quod alterum Thuſcum communi vocabulo gentis, alterum Adriaticum mare ab Adria Thuſcorum colonia vocauere Italicæ gentes. Græci eadem Tyrrhenum, atque Adriaticum vocant.* Solinus c. 8. Mela lib. 1. c. 3. & lib. 2. c. 4.

LARINAS.. MARRVCINA.. FRENTANVS, PRÆTVTIA.] Liuius lib. 28. *Præmiſsi item per agrum Larinatem, Marrucinum, Frentanum, Prætutianum, qua exercitum ducturus erat.* M. Tull. lib. 7. ad Att. epiſt. 13 *Pompeius ab Theano Larinum verſus profectus eſt ad VIII. Cal. Eo die manſit Venafri.*

ET PENNA, ET FVLMINE, ET VNDIS HYBERNIS, ET ACHÆMENIO VELOCIOR ARCV.] *Undis hybernis* non hyemis hora effuſis; ſed tempeſtate ſeu hyberna, ſeu potius æſtiua, cùm eluuione torrens aliquis rapidiſſimus feruet, & agmine it torrentiſſimo. Claudianus conſimili auxeſi lib. 2. de Raptu Proſ.

*— torrentius amne*
*Hyberno, ſortáq. ruunt peruicius haſta:*
*Quantum non iaculum Parthi, non impetus Auſtri,*
*Non leuæ ſollicitæ mentis diſcurrit acumen.*

Suauiſſimè de iambo, Terentian.

*Iambe pennis alitum velocior,*
*Magna ſonoræ grandinis videnſior*
*Iam nunc per auras Perſei talarib.*
Fortean Tectus?
*Iambe parthis, & Cydonum ſpiculis*
*Padi ruentis impetu torrentior,*
*Flammis coruſci fulminis vibratior*
*Petaſóq. ditis Arcados vetus vola.*

ACHAEMENIO VELOCIOR ARCV.] Perſius Sat. 5.

*Vulnera ſeu Parthi ducentis ab inguine ferrum.*

Alii ſagittarii alteram ſagittæ partem ducunt ab inguine. Silius lib. 7.

*— volucrem per terga ſagittam*
*Fundit Achæmenio detrectans prælia ritu.* Item lib. 10.
*— pennáq. citatior ibat,*
*Quæ redit in pugnas fugientis arundine Parthi.*

Siquidem cùm fugiunt, maximè vtuntur viribus, & præſentius periculum eſt. Sidonius Car. 7.

*Vel cùm diffugiunt, metuendos tum mage Perſas.*

Parthis, & Perſis eadem hactenus diſciplina. De Parthis Iuſtin. lib. 41. *Pugnant autem procurrentibus equis, aut terga dantibus, ſæpe etiam fugam ſimulant, vt incautiores aduerſum vulnera inſequentes habeant.*

ACCIPIENS TREPIDARE METV.] Vide Liuium lib. 27. vbi ſapientiſſimè: *Apparebat, quo nihil iniquius eſt, ex euentu famam habiturum.*

SCILICET HASDRVBALEM INVADANT, AD PROELIA SOLI ANNIBALI SATIS ESSE NEQVIT.] Rectiùs:

*— inuadat, qui ad prælia ſ.*
*Annib. ſ. e. n. —*

CORDE SVB VNO.] Membranæ: *Corde ſub imo.* nolo. Alterum eſt ὁμοθυμαδὸν, quòd *Ordinis Patrum* vèl in commune conſultanti, vel metuentiori vnicè conuenit.

SECRETVS RVRI TRISTES ABSCONDERAT ANNOS.] Membranæ duriùs auribus accidunt: *Secretis ruris.* Vulgatior lectio minimè ſolicitanda. Li-

uius Saluiator ſcilicet offenſior plebi ruſculo ſe tenebat

— *ſuum cor edens hominum veſtigia vitans.* I ad Titum Liuium.

*Sed poſtquam grauior moles, terrórq; periclo*
*Poſcebat propiore virum, reuocatus ad arma*
*Tot cæſis ducibus patriæ deuouerat iram.*
*At non Haſdrubalem fraudes latuere recentum*
*Armorum, quanquam tenebris nox texerat aſtus.*
*Pulueris in clypeis veſtigia viſa manebant,*
*Et propere ſignum ad curſus, ſonipéſq. virique*
*Subſtricti corpus, bis clarum buccina ſignum.*
*Præterea gemino prodebant iuncta magiſtro*
*Caſtra regi, verùm fratri ſi vita ſuperſit,*
*Qui tandem licitum ſocias coniungere vires*
*Conſulibus? ſed enim ſolum (dum vera pateſcunt)*
*Cunctandi reſtare dolum, Martémque trahendi,*
*Nec conſulta fugæ ſegni formidine differt.*
*Nox ſomni genitrix mortalia pectora curis*
*Purgarat, tenebræq. horrenda ſilentia alebant,*
*Erupit ſuſpenſa ferens veſtigia caſtris,*
*Et muta elabi tacito iubet agmina paſſu.*
*Illunem nacti per rura tacentia noctem*
*Accelerant, vitant ſocios, ſed percita falli*
*Sub tanto motu tellus nequit, implicat actas*
*Cæco errore vias, vmbríſque ferentibus arcto*
*Circumagi ſpatio ſua per veſtigia ductos.*

PATRIAE DEVOVERAT IRAM.] Chartæ chirographæ: *Donauerat.*
ET PROPERE SIGNVM AD CVRSVS.] Eædem mihi acceptiores:

*Et properi ſignum accurſus.*

BIS CLARVM BVCCINA SIGNVM PRAETEREA GEMINO PRODEBANT IVNCTA MAGISTRO CASTRA REGI.] *Præterea*: præter pulueris veſtigia in clypeis, præter viros ſubſtrictos, præter alia, *buccina prodebat*; ſic vulgatam, recepiámq. lectionem intelligo. Duo ſunt hîc priſci moris: vnum repeti de more canorem ſigni, ſi conſules duo iunxiſſent caſtra. Liuius firmat lib. 27. *Attendi iubet Haſdrubal, ſemel biſue ſignum canat è caſtris.* tum: *Illud veterem ducem, & adſuetum Romano hoſti mouit, quòd ſemel in prætoriis caſtris ſignum, bis in conſularib. referebant cecinisse: duos profectò conſules eſſe.* Alterum eſt buccina diſtinctas fuiſſe vigilias. Appianus licet non à buccinatorib⁹, ſed à tubicinibus petat diſcrimen libro quinto exeunte: Τὺς σαλπικτὰς σημαίνειν τὰ διαστήματα τῆς νυκτὸς, ὥσπερ ἔθος ἦν. Vtriuſque vſus fuit: tuba committebantur vigiliæ, buccina ab exacta vigilia reuocabantur. Vegetius li.

3.c.8. *A tubicine omnes vigiliæ committuntur, & finitis horis à cornicine reuocantur.* Indicat etiam Liuius locis crebriuſculis buccinæ ſonum eſſe reuocantis à vigilia. Lib.7. *Decima eſſeram dari iuſſit, vbi ſecunda vigiliæ buccina datum ſignum eſſet, armati cùm ſilentio ad ſe venirent.* Lib.26. *Fuluius tribunus militum, ac præfectis ſociorum imperauit, vti duobus millibus equitum delectis denunciarent, vti ad tertiam buccinam præſto eſſent. A tubicine omnes vigiliæ committuntur*, inquit Vegetius. Peccat ergo Scaliger Auſonianarum c.17.bis: *Sed tamen tuba tantum principium, & finis noctis deſignabantur.* Futile à Grammaticis præſidium petitur. Sic eodem pene temporis articulo buccinaror, & tubicen munus fungebantur, quod eo ſpectabat opinor, ne qui vigilia defungebantur, iniuſſi diſcederent: quandoque enim eueniſſet imparatiorib. ſubſecuturis nullam aliquo tempore fore cuſtodiam. Qua in re frequens eſt *buccinæ* mentio. Silius lib.7.

*— mediam ſomni cum buccina noctem.*

Diuideret Lucan.li.2.

*— neu buccina diuidat horas*
*Neu tuba præmonitos perducat ad æquora nautas.*

Pompeius tum dabat operam, vt quàm altiſſimo ſilentio abſcederetur ignaris hoſtib. Propert.li.4.Eleg.4.

*Et iam quarta ruit venturam buccina lucem.*

Buccinam autem deſcribit Ouid.li.1. Metam.

*— caua buccina ſumitur illi*
*Tortilis in latum, quæ turbine creſcit ab imo.*

At Vegetio lib.2.c. 22. quid agas? *Si verò ad vigilias, vel angarias faciendas, ſiue ad opus aliquod, vel ad decurſionem campi exeunt milites tubicine vocante operantur, & rurſus tubicine admonente ceſſant.* Verum iunctis caſtris teſſeram vter conſulum dabit? Claudius verò, an Liuius Salinator? Liuio tribuo, vt ſeniori: nam qui è duobus caſtra iungentib. conſulibus prior eſſet ætate, aut plurib. perfunctus honoribus, eam obtinuit prærogatiuam, & Liuius honorib. auctior quoque fuir. Conficio ex Plurarchi Pompeio. Tendebant vnà Pompeius, & Merellus. Metellus & ætate, & honoribus potior Pompeio ſe æquauit: vnum ſibi ſumſit, vt à ſe iret teſſera. Verba Plutarchi vox: Οὐδὲν ὡς ὑπατικῷ, καὶ πρεσβυτέρῳ νέμων (Metellus) ἑαυτῷ πλέον, ἀλλὰ ἢ τὸ σύνθημα κοινῇ στρατοπεδευόντων εἰς ἅπαντας ἐξέπεμπε παρὰ Μετέλλου· τὰ πολλὰ δὲ χωρὶς ἐστρατοπεδεύοντο. *Nihil ſibi vt conſulari, nihil vt ſeniori plus tribuens, niſi quòd teſſeram communiter caſtra metantium in omnes à Metello emittebat: plurimum autem ſeorſim caſtra ponebant.*

ET MVTA ELABI TACITO IVBET AGMINA PASSV. ] Occanente cornicine nullo, nullo armorum, aut alterius rei concito ſtrepitu. Non diſſimiliter Lucan.li.2.

*— Neu buccina diuidat horas &c.*

ACCELERANT. VITANT SOCIOS. ] Modius offenſior Marſo, nec immerenti reponit:

*— vitántque ſonos.*

At quorſum ταυτολογίῃ, attentiſſimo præſertim Scriptori? continenti verſu *muta* dixerat *agmina*. Explico, *Vitant ſocios*, ne corporis, aut armorum offen-

ſu mutuo ſocii quidquam ſtrepant, cauent, vitant inuicem.

*Nam qua curuatas ſinuatis flexibus amnis*
*Obliquat ripas, refluóque per aſpera lapſu*
*In ſeſe redit, hac caſſo ducente labore,*
*Exiguum inuoluunt fruſtratis greſſibus orbem,*
*Inque errore viæ tenebrarum munus ademptum*
*Lux vrget, pandítq; fugam, ruit acer apertis*
*Turbo equitum portu, atq; omnis ferrea late*
*Tempeſtas operit campos, nondum arma manúsq;*
*Permixtæ, iam tela bibunt permiſſa cruorem.*
*Hinc iuſſæ Pœnum fugientem ſiſtere pennæ*
*Dictææ volitant, hinc lancea turbine nigro*
*Fert lethum cuicúnque viro, quem prendidit ictus.*
*Deponunt abitus curam, trepidíq; coactas*
*Conſiſtunt acies, & ſpes ad prælia vertunt.*
*Ipſe inter medios (nam rerum dura videbat)*
*Sidonius ductor, tergo ſublimis ab alto*
*Quadrupedantis equi, tendens vocéſque manúsq;,*
*Per decora extremo vobis quæſita ſub axe,*
*Per fratris laudes, oro veniſſe probemus*
*Germanum, Annibalis: Latio fortuna laborat*
*Aduerſis documenta dare, atque oſtendere quantus*
*Verterit in Rutulos domitor telluris Iberæ,*
*Suetus ad Herculeas miles bellare columnas.*
*Forſitan & pugnas veniet germanus in ipſas.*
*Digna viro, digna obteſtor ſpectacula, pleno*
*Corporibus properate ſolo: quicunque timeri*
*Dux bello poterat, fratri iacet, vnica nunc ſpes,*
*Et penè è latebris infracto Liuius æuo*
*Damnatum offertur vobis caput. Ite agite oro*
*Sternite ductorem, cum quo concurrere fratri*
*Sit pudor, & turpis finem donate ſenectæ.*
*At contrà Nero: Quid ceſſas clauſiſſe labores*
*Ingentis belli? pedibus tibi gloria miles*
*Parta ingens, nunc accumula cœpta ardua dextra.*
*Heu temere abducto rupiſti robore caſtra,*
*Ni factum abſoluit victoria, præripe laudem.*
*Aduentu cecidiſſe tuo memorabitur hoſtis.*

AT QVA CVRVATAS SINVATIS FLEXIB. AMNIS

OBLIQVAT RIPAS. ] Liuius lib.27. *Per tortuoſi amnis ſinus, flexúsque cum errore obiens haut multum preceſſiſſet* Haſdrubal Metaurum oberrans.

NONDVM ARMA, MANVSQVE

PERMISTÆ, IAM TELA BIBVNT PERMISSA CRVOREM. ] Modius *Præmiſſa*. Quid opus? Propriam verbi vim Silius enudauit. *Permiſſa tela*, quæ iam per hoſtes *miſſa*. Similiter:

*— pertentant gaudia pectus.*

Quæ per altum pectus recepta lætantem intimo, ac penetrali noctu afficiunt. Silius lib.1.

*Permiſſum ventis abſcondit in aëre telum.*

Lib.3.

*— quacunque datur permittere viſus.*

Sic olim elocutus Siſenna li.3. *Inde equum concitatum princeps ad hoſtium permittit aciem.* Tout à trauers. Lib.4. *Cùm multi præmiſſis armis ex ſummo ſe permitterent.*

QVEM PRENDIDIT ICTVS. ] Rectius membranæ: *Prenderit.*

TREPIDIQVE COACTAS CONSISTVNT ACIES. ] Eædem: *Conſtituunt.* Gloſſema. Vſurpauit hoc Silius, vt Maro:

*Siſtere aquam fluuijs.*

Silius li.12. *Siſtebat ſocios.* Lucret. li.6.

*Et per quæ poſſent tutam conſiſtere vitam.*

ET PENE E LATEBRIS. ] Ibidem:

*Et pœna, & latebris.*

Lectio pene neceſſaria hiſtoriam, & verum intellecturo.

TVRPIS FINEM DONATE SENECTÆ. [ Fieri poteſt: ſed & auſpicibus membranis s deteri, *Turpi.*

HEV TEMERE ABDVCTO RVPISTI ROBORE CASTRA. ] Modius *Adducto.* Infeliciter: vel enim Romani dicuntur rupiſſe Annibalis caſtra *abducto robore*, cùm diſtinent Haſdrubalem, ne fratri iungatur: vel rupiſſe caſtra Romanorum *abducto robore*, quia Tatio caſtris Romanorum relicto præfecto, *robur* interim Cl. Nero *abduxerat*. Hoc ipſi Romani quæruntur Romæ. Liuius li.27. *Caſtra prope Annibalem hoſtem relicta ſine duce cum exercitu, cui detractum* (Silius *Abductum*) *foret omne, quod roboris, quod floris fuerit.*

*Parte alia inſignis nudatis caſſide canis*
*Liuius: Huc iuuenes, huc me ſpectate ruentem*
*In pugnas, quantúmque meus patefecerit enſis.*
*Tantum intrate loci, & tandem præcludite ferro*
*Iam nimium patulaq; Pœnis graſſantibus Alpes.*
*Quod ni veloci proſternimus agmina Marte;*
*Et fulmen ſubitum Carthaginis Annibal adſit,*
*Quis Deus infernis quemquam noſtrum eximat vmbris?*
*Hinc galea capite accepta, dicta horrida ferro*

*Sancit,& obtectus ſenium fera prælia miſcet.*
*Illum, per cuneos,& per denſiſſima campi*
*Corpora tot dantem letho, quot ſpicula torſit,*
*Turbati fugere Macæ, fugere feroces*
*Autololes, Rhodaniq; comas intonſa iuuentus.*
*Fatidicis Nabis veniens Ammonis arenis*
*Improba miſcebat ſecurus prælia fati,*
*Ceu tutante deo, ac patrijs ſpolia improba terris*
*Fixurum vano tumidus promiſerat ore.*
*Ardebat gemma Garamantide cærula veſtis,*
*Vt cùm ſparſa micant ſtellarum lumina cælo,*
*Et gemmis galeam, clypeúmq; accenderat auro,*
*Caſſide cornigera dependens inſula, ſacros*
*Præ ſe terrores, diuûmque ferebat honorem.*
*Arcus erat, pharetræq́; viro, atq; incocta ceraſtis*
*Spicula,& armatus peragebat bella veneno.*
*Necnon cornipedis tergo de more repoſtus,*
*Suſtentata genu per campum pondera conti*
*Sarmatici, prona aduerſos vrgebat in hoſtes.*
*Tanto transfixum telo per membra, per arma,*
*Conſulis ante oculos, magno clamore Sabellum*
*Aſportabat ouans,& ouans Ammona canebat.*
*Non tulit hanc iram, tantósq; in corde tumores*
*Barbarico ſenior, telúmq; intorſit,& vna*
*Prædam, animámque ſimul victori victor ademit.*

ET FVLMEN SVBITVM CARTAGINIS ANNIBAL. ] Παρίζεται ex Lucret. lib.3.

*Scipiades belli fulmen, Cartaginis horror.*

Pariter eloquuntur Cicero,& Maro, Silii præceptores.

RHODANIQVE COMAS INTONSA IVVENTVS. ] Venales Gallorum animas loquitur, qui iam Haſdrubalis ſigna ſequebantur, de quibus Plin.lib.11.ca.37. *Homini plurimus pilus, iam quidem promiſcuè maribus, ac fœminis, apud intonſas vtique gentes. Atque etiam nomina ex eo capillatis Alpium incolis* (Rhodanus *aggeribus Alpinis* proſilit, verba Silii li.3.) *Galliæ Comata.* Eundem vide lib.4.c.17. Cæſareni li.1.de Bel.Gallico Heynſius hoc loco nec falſa tradit, nec nobis inobſeruata: ſed ineptit,& aliena loco promit.

PATRIIS SPOLIA IMPROBA TERRIS FIXVRVM. ] Vt non vaniſſima eſt Modii conіectura:

— *ſpolia Jtala templis.*

ita neque deſiderata. Cur enim in *terras patrias* non potuit Nabis promittere relaturum, & fixurum ſpolia? cur non *tectis patrijs* fixurum vetere inſtituto

cuto. An accredit Marſo templis dunraxat affixa ſpolia, non priuatorum poſtibus, atque ædibus? Obniti iuuat autoritate Plinii li.35.c.2. *Affixis hoſtium ſpolijs, quæ nec emtori refringere liceret, triumphabántque etiam dominis mutatis ipſæ domus*. Liuii li.38. *Cætera ſpolia eius vrbis ante currum laturus, & fixurus in poſtib. ſuis*. Lib. 10. *Quorum domus ſpolijs hoſtium affixis inſignes. Itala?* cur non ſpolia nationum aliarum, vt Siculorum auxiliarium, aut ſociorum populi Romani?

ARDEBAT GEMMA GARAMANTIDE. ] Plin.li.37.c.10. vocat *Ammonis cornu*, & deſcribit: *Ammonis cornu inter ſacratiſſimas Æthiopiæ gemmas, aureo colore, arietini cornus effigiem reddens, promittitur diuina ſomnia repræſentare*. Soli. c.40. Idem Plin.c.7. *Indici, & Garamantici, quos & Carchedanios vocauere propter opulentiam Cartaginis magnæ*. Ibidem: *Archelaus Carchedonios nigriorū adſpectus eſſe ſed igne, vel ſole, & inclinatione contra radios ſolis, & ſcintillare, ceras ſignantibus his liqueſcere quamuis in opaco*. Ergo recluſis naturæ adytis Silius appoſuit.

*Ardebat* ...

*Vt cùm ſparſa micant ſtellarum lumina cælo.*

acrius quàm cæteri excitati. Eoſdem vmbrante tecto purpureos videri, ſub cœlo flammeos.

INCOCTA CERASTIS SPICVLA. ] Variæ gentes inficiebant tela veneno lethali. Silii li.1. *Annibal, & Dacus,*

*Spicula quæ patrio gaudens acuiſſe veneno,*
*Spargit apud ripas inopina binominis Iſtri.*

Medi Lucan.li.8.

*Spicula nec ſolo ſpargunt fidentia ferro*
*Stridula; ſed multo ſaturantur tela veneno.*
*Vulnera parua nocent, fatúmque in ſanguine ſummo eſt.*

*Amycus* Maroni li.9. Ponti accolæ Ouid.3.Triſt.Eleg.10.

*Pars cadit hamatis miſerè confixa ſagittis:*
*Nam volucri ferro tinctile virus ineſt.*

Soanes (Plin. Suani) c.11. apud Strab. Χρῶνται δ' οἱ Σόανες φαρμάκοις πρὸς τὰς ἀκίδας. *Soanes venenis cuſpides inficiunt*. Oritæ lib.15. Ἐν δὲ τοῖς Ὠρείταις τὰ τοξεύματα χρίεσθαι θανασίμοις φαρμάκοις ἔφασαν ξύλινα ὄντα, καὶ πεπυρακτωμένα. *Apud Oritas lethalib. medicamentis ſagittas ligneas aduſtáſque vngi ferunt. Aiunt apud Oritas mortiferis venenis ſagittas è ligno præuſtas lini.* Statius Achilleide ſcribit Græcos parare:

— *quod conſpirante veneno*
*Impellat mortes.*

Déque ipſo Hercule:

— *arcadio cuius armata veneno*
*Tela puer, facilíſque humeris gaudentib. arcus*
*Geſtat Hylas.*

Odyſſ. α. Vlyſſes:

Φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενος, ὄφρα οἱ εἴη
Ἰοὺς χρίεσθαι χαλκήρεας.
*Vngendis quærens virus lethale ſagittis*

*Æratis.*

Vnde Ouidium conluco, quem aliqui ſe non intelligere profitentur lib. 2. de Remedio:

> *Non ego Dulichias furiali more ſagittas,*
> *Nec raptas auſim tingere in amne faces.*

Sententia eſt: Volo mederi amori, non eum venenatis telis, qualia Vlyſſes affectauit, tollere: neque faces Cupidinis amne auſim tinguere. *Furiali more:* quia furiarum eſt, ac furioſorum venenata tela iacere. Ideo in Homero ſupra Ilus recuſat Vlyſſi:

> — ἀλλ' ὁ μὲν οὔ οἱ
> Δῶκεν, ἐπεί ῥα Θεοὺς νεμεσίζετο αἰὲν ἐόντας.
> — *haut dedit illi:*
> *Námque æternorum metuebat numina diuûm.*

Seneca Medea notat Arabes, Scythas Ariſtot. de Miris Auditis: Φασὶ τὸ Σκυθικὸν φάρμακον, ᾧ ἀναβάπτουσι τοὺς ὀϊστοὺς συντίθεσθαι ἐξ ἐχίδνης. Τηροῦσι γὰρ, ὡς ἔοικεν, οἱ Σκύθαι τὰς ἤδη ζωοτοκούσας, καὶ λαβόντες αὐτὰς τήκουσιν ἡμέρας τινάς. Ὅταν δ' ἱκανῶς αὐτοῖς δοκῇ σεσῆφθαι πᾶν, τὸ τοῦ ἀνθρώπου αἷμα εἰς χυτρίδιον ἐγχέοντες εἰς τοὺς κοπρίους κατορύττουσι πωμάσαντες. Ὅταν δὲ τοῦτο σαπῇ, τὸ ὑφιστάμενον ἐπάνω τοῦ αἵματος, ὃ δή ἐστιν ὑδατῶδες, μιγνύουσι τῷ τῆς ἐχίδνης ἰχῶρι, καὶ οὕτω ποιοῦσι θανάσιμον. *Aiunt Scythicum venenum, cui ſagittas immergunt, è vipera componi. Seruant enim, vt apparet, Scythæ viperas viuiparas, quas acceptas dies aliquot tabefaciunt. Vbi verò totum ſat videtur computruiſſe, humanum ſanguinem in ſcutulam effundunt, & obturatam in fimeto defodiunt. Hoc omne vbi rurſum computruit, quod ſanguinis ſupernè ſubſidit aquoſum miſcent cum viperina ſanie, & ſic lethale efficiunt.* Ariſtotelis interpres videtur Plin. lib. 11. c. 53. *Scythæ ſagittarum vnguni aciem viperina ſanie, & humano ſanguine: irremediabile id ſcelus, mortem illico affert leui tactu.* Quæ Plinii non longè abeunt à Maronis dictione li. 12.

> *Non ſecus ac neruo per nubem impulſa ſagitta,*
> *Armatam ſæui quam Parthus felle veneni,*
> *Parthus, ſiue Cydon telum immedicabile torſit.*

Scytharum aliis *fel viperæ* præcipuè quæſitum. Ouid. lib. 4. de Pont. Eleg. 9.

> *Sintne lita tenues ſerpentis felle ſagittæ.*

Et loco anteriore:

> *Omnia vipereo ſpicula felle linunt.*

Ab eo more *Toxica*, & Gallorum *Ælenium*, quia ſagittas iungebant, herba a Deo Beleno, ſiue Apolline ſagittipotente.

TANTO TRANSFIXVM TELO. ] Iuranda lectio. Dixit:

> *Suſtentata genu per campum pondera conti*
> *Sarmatici.*

Vides pondus, nec modicè longum, ideo enim fulcitur genu, quare ἐμφατικῶς: *Tanto transfixum telo*, tam longo, tam oneroſo.

*Aſtitit audito triſtis clamore ruinæ*
*Haſdrubal; & cæptantem Atabum raptare perempto*
*Gemmiferi ſpolium cultus, auróq; rigentes*

*Exuuias, iaculum à tergo perlibrat ad oſſa.*
*Iam correpta miſer geminis velamina palmis*
*Carpebat propere, & tepidos nudauerat artus,*
*Concidit, & ſacras veſtes, atque aurea fila*
*Reddidit ex animo, ſpoliatum lapſus in hoſtem.*
*At Canthus Libycæ latæ poſſeſſor arenæ*
*Quà celebre inuicti nomen poſuere Phileni,*
*Ditem Obium obtruncat Rutulum, cui mille ſub altis*
*Lanigeræ balant ſtabulis, ipſe otia molli*
*Exercens cura, gelido nunc flumine ſoles*
*Frangebat nimios pecori, nunc lætus in vmbra*
*Tondebat niueæ ſplendentia vellera lanæ,*
*Aut pecus è paſtu cùm ſeſe ad tecta referret,*
*Noſcentes matres ſpectabat ouilibus agnos.*
*Occubuit clypei transfixo proditus ære,*
*Et ſero ingemuit ſtabulis exiſſe paternis.*
*Acrius hoc Italûm pubes incurrit, & vrget.*
*Vt torrens, vt tempeſtas, vt flamma coruſci*
*Fulminis, vt Boream pontus fugit, vt cana currunt*
*Nubila, cùm pelago cælum permiſcuit Eurus.*
*Proceræ ſtabant Celtarum ſigna cohortes,*
*Prima acies, hoc impulſu cuneóque feroci*
*Laxat vi ſubita. & feſſos errore viarum,*
*Nec ſoli faciles, longíq; laboris anhelos*
*Auertit patrius gentem pauor, addere tergo*
*Haſtas Auſonius, telóq; inſtare ſequaci,*
*Nec donare fugam. cadit vno vulnere Tyrus,*
*Non vno Rhodanus, profligatúmque ſagittæ*
*Lancea deturbat Morinum, & iam iámque cadentem*
*Cedentémque vrget totas largitus habenas*
*Liuius acer equo, & turmis abeuntibus infert*
*Cornipedem: tunc auerſi turgentia colla*
*Diripit enſe Moſæ, diſcuſſit pondere terram*
*Cum galea ex alto lapſum caput, ac reſidentem*
*Turbatus rapuit ſonipes in prælia truncum.*
*Hic Cato (nam medio vibrabat & ipſe tumultu)*
*Si primas, inquit, bello cùm amiſimus Alpes*
*Hic iuueni oppoſitus Tyrio fores, hei mihi quanta*
*Ceſſauit Latio dextra, & quot funera Pœnis*

*Ceſſauit Latio dextra, & quot funera Pœnis*

ADSTITIT AVDITO TRISTIS CLAMORE RVINÆ.] Qui *Adſilit* repoſuit, morā vindictæ iniecit, quis crederet? Cæſus Nabis, audit Haſdrubal, ocyus *adſtat* vindex: vnde intelligitur aut adſiluiſſe, aut propè affuiſſe. Altera eſt & *Adſtandi* cauſa. Vt iaculum perlibret ad oſſa: etſi enim impetum & vires iaculandi mutuamus à motu, tamen cùm iaculamur, ferè conſiſtimus.

LIBYCÆ LATE POSSESSOR ARENÆ.] Arenoſum hoc tractu ſolum indicant aræ Philænorum, quas ex arenā ponit Plin. li.5.c.4.

QVA CELEBRE INVICTI NOMEN POSVERE PHILÆNI.] Salluſtius in Iugurthino: *Philæni conditione probata, ſeque vitámq; ſuam reip. condonauere: ita viui obruti. Cartaginienſes in eo loco Philænis fratribus aras conſecrauere, aliiq; illis domi honores inſtituti.* Strabo lib.3. bis meminit. Circumſpectè Silius non dixit *aras*: nec enim manēt, ſed locus ipſe Philænorum dicitur: Strabo: ἀλλὰ καὶ τόπους εἰκός ἐστι μεταλαμβάνειν τὴν αὐτὴν προσηγορίαν, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ὁ χρόνος διαφθείρῃ τοὺς τεθέντας ὅρους. Οὐ γὰρ νῦν οἱ Φιλαίνων μένουσι βωμοί, ἀλλ᾽ ὁ τόπος μετείληφε τὴν προσηγορίαν. *Sed & locos vero eſt ſimile mutare nomen, maximè ſi tempore poſiti termini deleantur. Non enim hodie Philænorum manent aræ, ſed locus nomen adſumſit.* Meminit Scylax Caryandenus, Strabo li.17. Polyb. li.3. qui terminos imperii Punici Philæni aras ſtatuit. Nota lib. 10. Polyb. ſcribi Φιλαίνων. Prauè, prauè. Stat contrà Soli. ca.40. *Philænis fratrib. à laudis cupidine Graium vocamen datum.* Vide Melam li.1.c.7.

DITEM OBIVM OBTRVNCAT RVTVLVM.] *Ditem ouium* legit Modius, cáque coniectura mirificè exultat: ego illi Ouationem, & myrthum addico.

GELIDO NVNC FLVMINE SOLES FRANGEBAT.] Martialis li.1. Epigr.

*Æſtus ſerenos aureo franges Tago*
*Obſcurus vmbris arborum.*

NEC SOLI FACILES.] Diuinabam: *Nec ſolui faciles.* At quî conuenit in feſſos, & iam pauore fugitantes! Scriptum oportuit: *Ac ſolui faciles.* Firmo: Liuio exitu li.27. ex quo hauſit Silius: *Et qui* [Galli] *aderant itinere, ac vigiliis feſſi, intolerantiſſima laboris corpora vix arma humeris gerebant.* En, cur *ſolui faciles.* Eadem cauſa ſcribi queat:

*Nec ſoli faciles.*

nec enim tales æſtum ferant. Lib.16. pari dictione:

*Seruitio ſi tam faciles.*

*Iámq; inclinabant acies, cunctiſq; pauorem*
*Gallorum indueral pauor, & fortuna ruebat*
*Sidonia, ad Rutulos Victoria verterat alas.*
*Celſus ceu prima refloreſcente iuuenta*
*Ibat Conſul ouans, maior maiórque videri.*
*Ecce trahens ſecum canentem puluere turmam,*
*Ductor Agenoreus ſubit, intorquénsq; lacertis*
*Tela, ſonat: Cohibete fugam, cui cedimus hoſti?*
*Nónne pudet? conuerſa ſenex marcentibus armis*

*Agmina agit: nunc quæſo mihi nunc dextera in armis*
*Degenerat, noſtríque piget? mihi Belus auorum*
*Principium, mihi cognatum Sidonia Dido*
*Nomen, & ante omnes bello numerandus Amilcar*
*Eſt genitor mihi: cui cedunt montéſque, lacúſq;*
*Et campi atque amnes, frater: me magna ſecundum*
*Cartago putat Annibali, me Bætis in oris*
*Aequant germano paſſæ mea prælia gentes.*
*Talia dum memorat, medios ablatus in hoſtes.*
*Vt noua conſpecti fulſerunt Conſulis arma,*
*Haſtam præpropero niſu iacit, illa per oras*
*Aerati clypei, & loricæ tegmine ſummo*
*Incidit haud felix humero; parcéque petitum*
*Perſtrinxit corpus, nec multo tincta cruore,*
*Vana ſed optanti promiſit gaudia Pœno.*
*Turbati Rutuli, confuſáque pectora viſu*
*Terrifico. tum increpitans conamina Conſul:*
*Fœmineis læſum vana inter cornua corpus*
*Vnguibus, aut palmis credas puerilibus ictum.*
*Ite docete viri Romanæ vulnera fuerint*
*Quanta afferre manus. tum verò effunditur ingens*
*Telorum vis, & denſa ſol vincitur vmbra.*
*Iámque per extentos alterna ſtrage virorum*
*Corpora fuſa iacent campos, diuerſáq. in vndam*
*Iunxerunt cumulo creſcente cadauera ripas.*

FORTVNA RVEBAT SIDONIA.] Reuide ſcripta in lib. 1. ibi:

*Terrarum Fortuna caput.* —

AD RVTVLOS VICTORIA VERTERAT ALAS.] Ita, inquit Marſus, alata ſemper Victoria. Inſcitè. Vide quæ præmonita nobis ſunt.

ME BÆTIS IN ORIS ÆQVANT GERMANO.] Loquitur Haſdrubal, de quo Liuius lib. 27. *Duos propè Annibales in Italia eſſe. quippe & Haſdrubalem patre eodem Amilcare genitum, æquè impigrum ducem per tot in Hiſpania annos Romano exercitum bello gemina victoria inſignem, duobus exercitibus cum clariſſimis ducibus deletis.*

TALIA DVM MEMORAT, MEDIOS ABLATVS IN HOSTES.] Voluntate mea potius fuerit: *Aufertur.* Vel:

*Talia commemorat medios ablatus in hoſtes.*

FOEMINEIS LÆSVM VANA INTER CORNVA CORPVS.] Dum mulieres vanis rixis, & criminibus agunt, inuicem pugnis, & calcibus petunt. Eò dum reſpicio, & ſeriem huius orationis perſpicio, magis eſt, vt ſcribam: *Vana inter crimina.* Niſi ſi præfers: *Vano conamine*, aut *Vano certamine*.

DIVERSAQ. IN VNDAM IVNXERVNT CVMVLO CRESCENTE CADAVERA RIPAS.] Viuaciter, & aptè rei: vt enim coëant ripæ creſcente cadauerum numero, neceſſum eſt hinc inde diuerſis è partibus *diuerſa*, hoc eſt alia, atque alia conferri corpora, & conſtipari. Modius legit *Demerſa*.

*Vt cùm venatu ſaltus exercet opacos*
*Dictynna, & lætæ præbet ſpectacula matri,*
*Aut Pindi nemora excutiens, aut Mænala luſtrans*
*Omnis Naiadum plenis comitata pharetris*
*Turba ruit, curſúque leues nemora auia cingunt.*
*Corythi interea ſtridunt, ductíſque ſagittis*
*Pendentes ſaliunt, nymphis obeuntibus arua.*
*Tum per ſaxa feræ, perq; ipſa cubilia fuſæ,*
*Per valles, fluuióſque, atque antra virentia muſco,*
*Multa ſtrage iacent: exultat vertice montis*
*Tunc latam luſtrans oculis Latonia prædam.*
*Audito ante alios ſenioris vulnere, rumpit*
*Per medios Nero ſæuus iter, viſáque virorum*
*Aequali pugna, quid enim, quid deinde relictum eſt*
*Italiæ fatis? hunc ſi non vincitis hoſtem,*
*Annibalem vincetis ait? ruit ocyus amens*
*In medios: Tyriúmque ducem inter prima frementem*
*Agmina vt aſpexit rabidi ceu belua ponti*
*Per longum ſterili ad paſtus iactata profundo*
*Cùm procul in fluctu piſcem male ſaucia vidit,*
*Aeſtuat, & luſtrans nantem ſub gurgite prædam,*
*Abſorbet late permixtum piſcibus æquor.*
*Non telo mora, non dictis, haud amplius inquit*
*Elabere mihi, non hic nemora auia fallent*
*Pyrenes, nec promiſſis fruſtrabere vanis,*
*Vt quondam terra fallax deprenſus Ibera*
*Euaſti noſtram mentito fœdere dextram.*
*Hæc Nero, & intorquet iaculum, nec futilis ictus.*
*Nam latere extremo cuſpis vibrata reſedit.*
*Inuadit ſtricto ſuper hæc interritus enſe,*
*Collapſique premens vmbone trementia membra,*
*Si qua ſub extremo caſu mandata referri*
*Germano vis forte tuo, portabimus inquit.*
*Contrà Sidonius, letho non terreor vllo,*
*Vtere Marte tuo, dum noſtris manibus adſit*

*Actutum vindex. mea ſi ſuprema referre*
*Fratri verba paras, mando Capitolia victor*
*Exurat, cineríque Iouis permiſceat oſſa*
*Et cineres noſtros. cupientem adnectere plura*
*Feruentémque ira Martis, tranſuerberat enſe,*
*Et rapit inſidum victor caput: agmina fuſo*
*Sternuntur duce, non vltra fidentia Marti.*
*Iámque diem ſolíſque vices nox abſtulit atra,*
*Quum vires parco victu, ſumnóque reducunt:*
*Ac nondum remeante die, victricia ſigna*
*Quà ventum, referunt, clauſis formidine caſtris.*

SALTVS EXERET OPACOS DICTYNNA.] Diana. Callimachus:

— ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες
Νύμφαν μὲν Δίκτυναν.

— *poſt vnde Cydones*
*Nympham dictabant Dictynnam.*

ἀπὸ τῶν δικτύων, *à retibus.* Strabo lib. 10. Οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τὸν Καλλίμαχον λέγειν φασίν, ὡς ἡ Βριτόμαρτις φεύγουσα τὴν Μίνω βίαν ἀπὸ τῆς Δίκτης ἅλοιτο εἰς ἁλιέων δίκτυα· καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴ μὲν Δίκτυννα ὑπὸ τῶν Κυδωνιατῶν προσαγορευθείη: *Neque rectè Callimachum dixiſſe aiunt, quòd Britomartis fugiens* Minois *vim ex Dicte ſalierit in piſcatorum δίκτυα, ſeu retia, ideóque ipſa ſit à Cydonibus appellata Dictynna.* Diodorus lib. 5. Feſtus.

CORYTI INTEREA STRIDVNT.] Modius Epiſtola decima multis interceptis vocibus carmen hocce ponit è membranis, & Lud. Carrion lib. 1. Emend. c 6.

*Turba ruit, ſtridúntq. ſagittiferi coryti.*

Vox eſt *Corytus* ab adſpiratione libera; Græcè γωρυτός, cuius primam aſperari oportuit, ſi fata tuliſſent. Sagittarum eſt entheca *Corytus*, vox Latinis peramica. Aeneïde decima:

*Corytíque leues humeris, & lethifer arcus.*

Ouid. 3. Triſt. Eleg. 7.

*In quibus eſt nemo, qui non corytou, & arcus* gerat.

Quibus autoribus exemplaria Apollonii corrigenda Carm. 11. quibus eſt.

— *matrem celeri petit ille volatu,*
*Cuius fax, arcus, corytus pendebat: at ille*
*Cernuus, & læua pendens in margine planta*
*Libratos per inane pedes aduerberat alis.*

Duo illa *Petit*, *Aduerberat* poſcunt *Pendet*, non pendebat. Etſi æuo iſto parum curabant quantitates ſyllabarum. Nam idem Car. 5.

— *ſeruare diaſtema quintum.* Item:

*Hunc aërem.* —

Sicut & iſte Nazianzeni verſus non ſatis ex lege: Δεύτερον αὖ συνέφρασεν ἀὴρ καὶ γαῖα κάλυψαν. Niſi ſi ſcribes σκιώφεσ' ἀήρ.

TVNC LATAM SPECTANS OCVLIS LATONIA PRÆDAM.] Stragem ferarum latè profuſam. Editiones aliæ partim *Et latam*: partim *Et latam*: membranæ,inquit Carrion ſupero loco:

*Gratam perluſtrans oculis Latonia prædam.*

RABIDI CEV BELLVA PONTI.] Balæna. Sic *cetum bellua* vocabulo non ſemel comprehendit Curtius lib.4. abſque adiecto vllo,& c.47.Solinus.

EVASTI NOSTRAM MENTITO FOEDERE DEXTRAM.] Zonaras tom. 2.refert prolatationibus,&conditiones de nouo cauillandoHaſdrubalem ſeſe Neroni furatum,eàque cauſa Neroni ſucceſſorem miſſum.

CINERIQ. IOVIS PERMISCEAT OSSA ET CINERES NOSTROS.] Non quòd ibi ſepultus Iupiter: ſed ſimulacro Iouis cinefacto cineres ſuos permiſceri optat Haſdrubal.

*Tum Nero procera ſublimia cuſpide portans*
*Ora ducis cæſi,Cannas penſauimus,inquit,*
*Annibal,& Trebiam & Thraſimeni littora tecum*
*Fraterno capite, i, duplica nunc perfida bella,*
*Et geminas arceſſe acies,hæc præmia reſtant,*
*Qui tua tranſmiſſis optarint Alpibus arma.*
*Compreſſit lacrymas Pœnus,minuítque ferendo*
*Conſtanter mala,& inferias in tempore dignas*
*Miſſurum fratri clauſo commurmurat ore.*
*Tum caſtris procul amotis,aduerſa quiete*
*Diſſimulans,dubia excluſit certamina Martis.*

TVM NERO.] Hor. lib.4. Oda 4.

*Quid debeas, ô Roma, Neronibus,*
*Teſtis Metaurum flumen, & Haſdrubal*
*Deuictus, & pulcer fugatis*
*Ille dies Latio tenebris.*

Vide Sidon. Apoll. Epiſt. 5. lib.1. & Carm.2.

CANNAS PENSAVIMVS, INQVIT.] Idem ſenſit Appianus Ibericis: Θεὸς δέ μοι δοκεῖ τότε Ῥωμαίοις ἀντιδοῦναι τῆς ἐπὶ Κάνναις ἀτυχίας οὐ πόρρω τι ἀπ' ἐκείνης, καὶ ἰσοστάσιόν πως ἐκείνῃ γενόμενον· στρατηγοί τε γὰρ ἑκατέρων ἀπώλοντο, καὶ στρατοῦ πλῆθος ἐγένετο μάλιστα ἐπίσης· καὶ τὰ αἰχμάλωτα πολλὰ γενέσθαι, καὶ τοῖσδε, κἀκείνοις συνεληλύθει· στρατοπέδου τε, καὶ παρασκευῆς τῆς ἀλλήλων διαψιλοῦς ἐκράτουν ἑκάτεροι: *Videtur mihi numen tunc Romanis infortunio Cannenſi non diſparem, ſed quodammodo parem tribuiſſe victoriam. Vtriúſque námque exercitus duces cecidere, militúmq. numerus pene par, item his,atq. illis multa ſeruitia. Adde caſtris, apparatúq. bellico vtroſque largiſſimè potitos.* De cæſorum verò ad Metaurum multitudine Liuius lib. 27. *Quinquaginta ſex millia hoſtium occiſa: capta quinque millia, & quadringenti... octo ferè millia Romanorum, ſociorúmq. occiſa.* Quare vereor, ne menda inſeſſus ſit iſte Polybii locus lib. 11. ſuper hac clade: Ἀπέθανον τῶν μὲν Καρχηδονίων κατὰ τὴν μάχην σὺν τοῖς Κελτοῖς οὐκ ἐλάττους μυρίων, τῶν δὲ Ῥωμαίων περὶ διχιλίους: *Cartaginienſium*

*enſium cum Celtis in pugna non infra decem millia occidêre, Romanorum ad duo millia.* Certè ſi per clades ad Metaurum, & ad Cannas accepta, in Cannenſi Appianus, quem ante produxi, quinquaginta millia putat: Ἀπέθανον γὰρ αὐτῶν ἐν ταῖσδε ταῖς ὥραις πεντακισμύριοι, quam vocem Ploybio reddendam cenſeo. In numerum cæſorum ad Cannas quæſitum ſuprà.

IAMQ. DIEM, SOLISQ. VICES.] Fuit hæc pugna pugnata octauo Kal. Iul. Ouid. 6. Faſt. cùm de Iunio agit:

> *Tempora ſi veteris quereris temeraria damni,*
> *Quartus ab extremo menſe bis ille dies.*
> *Poſtera lux melior: ſuperat Maſaniſſa Syphacem,*
> *Et cecidit telis Haſdrubal ipſe ſuis.*

VICTRICIA SIGNA QVA VENTVM, REFERVNT CLAVSIS FORMIDINE CASTRIS.] Non caſtra Haſdrubalis loquitur quæ nulla; nō Romanorum, à quibus hoc noctis procul *formido*: ſed Annibalis, quod fœdum. Hanc interpretationem docet libri exitus.

MINVITQ. FERENDO CONSTANTER MALA.] Compar eſt illa Senecæ ſententia:

> — *vires pepulit,*
> *Pondúſque mali; caſus animo*
> *Qui tulit æquo.*

Plauti Pſeudolo:

> *Bonus animus in mala re dimidium eſt mali:*

---

## IN LIB. XVI. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO,

### *Claud. Dauſqueij Can. Tor.*

### COMMENTARIVS.

BRVTTIA *mærentem caſus patriæq. ſuóſque*
*Annibalem accepit tellus, hic aggere ſeptus*
*In tempus poſita ad renouandum bella coquebat.*
*Abditus vt ſylua, ſtabulis cùm ceſſit ademptis*
*Amiſſo taurus regno gregis, auia clauſo*
*Molitur ſaltu certamina, iámque feroci*
*Mugitu nemora exterret, perque ardua curſu*
*Saxa ruit, ſternit ſyluas, rupéſque laceſſit*

*Irato rapidus cornu, tremit omnis ab alto*
*Proſpectans ſcopulo paſtor noua bella parantem.*
*Sed vigor, hauſurus Latium, ſi cætera Martis*
*Adiumenta forent, parua obtrectante ſuorum*
*Inuidia reuocare animos, agitare negata*
*Cogebatur ope, & ſenio torpeſcere rerum.*
*Parta tamen formido manu, & tot cædibus olim*
*Quæſitus terror, velut inuiolabile telis.*
*Seruabant ſacrúmque caput, proque omnibus armis*
*Et caſtrorum opibus, dextriſque recentibus vnum*
*Annibalis ſat nomen erat, tot diſſona lingua*
*Agmina, barbarico tot diſcordantia ritu*
*Corda virûm manſere gradu, rebúſque retuſis*
*Fidas ductoris tenuit reuerentia mentes.*
*Nec verò Auſonia tantùm ſe lætus agebat*
*Dardanidis Mauors, iam terra cedit Ibera*
*Auriferis tandem Phœnix depulſus ab aruis.*

PRAVA OBTRECTANTE SVORVM INVIDIA REVOCARE ANIMOS, AGITARE NEGATA LOQVEBATVR OPE.] Ecquid *agitare?* Repono *Abitare*, ab Italia in Africam itare cogebatur Annibal ſuorum ope, ſubſidiiſque deſtitutus. Narrauit huius belli ſcriptores Vel *Abitare* caſtris in tutiora motis. Libro antecedente:

*Tum caſtris procul amotis.* —

INVIOLABILE TELIS SERVABANT, SACRVMQ. CAPVT.] Annibalis, quod non ἱερὸς, ſed παναγής. Latini ſæpius ſacroſanctum dixere, Feſtum conſule. Sic Liuius tribunos *ſacroſanctos* dixit lib. 3. quòd eſſent inuiolabiles. Pateſcet è lib. 6. Dionyſii: Ἐκ τούτου κατέστη Ῥωμαίοις ἔθος τὰ τῶν δημάρχων σώματα ἱερὰ εἶναι, καὶ παναγῆ, καὶ μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου διαμένει: *Indéque mos apud Romanos obtinuit, vt tribunorum corpora ſacroſancta ſint, qui & hodie permanet.* Aliàs *ſacri homines* diris omnibus deuoti ſunt.

ANNIBALIS SAT NOMEN ERAT.] Curt. lib. 5. *Sed nomen Alexandri, & fama, maximum in bello vtiq. momentum.*

TOT DISSONA LINGVA AGMINA.] Homerus Iliad. δ. de Troïbus, & ſociis:

Οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος, οὐδ' ἴα γῆρυς,
Ἀλλὰ γλῶσσ' ἐμέμικτο, πολύκλητοι δ' ἔσαν ἄνδρες.

Curt. ſuprà: *Varius ac diſſonus clamor ſine duce, ac ſine imperio totis caſtris referebatur.*

TOT DISCORDANTIA RITV CORDA VIRÛM.] Vox Latio eſt multis vindicibus adſerta. Cicerone 1. de Finibus: *Cupiditates enim intus animis incluſæ inter ſe diſsident, atque diſcordant.* Terentio Andria: *Quî ſcis nunc eos diſcordare inter ſe.* Tacito, Salluſtióque. De re tota Polyb. lib. 11. vbi de Anniba-

le : Ἀλλὰ συνέχων ὑφ᾽ ἑαυτὸν ὥσπερ ἀγαθὸς κυβερνήτης ἀστασίαστα διετήρησε τοσαῦτα πλήθη, καὶ πρὸς αὐτὸν, καὶ πρὸς ἄλληλα καίπερ οὐχ οἷον ὁμοεθνέσιν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὁμοφύλοις χρησάμενος στρατιώταις. Εἶχε γὰρ Λίβυας, Ἴβηρας, Κελτοὺς, Φοίνικας, Ἰταλοὺς, Ἕλληνας, οἷς οὐ νόμος, οὐκ ἔθος, οὐ λόγος, οὐχ ἕτερον οὐδὲν ἦν κοινὸν ἐκ φύσεως πρὸς ἀλλήλους· ἀλλ᾽ ὅμως ἡ τοῦ προεστῶτος ἀγχίνοια τὰς τηλικαύτας, καὶ τοιαύτας διαφορὰς ἑνὸς ἐποίει προστάγματος ἀκούειν, καὶ μιᾷ πίθεσθαι γνώμῃ : *Cùm tantam multitudinem, quod gubernatorem bonum decet, abſq. ſeditione ſuo teneret obnoxiam imperio Annibal, ſecúmque conſentientem, & cum duce: ipſe tamen exercitus, quo vtebatur, neque tribu, neque gente conueniret. Erant enim Libyes, Iberes, Celtæ, Phœnices, Itali, Græci, quibus non legem, non mores, non orationem, nec aliud quidquam commune natura largita erat. Attamen præſidis ſolers prudentia talia, tantáque diſcrimina vnius imperio audientia faciebat, vniúſq. parere decreto.* Hoc dicit Silius:

*Corda virûm, manſere gradu, rebúſque retuſis*
*Fidas ductoris tenuit reuerentia mente.*

Vide reſtantia in Polyb. item lib. 1. & 15.

*Iam Mago exutus caſtris, agitante pauore*
*In Libyam propero tranſmiſit cœrula velo.*
*Ecce aliud decus haud primo contenta fauore*
*Nutribat fortuna duci. nam concitus Anno*
*Aduentabat, agens trepidantibus agmina cetris*
*Barbara, & indigenas ſerus raptabat Iberos.*
*Non ars, aut aſtus belli, vel dextera deerat,*
*Si non Scipiadæ concurreret, Agmina ductor*
*Magna adeo Auſonius maiori mole premebat,*
*Vt Phœbe ſtellas, vt fratris lumina Phœben*
*Exuperant, montéſque Atlas, vt flumina Nilus,*
*Vt pater Oceanus Neptunia cærula vincit.*
*Vallantem caſtra (obſcuro iam veſper olympo*
*Fundere non æquam trepidanti cœperat vmbram)*
*Aggreditur Latius rector, ſubitóque tumultu,*
*Cæduntur paſſim cœpti munimina valli*
*Imperfecta, ſuper contexere herbida lapſos*
*Pondera, & in tumuli conceſſit ceſpes honorem.*
*Vix vni mens digna viro, nouiſſe minores*
*Quàm deceat, pretiúmque operæ ſit tradere famæ.*
*Cantaber ingenio membrorum, & mole timeri*
*Vel nudus telis poterat Larus. hic fera gentis*
*More, ſecurigera miſcebat prœlia dextra,*
*Et quanquam fundi ſe circum pulſa videret*
*Agmina, deleta gentilis pube cateruæ*

*Cæſorum implebat ſolus loca,ſeu foret hoſtis*
*Comminus,expleri gaudebat vulnere frontis*
*Aduerſa,ſeu læua acies in bella vocaret*
*Obliquo telum reflexum Marte rotabat.*
*At cùm ponè ferox auerſi in terga veniret,*
*Victor nil trepidans retro iactare bipennem*
*Callebat,nulla belli non parte timendus.*
*Huic,ducis inuicti germanus turbine vaſto*
*Scipio contorquens haſtam,cudone comantes*
*Diſiecit crines,nanque altius acta cucurrit*
*Cuſpis,& elata procul eſt eiecta ſecuri.*
*At iuuenis,cui telum ingens acceſſerat ira,*
*Barbaricam aſsiliens magno clamore bipennem*
*Incutit. intremuere acies,ſonuitque per auras*
*Pondere belligero pulſati tegminis vmbo.*
*Haud impune quidem,remeans nam dextera ab ictu*
*Deciſa eſt gladio, ac dilecto immortua telo.*
*Qui poſtquam murus miſeris ruit,agmina concors*
*Auertit fuga confeſtim diſperſa per agros.*
*Nec pugnæ ſpecies,ſed pœna triſtis imago*
*Illa erat,hinc tantum cedentum,atque inde ruentum.*
*Per medios Annon palmas poſt terga reuinctus*
*Ecce trahebatur, lucémque (heu dulcia cœli*
*Lumina) captiuus vitæ inter vincla petebat.*
*Cui rector Latius. tanta en qui regna repoſcant,*
*Queis cedat toga,& armiferi gens ſacra Quirini,*
*Seruitio ſi tam faciles, cur bella refertis?*
*Hæc inter celerare gradum,coniungat vt arma*
*Haſdrubalem ignarum cladis prænuntius affert*
*Explorator eques, raptat dux obuia ſigna.*
*At poſtquam optatam lætus contingere pugnam*
*Vidit,& ad lætum magno venientia curſu*
*Agmina,ſuſpiciens cœlum,nihil amplius,inquit,*
*Vos hodie poſco Superi,protractus ad arma*
*Quod profugus,ſatis eſt,in dextra cætera nobis*
*Vota,viri rapite,ite precor,vocat eſſe furentes*
*Hinc pater, hinc patruus, gemina ô mihi numina belli*
*Ducite, adeſte,ſequor, dignas ſpectabitis,aut me*
*Præſcia mens fallit, veſtro iam nomine cædes.*

*Nam quis erit tandem campis telluris Iberæ*
*Bellandi modus? en vnquam lucebit in orbe*
*Ille dies, quo te armorum Cartago meorum*
*Aſpiciam ſonitus, admotáque bella, trementem?*
*Dixerat, & raucus ſtridenti murmure clangor*
*Increpuit, tonuere feris clamoribus aſtra.*
*Concurrunt, quantúmque rapit violentia ponti*
*Et Notus & Boreas, & inexorabilis Auſter,*
*Cùm mergunt plenas tumefacta ſub æquora claſſes:*
*Aut cùm lethiferos accendens Syrius ignes,*
*Torret anhelantem ſæuis ardoribus orbem,*
*Tantum acies, hominúmque ferox diſcordia ferro*
*Demetit, haud vllus terrarum æquarit hiatus*
*Pugnarum damna, aut ſtrages per inhoſpita luſtra*
*Vnquam tot dederit rabies horrenda ferarum.*
*Iam campi, vallésq; madent, hebetatáque tela.*
*Et Libys occubuere, & amantes Martis Iberi.*

AGENS TREPIDANTIBVS AGMINA CETRIS. ] Ita non malè: etſi *Crepitantibus* ſaniùs legit Marſus (ne quis ſuæ laudis alius id faciat) exponítque *Reſonantibus*, vti ſuprà:

*Ad numerum reſonas gaudentem plaudere cetras.*

Verùm cùm quatiuntur, & cientur cetræ, poſſunt dici *trepidare*: cúmq; *trepidant*, ſonabiles ſunt. Eadem in re eâdem pene vocula Marcell. li. 25. *Haſtas ad ſcuta concrepans* Iuliani Imp. miles reuolat in pugnam.

AGMINA DVCTOR. ] Annonis agmina. Malè referunt: *Omnia.*

ET IN TVMVLI CONCESSIT CESPES HONOREM. ] Semifactis è ceſpite munimentis hoſtis interuenit, Pœnum ſternit, ínque eo tumultu ceſpitem ſuperſternit: ſic

— *in tumuli conceſsit ceſpes honorem*

cæſis, & ſub ceſpiticio vallo diruto ſemiſepultis. Alluſit Poëta *ad ceſpiticium* tumulum, de quo Tacitus, vbi de Germanis: *Sepulcrum ceſpes erigit.* Et l. 1. Annalium: *Primum extruendo tumulo ceſpitem Cæſar poſuit, gratiſsimo munere in defunctos* (Variana clade) *& præſentib. doloris ſocius.* Æn. 3. Luca. li. 9. Martial. li. 1. Epigr. 89. lib. 5. Epig. 36.

QVI POSTQVAM MVRVS MISERIS RVIT. ] *Murus* pro forti, & viribus collatis non inuenuſtè Senecæ Troade:

*Tu præſidium Phrygib. feßis,*
*Tu murus eras.*

Metamorph. 13.

— *graium murus Achilles.*

Lucanus de Scena:

— *ſtat non fragilis pro Cæſare murus.*

M. Tullio in Piſonem leges ſunt *muri, tranquillitatis, & otij.* Lucianus: ψυχῆς ἀδαμάντινον τεῖχος περιβεβλημένος. Vegetius lib. 1. ca. 20. *Vnde etiam apud antiquos Murus dicebatur pedeſtris exercitus: niſi quòd pilatæ legiones præter ſcuta etiam cataphractis galeisque fulgebant?* Maximus Tyrius λόγῳ κά. Ἄλλος ἦν περὶ Βοιωτίαν κιθαριστὴς γενναῖος, οὐ λίθους, ὥς ὁ μῦθός φησι, προσαγόμενος τῷ τείχει (πῶς γὰρ ἂν γένοιτο ἐξ ᾠδῆς τεῖχος;) ἀλλ' ὑπὸ μέλει ἐμβατηρίῳ, καὶ τακτικῷ συναγαγὼν εἰς φάλαγγα τοὺς Βοιωτῶν νέους, τεῖχος ἄμαχον ταῖς Θήβαις περιέβαλεν. Οἷον τεῖχος καὶ Σπαρτιάταις ἐμηχανήσατο Λυκοῦργος ἐπιτάξας τοῖς νέοις αὐλὸν ἡγεμόνα ἐν ταῖς μάχαις. *Alius in Bœotia citharœdus nobilis, non arte ſaxa ducebat, quod fabulæ referunt (nam quomodo cantu murus fiat?) ſed cantu in iter agente, atque aciem ordinante Bœotos iuuenes in phalangem componebat, muróque inexpugnabili Thebas cingebat. Talem etiam murum Spartiatis machinatus eſt Lycurgus, iuſſo in prælijs iuuenes tibiam ſequi.* Murus ergo vir fortis ſeu quia muri firmitudine eſt, ſeu quia vnus multorum inſtar, qui Τεῖχος, & *Murus* vocitabantur. Heynſius iniquè vertit *Bellica, militarique modulatione.* Nam μέλος ἐμβατήριον eſt quo miles in hoſtem excitur, Vide Pollucem lib. 4. c. 7. Τακτικὸν autem, quo acies ordinatur: illo neutrum expreſſit, vtrúmque fugit.

EN VNQVAM LVEBIT IN ORBE ILLE DIES. ] Peruenuſtè. Liuius lib. 30. *En vnquam ille dies futurus eſſet, quo vacuam hoſtib. Italiam bona fide florentem viſuri eſſent:* Plautus Caſtellaria: *En vnquam cum quiquam viro conſueuiſti:* Terent. Phormione: *En vnquam cuiquam contumelioſius audiſtis factam iniuriam.*

HEV DVLCIA COELI LVMINA. ] Priùs:

*Heu blandum cœli lumen!*

*Stat tamen vna loco perfoſſis debilis armis,*
*Luctatúrque acies, quà concutit Haſdrubal haſtam.*
*Nec finem daret ille dies, animoſáq; virtus,*
*Ni perlapſa foret loricæ tegmine arundo,*
*Et parco ſummum violaſſet pondere corpus,*
*Suaſiſſétque fugam, rapido certamina linquit*
*In latebras euectus equo, noctíſq; per vmbram*
*Ad Tarteſſiacos tendit per littora portus.*
*Proximus in pugna ductori Marte manúq;*
*Regnator Nomadum fuerat, mox fœdere longo*
*Cultúque Aeneadum, nomen Maſaniſſa ſuperbum.*
*Huic feſſo, quos dura fuga, & nox ſuaſerat atra*
*Carpenti ſomnos, ſubitus rutilante coruſcum*
*Vertice fulſit apex, criſpámq; inuoluere viſa eſt*
*Mitis flamma comam, atque hirta ſe ſpargere fronte.*
*Concurrunt famuli, & ſerpentes pectora circum*
*Feſtinant gelidis reſtinguere fontibus ignes.*
*At grandæua, deum prænoſcens omina, mater,*

*Sic ſic cælicolæ, portentáque veſtra ſecundi*
*Condite ait, duret capiti per ſecula lumen.*
*Ne verò ne nate, deum tu læta paueſce*
*Prodigia, aut ſacras metue inter tempora flammas.*
*Hic tibi Dardaniæ promittit fœdera gentis,*
*Hic tibi regna dabit regnis maiora paternis*
*Ignis, & adiunget Latijs tua nomina fatis.*
*Sic vates, iuuenísque animum tam clara mouebant*
*Monſtra, nec à Pœnis vlli virtutis honores,*
*Annibal ipſe etiam iam iámque modeſtior armis*
*Ire videbatur, Martíſque liqueſcere famam.*
*Aurora obſcuri tergebat nubila cæli,*
*Víxque Atlantiadum rubeſecerat ora ſororum,*
*Tendit ad Auſonios, & adhuc hoſtilia caſtra.*
*Atque vbi ſe vallo intulerat, ductórque benigno*
*Accepit Latius vultu, rex talibus infit.*

QVA CONCVTIT HASDRVBAL HASTAM. ] Non anteriore libro decollauit eum Nero? Nota plures Pœnos interfuiſſe *Haſdrubales.* Haſdrubal vnus ſocer Amilcaris. Polyb. lib. 3. Ἀσδρούβαν τὸν τῆς θυγατρὸς ἄνδρα. Diod. lib. 24. Ἀσδρούβας τοῦ γαμβρὸς Ἀμίλκα. Is bello Hiſpanienſi præfuit nomine Cartaginienſium. Sil. lib. 1.

*Interea rerum Haſdrubali traduntur habenæ.*

Idem tradunt Appian. Ibericis, Polyb. li. 2. Liuius lib. 21. Ipſe eſt, qui cæditur Silii l. 1. A quo docent, Notæ. Alter Haſdrubal Germanus Annibalis Poly. li. 3. & paſſim in Silio. Hic à Cl. Nerone Silii li. 15. Liuii 27. & Poly. l. 10. vmbris additur. Haſdrubalis huius filia Sychæo nupta fuit Silii lib. 3. Tertius *Haſdrubal Hædus*, qui ridentem in curia Annibalem concione triſti, & complorante increpuit, lib. 30. Liuii. Appianus Libycis meminit non ſemel: Ἀσδρούβας ὁ Ἔριφος, Apud quem loco vlteriore prauè legitur Σίειφος. Quod cognomentum vſitatum videtur Homero autore cui totius Ἔριφος ὥς de præſigni bellatore. Quartus *Haſdrubal* Giſconis F. cui *Caluo* cognomentum fuit. Huius filiam Sophoniſbam ſponſam Maſaniſſæ Syphax duxit, Silius li. 17. Polyb. li. 14. meminítque viri li. 10. plus vice ſimplici. Liu. l. 30. *Haſdrubal Pœnorum Imp. non modò ipſe ad eum* (Syphacem) *in regnum venerit, ſed etiam filiam ei nuptum dederit.* iterúmq, & l. 28. *Haſdrubal Giſconis F. maximus clariſſimúsque in bello ſecundum Barcinos dux regreſſus à Gadibus.* Hic vir hic eſt, qui dux regni Pœnorum hoc libro à Silio dicitur:

*Audito pariter populorum in regna duorum*
*Aduenisse duces.*

Alter erat Scipio. Hic Haſdrubal ſtrennuus huius pugnæ principio, mox fugiet. Vnde poſt Silius:

*Nec Giſcone ſatus* (Haſdrubal) *nec Amilcare* (Haſdrubal alter) *terga dediſſent.*

r

Lib.17.poſt alteram huius Haſdrubalis fugam:

*— Cartago laboret*

*Vt trepidi Haſdrubalis,qui rerum agitabat habenas,*

*Non vna contenta fuga.*

Hic eſt,qui modò *concutit haſtam.Haſdrubalis* nomen ſi reddes erit *Adiutor Beli,miniſtérue* apud Hebræos,quorum linguæ vicina Punica autorib. Diu. Auguſt.D.Hieron.Plautóque in Pœnulo.

NI PERLAPSA FORET LORICÆ TEGMINE ARVNDO. ] Mollius:*Tegmen*,& melius.Sic infrà:

*— conſurge,vola,perlabere campum.*

ADIVNGET LATIIS TVA NOMINA FATIS. ] Conformiter Adſcenſiano codici:Cæteri:*Faſtis* accommodè.

ANNIBAL IPSE ETIAM IAM IAMQVE MODESTIOR IPSE IRE VIDEBATVR. ] Vetus inſcriptio: ANNIBAL COMPLVRIBVS VICTORIIS FEROX, A Q. FABIO MAXIMO COERCITVS.

MARTISQVE LIQVESCERE FAMA. ] *Videbatur* Annibalis fama tandem exoleſcere. *Solidæ famæ* verò *liqueſcentem*, ſiue vaneſcentem contrà poſuit: cuius rei inconſiderantia Modius ſolidum verſum ὠβέλισε. *Fama* quoque ſcripto verſum ereximus,cùm præfuiſſet *Famam*. Idque inominale Silio eſt:nam è Curtii lib.3.didicimus *fama bella ſtare*.& lib.8.*Fama enim bella conſtant*,& lib.4.conſultiſſimæ mentis illud eſt de Alexandro M. *Famam quoque qua plura,quàm armis euerterat,ratus leniorem fore.*

*Cæleſtum monita,& ſacræ reſponſa parentis,*
*Diíſque tua ô Rutulûm rector gratiſſima virtus,*
*Auulſum Tyrijs huc me duxere volentem.*
*Si tibi non ſegnes tua contra fulmina ſæpe*
*Viſi ſtare ſumus,dignam te nate Tonantis*
*Aſſerimus dextram, nec nos aut vana ſubegit*
*Incertæ mentis leuitas,& mobile pectus,*
*Aut ſpes,& læti ſectamur præmia Martis.*
*Perfidiam fugio,& periuram ab origine gentem.*
*Et quando Herculeis finiſti prælia metis,*
*Hanc ipſam belli nobiſcum inuade parentem.*
*Ille tibi,qui iam gemino Laurentia luſtro*
*Poſſedit regna,& ſcalas ad mœnia Romæ*
*Admouet,in Libyam flammis ferròque trahendus.*
*Sic Nomadum ductor,tunc dextra Scipio dextram*
*Amplexus,ſi pulchra tibi Mauorte videtur,*
*Pulchrior eſt gens noſtra fide.dimitte bilingues*
*Ex animo ſocios,magna hinc te præmia claræ*
*Virtutis Maſaniſſa manent,citiúſque vel armis*
*Quàm ſtratæ ſtudio vincetur Scipio mentis.*

*Cætera*

*Cætera quæ in Libyam portare incendia ſuades,*
*Expediet tempus. nec enim ſunt talia rerum*
*Non meditata mihi, & mentem Cartago fatigat.*
*Hinc iuueni, dona inſignem velamine picto*
*Dat clamydem, ſtratúmque oſtro (quem ceperat ipſe*
*Deiecto victor Magone, animúmque probarat:)*
*Cornipedem; & cum qua diuûm libabat ad aras*
*Haſdrubal ex auro pateram, galeámque comantem.*
*Exin firmato ſociali fœdere regis,*
*Vertendas agitat iam nunc Cartaginis arces.*

PERFIDIAM FVGIO. ] Cartaginienſium, qui pactam mihi Maſaniſſæ, Sophoniſbam, iam Syphaci perfidioſè tradiderunt, Appianus Libycis, Liuius.

PERIVRAM AB ORIGINE GENTEM. ] Silius ambagioſam reſpicit conditionem de ſpatio corii taurini magnitudine conſignando.

ILLE TIBI, QVI IAM GEMINO LAVRENTIA LVSTRO POSSEDIT REGNA. ] Strictè annos octo capies; nec verborum horum ambitus vltra decennium proferri poteſt: etſi Poëtis perfamiliare *luſtrum* vſurpare pro *quinquennio*. Sic Ouid.

*Eſt pia Penelope luſtris errante duobus,*
*Et totidem luſtris bella gerente viro.*
*Pergama cùm caderent bello ſuperata biluſtri.*

Liuius tamen libr. 28. *Quartodecimo anno Punici belli.* P. Cornelium Scipionem Conſulem mittit in Hiſpaniam. Sed non aliud à decennio tempus bello adſignare Silium illud etiam fidem facit hocce libro:

*Vtque bibant Tyrium bis quinos ſæua per annos,*
*Sicana nunc tellus, nunc litora Ibera cruorem.*

Verum à menda vindicandos iſtos locos perſuadet Liuii teſtimonium, à quo rarenter abit diuerſus Poëta, & cogunt iſta Silii.

*— trinis mœrentem funera luſtris*
*Auſoniam purga bello.*

Iteratò hoc libro:

*— cui tertia largè*
*Fundenti noſtrum ducuntur luſtra cruorem.*

Quibus verbis annos quindecim complexus eſt, cùm omnino quatuordecim ſtatuat Liuius, quod diſcrimen in Poëta non tanti. Primore loco pro *Iam gemino* reſcribo *Tergemino luſtro*: hoc eſt tribus luſtris, vt Horatius dixit *tergeminis honoribus*, & libr. 15. Silius de tribus caſtris *tergemina cum mole viros.* In altero pro *bis quinos* poteſt ſcribi *ter quinos.*

SI PVLCRA TIBI MAVORTE VIDETVR

PVLCRIOR EST GENS NOSTRA FIDE.] Par id M. Tullii pro Deiotaro Cæſarem alloquentis: *Iſtam, inquam, dexteram, non tam in bellis, & in prœliis, quàm in promiſſis, & fide firmiorem.*

QVAM STRATÆ STVDIO VINCETVR SCIPIO MENTIS.] Marſi interpretatio, Modiíque correctio agnoſcit *Gratæ*, pro *Stratæ*.

ET CVM QVA DIVVM LIBABAT AD ARAS.] Quibus ignarum fuit ablatiuo modi, vt loquuntur, τὸ *Cum* ſociari quandoque reponunt: *Tum qua d. l. ad a.* Verum it a loqui non nefas eſſe carmine Ouidiano notum eſt.

*Hac modò verrebat raro cum pectine terram.*

Ita ſentio, legóque cum doctis. Legi & in Spartiano ſimile: ſed liber non ad manum. Sic & Sext. Pompeius eloquitur: *Funebres tibiæ dicuntur, cum quibus in funere canitur, quas flamini audire putabant illicitum.* Catullus:

*Iſta cum lingua, ſi vſus veniat tibi, poſſis*
*Culos, & trepidas lingere cercolipas.*

Plin. li. 9. de mollib. piſcibus. *Cæteri circi cum quib. venantur.*

*Maſſylis regnator erat ditiſſimus oris,*
*Nec nudus virtute Syphax, quo iura petebant*
*Innumeræ gentes, extremáque littore Tethys.*
*Multa viro terra ac ſonipes, & belua terror*
*Bellorum, nec non Marti delecta iuuentus.*
*Nec foret aut ebore, aut ſolido qui vinceret auro,*
*Getulisve magis fucaret vellus abenis.*
*Has adiungere opes auidus, reputánsq; laborem*
*Si vertat rex ad Pœnos, dare vela per altum*
*Imperat, atque animo iam tum fera bella capeſſit.*
*Verùm vbi peruentum, & portus tenuere carinæ,*
*Iam trepida fugiens per proxima littora puppe*
*Haſdrubal afflictis aderat noua fœdera quærens*
*Rebus, & ad Tyrios Maſſylia ſigna trahebat.*
*Audito pariter populorum in regna duorum*
*Adueniſſe duces, qui tota mole laborent,*
*Diſcepténtq; armis, terrarum vter imperet orbi,*
*Celſus mente Syphax acciri in tecta benigne*
*Imperat, & tanto regni ſe tollit honore.*
*Tum lætos voluens oculos aduerſa per ora,*
*Sic Latium affatur iuuenem, ac prius incipit vltro,*

MASSYLIS REGNATOR ERAT DITISSIMVS ORIS.] *Syphax*, & vlte-

riore loco pro eius regno:

— *ad Pœnos Maſſylia regna trahebat.*
& *Non tibi Maſſyla gentes.*

Hæc baſis eſto correctionum. *Syphax* rex erat *Maſſylorum*, ſiue Μασσυλιαίων: *Maſæſylorum* verò, ſeu Μασαισυλίων Dionyſii voce rex *Maſaniſſa* hoc temporis. *Mauri* præterea, ſiue *Mauruſij* paruere *Syphaci*, enotuit è Plinii li. 5. c. 2. & Strabone: *Numidæ* verò *Maſaniſſa*, Polyb. li. 3. Μασαννάσσην βασιλέα τῶν Λιβύων. quamuis & *Syphacis* ſubiecti communicato nomine appellati *Numidæ*. Liuius li. 30. *Numidarum nomen, quod tibi* (ô Maſaniſſa) *cum Syphace commune fuit*. Ex his multis locis emendandus Liuius, ac primùm li. 28. *Syphacem primum regem ſtatuit tentare. Maſæſylorum is rex erat. Maſæſyli gens affinis Mauris, regionem Hiſpaniæ, maximè quà ſita noua Cartago eſt, ſpectant*. Reſcribendum: *Maſſylorum is rex erat. Maſſyli gens affinis Mauris*. Adiuuat Strabo lib. 17. qui *Maſæſylis Maſaniſſam* præficit. Μετὰ δ' ὅμω Τεττὸν ἡ Μασσυλιαίων ὅδι, καὶ ἡ Καρχηδονίων παραπλησία χώρα. Κίρτα δ' ἐστὶν ἐν Μεσογαίᾳ τὸ Μασανίσσου, καὶ τῶν ἑξῆς διαδέχων βασίλειον πόλις εὐερκεστάτη. *A Trito Maſæſylorum eſt regio, & proxima Cartaginienſibus. Cirta autem eſt mediterranea Maſaniſſæ, ac inſequentium regum regia, vrbs munitiſſima*. Quem ſecutus Ortelius Cirtam vult Numidiæ ciuitatem Maſaniſſæ regiam. Videtur & ille Liuii lib. 24. locus malè mulcatus. *Quod vbi Cartaginienſes acceperunt, extemplo ad Galam in parte altera Numidiæ Maſſyla ea gens vocatur) regnantem legatos mittunt. Filium Gala Maſaniſſam habebat*. Repoſuerim: *Maſæſyla ea gens vocatur*. Verum quidem eſt *Maſſylos* quoque paruiſſe *Maſaniſſæ*: ſed hoc primum fuit victo iam *Syphace*. Inſinuat Liuius libr. 24. Libro verò Liuii 29. iſta rectè habent: *Gens Maſæſylorum omnis in ditionem, imperiúmque Meheculi conceſſit*; pluráque eodem libro cum iudicio recepta à Glareano, & inconſultè à Sigonio repudiata. Porro *Syphacis* regia fuit *Siga*. Plinius lib. 5. cap. 2. *Siga opidum ex aduerſo Malacha in Hiſpania ſita Syphacis regia, alterius iam Mauritaniæ*. Solinus cap. 38. Item Strabo lib. 17. *Sigam* locat in Mauruſia. At reclamare videbitur Zonaras tom. 2. vbi Τὴν Κίρταν τὰ βασίλεια. *Cirtam regiam*, *Syphacis* facit, Mela lib. 1. cap. 6. & Liuius lib. 30. *Cirta caput regni Syphacis erat, eóque ſe ingens vis hominum ex fuga contulerat*. Verùm duabus in prouinciis in Mauruſia, atque Maſſylia duas ſedes eſſe regias non mirum. Curt. lib. 6. *Vrbem Hyrcaniæ, in qua Darij regia fuit*: & apud eundem lib. 5. tam Perſepali, quàm Babylone Darianam agnoſcas regiam. Item regia Perſarum Suſa, Solinus autem cap. 58. Diodor. libr. 11. Plutarc. in Artaxerxe Iuſtinus autem libr. 1. & Curtius Perſarum regiam ſcribunt Perſepolim. Neque ab his Strabo libr. 15. diuellendus. Deinde Zonaras, & Liuius de Syphace regnante loquuntur: Strabo autem dum Cirtæ facit regnare *Maſaniſſam*, ſatis id verum docet deuicto iam Syphace, addito *Maſaniſſæ* ſucceſſorib. regiam fuiſſe.

ANIMO IAM TVM FERA BELLA CAPESSIT. ] Libris aliis eſt: *Africa bella*.

AVDITO PARITER POPVLORVM IN REGNA DVORVM
ADVENISSE DVCES. ] Salluſtii character apud Priſcianum: *Lucilius audit*

*Martium regem pro Conſule per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciciliam tendere.*Reuide lib.4.

*Pacto,Cederet vt Siculis.*

CELSVS MENTE SYPHAX. ] Duûm regum aduentu ferocior.

PRIVS INCIPIT VLTRO. ] Scribe:*Prior*.ita Gryphius.

*Quam te Dardanida pulcerrime mente ſerena*
*Accipio,intueórq; libens,quâmque ora recordor*
*Lætus Scipiadæ,reuocat tua forma parentem.*
*Nam repeto Herculeas Erythrea ad littora Gades*
*Quum ſtudio pelagi,& ſpectandu æſtibus vndæ*
*Veniſſem.magnos vicina ad flumina Bætis*
*Ductores miro quondam me cernere amore.*
*Tum mihi dona viri præda delecta tulere,*
*Arma ſimul,regnóque meo,tum cognita primum*
*Cornipedum frena,atque arcus, queis cedere noſtra*
*Non nôrunt iacula,& veteris tribuere magiſtros*
*Militiæ,qui diſperſas ſine lege cateruas*
*Veſtro formarent ritu ad certamina Martis.*
*Aſt ego quum noſtra (in noſtris quæ copia regnis)*
*Nunc auri ferrem,niuei nunc munera dentis,*
*Nil valui precibus,ſolos,ſibi cepit vterque,*
*Quos cohibebat ebur vaginæ ſectilis enſes.*
*Quare age lætus habe noſtros intrare penates,*
*Ac mea quando habuit Libycum fortuna per vndas*
*Ductorem,facili quæ dicam percipe mente,*
*Et vos qui Tyriæ regitis Carthaginis arces*
*Haſdrubal huc aures,huc quæſo aduertite ſenſus.*
*Quanta per Auſonios populos torrentibus armis*
*Tempeſtas ruat,& Latio ſuprema minetur,*
*Vtque bibant Tyrium bis quinos ſæua per annos*
*Sicana nunc tellus,nunc littora Ibera cruorem,*
*Cui neſcire licet?quin ergo triſtia tandem*
*Conſidunt bella,& depoſitis arma volentes?*
*Tu Libya,tu te Auſonia cohibere memento.*
*Haud deformis erit vobis ad fœdera verſis*
*Pacator mediúsq; Syphax:ſubiungere plura*
*Non paſſus,gentis morem arbitriúmq; Senatus*
*Scipio demonſtrat:nanque illum abſiſtere cœpti*
*Spe iubet,& patres docet hæc expendere ſolos*

*Suadendi modus hic, quódq; eſt de parte diei*
*Exacti ſuper, ad menſas & pocula vertunt.*
*Atque epulis poſtquam finis, dant corpora ſomno,*
*Et dura in noctem curarum vincula ſoluunt.*
*Iámque nouum terris pariebat lumine primo*
*Egrediens aurora diem, ſtabulíſque ſubibant*
*Ad iuga ſolis equi, nec dum ipſe aſcenderat axem,*
*Sed prorupturis rutilabant æquora flammis.*
*Exigit è ſtratis corpus, vultuque ſereno*
*Scipio contendit Maſſyli ad limina regis.*
*Illi mos patrius fœtus nutriſſe leonum,*
*Et catulis rabiem, atque iras expellere alendo.*
*Tum quoque fulua manu mulcebat colla, iubáſque,*
*Et fera tractabat ludentum interritus ora.*

VETERIS TRIBVERE MAGISTROS MILITIÆ.] Fortè *Veſtra*, hoc eſt pedeſtris militiæ, qua valebant Romani plurimùm, Syphax & Numidæ nihil: omnis enim eorum vis in equitatu. Vide Liuium lib. 24. cui hæc narrantur. Fortè, vt quàm minima ſit mutatio:

— *Veteres tribuere magiſtros*
*Militiæ.*

hoc eſt exercitatiſſimos. Pari filo ſuprà:

— *veteréſque laborum.*

Item lib. 17. *Vetus armorum*. Nota *magiſtros* militiæ: vnde Spartiani vox in Hadriano: *Vſtam militarem magiſtrans.*

IN NOSTRIS QVÆ COPIA REGNIS.] Ne philantiæ tribuas, obſtat Valer. Maxim. lib. 5. c. 1. vocans Syphacem *opulentiſſimum Numidiæ regem.*

AC MEA QVANDO HABVIT, LIBYCVM FORTVNA PER VNDAS RECTOREM.] Col. M. *Affert*. Iam antè attulerat.

QVANTA PER AVSONIOS POPVLOS TORRENTIBVS ARMIS TEMPESTAS RVAT.] Ad effigiem Maronis lib. 7.

*Quanta per Idæos ſæuis effuſa Mycenis*
*Tempeſtas ierit campos.* —

Compone reſtantia.

NAMQVE ILLVM ABSISTERE COEPTI SPE IVBET.] Præſentioris eriſ. conſilii: *Iámque.*

IAMQVE NOVVM TERRIS PARIEBAT LVMINE PRIMO EGREDIENS AVRORA DIEM.] Legit Modius: *Limine primo*, propter illud *Egrediens*. Ego conformius toti carmini puto *Lumine primo*. itáque dictum cenſeo, ac *prima luce*, *primo Eoo* Virgilio, & Statio lib. 4. Syl.

*Clarius ipſe nitens, & primo maior Eoo.*

*Dardanium poſtquam ductorem, accepit adeſſe,*
*Induitur chlamydem, regníque inſigne vetuſti*

*Geſtat læta decus, cinguntur tempora vitta*
*Albente, ac lateri de more aſtringitur enſis.*
*Hinc in tecta vocat, ſecretíſque ædibus hoſpes*
*Sceptrigero cum rege, pari ſub honore reſidunt.*
*Tum prior his infit terræ pacator Iberæ.*
*Prima mihi, domitis Pyrenes gentibus, ire*
*Ad tua regna fuit properantem & maxima cura*
*O ſceptri venerande Syphax, nec me æquore ſæuus*
*Tardauit medio pontus: non ardua regnis*
*Quæſumus aut inhonora tuis: coniunge Latinis*
*Vnanimum pectus, ſociúſq; accede ſecundus.*
*Non tibi Maſſylæ gentes, extentáq; tellus*
*Syrtibus, & latis proauita potentia campis*
*Amplius attulerint decoris, quàm Romula virtus*
*Certa inuicta fide, & populi Laurentis honore.*
*Cætera quid referam? non vllus ſcilicet vlli*
*Aequus cœlicolûm, qui Dardana læſerit arma.*
*Audiuit læto Maſſylus & annuit ore,*
*Complexúſq; virum, firmemus proſpera dixit*
*Omina, nec votis ſuperi concordibus abſint,*
*Cornigerúmq; Iouem Tarpeiúmq; ore vocemus.*
*Et ſimul extructis ceſpes ſurrexerat aris.*
*Victimáq; admotæ ſtabat ſubiecta bipenni,*
*Cùm ſubito abruptis fugiens altaria taurus*
*Exiliit vinclis, mugitúq; excita late.*
*Impleuit tecta, & fremitu ſuſpiria rauco*
*Congeminat, trepida terrorem ſparſit in aula.*
*Vittáq; maiorum decoramen fronte, ſine vllo*
*Delapſa attactu nudauit tempora regis.*
*Talia cælicolæ caſuro triſtia regno*
*Signa dabant, ſæuíq; aderant grauia omnia fati.*
*Hinc fractum bello regem, ſolioq; reuulſum*
*Tempus erit, cùm ducet agens ad templa Tonantis,*
*Qui tunc orabat ſocialia fœdera ſupplex.*
*His actis repetit portum, puppémq; ſecundo*
*Dat vento, & notis reddit ſe Scipio terris.*
*Concurrunt auidæ gentes, varióſque ſubacta*
*Pyrene miſit populos, mens omnibus vna*
*Concordes regem appellant, regémque ſalutant,*

*Scilicet hunc ſummum norunt virtutis honorem.*
*Sed poſtquam miti reiecit munera vultu*
*Auſonio non dignâ viro, patrióſque viciſſim*
*Edocuit ritus, & Romam nomina regum*
*Monſtrauit neſcire pati, conuerſus in vnam*
*Quæ reſtat curam, nullo ſuper hoſte relicto,*
*Et Latium ſimul, & vulgum Batiſque Tagique*
*Conuocat, ac medio in cœtu ſic deinde profatur.*

REGNIQ. INSIGNE VETVSTI GESTAT LÆVA DECVS.] Sceptrum cape: ſequitur enim:

*Sceptrigero cum rege.* —

Item: *O ſceptri venerande Syphax.* —

Sed anne ex decoro illud inſertum læuæ? Docebunt hæc. Iupiter victor in numis dextra Victoriam ſuſtinet, læua ſceptrum geſtat. Sidonius Panegyrico:

— *cui læua regebat*
*Stiuam poſt aquilas.*

Per *aquilas* ſceptrum intelligit triumphale, in quo aquila, Dionyſ. lib. 3. Iuuenalis Sat. 10.

*Da nunc & volucrem, ſceptro quæ ſurgit eburno.*

De Sidonii interpretatione dubitare nos non ſinit Val. lib. 4. c. 4. locus explicatior, vbi de Atilio: *Illa ruſtico opere attritæ manus ſalutem publicam ſtabilierunt.* & mox: *Nec fuit iis rubori eburneo ſcipione poſito* [ in quo ſimiliter eburnea aquila] *agreſtem ſtiuam aratri repetere.* Immo triumphantes ſceptrum læua gerebant. Conficio ex Plutarcho, qui de Paulo Aemylio: Δάφνης κλῶνα τῇ δεξιᾷ προτείνων: *Ramum lauri dextra protendens.* atqui ex Dionyſii mente triumphanti ſceptrum fuit ex ebore: illud igitur in ſiniſtra. Viris ergo fas ſiniſtra eſſe ſceptrigeris. Fœminis item: Macrob. lib. 1. Sat. c. 12. *Sunt, qui dicant hanc* [ Fatuam ] *Deam potentiam habere Iunonis: ideóque regale ſceptrum in ſiniſtra manu ei additum.* Secundo Argonauticon apud Flaccum:

*Iam Panopes, Thetidiſque ſoror* [ Helle ] *idémq. aurea læua*
*Sceptra tenens, dum ſternit aquas.*

Ouid. de domina Tragœdia:

*Læua manus ſceptrum latè regale tenebat.*

Sed & fœminis in dextra ſceptrum. Ouid. 6. Faſt. de Iunone:

*Aurea cur dextræ ſceptra dedere meæ?*

Metamorph. 3.

— *ſi me gemmantia dextra*
*Sceptra tenere decet, ſi ſum regina, Iouiſque,*
*Et ſoror, & coniux.*

Apollinaris Carm. 2.

*Sic regina ſedet ſolio: ſceptri vice dextram*
*Lampadis haſta tenet.*

Viris in dextra paſſim.

CINGVNTVR TEMPORA VITTA ALBENTE.] Siue candido diademate. Apud Val.Max. lib.6.c.2. *Pompeio candida faſcia crus alligatum habenti, Fauonius : Non refert, inquit, qua in parte corporis ſit diadema.* Photius c. 241. Μίτραις δὲ ἀναδοῦνται λευκαῖς : *Faſcia vinciantur alba.*

NON TIBI MASSYLÆ GENTES.] Aen.6.

*Maßylûm gentes.* —

Compone cætera, ſaltem illud:

— *prateritáq. Syrtibus arua.*

ad quam effigiem ſequentia Silius efformauit.

EXTENTAQ. TELLVS SYRTIBVS.] Sunt enim hoc in tractu Syrtes duæ, Maior, & Minor, quarum ambitum Strab.lib.2. metitur: Τῶν μὲν Σύρτεων ἡ μὲν ἐλάττων ἐστὶν ὅσον χιλίων, καὶ ἑξακοσίων σταδίων τὴν περίμετρον· Τῆς δὲ μεγάλης Σύρτεώς φησιν Ἐρατοσθένης τὸν κύκλον εἶναι πεντακισχιλίων: *Syrtium minori ambitus eſt ſtadiûm mille ſexcentorum: maiori autore Eratoſthene quinque millium.* Vtramq. Syrtim lib.17. reponit. Adeundus & Plin.lib. 5.c.4.

CERTA INVICTA FIDE, ET POPVLI LAVRENTIS HONORE.] Modius clariore loci ſententia, & ad rem accommodatiore:

*Certa iuncta fide, & populi Laurentis honores.*

*Quando ita cælicolûm nobis propenſa voluntas*
*Annuit, extremo Libys vt deiectus ab orbe*
*Aut his occideret campis, aut axe relicto*
*Heſperio, patrias exul luſtraret arenas:*
*Iam veſtra tumulos terra celebrare meorum*
*Eſt animus, pacémque dare expoſcentibus vmbris.*
*Mente fauete pari, atque aures aduertite veſtras,*
*Septima cùm ſolis renouabitur orbita cælo,*
*Quíque armis ferróque valent, quíque arte regendi*
*Quadriiugos pollent currus, queis vincere planta*
*Spes eſt, & ſtudium iaculis impellere ventos*
*Adſint, & pulchræ certent de laude coronæ.*
*Præmia digna dabo, & Tyria ſpolia inclyta præda,*
*Nec quiſquam noſtri diſcedet muneris expers.*
*Sic donis vulgum, laudúmque cupidine flammat.*
*Iámque dies prædicta aderat, cætúq; ſonabat*
*Innumero campus, ſimulatáſque ordine iuſto*
*Exequias rector lacrymis ducebat obortis.*
*Omnis Iber, omnis Latio ſub nomine miles*
*Dona ferunt, tumuliſque ſuper flagrantibus addunt.*
*Ipſe tenens nunc lacte ſacro, nunc plena Lyæo*
*Pocula, odoriferis aſpergit floribus aras.*

*Tum manes vocat excitos, laudéſque virorum*
*Cum fletu cantat, veneratur facta iacentum.*
*Inde refert ſeſe circo, & certamina prima*
*Inchoat, & rapidos curſus proponit equorum.*
*Fluctuat æquoreo fremitu, rabiéque fauentum*
*Carceribus nondum reſeratus mobile vulgus,*
*Atque fores oculis, & limina ſeruat equorum:*
*Iámque vbi prolato ſonuere repagula ſigno,*
*Et toto prima emicuit vix vngula cornu,*
*Tollitur in cælum furiali turbine clamor.*
*Pronique ac ſimiles certantibus ore ſequuntur*
*Quiſque ſuos currus, magnaque volantibus iidem*
*Voce loquuntur equis, quatitur certamine circus*
*Certantum, ac nulli mentem non abſtulit ardor.*
*Inſtant præceptis, & equos clamore gubernant.*
*Fuluus arenoſa ſurgens tellure ſub auras*
*Erigitur globus, atque operit caligine denſa*
*Cornipedúmque vias, aurigarúmq; labores.*
*Hic ſtudio furit acris equi, furit ille magiſtri,*
*Hos patriæ fauor, hos accendit nobile nomen*
*Antiqui ſtabuli, ſunt quos ſpes grata fatiget,*
*Et noua ferre iugum ceruix, ſunt cruda ſenectus*
*Quos iuuet, & longo ſonipes ſpectatus in æuo.*
*Euolat ante omneis, rapidóque per aëra curſu*
*Callaicus Lampon fugit, atque ingentia tranat*
*Exultans ſpatia, & ventos poſt terga relinquit.*
*Conclamant, plauſúque fremunt, votíque peractam*
*Maiorem credunt præcepto limite partem.*
*At queis interior cura, & prudentia circi*
*Altior, effuſas primo certamine voces*
*Damnare, & caſus longe increpitare querelis*
*Indiſpenſato laſſantem corpora niſu,*
*Quo nimius, quò Cyrne ruis? (nam Cyrnus agebat)*
*Verbera dimitte, & reuoca moderatus habenas.*
*Heu ſurdas aures, fertur ſecurus equorum,*
*Nec meminit quantum campi decurrere reſtet,*
*Proximus à primo diſtans, quantum æquore currus*
*Occupat ipſe loci tantum: ſed proximus ibat*
*Aſtur Panchates, patrium frons alba nitebat*

*Inſigne, & patrio pes omnis concolor albo.*
*Ingentes animi, membra haud procera, decúſq;*
*Corporis exiguum, ſed tum ſibi fecerat alas*
*Concitus, atq. ibat campo indignatus habenas.*
*Creſcere ſublimem, atq. augeri membra putares.*
*Cinyphio rector radiabat fronte Peloro.*
*Camphaſus, ipſe aſper, nec qui ceruicis amaret*
*Applauſæ blandos ſonitus, clauſúmque cruento*
*Spumeus admorſu gauderet mandere ferrum.*

ET TYRIA SPOLIA INCLYTA PRÆDÂ.] Lego: *E Tyria ſp. i. p.* Poſtea: *E Tyria, quæ multa iacet, duo pocula præda.*

ET TOTO PRIMA EMICVIT VIX VNGVLA CORNV.] Γραφικώτερον, ἢ γλαφυρώτερον: *Expreſſiùs an comtiùs?*

INSTANT PRÆCEPTIS.] Haut culpo. Plutis tamen faciet:

*Inſtant præcipites.* —

qui ad hæc dumtaxat animum aduerterit:

— *nulli mentem non abſtulit ardor.*

Item hoc ipſo in certamine: *Præcipitem currum.* & de aurigante:

— *vſque ad colla repente*
*Cornipedum protentus, & in capita ardua pendens.*

Sed correctionem Modianam præcipitantiùs adſtruenti veniat in mentem iſta omnia poſuiſſe Poëtam ſecutum rei, quæ gerebatur, imaginem, & κατὰ συμβεβηκός: *Ex contingenti.* Quare non obliteremus certantium *præcepta*, quæ duplicia eſſe potuerunt, vel amici ad amicum, vt Neſtoris ad Antilochum filium Il. ψ. vel aurigæ ad equum hîc apud Silium. Aen. 10. & Il. ψ. habes exempla. Pliniúſque autor eſt lib. 8. c. 42. *equos in circo ad currus iunctos non dubie intellectum adhortationis, & gloriæ fateri.* Hinc Aen. 11.

— *frementéſque.*
*Exhortantur equos.*

Et Metamorph. 12.

*Exhortatus equos, currum direxit in hoſtem.*

Automedon Iliad. ρ. equos Patroclis:

Πολλὰ δὲ μειλιχίοισι προσηύδα, πολλὰ δ' ἀρειῇ.

Iterum Ouid. Amor. 3.

*Quid cupias, ipſi ſcire videntur equi.*

Hîc verò cur id fieri abs re ſit? Sequar ergo τὸ.

*Inſtant præceptis.* —

Pręſertim cùm *præcipites* eant metæ iam propiores, non dum carcerib. primùm effunduntur, vti hoc loco. Id notant Euſtathius in Iliad. χ. Et verò Silius cum cura ſeruauit, ſi obſeruas. Quorſum tam multa? non ſunt illa Poëtæ noſtri?

— *magnáq. volantib. iidem*
*Voce loquuntur equis.* — cum ſubdit:
*Inſtans pręceptis.*

Hos accendit nobile nomen Antiqui stabuli.] Vt in hominibus, ſic in equis proſapiam auitam, & proauitam recenſebant. S. Cyprianus t.3. de Spectaculis: *Annos pecoris computare, conſules noſſe, ætates dicere, proſapiam deſignare, auos ipſos, atauos commemorare: quàm hoc totum otioſum negotium? Immo quàm turpiter non otioſum? Hunc, inquam, memoriter totam equi generis ſobolem computantem, & ſine offenſa hunc locum cum magna velocitate referentem.*

Effusas primo certamine voces Damnare.] Lectionem hanc iſta ſuffulciunt:

*Conclamant, plauſuq. fremunt.*

At Modius membranis occupatus reſcribit:

*— effuſas p. c. vires.*

Firmat his:

*Senſit vt exhauſtas qui proximus ibat Iberis*
*Callaïcas Cyrni vires, nec vt antè ſolebat*
*Præcipitem currum.*

Sic iſta quoq. laudabiliter Modius ἐβελτίωσε: *Meliora vt fecit.* Affirmo ſymbolam iudicii, & operæ conferens: nec enim caſtigatores iſti Cyrnum iactantiæ increpitant, aut adhortationum; ſed ut

*— indiſpenſato laſſantem corpora niſu.* Vnde illud:

*Quò nimiùs? quò Cyrne ruis? (nam Cyrnus agebat)*
*Verbera dimitte, & reuoca moderatus habenas.*

Dictionem mutuaſſe videtur Silius ex Aen.5.

*— Entellus vires in ventum effudit.*

Concitus, atque ibat campo indignatus habenas.] A celeritudine celeriſſima nomen inditum Caligulæ equi *Incitatus.*

Cinyphio rector cocco.] Verſus hos diuinè Modius emaculauit, & interpolauit. Eum ſecutus eſt hoc loco Heynſius (ecquis non faceret?) verùm ibi:

*Camphaſus antiquo. —*

ſequi deſtitit. Sed hoc Modióne, an Lud. Carrioni debeamus, haud facilis diiudicatio: Vide Carrionem lib.1. Emendationum, quibus ſeriùs incidi cap.7.

*At docilis freni & melior parere Pelorus,*
*Non vnquam effuſum ſinuabat deuius axem.*
*Sed læuo interior ſtringebat tramite metam,*
*Inſignis multa ceruice, & plurimus idem*
*Ludentis per colla iubæ (mirabile dictu)*
*Vnus erat leuis, vt Zephyri noua flamina, campis*
*Vectonum eductum genitrix effuderat Harpe,*
*Nobilis hunc Durius ſtimulabat in æquore currum,*
*Camphaſus antiquo fidebat Atlante magiſtro.*

Non vnquam effusum sinuabat devius axem: Sed lævo inte-

RIOR STRINGEBAT TRAMITE METAM.] *Interior*, propior metæ, vicinior; ſeu, intra ſpatium metæ vicinus. Sic & metam interiorem dixit Prud.li. 1. contra Symmachum:

*Númne etiam cæli minor, & contractior orbis,*
*Cuius planiciem longo tranſmittere tractu,*
*Circinus excurrens meta interiore laborat?*

Et, ſi quæris, læuorſum, non dextrorſum. Non alia notione extulerat præcentor Maro Æneïde quinta; niſi quòd nauiganti vocem eam commodauit, Silius auriganti:

*— dum proram ad ſaxa ſuburget*
*Interior.*

Vbi rectè Seruius *Siniſterior*, vel adſtrepente Turnebo lib.14. Aduerſ.c.4. Obſtrepunt alii fruſtra. Inibi eodem in certamine: Menoetes

*Radit iter læuum interior. —*

hoc eſt, *ſiniſterior*: nam ad eum iſta reuocandum Gyas:

*Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige curſum,*
*Litus ama, & læuas ſtringat ſine palmula cautes.*

Etenim qui dextra nauem agebant, longiùs ibant à meta, & longiore nauis circumactu ne illi temporis, & ſpatii iacturam faciebant. Dum igitur Menoetes dextra fertur, læua ſcopulis relictis, qui pro meta erant, ſpatium Menoetis inter nauem, & ſcopulos ſubit Cloanthus, tanto metæ propior, quanto à dextero tramite ferebatur ſeductior. Vnde ſequitur:

*— ecce Cloanthum*
*Reſpicit inſtantem tergo, & propiora tenentem.*
*Ille inter nauémque Gyæ* [quæ dextrorſum] *ſcopulóſq. ſonantes*
*Radit iter læuum interior.*

Quem locum ob oculos fuiſſe Silio indubitabile mihi eſt. Cauebant interim ſtudioſiſſimè, qui equum, currum, vel nauem agebant, ne metam contingerent, rei actæ diſpendium vitantes, & ludibrium vulgi. Conſimilis locus eſt Theb.lib.6. apud Statium:

*Sperauit flexa circum compendia metæ*
*Interiùs ductis Phœbeius augur habenis*
*Anticipaſſe viam, necnon & Theſſalus heros*
*Spe propiore calet; dum non prohibente magiſtro*
*Spargitur in gyros, dexterq. exerrat Arion.*

Ex adſimili nauem regendi imperitia

*— furens animi* [ad inſaniam gloriæ, palmæque appetens]
*dum proram ad ſaxa ſuburget*
*Interior* [ſiniſterior] *ſpatióq. ſubit Sergeſtus iniquo*
*Infelix ſaxis in procurentibus hæſit.*

Quod infortunium ne adirent, vitabant metam tangere. Horatius:

*— metáque feruidis*
*Euitata rotis. —*

Ex eo metam ponentibus cautio fuit eam lapidibus læua, dexteràque emunire.

Λᾶι δὲ τῷ ἑκάτερθεν ἐρηρέδαται δύο λευκοὶ

*Ἐν ξυνοχῇσιν ὁδοῦ, λεῖος δ' ἱππόδρομος ἀμφίς.*
*Candida ſaxa duo defixa vtrímque, viarum*
*Quà fauces, planus circúmque hippodromus exſtat.*

Quæ verò iaciunt alii, Seruium vt de gradu deiiciant, leue pondus habent. Nihil námque ex Ouid. 5. Faſt. ſtatui poteſt, Turnebo legente *Exterior*, vulgo *Interior*, nonnullis *Anterior*. Nihilomagis firmant ſe Satyra quinta libri ſecundi Horatii:

*— nec tamen illi*
*Tu comes exterior, ſi iuſſerit, ire recuſes.*

Exterior hîc *remotior, abiunctior.* Tantundem de Ouidii loco à Turnebo in ſubſidium vocato dicam:

*Nunc ſtringam metas interiore rota,*

hoc eſt, *proximiore:* ſiquidem poſt aliquantò ſubeunt iſta:

*Me miſerum metam ſpatioſo circuit orbe.*

quia dextro, & à meta diſiunctiore.

*Quid facis? admoto proximus axe ſubi.*

Prior igitur Silii verſus hunc ſenſum aperit: Nunquam Petorus *axem* licentius *effuſum ſinuabat*, ſeu torquebat in dexterum, quod fuiſſet agere *denium*: ſed ita propior *metam* dextra equum impellebat, vt eam duntaxat *ſtringeret*, non tangeret. Omnia examuſſim è diſciplina aurigantium. Vide ſis, monita Neſtoris ad Antilochum Iliad. ψ. &

*— Sol medium conſcendet Olympum.*

NVLLVS ERAT PATER AD ZEPHYRI NOVA FLAMINA. ] A Modio coniectura bona ſanè, vel à Lud. Carrione li. 1. Emend. c. 17.

CAMPIS VECTONVM EDVCTVM. ] Scribo duce Strabone li. 3. *Vettonum* abſque vncinata litera.

NOBILIS HVNC DVRIVS. ] *Durius* equi nomen. Plures hic campus equos à Hiſpania nominat, tum quod in Hiſpania hice ludi: tum quod vti hodie laudatiſſimi vel in Belgio noſtro inde petuntur equi: ſic olim Antiocheſium megiſtanes.

*Ipſum Aetola vago Diomedi condita Tyde*
*Miſerat, exceptum Troiana ab origine equorum-*
*Credebant, quos Æneæ Simoëntis ad vndas*
*Victor Tydides magnis abduxerat auſis.*
*Iámque fere medium euecti certamine campum*
*In ſpatia addebant, niſúsque apprendere primos*
*Panchates animoſus equos, ſuper altior ire,*
*Et præcedentem iam iámque aſcendere currum*
*Pone videbatur, curuatíſque vngula prima*
*Callaicum quatiens pulſabat calcibus axem.*
*At poſtremus Atlas, ſed non & ſegnior ibat*
*Poſtremo Durio, pacis de more putares*
*Aequata fronte & concordi currere freno.*

*Senſit, & exhauſtas, qui proximus ibat, Iberus,*
*Callaicas cernit vires, nec vt ante ſalire*
*Præcipitem currum, & fumantes verbere cogi*
*Aſſiduo violenter equos, ceu monte procella*
*Cùm ſubita ex alto ruit, vſque ad colla repente*
*Cornipedum protentus, & in capita ardua pendens*
*Concitat ardentem, quod ferret lora ſecundus,*
*Panchaten, vocésq; addit cum verbere mixtas.*
*Téne Aſtur certante feret quiſquam æquore palmæ*
*Erepto? conſurge, vola, perlabere campum.*
*Aſſuetis velox pennis decreſcit anhelo*
*Pectore conſumptus Lampon, nec reſtat hianti*
*Quem ferat ad metas iam ſpiritus. hæc vbi dicta,*
*Tollit ſe ſonipes, ceu tunc è carcere primo*
*Corriperet ſpatium, & nitentem opponere læuos*
*Aut æquare gradus, Cyrnum poſt terga relinquit.*
*Confremit & cælum, & percuſſus vocibus altus*
*Spectantum circus. fertur ſublime per auras*
*Altius attollens ceruicem victor ouantem*
*Panchates. ſociósq; trahit prior ipſe iugales.*
*At poſtremus Atlas, Durius poſtremus in orbem*
*Exercent artes, læuos nunc appetit ille*
*Conatus, nunc ille premit, certáque ſubire*
*Dexter, & alterni, nequicquam fallere tentant.*
*Donec confiſus primæuæ flore iuuentæ*
*Obliquum Durius conuerſis pronus habenis*
*Oppoſuit currum, atque euerſum propulit axem*
*Atlantis ſenio inualidi, ſed iuſta querentis,*
*Quò ruis? aut qui nam hic rabidi certaminis eſt mos?*
*Et nobis & equis, lethum commune laboras.*
*Dúmque ea proclamat, perfracto voluitur axe*
*Cernuus, ac pariter fuſi (miſerabile) campo*
*Diſcordes ſternuntur equi: quatit æquore aperto*
*Lora ſuis victor, mediaque Pelorus arena*
*Surgere nitentem fugiens Atlanta reliquit*
*Nec longum Cyrni defeſſos prendere currus.*
*Hunc quoque cunctantem, & ſero moderamina equorum*
*Diſce. .tem, rapido præteruolat incitus axe,*
*Impellit currum clamor vocésque fauentum.*

*Iámque etiam dorſo atque humeris trepidantis Iberi*
*Ora ſuperpoſuit ſonipes, flatúsq; vapore*
*Terga premi, & ſpumis auriga caleſcere ſentit,*
*Incubuit campo Durius, miſitque citatos*
*Verbere quadrupedes, nec fruſtra æquare videtur,*
*Aut etiam æquauit iuga præcedentia dexter.*
*Attonitus tum ſpe tanta, genitore Pelore*
*Te Zephyro eductum nunc nunc oſtendere tempus*
*Diſcant, qui pecudum ducunt ab origine nomen,*
*Quantum diuini præcellit ſeminis ortus.*
*Victor dona dabis, ſtatuésque altaria patri.*
*Et ni ſucceſſu nimio, lætóque pauore*
*Proditus elapſo foret inter verba flagello,*
*Forſan ſacraſſet Zephyro quas vouerat aras.*
*Tum verò infelix veluti delapſa corona*
*Victoris capiti foret, in ſe verſus ab ira*
*Auratam medio diſcindit pectore veſtem,*
*Ac lacrymæ ſimul, & queſtus ad ſydera fuſi.*
*Nec iam ſubducto parebat verbere currus.*
*Pro ſtimulis dorſo quatiuntur inania lora.*
*Interea metis, certus iam laudis agebat*
*Seſe Panchates, & præmia prima petebat*
*Arduus, effuſas lenis per colla, per armos,*
*Ventilat aura iubas, tum mollia crura ſuperbi*
*Attollens greſſus, magno clamore triumphat.*

TROIANA AB ORIGINE EQVORVM CREDEBANT QVOS ÆNEÆ.] Il. ψ.

Τῷ δ' ἐπὶ Τυδείδης ὦρτο κρατερὸς Διομήδης,
Ἵππους δὲ Τρωὰς ὕπαγε ζυγὸν, οὕς ποτ' ἀπηύρα
Αἰνείαν.
*Surgit in hunc Tydæi proles validus Diomedes*
*Troos ſub iuga mittit equos, Anchiſiadæ olim*
*Quos rapuit.*

Plurib. Iliad. Ἰῶτα, de quo loco Plato in Lachet. Καὶ Ὅμηρός που ἐπαινῶν τοὺς τοῦ Αἰνείου ἵππους, κραιπνὰ μάλ' ἔνθα, καὶ ἔνθα ἔφη αὐτοὺς ἐπίστασθαι διώκειν, ἠδὲ φέβεσθαι. *Homerus etiam alibi equos Æneæ laudans, celeriter huc illuc aut ipſos noſſe inſequi, ne ſcire fugere.* Iliad. ε. de iiſdem:

— Οἵων δὴ ἄριστοι
Ἵππων, ὅσσοι ἔασιν ὑπ' ἠῶ τ', ἠέλιόν τε,
Τῆς γενεῆς ἔκλεψεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγχίσης,
Λάθρη Λαομέδοντος ὑποσχὼν θήλεας ἵππους.
— *præſtantiſſimi equorum*

*Geſtat læta decus, cinguntur tempora vitta*
*Albente, ac lateri de more aſtringitur enſis.*
*Hinc in tecta vocat, ſecretíſque ædibus hoſpes*
*Sceptrigero cum rege, pari ſub honore reſidunt.*
*Tum prior his infit terræ pacator Iberæ.*
*Prima mihi, domitis Pyrenes gentibus, ire*
*Ad tua regna fuit properantem & maxima cura*
*O ſceptri venerande Syphax, nec me æquore ſæuus*
*Tardauit medio pontus: non ardua regnis*
*Quæſiumus aut inhonora tuis: coniunge Latinis*
*Vnanimum pectus, ſociúſq; accede ſecundus.*
*Non tibi Maſſylæ gentes, extentáq; tellus*
*Syrtibus, & latis proauita potentia campis*
*Amplius attulerint decoris, quàm Romula virtus*
*Certa inuicta fide, & populi Laurentis honore.*
*Cætera quid referam? non vllus ſcilicet vlli*
*Aequus cælicolûm, qui Dardana læſerit arma.*
*Audiuit læto Maſſylus & annuit ore,*
*Complexúſq; virum, firmemus proſpera dixit*
*Omina, nec votis ſuperi concordibus abſint,*
*Cornigerúmq; Iouem Tarpeiúmq; ore vocemus,*
*Et ſimul extructis ceſpes ſurrexerat aris.*
*Victimáq; admotæ ſtabat ſubiecta bipenni,*
*Cùm ſubito abruptis fugiens altaria taurus*
*Exiliit vinclis, mugitúq; excita late.*
*Impleuit tecta, & fremitu ſuſpiria rauco*
*Congeminat, trepida terrorem ſparſit in aula.*
*Vittáq; maiorum decoramen fronte, ſine vllo*
*Delapſa attactu nudauit tempora regis.*
*Talia cælicolæ caſuro triſtia regno*
*Signa dabant, ſæuíq; aderant grauia omnia fati.*
*Hinc fractum bello regem, ſolioq; reuulſum*
*Tempus erit, cùm ducet agens ad templa Tonantis,*
*Qui tunc orabat ſocialia fædera ſupplex.*
*His actis repetit portum, puppémq; ſecundo*
*Dat vento, & notis reddit ſe Scipio terris.*
*Concurrunt auidæ gentes, varióſque ſubacta*
*Pyrene miſit populos, mens omnibus vna*
*Concordes regem appellant, regémque ſalutant,*

*Stilicet hunc ſummum norunt virtutis honorem.*
*Sed poſtquam miti reiecit munera vultu*
*Auſonio non dignâ viro, patrióſque viciſſim*
*Edocuit ritus, & Romam nomina regum*
*Monſtrauit neſcire pati, conuerſus in vnam*
*Quæ reſtat curam, nullo ſuper hoſte relicto,*
*Et Latium ſimul, & vulgum Batíſque Tagíque*
*Conuocat, ac medio in cœtu ſic deinde profatur.*

REGNIQ. INSIGNE VETVSTI GESTAT LÆVA DECVS.] Sceptrum cape: ſequitur enim:

*Sceptrigero cum rege.* —

Item: *O ſceptri venerande Syphax.* —

Sed anne ex decoro illud inſertum læuæ? Docebunt hæc. Iupiter victor in numis dextra Victoriam ſuſtinet, læua ſceptrum geſtat. Sidonius Panegyrico:

— *cui læua regebat*
*Stiuam poſt aquilas.*

Per *aquilas* ſceptrum intelligit triumphale, in quo aquila, Dionyſ. lib. 5. Iuuenalis Sat. 10.

*Da nunc & volucrem, ſceptro quæ ſurgit eburno.*

De Sidonii interpretatione dubitare nos non ſinit Val. lib. 4. c. 4. locus explicatior, vbi de Atilio: *Illæ ruſtico opere attritæ manus ſalutem publicam ſtabilierunt.* & mox: *Nec fuit iis rubori eburneo ſcipione poſito* [in quo ſimiliter eburnea aquila] *agreſtem ſtiuam aratri repetere.* Immo triumphantes ſceptrum læua gerebant. Conficio ex Plutarcho, qui de Paulo Aemylio: δάφνης κλάδα τῇ δεξιᾷ προτείνων: *Ramum lauri dextra protendens.* atqui ex Dionyſii mente triumphanti ſceptrum fuit ex ebore: illud igitur in ſiniſtra. Viris ergo fas ſiniſtra eſſe ſceptrigeris. Fœminis item: Macrob. lib. 1. Sat. c. 12. *Sunt, qui dicant hanc* [Fatuam] *Deam potentiam habere Iunonis: ideóque regale ſceptrum in ſiniſtra manu ei additum.* Secundo Argonauticon apud Flaccum:

*Iam Panopes, Thetidiſque ſoror* [Helle] *idémq. aurea læua*
*Sceptra tenens, dum ſternit aquas.*

Ouid. de domina Tragœdia:

*Læua manus ſceptrum latè regale tenebat.*

Sed & fœminis in dextra ſceptrum. Ouid. 6. Faſt. de Iunone:

*Aurea cur dextræ ſceptra dedere meæ?*

Metamorph. 3.

— *ſi me gemmantia dextra*
*Sceptra tenere decet, ſi ſum regina, Iouiſque,*
*Et ſoror, & coniux.*

Apollinaris Carm. 2.

*Sic regina ſedet ſolio: ſceptri vice dextram*
*Lampadis haſta tenet.*

*Tum manes vocat excitos, laudéſque virorum*
*Cum fletu cantat, veneratur facta iacentum.*
*Inde refert ſeſe circo, & certamina prima*
*Inchoat, & rapidos curſus proponit equorum.*
*Fluctuat æquoreo fremitu, rabiéque fauentum*
*Carceribus nondum reſeratis mobile vulgus,*
*Atque fores oculis, & limina ſeruat equorum:*
*Iámque vbi prolato ſonuere repagula ſigno,*
*Et toto prima emicuit vix vngula cornu,*
*Tollitur in cœlum furiali turbine clamor.*
*Pronique ac ſimiles certantibus ore ſequuntur*
*Quiſque ſuos currus, magnaque volantibus iidem*
*Voce loquuntur equis, quatitur certamine circus*
*Certantum, ac nulli mentem non abſtulit ardor.*
*Inſtant præceptis, & equos clamore gubernant.*
*Fuluus arenoſa ſurgens tellure ſub auras*
*Erigitur globus, atque operit caligine denſa*
*Cornipedúmque vias, aurigarúmq; labores.*
*Hic ſtudio furit acris equi, furit ille magiſtri,*
*Hos patriæ fauor, hos accendit nobile nomen*
*Antiqui ſtabuli, ſunt quos ſpes grata fatiget,*
*Et noua ferre iugum ceruix, ſunt cruda ſenectus*
*Quos iuuet, & longo ſonipes ſpectatus in æuo.*
*Euolat ante omneis, rapidóque per aëra curſu*
*Callaicus Lampon fugit, atque ingentia tranat*
*Exultans ſpatia, & ventos poſt terga relinquit.*
*Conclamant, plauſúque fremunt, votíque peractam*
*Maiorem credunt præcepto limite partem.*
*At queis interior cura, & prudentia circi*
*Altior, effuſas primo certamine voces*
*Damnare, & caſſus longe increpitare querelis*
*Indiſpenſato laſſantem corpora niſu,*
*Quo nimius, quò Cyrne ruis? (nam Cyrnus agebat)*
*Verbera dimitte, & reuoca moderatus habenas.*
*Heu ſurdas aures, fertur ſecurus equorum,*
*Nec meminit quantum campi decurrere reſtet,*
*Proximus à primo diſtans, quantum æquore currus*
*Occupat ipſe loci tantum: ſed proximus ibat*
*Aſtur Panchates, patrium frons alba nitebat*

*Inſigne, & patrio pes omnis concolor albo.*
*Ingentes animi, membra haud procera, decúſq;*
*Corporis exiguum, ſed tum ſibi fecerat alas*
*Concitus, atq. ibat campo indignatus habenas.*
*Creſcere ſublimem, atq. augeri membra putares.*
*Cinyphio rector radiabat fronte Peloro.*
*Camphaſus, ipſe aſper, nec qui coruicis amaret*
*Applauſæ blandos ſonitus, clauſúmque cruento*
*Spumeus admorſu gauderet mandere ferrum.*

Et Tyria spolia inclyta prædà.] Lego: *E Tyria ſp. i. p.* Poſtea: *E Tyria, quæ multa iacet, duo pocula præda.*

Et toto prima emicvit vix vngvla cornv.] Γραφικώτερον, ἢ γλαφυρώτερον: *Expreſſius an comtius?*

Instant præceptis.] Haut culpo. Pluris tamen faciet:

*Inſtant præcipites.* —

qui ad hæc dumtaxat animum aduerterit:

— *nulli mentem non abſtulit ardor.*

Item hoc ipſo in certamine: *Præcipitem currum.* & de aurigante:

— *vſque ad colla repente*
*Cornipedum protentus, & in capita ardua pendens.*

Sed correctionem Modianam præcipitantiùs adſtruenti veniat in mentem iſta omnia poſuiſſe Poëtam ſecurum rei, quæ gerebatur, imaginem, & κατ' συμβεβηκός: *Ex contingenti.* Quare non obliteremus certantium *præcepta*, quæ duplicia eſſe potuerunt, vel amici ad amicum, vt Neſtoris ad Antilochum filium Il. ψ. vel aurigæ ad equum hîc apud Silium. Aen. 10. & Il. ψ. habes exempla. Pliniúſque autor eſt lib. 8. c. 42. *equos in circo ad currus iunctos non dubie intellectum adhortationis, & gloriæ fateri.* Hinc Aen. 11.

— *frementéſque.*
*Exhortantur equos.*

Et Metamorph. 12.

*Exhortatus equos, currum direxit in hoſtem.*

Automedon Iliad. ρ. equos Patroclis:

Πολλὰ δ' μειλιχίοισι προσηύδα, πολλὰ δ' ἀρειῇ.

Iterum Ouid. Amor. 3.

*Quid cupias, ipſi ſcire videntur equi.*

Hic verò cur id fieri abs re ſit? Sequar ergo τό.

*Inſtant præceptis.* —

Preſertim cùm *præcipites* eant metæ iam propiores, non dum carcerib. primùm effunduntur, vti hoc loco. Id notant Euſtathius in Iliad. χ. Et verò Silius cum cura ſeruauit, ſi obſeruas. Quorſum tam multa? non ſunt illa Poëtæ noſtri?

— *magnáq. volantib. iidem*
*Voce loquuntur equis.* — tum ſubdit:
*Inſtant præceptis.* —

HOS ACCENDIT NOBILE NOMEN ANTIQVI STABVLI.] Vt in hominibus,ſic in equis proſapiam auitam, & proauitam recenſeb nt. S.Cyprianus t.3.de Spectaculis: *Annos pecoris computare, conſules noſſe, ætates dicere, proſapiam deſignare, auos ipſos, atauos commemorare: quàm hoc totum otioſum negotium? Immo quàm turpiter non otioſum? Hunc, inquam, memoriter totam equi generis ſobolem computantem, & ſine offenſa hunc locum cum magna velocitate referentem.*

EFFVSAS PRIMO CERTAMINE VOCES DAMNARE.] Lectionem hanc iſta ſuffulciunt:

*Conclamant, plauſuq. fremunt.*

At Modius membranis occupatus reſcribit:

— *effuſas p. c. vires.*

Firmat his:

*Senſit vt exhauſtas qui proximus ibat Iberus*
*Callaïcas Cyrni vires, nec vt antè ſolebat*
*Præcipitem currum.*

Sic iſta quoq. laudabiliter Modius ἰδιωτικῶς: *Meliora vt fecit.* Affirmo ſymbolam iudicii, & operæ conferens: nec enim caſtigatores iſti Cyrnum iactantiæ increpitant, aut adhortationum; ſed ut

— *indiſpenſato laſſantem corpora niſu.* Vnde illud:

*Quò nimiùs? quò Cyrne ruis? (nam Cyrnus agebat)*
*Verbera dimitte, & reuoca moderatus habenas.*

Dictionem mutuaſſe videtur Silius ex Aen.5.

— *Entellus vires in ventum effudit.*

CONCITVS, ATQVE IBAT CAMPO INDIGNATVS HABENAS.] A celeritudine celerriſſima nomen inditum Caligulæ equi *Incitatus.*

CINYPHIO RECTOR COCCO.] Verſus hos diuinè Modius emaculauit, & interpolauit. Eum ſecutus eſt hoc loco Heynſius (ecquis non faceret?) verùm ibi:

*Camphaſus antiquo.* —

ſequi deſtitit. Sed hoc Modióne, an Lud. Carrioni debeamus, haud facilis diiudicatio: Vide Carrionem lib.1. Emendationum, quibus ſeriùs incidi cap.7.

*At docilis freni & melior parere Pelorus,*
*Non vnquam effuſum ſinuabat deuius axem.*
*Sed læuo interior ſtringebat tramite metam,*
*Inſignis multa ceruice, & plurimus idem*
*Ludentis per colla iubæ (mirabile dictu)*
*Vnus erat leuis, vt Zephyri noua flamina, campis*
*Vectonum eductum genitrix effuderat Harpe,*
*Nobilis hunc Durius ſtimulabat in æquore currum,*
*Camphaſus antiquo fidebat Atlante magiſtro.*

NON VNQVAM EFFVSVM SINVABAT DEVIVS AXEM: SED LÆVO INTE-

RIOR STRINGEBAT TRAMITE METAM.] *Interior*, propior metæ, vicinior; ſeu, intra ſpatium metæ vicinus. Sic & metam interiorem dixit Prud. li. 1. contra Symmachum:

*Númne etiam cæli minor, & contractior orbis,*
*Cuius planiciem longo tranſmittere tractu,*
*Circinus excurrens meta interiore laborat?*

Et, ſi quæris, læuorſum, non dextrorſum. Non alia notione extulerat præcentor Maro Æneïde quinta; niſi quòd nauiganti vocem eam commodauit, Silius auriganti:

*— dum proram ad ſaxa ſuburget*
*Interior.*

Vbi rectè Seruius *Siniſterior*, vel adſtrepente Turnebo lib. 14. Aduerſ. c. 4. Obſtrepunt alii fruſtra. Inibi eodem in certamine: Menoetes

*Radit iter læuum interior. —*

hoc eſt, *ſiniſterior*: nam ad eum iſta reuocandum Gyas:

*Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige curſum,*
*Litus ama, & læuas ſtringat ſine palmula cautes.*

Etenim qui dextra nauem agebant, longiùs ibant à meta, & longiore nauis circumactu ne illi temporis, & ſpatii iacturam faciebant. Dum igitur Menoetes dextra fertur, læua ſcopulis relictis, qui pro meta erant, ſpatium Menoetis inter nauem, & ſcopulos ſubit Cloanthus, tanto metæ propior, quanto à dextero tramite ferebatur ſeductior. Vnde ſequitur:

*— ecce Cloanthum*
*Reſpicit inſtantem tergo, & propiora tenentem.*
*Ille inter nauémque Gyæ* [quæ dextrorſum] *ſcopulóſq. ſonantes*
*Radit iter læuum interior.*

Quem locum ob oculos fuiſſe Silio indubitabile mihi eſt. Cauebant interim ſtudioſiſſimè, qui equum, currum, vel nauem agebant, ne metam contingerent, rei actæ diſpendium vitantes, & ludibrium vulgi. Conſimilis locus eſt Theb. lib. 6. apud Statium:

*Sperant & flexa circum compendia metæ*
*Interiùs ductis Phœbeius augur habenis*
*Anticipaſſe viam, necnon & Theſſalus heros*
*Spe propiore calet; dum non prohibente magiſtro*
*Spargitur in gyros, dextérq. exerrat Arion.*

Ex adſimili nauem regendi imperitia

*— furens animi* [ad inſaniam gloriæ, palmæque appetens]
*dum proram ad ſaxa ſuburget*
*Interior* [ſiniſterior] *ſpatióq. ſubit Sergeſtus iniquo*
*Infelix ſaxis in procurentibus hæſit.*

Quod infortunium ne adirent, vitabant metam tangere. Horatius:

*— metáque feruidis*
*Euitata rotis. —*

Ex eo metam ponentibus cautio fuit eam lapidibus læua, dextràque emunire.

Λᾶε δὲ τοῦ ἑκάτερθεν ἐρηρέδαται δύο λευκοί

*Ε'ν ξυνοχῇσιν ὁδοῦ λεῖος δ' ἱππόδρομος ἀμφίς.*

*Candida ſaxa duo defixa vtrimque, viarum*

*Quà fauces, planus circúmque hippodromus exſtat.*

Quæ verò iaciunt alii, Seruium vt de gradu deiiciant, leue pondus habent Nihil námque ex Ouid. 5. Faſt. ſtatui poteſt, Turnebo legente *Exterior*, vulgo *Interior*, nonnullis *Anterior*. Nihilomagis firmant ſe Satyra quinta libri ſecundi Horatii:

— *nec tamen illi*

*Tu comes exterior, ſi iuſſerit, ire recuſes.*

Exterior hîc *remotior, abiunctior*. Tantundem de Ouidii loco à Turnebo in ſubſidium vocato dicam:

*Nunc ſtringam metas interiore rota,*

hoc eſt, *proximiore*: ſiquidem poſt aliquantò ſubeunt iſta:

*Me miſerum metam ſpatioſo circuit orbe.*

quia dextro, & à meta diſiunctiore.

*Quid facis? admoto proximus axe ſubi.*

Prior igitur Silii verſus hunc ſenſum aperit: Nunquam Pelorus *axem* licentius *effuſum ſinuabat*, ſeu torquebat in dexterum, quod fuiſſet agere *decuium*: ſed ita propior *metam* dextra equum impellebat, vt eam duntaxat *ſtringeret*, non tangeret. Omnia examuſſim è diſciplina aurigantium. Videſis, monita Neſtoris ad Antilochum Iliad. ψ. &

— *Sol medium conſcendet Olympum.*

NVLLVS ERAT PATER AD ZEPHYRI NOVA FLAMINA. ] A Modio coniectura bona ſanè, vel à Lud. Carrione li. 1. Emend. c. 17.

CAMPIS VECTONVM EDVCTVM. ] Scribo duce Strabone li. 3. *Vettonum* abſque vncinata litera.

NOBILIS HVNC DVRIVS. ] *Durius* equi nomen. Plures hic campus equos à Hiſpania nominat, tum quod in Hiſpania hice ludi: tum quod vti hodie laudatiſſimi vel in Belgio noſtro inde petuntur equi: ſic olim Antiocheſium megiſtanes.

*Ipſum Aetola vago Diomedis condita Tyde*
*Miſerat, exceptum Troiana ab origine equorum*
*Credebant, quos Æneæ Simoëntis ad vndas*
*Victor Tydides magnis abduxerat auſis.*
*Iámque fere medium euecti certamine campum*
*In ſpatia addebant, niſúsque apprendere primos*
*Panchates animoſus equos, ſuper altior ire,*
*Et præcedentem iam iámque aſcendere currum*
*Pone videbatur, curuatíſque vngula prima*
*Callaicum quatiens pulſabat calcibus axem.*
*At poſtremus Atlas, ſed non & ſegnior ibat*
*Poſtremo Durio, pacis de more putares*
*Aequata fronte & concordi currere freno.*

*Senſit,& exhauſtas,qui proximus ibat,Iberus,*
*Callaicas cernit vires,nec vt ante ſalire*
*Præcipitem currum,& fumantes verbere cogi*
*Aſſiduo violenter equos,ceu monte procella*
*Cùm ſubita ex alto ruit,vſque ad colla repente*
*Cornipedum protentus,& in capita ardua pendens*
*Concitat ardentem,quod ferret lora ſecundus,*
*Panchaten,vocéſq; addit cum verbere mixtas.*
*Téne Aſtur certante feret quiſquam æquore palmæ*
*Erepto?conſurge,vola,perlabere campum.*
*Aſſuetis velox pennis decreſcit anhelo*
*Pectore conſumptus Lampon,nec reſtat hianti*
*Quem ferat ad metás iam ſpiritus. hæc vbi dicta,*
*Tollit ſe ſonipes,ceu tunc è carcere primo*
*Corriperet ſpatium,& nitentem opponere læuos*
*Aut æquare gradus,Cyrnum poſt terga relinquit.*
*Confremit & cælum,& percuſſus vocibus altis*
*Spectantum circus. fertur ſublime per auras*
*Altius attollens ceruicem victor ouantem*
*Panchates. ſociósq; trahit prior ipſe iugales.*
*At poſtremus Atlas,Durius poſtremus in orbem*
*Exercent artes,læuos nunc appetit ille*
*Conatus,nunc ille premit, certáque ſubire*
*Dexter,& alterni, nequicquam fallere tentant.*
*Donec confiſus primæuæ flore iuuentæ*
*Obliquum Durius conuerſis pronus habenis*
*Oppoſuit currum,atque euerſum propulit axem*
*Atlantis ſenio inualidi, ſed iuſta querentis,*
*Quò ruis? aut qui nam hic rabidi certaminis eſt mos?*
*Et nobis & equis,lethum commune laboras.*
*Dúmque ea proclamat, perfracto voluitur axe*
*Cernuus,ac pariter fuſi(miſerabile) campo*
*Diſcordes ſternuntur equi:quatit æquore aperto*
*Lora ſuis victor, mediáque Pelorus arena*
*Surgere nitentem fugiens Atlanta reliquit*
*Nec longum Cyrni defeſſos prendere currus.*
*Hunc quoque cunctantem,& ſero moderamina equorum*
*Diſcentem,rapido præteruolat incitus axe,*
*Impellit currum clamor vocéſque fauentum.*

*Iámque etiam dorſo atque humeris trepidantis Iberi*
*Ora ſuperpoſuit ſonipes, flatúſq; vapore*
*Terga premi, & ſpumis auriga caleſcere ſentit,*
*Incubuit campo Durius, miſitque citatos*
*Verbere quadrupedes, nec fruſtra æquare videtur,*
*Aut etiam æquauit iuga præcedentia dexter.*
*Attonitus tum ſpe tanta, genitore Pelore*
*Te Zephyro eductum nunc nunc oſtendere tempus*
*Diſcant, qui pecudum ducunt ab origine nomen,*
*Quantum diuini præcellit ſeminis ortus.*
*Victor dona dabis, ſtatuéſque altaria patri.*
*Et ni ſucceſſu nimio, lætóque pauore*
*Proditus elapſo foret inter verba flagello,*
*Forſan ſacraſſet Zephyro quas vouerat aras.*
*Tum verò infelix veluti delapſa corona*
*Victoris capiti foret, in ſe verſus ab ira*
*Auratam medio diſcindit pectore veſtem,*
*Ac lacrymæ ſimul, & queſtus ad ſydera fuſi.*
*Nec iam ſubducto parebat verbere currus.*
*Pro ſtimulis dorſo quatiuntur inania lora.*
*Interea metis, certus iam laudis agebat*
*Seſe Panchates, & præmia prima petebat*
*Arduus, effuſas lenis per colla, per armos,*
*Ventilat aura iubas, tum mollia crura ſuperbi*
*Attollens greſſus, magno clamore triumphat.*

TROIANA AB ORIGINE EQVORVM CREDEBANT QVOS ÆNEÆ.] Il. ψ.

Τῷ δ' ἔπι Τυδείδης ὦρτο κρατερὸς Διομήδης,
Ἵππους δὲ Τρωοὺς ὕπαγε ζυγὸν, οὕς ποτ' ἀπηύρα
Αἰνείαν.
*Surgit in hunc Tydei proles validus Diomedes*
*Troos ſub iuga mittit equos, Anchiſiadæ olim*
*Quos rapuit.*

Plurib. Iliad. Ιῶτα, de quo loco Plato in Lachet. Καὶ Ὅμηρός που ἐπαινῶν τοὺς τοῦ Αἰνείου ἵππους, κραιπνὰ μάλ' ἔνθα καὶ ἔνθα ἔφη αὐτοὺς ἐπίστασθαι διώκειν, ἠδὲ φέβεσθαι. *Homerus etiam alibi equos Æneæ laudans, celeriter huc illuc aut ipſos noſſe inſequi, neſcire fugere.* Iliad. ε. de iiſdem:

— Οὕνεκ' ἄριστοι
Ἵππων, ὅσσοι ἔασιν ὑπ' ἠῶ τ', ἠέλιόν τε,
Τῆς γενεῆς ἔκλεψεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγχίσης,
Λάθρη Λαομέδοντος ὑποσχὼν θήλεας ἵππους.
— *præſtantiſſimi equorum*

*Quotquot ab Aurora toto luſtrantur in orbe,*
*Quos olim rex Anchiſes clam Laomedonte,*
*Suppoſita de matre nothos furatus abegit.*

IN SPATIA ADDEBANT. ] Æneid.5.

*Addunt ſe in ſpatia.*

hoc eſt inſiſtunt, qua licentior curſus eſſe potuit, campum patentiorem, *expatant*. Feſtus: *Expatare in locum patentem ſe dare, ſiue in ſpatium ſe conferre.*

CALLAICAS CERNIT VIRES. ] Membranæ: *Cyrni vires.* rectè.

ASSVETIS VELOX PENNIS DECRESCIT ANHELO PECTORE CONSVMTVS LAMPON. ] Debita interpunctio fuerit:

*— vola, perlabere campum*
*Ad,ſuetis velox pennis: decreſcit anhelo* *Pectore c. L.*

Aſturi enim Panchati alæ prius additæ:

*— membra haut procera, decúsque*
*Corporis exiguum: ſed* (vt ſurgat altius) *tum ſibi fecerat alas*
*Concitus, atque ibat campo indignatus habenas.*

*Par donum ſolido argento cælata bipennis*
*Omnibus, ac vario diſtantia cætera honore,*
*Primus equum volucrem Maſſyli munera regis*
*Haud ſpernenda tulit, tulit huic virtute ſecundus*
*E Tyria, quæ multa iacet, duo pocula præda,*
*Aurifero perfuſa Tago villoſa leonis*
*Terga feri, & criſtis horrens Sidonia caſſis:*
*Tertius inde honor, & poſtremo munere Atlantis*
*Quamuis perfracto ſenior ſubſederat axe,*
*Attritum donat ductor miſeratus & æuum*
*Et ſortem caſus, famulus florente iuuenta*
*Huic datur, adiuncto gentilis honore galeri.*
*His actis ductor læta ad certamina plantæ*
*Inuitat, poſitíſque accendit pectora donis.*
*Hanc primus galeam, hac acies terrebat Iberas*
*Haſdrubal: hunc enſem, cui proxima gloria curſus*
*Accipiet, cæſo pater hunc detraxit Hyempſæ.*
*Tertius extremam tauro ſolabere palmam.*
*Cætera contenti diſcedent turba duobus*
*Quiſque ferox iaculis, quæ dat gentile metallum.*
*Fulgentes pueri, Tarteſſos, & Heſperos, ora*
*Oſtendere ſimul, vulgi clamore ſecundo.*
*Hos Tyria miſere domo patria inclyta Gades.*
*Bæticus (hoc dederat puero cognomen ab amne*
*Corduba) & haud parco certamine læta fouebat.*

*Jnde*

*Inde comam rutilus, ſed cum fulgore niuali*
*Corporis,impleuit caueam clamoribus omnem*
*Eurythus:excelſo nutritum colle crearat*
*Setabis,atque aderant trepidi pietate parentes.*
*Tum Lamus, & Sicoris, proles bellacis Ilerdæ,*
*Et Theron potator aquæ ſub nomine Lethes,*
*Quæ fluit immemori perſtringens gurgite ripas.*
*Qui poſtquam arrecti plantis,& corpora proni*
*Pulſantéſq; æſtu laudum exultantia corda,*
*Accepere tubæ ſpatium,exiluere per auras*
*Ocyus effuſis neruo exturbante ſagittis.*
*Diuerſa & ſtudia & clamor, pendéntque fauentes,*
*Vnguibus atque ſuos,vt cuique eſt gratia,anheli*
*Nomine quemque cient , grex inclytus æquore fertur,*
*Nulláque tranſmiſſa veſtigia ſignat arena.*
*Omnes primæui flauentiáque ora decori,*
*Omnes ire leues,atque omnes vincere digni.*
*Extulit,incumbens medio iam limite greſſum*
*Eurythus, & primus breuibus. ſed primus abibat*
*Præcedens ſpatiis,inſtat non ſegnius acer*
*Heſperos, & prima ſtringit veſtigia planta*
*Progreſſæ calcis, ſatis eſt huic eſſe priori,*
*Huic ſperare ſat eſt fieri ſe poſſe priorem.*
*Acrius hoc tendunt greſſus,animíque vigore*
*Corpora agunt,auget pueris labor ipſe decorem.*
*Ecce leni niſu poſtremóque agmine curſus*
*Poſtquam ſat viſum ſibi concepiſſe vigoris,*
*Celſus inexhauſtas effundit turbine vires*
*Non expectato, ſubitúsq; erumpit ad auras.*
*Præuehitur Theron,credas Cyllenida planta*
*Aethereo nexis curſu talaribus ire.*
*Iámque hos,iámque illos populo mirante relinquit,*
*Et modò poſtremus,nunc ordine tertia palma*
*Heſperon infeſtat ſua per veſtigia preſſum.*
*Nec iam quem ſequitur tantum,ſed prima corona*
*Spes trepidat tantis venientibus Eurythus aliis.*
*Quartus ſorte loci , ſed ſi tres ordine ſeruent*
*Inceptos curſus,nequicquam vana laborans*
*Tarteſſos,fratrem medio Therone premebat.*

*Nec patiens vltra tollit ſeſe æquore Theron*
*Igneus,& plenum præteruolat Heſperon ira*
*Vnus erat ſuper,& metæ propioribus agros*
*Vrebat finis ſtimulis,quaſcunque reliquit*
*Hinc labor,hinc penetrans pauor in præcordia vires,*
*Dum ſperare licet,breuia ad certamina vterque*
*Aduocat,æquatur curſus,paritérque ruebant.*
*Et forſan gemina meruiſſent præmia palma*
*Perucch ſimul ad metas,ni terga ſequutus*
*Theronis,fuſam late per lactea colla*
*Heſperos ingenti tenuiſſet ſæuus ab ira,*
*Traxiſſétque comam, tardato lætus ouánſque*
*Eurythus euadit iuuene, atque in prælia victor*
*Emicat,& galeæ fert donum inſigne coruſcæ.*
*Cætera promiſſo donata eſt munere pubes,*
*Intonsáſq; comas viridi redimita corona*
*Bina tulit patrio quatiens haſtilia ferro.*

AVRIFERO PERFVSA TAGO.. LEONIS TERGA. ] Hoc eſt, vnguibus auratura perfuſis. Maro lib. 5.

— *tergum Gætuli immane leonis*
*Dat Salio villis oneroſum,atque vnguibus aureis.*

Item lib.8.

— *quem fulua leonis*
*Pellis obit circum* [ita melioris notæ libri] *præfulgens vnguib. aureis.*

Decorum geſtamen.

TERTIVS INDE HONOR, ET POSTREMO MVNERE ATLANTIS.] Quibuſdam libris eſt *Ex poſtremo.* Malè id quoque. Corrigo leuiter:

— *ſidonia caßis*
*Tertius inde honor eſt. Poſtremo* &c.

ATTRITVM DONAT DVCTOR MISERATVS ET ÆVVM, ET SORTEM CASVS. ] Miſeratus attritum æuum Atlantis, & ſortem caſus, donat eum poſtremo munere. Non tam liquidum eſt mare cum Halcyonia ſunt. Modius: *Accitum.* Quem? æuum? *Atlantem.* Silius *Atlantis* ſcripſit.

CVI GLORIA PROXIMA CVRSV. ] Mod. *Curſus.*

QVISQVE FEROX IACVLIS.. ] *Ferox*, ſuperb. glorioſus. Pari filo Terent.
*Eóne ferox es, quia imperium in beluas habes?*

HESPERVS ORA. ] Heſperi gentile nomen ea in ora, nec imprudenter à Silio vſurpatum: nam Heſperus Afer Hiſpaniam regendam ſuſcepit, quem expulit Atlas frater, adi ad Marianam li.1.c.10.

MOS SVBIT ADSPERVS PRIMA LANVGINE MALAS. ] Supplementum hoc à Modio ſuffectum eſt.

ET HAVT PARCO CERTAMINE LÆTA FOVEBAT. ] Rectum eſt. Nequid addam.

PENDENTQVE FAVENTES VNGVIBVS. ] *Pendent vnguibus*, hoc eſt Maconis ore, *Conſiſtunt in digitos arrecti* vt altiores ſuos commodius concertantes videant. Quibus id non intellectú, conabantur *Auribus* reſ.r bere.

ECCE LEVI CVRSV. ] Scriptum oportuit: *Leui curſu.* Alius liber *Niſu* pro *Curſu.*

SVBITVSQVE ERVMPIT AD AVRAS
PRÆVEHITVR THERON. ] Clarius, efficacius, Latinius: *Et auras.*

CREDAS CYLLEMIDA PLANTAM. ] Sic legi ex libris melioribus: alii prauè: *Cyllenida planta.*

IN PROELIA VICTOR EMICAT. ] Catè Modius: *Ad præmia* ſubit enim:
— *& galea fert donum inſigne coruſca.*

*Hinc grauiora virûm certamina, comminus enſis*
*Diſtrictus, bellíque feri ſimulacra cientur.*
*Nec quos culpa tulit, quos crimina noxia vitæ,*
*Sed virtus animúſque ferox ad laudis amorem,*
*Decreuere pares ferro, ſpectacula digna*
*Martigena vulgo, ſuetíque laboris imago.*
*Hos inter gemini, quid iam non regibus auſum?*
*Aut quod iam regni reſtat ſcelus? impia circo*
*Innumero, fratres, cauea damnante furorem,*
*Pro ſceptro armatis inierunt prælia dextris.*
*Is genti mos dirus erat, patriúmque petebant*
*Orbati ſolium lucis diſcrimine fratrês.*
*Concurrere animis, quantis confligere par eſt*
*Quos regni furor exagitat, multóque cruore*
*Exatiata ſimul portantes corda ſub vmbras*
*Occubuere, pari niſu per pectora adactus*
*Intima deſcendit mucro: ſuperaddita ſæuis*
*Vltima vulneribus verba, & conuitia voluens*
*Dirus in inuitas effugit ſpiritus auras*
*Nec manes pacem paſſi. nam corpora iuncta*
*Vna cùm raperet flamma rogus impius, ignis*
*Diſſiluit, cineréſque ſimul iacuiſſe negarunt.*
*Cætera diſtincto donata eſt munere turba,*
*Vt, virtus & dextra fuit, duxere iuuencos*
*Impreſſis dociles terram proſcindere aratris.*
*Duxere aſſuetos luſtra exagitare ferarum*
*Venatu iuuenes, quos dat Mauruſia præda.*
*Nec non argenti, nec non inſignia veſtis*
*Captiuæ pretia, & ſonipes, & criſta nitenti*

*Inſurgens cono, ſpolia, exuuiaque Libyſſæ.*

NEC QVOS CVLPA TVLIT.] Paſſim Romani facinoroſos gladiaturæ deſtinabant: hîc verò nobiliores fuere gladiatores commiſſi, quod Scipionibus honorificum.

PRO SCEPTRO ARMATIS INIERVNT PROELIA DEXTRIS.] Fratres. Narratus haut vanus. Liuius li. 28. autor eſt in munere gladiatorio, quod patris patruíque honori dabat Scipio claros, illuſtrésque viros decertaſſe. *Orbis,* addit, *& Orſua patrueles fratres de principatu ciuitatis, quam Ibem vocabant, ambigentes ferro ſe certaturos profeſſi ſunt.* Certarunt verò, & Orbis natu grandior vicit. Silius vtrumque damnat vmbris, *Vt ſpecioſa dehinc miracula promat.* Mox conferemus.

NAM CORPORA IVNCTA VNA CVM RAPERET FLAMMA ROGVS.] Modius: *Corpora iunctus . . . rogus.* Haut placet præ altero. Cauſa, ſi *corpora iuncta* cremantur, indubiè *rogus iunctus* erit: *rogus* autem *iunctus* eſſe poteſt, & corpora magno interuallo diſſita. Deinde mirum magis erit *è corporibus iunctis* emerſas diſſilire flammas, cui narrationi præſtruuntur iſta.

IMPIVS IGNIS DISSILVIT, CINERESQVE SIMVL IACVISSE NEGARVNT.] Hæc vt ad imaginem fabellæ de Eteocle, & Polynice Thebanis fratribus venuſtius expingeret, primori narratione vtrumq; fratrem alterum alterius vulnere confecit. De Polynice, & Eteocle non vanum putat. Ouid. li. 5. Triſt. Eleg. 5.

*Conſilio commune ſacrum cùm fiat in ara*
*Fratribus, alterna qui periere nece.*
*Ipſa ſibi diſcors, tanquam mandetur ab illis,*
*Scinditur in partes atra fauilla duas.*
*Hoc, memini, fieri quondam non poſſe loquebar,*
*Et me Battiades iudice falſus erat.*
*Omnia nunc credo, cùm tu non ſtulte ab Arcto*
*Terga vapor dederis Auſoniamque petas:*

Statius Thebaidos 12. meminit, Euripides Phœniſſis, Sophocles Oedipo Coloneo, Apollodorus li. 3. Bibliothecæ. Epigrammata Græc. li. 3.

Κείνους ὅτ' Αἴδης ἐδαμάσσατο· κ' ἦν Ἀχέροντι·
Μάρνανται· κείνων χ' ὁ τάφος ἀντίπαλος.
Καὶ πυρὶ πῦρ ἤλεγξαν ἐναντίον· ὦ ἐλεεινοὶ
Παῖδες ἀκοιμήτων ἀψάμενοι δοράτων

*Illos non Orcus domuit. Acheronte ſub ipſo*
*Pugnant: decertant ipſi odijs tumuli.*
*Sunt flammæ flammis inimicæ. Vos miſerandi*
*Impacata ſimul qui arma manu quatitis.*

Et ſunt iſta S. Cypriani lib. de Idolorum vanitate: *Sic Thebanorum germanitas rupta, & permanens rogus diſſidentib. etiam in morte diſcordia.* Vide Auſonium Epigr. 131.

*Tum iaculo petiere decus ſpectacula circi*
*Poſtrema, & metæ certarunt vincere finem,*
*Quà Tagus auriferis pallet turbatus arenis,*

*Accola Burnus auis maiorum & ſtemmate clarus,*
*Et Glagus, inſignis ventos anteire lacerto,*
*Et cuius nunquam fugiſſe haſtilia cerui*
*Prærapida potuere fuga venator Aconteus,*
*Indibiliſque, diu lætus bellare, Latinis*
*Iam ſocius, volucréſque vagas deprendere nube*
*Aſſuetus iaculis, idem & bellator Ilerdes,*
*Cui ludus nullam curſu non tollere damam.*
*Laus Burni prima infixit qui ſpicula metæ*
*Eſt Damum ſerua, albanteis inuertere lanas*
*Murice Getulo docta. at quem proxima honorant*
*Præmia, vicinam metæ qui protulit haſtam,*
*Accepto lætus puero diſceſſit Ilerdes.*
*Tertia palma, habuit geminos inſignis Aconteus*
*Nec timidos agitare canes latratibus aprum.*
*Quos poſtquam clamor plauſúſque probauit honores,*
*Germanus ducis, atque effulgens Lælius oſtro*
*Nomina magna vocant læti, manéſque iacentum,*
*Atque haſtas ſimul effundunt, celebrare iuuabat*
*Sacratos cineres, atq; hoc decus addere ludis.*
*Ipſe etiam mentis teſtatus gaudia vultu*
*Ductor, vt æquauit meritis pia pectora donis,*
*Et frater thoraca tulit multiplicis auri,*
*Lælius Aſturica rapidos de gente iugales,*
*Contorquet magnis victricem viribus haſtam*
*Conſurgens, vmbríſq. dari teſtatus honorem*
*Haſta volans (mirum dictu) medio incita campo*
*Subſtitit ante oculos, & terræ infixa cohæſit.*
*Tum ſubitæ frondes, celſóque cacumine rami,*
*Et latam ſpargens quercus dum naſcitur vmbram,*
*Ad maiora iubent præſagi tendere vates.*
*Id monſtrare Deos, atq. hoc portendere ſignis,*
*Quo ſuper augurio, pulſis de littore cunctis*
*Heſperio, Pœnis vltor patriæq. domúſque*
*Auſoniam repetit fama ducente triumphum.*
*Nec Latium curis ardet flagrantibus vllis.*
*Quàm iuueni Libyam & ſummos permittere faſces.*
*Sed frigens animus, nec bello proſpera turba*
*Ancipiti, ſenior temeraria cœpta vetabant,*

*Magnóſque horrebant cauta formidine caſus.*
*Ergo vbi delato Conſul ſublimis honore*
*Ad patres conſulta refert, detúrq. poteſtas*
*Orat delendæ Cartaginis, altius orſus*
*Hoc grandæua modo Fabius pater ora reſoluit:*

VENATOR ACONTEVS.] Accommodè: nam Ἀκοντεὺς *iaculator.*

INDIBILISQ. DIV LÆTVS BELLARE LATINIS, IAM SOCIVS.] *Fortaſſe Miſsilibus*, inquit Heynſius. Lutum coniecturæ! nec vlla tam ingenioſa poteſt huius eſſe ſuſpicionis latebra, ἀνιστορησίας meriſſimæ infamiam vt effugiat. Liuij lib. 25 ecce tibi *Indibilis* cum ſeptem millibus pugnat in Cn. Scipionem. Lib. 27. Scipionem Africanum adit perfidiam Pœnicam exoſus, à quo recipitur, non vt transfuga, ſed quod Hiſtorica fide ſcribit Silius, vt *Iam ſocius*. Ibidem *Ilergetum reguli* titulo inſignitur. Item trecentis equis captiuis donatur electu ei permiſſo. Lib. 28. Mandonius, & *Indibilis*, quia regnum Hiſpaniæ pulſis inde Cartaginienſibus deſtinauerant animis, nec euenerat: concitatis popularibus (Lacetani erant) & Celtiberorum iuuentute excita agrum Sueſſitanum, Seidetanúmque ſociorum populi Romani hoſtiliter depopulati ſunt. Pòſt bellum redintegrant viginti millibus peditum, duobus millibus equitum & quingentis, pugnãt, vincuntur, Scipionis clementiam iterum experiuntur. Lib. 29. Hiſpani circa *Indibilem* ſeminecem, piló q. terræ affixum pugnant, tandémq. emoritur. *Indibilis* regulus, & dux adeo clarus, tam parum cognitus? Appianus Ibericis meminit, vt *Indibilis* mille ducentos Romanorum confecerit, vtque non ſemel à Romanis deſciuerit, pluribus locis. Zonaras tom. 2. teſtis eſt Scipionem duxiſſe contra *Indibilem*, & Mandonium: fratres erãt. Luculenta eſt Indibilis mentio apud Val. Maximum lib. 4. c. 3. Polybius *Indibilem* noſtrum (quis Iupiter mihi inuideat reuocatum ad lumina vitæ ope mea?) lib. 10. vocat *Andobalem*, itáq. ibidem reſcribendum, vbi in codice Frobœniano eſt: Ἀνδομάλης δὲ, καὶ Μανδόνιος μέγιστοι μὲν ὄντες δυνάσται τότε τῶν κατ' Ἰβηρίαν. Quid quod ex hoc verſu *Indibili* detracto, tota ruit ſententia? nec mirum *miſsilibus* ab Heynſio iugulata. *Verùm imperitiam vt ſæpe comitatur temeritas: ita interdum locum eius obtinet: nec minus nocet, quàm illa, cùm liberè quiduis nobis, & ſine diſcrimine permittimus, vel iudicio noſtro freti, vel de alieno ſecuri.* Hoc vnum veriſſimè Heynſius pronunciauit in Emendationib. ad Maximum Tyrium, hoc vnum non animaduertit in ſe conuenire maximè.

LAVS BVRNI PRIMA, INFIXIT QVI SPICVLA METÆ EST DAMVM SERVA, ALBENTES.] Morem donandi ſeruitia retulit ex Aeneid. 5.

> *Olli ſerua datur operum haud ignara Mineruæ*
> *Creſſa genus Pholoë, geminique ſub vbera nati.*
> *Nec pars militiæ Telamon ſine honore receſſit,*
> *Heſioneq. data potitur.*

Metam. 11. Ouid. Gen. 20. *Tulit igitur Abimelech oues, & boues, & ſeruos, &*

*ancillas, & dedit Abraham.* Iliados ψ.

> Ἱππεῦσιν μὲν πρῶτα ποδώκεσιν ἀγλά' ἄεθλα
> Θῆκε, γυναῖκα ἄγεσθαι ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαν.
> *Donum illuſtre dabatur equo in certamen ituris*
> *Fœmina, ea inculpata, operum haud ignara Mineruæ.*

Calabrum vide lib. 4. Vox *Damum*, non eſt in *donum* corrumpenda: eſt enim ſeruæ nomen, vti libro quarto *Damus* viri:

> *Et Damum dubia meditatus cuſpide vulnus.*

HASTA VOLANS.. TVM SVBITÆ FRONDES CELSOQ. CACVMINE RAMI.] Verè oſtentum: nam alii paſſim nefas volunt. Val. Flaccus lib. 3.

> — *haſtam*
> *Quæ neq. iam frondes virides, neq. proferet vmbras,*
> *Vt ſemel eſt auulſa iugis.*

Statius lib. 7.

> *Antè hæc excuſſo frondeſcet lancea ferro.*

Virgilius. Verùm adſimili commento Romuli haſtam decorauit Ouid. lib. 15. Metam.

> *Vtque Palatinis hærentem collib. olim,*
> *Cùm ſubitò vidit frondeſcere Romulus haſtam:*
> *Quæ radice noua, non ferro ſtabat adacto.*
> *Et iam non telum, ſed lenti viminis arbor*
> *Non expectatas dabat admirantibus vmbras.*

*Haud equidem metuiſſe queam ſatiatus & æui*
*Et decoris, cui tam ſupereſt, & gloria, & ætas,*
*Ne credat nos inuidiæ certamine Conſul*
*Laudibus obtrectare ſuis, ſatis inclyta nomen*
*Geſtat fama meum, nec egent tam proſpera laude*
*Facta noua: verum & patriæ dum vita manebit*
*Deeſſe nefas, animúmq. nefas ſcelerare ſilendo.*
*Bella noua in Libyæ moliris ducere terras?*
*Hoſtis enim deeſt Auſonia, nec vincere nobis*
*Eſt ſatis Annibalem? petitur quæ gloria maior*
*Littore Eliſeo? ſtimuli ſi laudis agunt nos,*
*Hanc ſegetem mete, compoſuit propioribus auſis*
*Dignum te Fortuna parem: vult Itala tellus*
*Ductoris ſæui vult tandem haurire cruorem.*
*Quò Martem, aut quò ſigna trahis? reſtiguere primum eſt*
*Ardentem Italiam, tu feſſos obuius hoſtes*
*Deſeris, ac ſeptem denudas protinus arces.*
*An, quum tu Syrtim ac ſteriles vaſtabis arenas,*
*Non dira illa lues notis iam mœnibus vrbis*
*Aſſiliet? vacuúmq: Iouem ſine pube ſine armis*

*Inuadet? quanti eſt vt cedas, Romámq. relinquas*
*Emerito, ac tanti perculſi fulmine belli*
*Siccine te, vt nuper Capua eſt accitus ab alta*
*Fuluius, æquoreis Libyæ reuocabimus oris?*
*Vince domi, & trinis mærentem funera luſtris*
*Auſoniam purga bello, tum tende remotos*
*In Garamantas iter, Naſamoniacoſq. triumphos*
*Molire, anguſtæ prohibent nunc talia cœpta*
*Res Italæ: pater ille tuus qui nomina veſtræ*
*Addidit haud ſegnis genti, cùm Conſul Iberi*
*Tenderet ad ripas, reuocato milite primus,*
*Deſcendenti auidè ſuperatis alpibus vltro*
*Oppoſuit ſeſe Hannibali, tu Conſul abire*
*A victore paras hoſte, atque auellere nobis*
*Scilicet hoc aſtu Pœnum? ſi deinde ſedebit*
*Impauidus, nec te in Libyam tuáq. arma ſequetur,*
*Capta hæc damnabis conſulta improuida Roma.*
*Sed fac turbatum conuertere ſigna, tuaq.*
*Claſſis vela ſequi, nempe idem erit Annibal idem,*
*Cuius tu vallum vidiſti è mœnibus vrbis.*
*Hæc Fabius, ſeniórq. manus paria ore fremebant.*
*Tum contrà Conſul. Cæſis ductoribus olim*
*Magnanimis letho gemino, cùm tota ſubiſſet*
*Sidonium poſſeſſa iugum Tarteſſia tellus,*
*Non Fabio, non queis eadem eſt ſententia cordi*
*Quoquam ad opem verſo (fateor) primoribus annis*
*Excepi nubem belli, ſolúſq. ruenti*
*Obieci telo caput, atq. in me omnia verti*
*Tum grandæua manus, puero male credita bella*
*Atque idem hic vates temeraria cœpta canebat.*

NE CREDAT NOS INVIDIÆ.] Nos tamen Plutarcho credimus non liberum ab inuidia Fabium, qui palàm & crebriùs ex inuidia dictitabat Scipioni ſucceſſorem ſurrogandum colore fortunæ variæ.

STIMVLI SI LAVDIS AGVNT NOS.] — *ſed acri*
*Percuſsit thyrſo laudis ſpes magna meum cor.*
Lucretius lib. 1.

AC SEPTEM DENVDAS PROTINVS ARCES.] Pariſienſis codex: *Proditor.* Adeon' ſenex delirus, vt Conſulem Scipionem fœdet *Proditoris* contumelia? Ratio meliora ſuadet.

INVADET. QVANTI EST VT CEDAS, ROMAMQ. RELINQVAS.] Ita M. N. &

N. & Aſc. & B. Alii libri demunt *Eſt*. Alii *Credas*. Verſum hunc, alterumque ſic emaculo:

*Inuadet? Quanti eſt, vt eas, Romámq. relinquas*
*Emerito? Ah! tanti perculſi fulmine belli*
Siccine te, &c.

*Emerito*, mihi Fabio, & inualido: tu Scipio iuuenis, ac præuiridantibus membris abeas. Marſus Annibalem intelligit, qui lentitudine belli iam in Italia conſenuerit.

*Diis grates laudémq; fero, ſub nomine quorum*
*Gens Troiana ſumus, puer ille, & futilis ætas,*
*Imbelléſque anni, necdum maturus ad arma*
*Scipio, reſtituit terras illæſus Iberas*
*Troiugenis pepulit Pœnos, Soliſque ſecutus*
*Extremas ad Atlanta vias, exegit ab orbe*
*Heſperio nomen Libyæ, nec retulit auri*
*Signa prius, quàm fumantes circa æquora vidit*
*Romano Phœbum ſoluentem littore currus.*
*Adſciuit reges idem: nunc vltimus actis*
*Reſtat Cartago noſtris labor, hortator aui*
*Iuppiter æterni monet: Annibalem ecce ſenectus*
*Intremit, aut ægros ſimulat mentita timores,*
*Ne finem longis tandem peperiſſe ruinis*
*Sit noſter titulus: certe iam dextera nobis*
*Experta, & robur florentibus auximus annis.*
*Ne vero fabricate moras, ſed currere ſortem*
*Hanc ſinite, ad veterum delenda opprobria cladum,*
*Quam mihi ſeruauere Dei. ſat gloria cauto*
*Non vinci pulchra eſt Fabio, peperítq. ſedendo*
*Omnia cunctator nobis: nec Mago, nec Hanno,*
*Nec Giſcone ſatus, nec Amilcare, terga dediſſent,*
*Segnes ſi clauſo traheremus prœlia vallo.*
*Sidoniuſne puer vix pubeſcente iuuenta*
*Laurenteis potuit populos, & Troia adire*
*Mœnia, flauentémq ſacro cum gurgite Tybrim?*
*Et potuit Latium longo depoſcere bello?*
*Nos Libyæ terris tranſmittere ſigna pigebit?*
*Et Tyrias agitare domos? ſecura pericli*
*Littora lata patent, & opima pace quieta*
*Stat tellus. timeat tandem Cartago, timeri*
*Aſſueta, & nobis, quamuis Oenotria nondum*

Yyyy

*Annibale arua vacent, ſupereſſe intelligat arma.*
*Illum ego, quem voſmet cauti, conſultáq; veſtra*
*In Latio fecere ſenem, cui tertia large*
*Fundenti noſtrum ducuntur luſtra cruorem,*
*Illum ego, ad incenſas trepidantem & ſæua patentem.*
*Aduertam patriæ ſedes. an Roma videbit*
*Turpia Agenoreæ muris veſtigia dextræ?*
*Cartago immunis noſtros ſecura labores*
*Audiet interea, & portis bellabit apertis?*
*Tum verò pulſet noſtras iterum improbus hoſtis*
*Ariete Sidonio turres, ſi templa ſuorum*
*Non ante audierit Rutulis crepitantia flammis.*
*Talibus incenſi patres, fatóque vocante*
*Conſulis annuerant dictis, fauſtúmq; precati*
*Vt foret Auſoniæ, tranſmittere bella dederunt.*

SVB NOMINE QVORVM GENS TROIANA SVMVS.] Forrè: *Sub Numine.*
NVNC RETTVLIT AVRI
SIGNA PRIVS, QVAM FVMANTES CIRCA ÆQVORA VIDIT
ROMANO PHOEBVM SOLVENTEM LITTORE CVRRVS.] Valet: Non priùs aurum ſignatum reportauit è victa Cartagine, quàm Sol currus ſolueret Romano litore, quod litus prius Pœnorum erat, ſeu ante noctem. Ironia. Hic verborum ſenſus. Verùm támne obſcuris ambagibus victam Cartaginem exprimi, cùm ea res momentum faceret ad ſuadendum permaximum, & in Hiſpania nulla re alia fuerit illuſtrior Scipio? Mutatio placita:

*— nec rettulit vrbi*
*Signa prius, quàm. —*

Sed ánne vrbem Romam, aut Cartaginem N. capiemus? Si Cartaginem, fuerit: Scilicet Scipio non iteratò ſigna Cartagini intulit, ſeſéque muris incuſſit ante Solem occaſum. Si Romam, non prius Scipio Romana ſigna in vrbem retulit, quàm viderit Solem occidere ſuetum litore Hiſpanico, verſis iam fatis ſoluentem litore Romano, quod litus ego Scipio armis, ac virtute populi Romani feci.

ADSCIVIT REGES IDEM.] Pauculæ voces fœtę ſententia graui. Signantur enim Maſaniſſa, Syphax, Mandonius, Indibilis, Orbis. Dico ex hiſtoriæ foliis.

ET TYRIAS AGITARE DOMOS.] *Vexare.* Non malè. *Et Tyr. aditare.* Suprà poſita eſt αἰτήσεις Annibal potuit:

*— Troia adire*
*Mœnia. —*

nos piget Tyrias domos [Cartaginem] *aditare?* Sícque leuandæ inuidiæ, & minuendæ iactantiæ moderatiùs loqueretur Scipio: & ſi Cartaginis excidium profiteatur.

Consvlis annverant.] Macula ſuperſtitioſi manu illita. Detergenda reſcriptio *Annuerunt*. Sequitur námque:

*— transmittere ſigna dederunt.*

---

IN LIB. XVII. PVNICORVM

# C. SILII ITALICI

## VIRI CONSVLARIS DE PVNICO BELLO SECVNDO,

*Claud. Dauſqueij Can. Tor.*

Commentarivs.

*Hoſtis vt Auſoniu diſcederet aduena terris,*
*Fatidicæ fuerant oracula priſca Sibyllæ.*
*Cælicocûm Phrygia genitricem ſede petitam,*
*Laomedonteæ ſacrandam mœnibus vrbis*
*Aduectam exciperet numen, qui lectus ab omni*
*Concilio patrum præſentis degeret æui*
*Optimas, heu nomen melius maiúſq. triumphis,*
*Iámque petita aderant Latia portante Cybelen*
*Puppe, atque in trepidis, magno accedente ſenatu,*
*Obuius accitis properabat Scipio ſacris,*
*Qui genitus patruo ductoris ad Africa bella*
*Tunc lecti, multa fulgebat imagine auorum.*
*Iſque vbi longinquo venientia numina ponto*
*Accepit ſupplex palmis, Thuſcíque ſonora*
*Tybridis adducit ſublimis ad oſtia puppim.*
*Fœmineæ tum deinde manus ſubiere per amnem,*
*Quæ traherent celſam religatis funibus alnum.*
*Circum arguta cauis tinnitibus æra, ſimúlq.*
*Certabant rauco reſonantia tympana pulſu.*
*Semiuiríque chori, gemino qui dindyma monte*
*Caſta colunt, qui Dictæo bacchantur in antro.*
*Quiq. Idæa iuga, & lucos nouere ſilentes.*
*Hos inter fremitus, ac læto nota tumultu*
*Subſtitit adductis renuens procedere vinclis*

*Sacra ratis,ſubditiſq; vadis immobilis hæſit.*
*Tum puppe è media magno clamore ſacerdos,*
*Parcite pollutis contingere vincula palmis,*
*Et procul hinc moneo,procul hinc quæcunq. prophanæ*
*Ferte gradus,nec vos caſto miſcete labori.*
*Dum ſatis eſt monuiſſe, Deæ, quòd ſi qua pudica*
*Mente valet, ſi qua illæſi ſibi corporis aſtat*
*Conſcia,vel ſola ſubeat pia munera dextra.*
*Hic priſca ducens Clauſorum ab origine nomen*
*Claudia,non æqua populi male credita fama*
*In puppim verſis,palmiſque oculiſq; profatur:*

HOSTIS VT AVSONIIS DISCEDERET ADVENA TERRIS.] Sibyllæ iuſſerant Cybelem Peſſinunte aduectam Romæ ſacrari. Cum his Ouidius li. 4. Faſt. conferendus:

*Carminis Euboici fatalia verba ſacerdos*
*Inſpicit.*

Conſulendus Liuius lib. 29. & 34. Herod. lib. 1. Arnob. lib. 2. contra Gent. Propert. lib. 4. Eleg. vltima. Feſtus verbo *Peregrina ſacra*. Claudian. de bello Gildonico. Ammianus Marcellinus lib. 22.

ORACVLA PRISCA SIBYLLÆ.] Latinè refert Solinus c. 7.

*Mater abeſt; matrem iubeo, Romane, requiras:*
*Cùm veniet caſta eſt accipienda manu.*

*Sibylla*, Cumanæ, Ammianus lib. 22.

*Cælicolûm genitrix, numen quod numina nobis*
*Cuncta creas,cuius proles terrámq. fretúmq.*
*Sideráque & manes regnorum ſorte gubernat,*
*Si noſtrum nullo violatum eſt crimine corpus,*
*Teſtis diua veni,& facili me abſolue carina.*
*Tum ſecura capit funem, fremitúſq. leonum*
*Audiri viſus ſubito,& grauiora per auras*
*Nulla pulſa manu ſonuerunt tympana diuæ.*
*Fertur prona ratis, ventos impellere credas,*
*Contráq; aduerſas ducentem præuenit vndas.*
*Extemplo maior cunctis ſpes pectora mulcet,*
*Finem armis tandem, ſinémq. venire periclis.*
*Ipſe alacer Sicula diſcedens Scipio terra;*
*Abſcondit late propulſis puppibus æquor,*
*Cui numen pelagi placauerat hoſtia taurus,*
*Iactáque cæruleis innabant fluctibus exta.*

*Tunc à ſede deûm, purúmque per æthera lapſæ*
*Armigeræ Iouis ante oculos cœpere volucres*
*Aequoreas monſtrare vias, ac ducere claſſem.*
*Auguriuq; clangor lætum dabat, inde ſequuti*
*Tantum progreſſos liquida ſub nube volatus,*
*Quantum non fruſtra ſpeculantum lumina ſeruant,*
*Littora Agenoreæ tenuerunt perfida terræ.*
*Nec ſegnis, tanta in ſemet veniente procella,*
*Africa: terribilem magno ſub nomine molem*
*Regis opes contra, & Maſſyla parauerat arma.*
*Spesq; Syphax Libycis vna, & Laurentibus vnus*
*Terror erat, campos pariter vallésque refuſas.*
*Littoráque implerat, nullo decorare tapete*
*Cornipedem Nomas aſſuetus, denſæq; per auras*
*Condebant iaculis ſtridentibus æthera nubes.*

COELICOLVM GENITRICEM. ] Orpheus:

*Μήτηρ μέν τε θεῶν, ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων.*
*Mater quæque Deos, quæque homines genuit.*

Redi ad lib.3.ibi.:

*Matre ſuper.*

PHRYGIA SEDE. ] Ex Peſſinunte Phrygiæ ciuitate. Autores, qui ſuprà. Peccat, qui hîc Palladium à Silio deſcribi autumant.

SACRANDAM MOENIB. VRBIS. ] Sacratam fuiſſe iudicio ſunt illa Sibyllæ lib.7. vt quidem hodie digeruntur:

— Πῦ Ῥείης, ἠὲ Κρόνοιο,
Ἠὲ Διὸς γενεή, καὶ πάντων, ὧν ἐσεβάζες
Δαίμονας ἀψύχους νεκύων εἴδωλα καμόντων;
— *rheæ genus ede*
*Saturni Jouiſque & cunctorum quas venerarîs*
*Dæmonas exanimos, ſimulacráque lumine craſſa.*

PRÆSENTIS DEGERET ÆVI OPTIMVS.] Multorũ triũphos obruit obliuio. OPTIMI nomen clara, gratáque memoria priſci extulerunt M. Tull.5. de Fin. Bon. & Mal. *Nos enim ad ſacra Idæa concipienda.* OPTIMVM *virum delegimus.* Iteratò de Aruſpicum reſponſis. Pli.li.7.c.34. *Vir* OPTIMVS *ſemel à condito æuo iudicatus eſt Scipio Naſica à iurato ſenatu.* Neminem adeo reclinauit à recto fauor. Commeminit Autor libri de Viris Illuſtr. Silii iudicium de huius nominis claritudine expreſſum eſt de Liuii præiudicio. Sic ille li.29. *Veram certè victoriam eius rei ſibi quiſque mallet, quàm vlla imperia, honoréſue ſuffragio ſeu Patrum, ſeu plebis delatos.* D. Auguſtinus li.1. de Ciuit. c.30.31. li.2. c.5. Aurel. Victor.

PVPPE ATQVE IN TREPIDIS MAGNO ACCEDENTE SENATV. ] Deprauata ſunt exemplaria, quibus eſt: *Puppe; atq; omnis m. a. In trepidis* autem valet *Dum trepidant,* feſtinant, ſatagunt: cui belle apponitur:

*Obuiꝰ acceſtis properabat Scipio ſacris.*

QVI GENITVS PATRVO DVCTORIS AD AFRICA BELLA TVNC LECTI. ] Scipio Naſica lator Cybeles natus erat C. Scipione pátruo Scipionis Africani, qui natus P. Scipione iam mittebatur in Africam. Indicat Polyb. lib. 10. de Africano loquens. Κατάφοβος ἦν μὴ ταῖς αὐταῖς χαίρῳ τῷ θείῳ καὶ Ποπλίῳ τῷ πατρὶ περιπέσῃ συμφοραῖς. *Metuens erat, ne iiſdem cum Caio patruo, & Publio patre calamitatib. incideret:*

FOEMINEÆ TVM DEINDE MANVS. ] Liuius li. 34. *Et cùm Dij quoque noui ad opem ferendam dubiis rebus arceſſerentur matronæ vniuerſa ad mare profectæ ad matrem Idæam accipiendam.*

CIRCVM ARGVTA CAVIS TINNITIBVS ÆRA. ] Virgilius:

*— matris quate cymbala circum.*

Adde *tibias*. Varro Eumenidibus: *Sonitu matris Deûm tonimus tibinos tibi nunc ſemiuiri.* Nonius exponit *Tibinos* à tibiis modos.

CERTABANT RAVCO RESONANTIA TYMPANA PVLSV. ] Hymnographus de Matre Deûm:

*Ἧ κροτάλων, τυπάνων ἰαχὴ, σύν τε βρόμος αὐλῶν.*

*Tibia cui trepidans, tympanáque & crotola.*

Vnde apparet fruſtra eſſe, qui à Catullo putant *Tympanum* legi prima breuiore. Duos Silii verſus in vnum compulit Orpheus Græci ſermonis natiua felicitate:

*Τυμπανόδουπε, φιλοιστρομανὲς, χαλκόκροτε κούρη.*

*Tympana cui reſonant repetito verbere pulſa*

*Tinnuláque æra, œſtri nata furentis amans.*

Item in Albio Thymiamate vocat eã τυμπανοτέρπην, *tympano gaudentem.* Cymbala verò, tibiæ, tympana, cæteráque crepitacula inde in vſum ſacrorum Cybeles venere, quòd ſobolis diligens Rhea, ne vagitans à Saturno deprehenderetur infans, acriore ſonitu ſtrepitúque cum luſerit, autor Strabo li. 10. Oui. 2. Faſt. Sed & Dionyſius eodem tumultu gaudet. Eurip. Palamede. Ὃς αἰ Ἴδαν τέρπεται σὺν Ματρὶ φίλᾳ Τέρπεται ἰάκχοις. *Qui in Ida delectatur cum cara matre ſonitibus.* Vnde & Baccho nomen *Iacchi.*

LÆTO NOTA TVMVLTV. ] Alludi. *Hilaria* priſcis inſtituta in honorem Matris Deûm, ſuper quibus Macrob. li. 1. Sat. c. 21. *Ritu eorum καταβάσει finita, ſimulatione que luctus peracta celebratur lætitiæ exordiũ ad octauum Calendas Aprilis, quem diem Hilaria appellant: quo primum tempore ſol diem longiorem nocte protendit. Hilaria* verò feſtum eſſe Matris Deûm docemur è Photio cap. 242. Ἐδόκουν ὄναρ ὁ Ἄττης γενέσθαι, καί μοι ἐπιτελεῖσθαι παρὰ τῆς Μητρὸς τῶν Θεῶν τὴν ὑπὸ τῶν Ἱλαρίων καλουμένην ἑορτήν. *Videbar Attes per ſomnium fieri, & mihi à matre Deorum feſtum agi, quod Hilaria vocant.* Vide Vopiſcum in Aureliano, & Lampridium in Alexandro. Viſ[illegible]d Max. Tyrium, Photium, alios.

SVBITISQVE VADIS IMMOBILIS HÆSIT. ] Herodianus lib. 1. Ἀντεχούσης τῆς ἰλύος *limo reluctante.* Appianus Ibericis: Ἰλύι τῇ ποταμοῦ τοῦ Τιβέριος ἐνεχόμενον, *limo Tiberis inhærentem.* Ouidius:

*Sedit limoſo preſſa carina vado.*

NVMEN, QVOD NVMINA NOBIS CVNCTA CREAS. ] Rem vaniſſimam! ſaxum credebant διοπετὲς, *Diuiparum.* Liuius lib. 29. *Sacrúmque in lapi-*

*dem* [legatis Romanorum] *quem Matrem Deum incolæ eſſe dicebant, tradidit, ac deportare Romam iuſſit*, Attalus. Arnob. li. 6. contra Gentes: *Peſſinuntios ſilicem pro Deûm matre colere.*

TVM SECVRA CAPIT FVNEM. ] Q. Claudia, quæ *matronarum caſtiſſima* Ciceronis arbitratu de Aruſpicum Reſp. *funem* nauis trahacem capit, ſeu *cingulum*. Herodianus: Λυσαμένη τὴν ζώνην ἐπιρρίπτει τῇ πρώρᾳ τῆς νεώς. *Zonam ſolutam proræ nauis immiſit.* quo *ſe* minimè λυσίζωνον *Venerem paſſam* probet: Meminit Luctantius lib. 2. cap. 7. Aurel. Victor: *Zona impoſita nauem mouit.*

IPSE ALACER SICVLA DISCEDENS SCIPIO TERRA. ] Tempus notat Plin. li. 16. c. 39. *Punico bello Scipionis claſſis* XL. *die à ſecuri nauigauit.*

CVI NVMEN PELAGI PLACAVERAT HOSTIA TAVRVS. ] Ipſine Mari, an Neptuno? M. Tullius l. 3. de Nat. Deorum: *Noſtri quidem duces mare ingredientes immolare fluctib. conſueuerunt.* Apud Appian. li. 4. Ciuil. Pompeius Mari fecit, & Neptuno, purpureúmque paludamentum cœruleo vertit grati animi ergo. Scipio tamen Neptuno videtur immolaſſe ex Polybio libr. 10. Ἔφη τὴν ἐπιβολὴν αὐτοῦ ταύτην ὑποδεδειχέναι τὸν Ποσειδῶνα παραστάντα κατὰ τὸν ὕπνον, καὶ φάναι συνεργήσειν ἐπιφανῶς κατ' αὐτὸν τὸν τῆς πράξεως καιρὸν, ὥστε πᾶσι τῷ στρατοπέδῳ τὴν ἐξ αὐτοῦ χρείαν ἐναργῆ γενέσθαι. *Adfirmabat hos ſibi conatus Neptunum in ſomnis adſtantem demonſtraſſe, atque adſeueraſſe in ipſo rei agendæ tempore ſe tam palam opitulaturum, id vt manifeſtũ futurum ſit toti exercitui.* Quò igitur Neptunum monitorem, & præmonſtratorem, poſtea quoque ſecundiorem fore operum perfectorem ſuis perſuaderet Scipio, Neptuno publicè me coniectore fecit. Ac fortaſſe τειχολογία hæc eſt, cùm *Neptunus* pro *Mari* colatur, quod monuit Diu. Auguſtinus Epiſt. 49. *Tauro* fecit Scipio: quandoque Neptuni ſolẽnis victima fuit agnus. Euſtathius in Odyſ. α. Ποσειδῶνι ἀρνειὸς θύεται διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ γαλήνιον, καὶ θαλερὸν, καὶ διὰ τὸ οἷον εἰπεῖν χλωρότητος τῆς γαλήνης, ὡς ἁπαλὸν, ἐν εὐδίας καιρῷ. *Neptuno agnus immolatur, quòd eius ope monetur, floreat, & manu, vt ſic dicam, tractetur ſerenitas, & mollis fit, cùm ſudum cælum*, Iſque *Agnus* κάθετος dicebatur, q. *demiſſicius*. Suidas: Κάθετος, ὁ καθιέμενος εἰς τὸ πέλαγος ἀμνός. οὕτω Λυσίας, καὶ Μελίτων. Κάθετος, *deiectus in mare agnus, ſic Lyſias, ſic Melito.* Quandoque Venti votis vocantur. Lucret. lib. 5.

*— prece quæſit*
*Ventorum pauidus paces, animáſque ſecundas.*

Maro:

*Poſcamus ventos.*

IACTAQVE COERVLEIS INNABANT FLVCTIB. EXTA. ] Solemnem ritum non prætermiſit Liuius lib. 29. *Secundum eas preces cruda exta cæſa victimæ* (vti mos eſt) *proiecit in fluctus.* Æn. 5. Simili ſuperſtitione Rhodii *quotannis quadrigas Soli conſecratas in mare iaciunt, quòd ei tali curriculo fertur circumuehi mundum*, Feſtus in fragmine Farneſiano.

COEPERE VOLVCRES
ÆQVOREAS MONSTRARE VIAS. ] Æneid. 6. maternæ aues columbæ viam ad ramum aureum ferentem aperiunt Æneæ. Alexandro M. ad Ammonis eunti, cùm nulla per arenam vento re-

uolubilem eſſet deprendere veſtigia, corui duces fuere, Euſtath. in Dion. Diod. li. 17. Curt. li. 4.

TERROR ERAT. ] Ennius:

*Africa terribili tremit horrida terra tumultu.*

CAMPOS, VALLESQVE REFVTAS. ] Polyb. li. 14 refert pugnatum περὶ τὰ μεγάλα πεδία.

*Immemoris dextraque datæ, iunctíque per aras*
*Fœderis, & menſas teſteis atque hoſpita iura*
*Fásq; fidémque ſimul, prauo mutatus amore*
*Ruperat, atque thoros regni mercede pararat.*
*Virgo erat eximia ſpecie, claróque parente,*
*Haſdrubalis proles, thalamis quam cepit vt altis*
*Ceu face ſuccenſus prima, tedáque iugali*
*Vertit opes gener ad Pœnos, Latiæque ſoluto*
*Fœdere amicitiæ, dotalia tranſtulit arma.*
*Sed non Auſonio curarum extrema Syphacem*
*Ductori monuiſſe fuit, ſit fidus, & ictum*
*Obſeruet fœdus, neu pacis iura reſoluat,*
*Stet regno, reputet Superos, facta hoſpita ſeruet:*
*Longe coniugia ac longe Tyrios Hymenæos*
*Inter Dardanias acies fore: ſanguine quippe*
*Si renuat, blando nimium facilique marito,*
*Statura obſequia, & thalami flagrantis amores*
*Sic Latius permixta minis, & caſſa mouebat*
*Ductor, nam ſurdas coniux obſtruxerat aures.*
*Ergo aſper monitu fruſtra nitentibus enſes*
*Aduocat, & caſtas polluti fœderis aras*
*Teſtatus, varia Martem mouet impiger arte.*

IMMEMORIS DEXTRÆQVE DATÆ. ] Ita gemini codices. Editio ab Heynſio *Immemores*, orationem continet ſoloecam. Scribendum diſpeſſa voce: *Immemor is.* Neque nos fugit *Immemoris* vſurpaſſe Cecilium Priſciano laudante lib. 6. Hic admitte, & hiabit oratio.

VIRGO ERAT EXIMIA SPECIE. ] Sophonisba, Appian. & Liuius.

TÆDAQVE IVGALI. ] Illa quidem coniugii vinculum commune: vnde Hypſyphilæ Iaſoni:

*Me tibi, téque mihi tæda pudica dedit:*

ſed facem potiſſimum ſponſæ prælucebant. Homerus Il. 6.

Νύμφας δ' ἐκ θαλάμων δαΐδων ὑπολαμπομενάων
Ἠγίνεον ἀνὰ ἄστυ.

*Sponſas è thalamis face prælucente per vrbem*

*Ducebant*

*Ducebant.*

Nonnus lib. 11.

*— πᾶσα δὲ νύμφη*

*Γυρσὸν ἔχει πομπῆα τελεσσιγάμου ὑμεναίου.*

*Omnis ſponſa facem ritu ductorem Hymenæi*

*Quo poſt connubium perficiatur habet.*

Thedam iugalem geſtare matris fuit, niſi quæ honoratior anteuerteret. Vtrumque doceo ex Apollonii li. 4. & eius Scholiaſte, vbi inducitur Iuno hæç ad Thetidem loquens:

*— αὐτὴ δὲ σέλας χείρεσσιν ἀνέσχον*

*Νυμφίδιον κείνης ἀγανόφρονος εἵνεκα τιμῆς.*

*Ego nuptialem ſuſtuli dextra facem*

*Amore honoris illius.*

In quæ Scholiaſtes: : Ὅτι τὸ παλαιὸν τὰς μητέρας τῶν γαμουμένων ἐν τοῖς γάμοις δᾳδουχεῖν ἔθος ἦν, ὡς Εὐριπίδης ἐν Φοινίσσαις φησίν. Ἐγὼ δ᾽ οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς νόμιμον ἐν γάμοις ὡς πρέπει ματέρι μακαρίᾳ. Ἥραν δ᾽ οὖν φησι δᾳδουχῆσαι τῇ Θέτιδι διὰ τὴν πρὸς αὐτὴν εὔνοιαν μητρὸς ἔργον ἐπιτελοῦσαν. *Nubentium matres in nuptijs tædam gerere mos vetus fuit quod Euripides Phœniſsis adſeuerat, Ego neque tibi lumen ſolitum in nuptiis accendi, vt matrem felicem decet. Iunonem igitur tædam præluxiſſe ait ex beneuolentia, fungentem matris munus.* In Octauia:

*— dira cui genitrix facem*

*Accendit, & te iunxit inuitam metu.*

Aliter tamen fuit in nuptiis Medeæ, & Iaſonis apud Flaccum Argon. 8. vbi:

*— ignem Pollux, vndámque iugalem*

*Prætulit.*

Verùm in his nuptiis improſpera pleráque omnia, & præpoſtera.

EXTREMA SYPHACEM.] Migrat hanc quantitatem Claudianus de Bello Gildonico:

*— haurire venena*

*Compulimus dirum Syphacem, fractúmque Metello.*

SVRDAS CONIVX PRÆSTRVXERAT AVRES.] Silianæ narrationi verificatur Appianus Libycis, & Liuius li. 30.

*Caſtra leui calamo cannáque intorta paluſtri,*
*Qualia Maurus amat diſperſa mapalia paſtor,*
*Aggreditur furtim armorum tutantibus vmbris*
*Ac tacita ſpargit celata incendia nocte.*
*Inde vbi collecti rapidam diffundere peſtem*
*Cœperunt ignes, & ſe per pinguia magno*
*Pabula ferre ſono, clare expatiantur in auras,*
*Et frenos volucri propellunt lumine flammæ,*
*It totis inimica lues cum turbine caſtris*
*Atque alimenta vorat ſtrepitu Vulcanus anhelo*

*Arida, & ex omni manant incendia tecto.*
*Sentitur pleriſque prius quàm cernitur ignis*
*Excitis ſomno, multorúmque ora vocantum*
*Auxilium inuadunt flammæ, fluit vndique victor*
*Mulciber, & rapidis amplexibus arma viróſque*
*Corripit, exundat peſtis ſemiuſtáque caſtra*
*Ardenti volitant per nubila ſumma fauilla.*
*Ipſius ingentis regis tentoria ſaltu*
*Lugubre increpitans late circumuolat ardor:*
*Hauſiſſétque virum, trepidus ni clade ſatelles*
*E ſomno ac ſtratis rapuiſſet multa precantem.*
*Verum vbi mox iuncto ſociarant aggere vires*
*Maſſylus Tyriúſq; duces, accitáque regno*
*Leniuerat pubes infauſtæ vulnera noctis,*
*Ira pudórque dabant, & coniux tertius ignis*
*Immanes animos, afflatáq; barbarus ora*
*Caſtrorum flammis, & ſe velamine nullo*
*Vix inter trepidas ereptum ex hoſte cateruas*
*Frendebat minitans ſed enim non luce Syphacem,*
*Nec claro potuiſſe die, nec ſole tuente,*
*A quoquam vinci, iactarat talia vecors:*
*Sed iam claudebat flatus, nec plura ſinebat*
*Atropos: & tumida properantur ſtamina lingua.*
*Nanque vbi proſiluit caſtris, ceu turbidus amnis*
*Qui ſyluas ac ſaxa trahens per deuia præceps*
*Voluitur, & ripas ſpumanti gurgite laxat.*
*Ante omnes prauectus equo, trahit agmina voce.*
*Contra ſana manus Rutuli, celsúſque ruebat*
*Viſo rege procul raptis exercitus armis.*
*Ac ſibi quiſque, vidéſne? vides ait agmine primus*
*Maſſylus volitat depoſcens prælia rector?*
*Fac noſtrum hoc mea dextra decus, violauit & aras*
*Cælicolûm, & caſtr̄ ductoris fœdera rupit.*
*Sit ſatis hunc caſtris ſemel effugiſſe crematis.*
*Sic ſecum taciti, & certatim ſpicula fundunt.*
*Prima in cornipedis ſedit ſpirantibus ignem*
*Naribus haſta volans, erexítque ore cruento*
*Quadrupedem elatis pulſantem calcibus auras.*
*Corruit aſper equis, confixáque cuſpide membra*

*Huc illuc iactans, rectorem prodidit hoſti.*

CAſTRA LEVI CALAMO, CANNAQVE INTORTA PALVSTRI. ] *Canna* originis eſt Hebraicæ, קָנֶה Ex. c. 25. c. 32. Suidas & lib. 14. Polybii hæc de Numidarum caſtris: Απλῶς δὲ καίναις, καὶ καλάμοις χρῆσθαι πρὸς τὴν σκηνοποιΐαν. Iteratò in voce Καίναις.

AGGREDITVR FVRTIM ARMORVM TVTANTIB. VMBRIS. ] Adulta nocte exſpectamus, *vmbras* vt *arma* proiiciant? Reſcribo: *Furtum armorum t.* v. Æneid. 11.

*Furta paro belli.*

Silius li. 7.

*Nunc nocturna parat cæca celantib. vmbris*
*Furta via.*

ET FRÆNOS VOLVCRI PROPELLVNT LVMINE FLAMMÆ. ] Numidarum infrænium caſtra paſcitur ignis: quid *flamma* cum *frenis*? Sufficio quod rectum, *Ramos*, quorum ope tecta, vel ſuſtentata mapalia, & inedificatæ caſæ caſtrenſes. Clamat Polyb li. 14. Συμβαίνῃ τοὺς μὲν Καρχηδονίους ἐκ παντοδαπῶν ξύλων, καὶ φυλλάδος αὐτῆς ἐν παραχειμασίᾳ κατεσκευακέναι τὰς σκηνάς, τῶν δὲ Νομάδων τοὺς μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐκ καλάμων, τοὺς δὲ συναγομένους ἐκ τῶν πόλεων κατὰ τὸ παρὸν ἐξ αὐτῆς τῆς φυλλάδος σκηνοποιεῖσθαι. *Fit, vt Cartaginenſes è lignis ompe generis atque è frondoſis ipſis ramis, dum hybernant, tentoria conſtruant: Numidæ verò agreſtes è calamo, miles è ciuitatib. collectus in præſens ex iiſdem frondoſis ramis tabernacula congerat.* Adſtrepit Liuius li. 30. *Hybernacula Cartaginenſium congeſta temerè ex agris materia exædificata, lignea fermè tota erant. Numidæ præcipuè arundine textis, ſtoridq; pars maxima tectis.* Ideo Georg. 3.

— *raris habitata mapalia tectis,*

Vento ſcilicet, & aura perflabilibus. Adiuuat etiam Salluſtius in Iugurthino, & Plinius teſtis eſt lib. 16. c. 37. Mauros ſalice ſua tegere mapalia: ſalix autem igne de facili corripitur. Silius ipſemet ad hanc coniecturam nobis viam muniuit:

*Caſtra leui calamo, cannáque intorta paluſtri,*
*Qualia Maurus amat diſperſa mapalia paſtor.*

CORRVIT ASPER EQVVS, CONFIXAQVE CVSPIDE MEMBRA. ] Appianus Libycis patrocinatur: Εἶθ' ὥς τις αὐτοῦ τὸν Σύφακος ἵππον ἔβαλεν· ὁ δ' ἀπεσείσατο τὸν δεσπότην. *Hic aliquis Syphacis equum iaculo confixit.* Interpres eſto Liuius lib. 30. *Equo grauiter icto effuſus opprimitur, capitúrque.*

*Inuadunt, vanámque fugam, atque attollere feſſos*
*Adnitentem artus, reuocato è vulnere telo*
*Corripiunt: tum vincla viro, manicæque pudenda*
*Addita, & exemplum non vnquam fidere lætis,*
*Sceptriferas arcta palmas vinxere catena.*
*Ducitur ex alto deiectus culmine regni,*
*Qui modo ſub pedibus terras, & ſceptra, paténſque*

*Littora ad Oceani ſub nutu viderat æquor.*
*Proſtratis opibus regni, Phœniſſa metuntur*
*Agmina, & inuiſus Marti notúsque fugarum*
*Vertit terga citus damnatis Haſdrubal auſis.*
*Stabat Cartago truncatis vndique membris*
*Vni nixa viro, tantóque fragore ruentem*
*Annibal abſenti retinebat nomine molem.*
*Id reliquum, feſſos opis auxilíque ciere,*
*Rerum extrema iubent, huc confugêre pauentes,*
*Poſtquam ſe ſuperum deſertos numine cernunt.*
*Nec mora propulſa ſulcant vada ſalſa carina*
*Qui reuocent, patrúmque ferant mandata monentes,*
*Ne lentus nullas videas Cartaginis arces,*
*Tolle moras, patriæque celer ſuccurre cadenti*
*Annibal, & noſtris depelle à mœnibus hoſtem.*
*Quarta aurora ratem Dauni deuexerat oras,*
*Et fera ductoris turbabant ſomnia mentem.*
*Nanque grauis curis carpit dum nocte quietem,*
*Cernere Flamminium, Gracchúmque & cernere Paulum*
*Viſus erat ſimul aduerſos mucronibus in ſe*
*Diſtrictis ruere, atque Itala depellere terra:*
*Omníſque à Cannis, Thraſimeníque omnis ab vndis*
*In pontum impellens vmbrarum exercitus ibat.*
*Ipſe fugam cupiens notas euadere ad alpes*
*Quærebat, terræque vlnis amplexus vtríſque*
*Hærebat Latiæ, donec vis ſæua profundo*
*Truderet, & rapidis daret aſportare procellis.*
*His ægrum viſis adeunt mandata ferentes*
*Legati, patriæque extrema pericula pandunt.*
*Maſſyla vt quærint arma, vt ceruice catenas*
*Regnator tulerit Libyæ, lethóque negato*
*Seruetur noua pompa Ioui, Cartago laboret*
*Vt trepidi Haſdrubalis (qui rerum agitabat habenas)*
*Non vna concuſſa fuga, ſe triſte profatu*
*Vidiſſe, arderent cùm bina in nocte ſilenti*
*Caſtra, & luceret ſceleratis Africa flammis.*
*Prærapidum iuuenem minitari, Brutia ſeruet*
*Littora dum Pœnus, detracturum ignibus atris*
*Omnia, & excidium extremum Cartagini adeſſe,*

INVADVNT, VANAMQ. FVGAM.] Rectè erit. *Vanúmq. fugæ* Syphacem. Mox: *— Notúſq. fugarum.*

MANICÆQ. PVDENDA ADDITA.] Fortè: *— manicæq. pudendæ Addita, & ex.*

NOTVSQ. FVGARVM VERTIT TERGA CITVS DAMNATIS HASDRVBAL AVSIS.] Primum fugit ad Pyrenen, tum cùm ſparſi à Romanis in Pœnorum caſtra ignes, iámq. victo Syphace, Silius, ac Polybius lib. 10. 11. 14.

*In quam ſe referant patriam, ſuáq. inclyta facta*
*Commemorant, Italis ſtrages quas fecerit oris.*
*Hæc poſtquam dicta, & caſus patuere metúſque,*
*Effundunt lacrymas: dextrámq. vt numen adorant.*
*Audiuit toruo obtutu defixus, & ægra*
*Expendit tacito curâ ſecum ipſe voluntans*
*At tanti Cartago foret: ſic deinde profatur:*
*O dirum exitium mortalibus, ô nihil vnquam*
*Creſcere, nec magnas patiens exurgere laudes*
*Inuidia, euerſam iam pridem excindere Romam,*
*Atque æquaſſe ſolo potui, traducere captam,*
*Seruitum gentem, Latióq. imponere leges.*
*Dum ſumptus, dúmq. arma duci, feſſóſq; ſecundis*
*Summiſſo tyrone negant recreare maniplos,*
*Dúmq; etiam Cerere, & victu fraudaſſe cohortes*
*Hannoni placet, induitur tota Africa flammis,*
*Pulſat Agenoreas Rheteia lancea portas.*
*Nunc patriæ decus, & patriæ nunc Annibal vnus*
*Subſidium, nunc in noſtra ſpes vltima dextra.*
*Vertantur ſigna, vt patres ſtatuere, ſimúlq.*
*Et patriæ muros, & te ſeruabimus Anno.*
*Hæc vbi detonuit, celſas è littore puppes*
*Propellit, multúmq. gemens mouet æquore claſſem.*
*Non terga eſt auſus cedentum inuadere quiſquam,*
*Non reuocare virum, cuncti præſtare videntur*
*Quod ſponte abſcedat Superi, tandémq. reſoluat*
*Auſoniam, ventos optant, & littora ab hoſte*
*Nuda videre ſat eſt: ceu flamina comprimit Auſte.*
*Quum fera, & abſcedens reddit mare, nauita parc.*
*Interea voto non auras poſcit amicas*
*Contentus caruiſſe Noto, pacémq. quietam*
*Pro facili curſu reputat ſalis. Omnis in altum*

IN QVAM SE REFERANT PATRIAM. ] Rogent legati:

*In quam ſe referant patriam?* —

Vel cùm de eius excidio verba faciunt, quò affixum Italiæ viſceribus Cartaginem reuocent Annibalem, reſcribatur:

*In quam ſe referat patriam.*

DEXTRAMQ. VT NVMEN ADORANT.] Exoſculantur, vt ſolent Deorum ſimulacra. Plin. lib. 11. c. 45. *Ineſt & in aliis partibus quædam religio, ſicut dextra oſculis auerſa appetitur, in fide porrigitur.* Vide Suet. Othonis c. 12.

DVM SVMTVS, DVMQ. ARMA DVCI. ] Negant. Multis locis ſubſidia, & ſupplementa Annibali non ſubmiſſa dicit Poëta. Lib. 8.

— *lauus conatibus Hanno*
*Ductoris non vlla domo ſubmittere Patres*
*Auxilia, aut vllis opib. iuuiſſe ſinebat.*

Liuius lib. 28. *Quid Annibalem: vtrum tandem extremus angulus agri Bruttij fruſtra iamdiu poſcentem ab domo auxilia.* Libro 30. Annibal: *Non iam perplexè, inquit; ſed palàm reuocant, qui vetando ſupplementum, & pecuniam mitti iampridem reuocabant.* Quæ Appianus Cyriacis ita Græcè transſcripſit: *Οὔτε μοι χρημάτων, οὔτε στρατιᾶς ἐπιπεμπομένης ὑπὸ* Καρχηδόνος: *Neque pecunia mihi à Cartaginienſibus ſubmiſſa, neque milite.* Quid ergo ſibi vult Silius lib. 11. poſt Cannenſem victoriam, & euolutos media Cartaginienſium curia anulorum modios?

*Inde alacres tribuunt, quæ belli poſceret vſus.*

Intellige decretum ſupplementum, aut paraſſe, quod tribuerent, non tribuiſſe. Ipſemet ſibi interpres Poëta ibidem:

*Non ſunt adiutas ductoris creſcere laudes.*

liuor factionis. Ne dubitemus ſuper eo ſenſu, facit Liuius lib. 23. loquens de hoc Cartaginienſium Senatuſconſulto: *Ceterùm hæc vt in ſecundis rebus ſegniter, otioſéque geſta ſunt.* Sanè capiendum quoq. Cornelii Nepotis teſtimonium de *exhauſtis patriæ facultatibus* ab Annibale: nam ipſe attriuit, acciditq. plurimum tam ingenti exercitu primùm & ducto, inſtructóq. reipubl. Punicæ ſumtu: tum Annibalis *ςρατηγοὶ* Haſdrubal Hanno, Mago nonnihil interdum impetrauere ſupplementi, vnde ſenſim carptæ Cartaginienſium opes. Liuius lib. 23. *Haſdrubali tamen multùm, ac diu obteſtanti IIII. M. peditum, & quingenti equites in ſupplementum miſſi ex Africa ſunt.* Ibidem: *Eôdem Hanno ex Bruttiis cum ſupplemento Cartagine aduecto, atq. elephantis venit.* Lib. 28. *Ad eam rem* [ vt exercitum in Italiam traiiceret, ſéq; Annibali iungeret ] *à Cartagine pecunia Magoni aduecta eſt.* Lib. 29. clamat ad Gallos, & Ligures Mago, *ipſi cernant mitti ſibi ab domo præſidia.* Verùm vt hæc gratiæ ſuorum potius tributa, quàm ſibi ſubmiſſa præſidia inſuper habet Annibal. Immo tandem adſero frumentum, pecuniam, militem Cartagine miſſa Annibali; ſed ad eum non peruenisse: nam Sardiniæ prætor naues in ſupplementum miſſas viginti merſit, ſexaginta cepit, reliquæ tempeſtatis vi Cartaginem ſunt redactæ, Appianus. Syracuſis tamen ſubuentauit Cartago iam cinctis. Liuius lib. 25. *Quam prope liberi ab Cartagine commeatus alerent,* de ciuitate Syracuſana, eaque tum Annibalis rem tuente.

FESSOSQ. SECVNDIS.] Fatiſcentes victoriis nimiùm crebris. Pulcrè Tacitus primo Hiſtor. *Secundæ res acrioribus ſtimulis animum explorant; quia miſeriæ tolerantur, felicitate corrumpimur.* Liuii lib. 45. vide ſis Orationem Pauli à triumpho.

ET IN NOSTRA SPES VLTIMA DEXTRA.] Polyb. lib. 14. de Annibale: Ὡς μιᾶς τῆς καταλελειμμένης ἐλπίδος τῆς ἐπ' ἐκείνῳ τῷ στρατηγῷ: *Vnica ſpe in illo duce relicta.*

CVM FERA, ET ABSCEDENS REDDIT MARE.] Oculis hominum ex impacato tranquillum.

*Sidonius viſus conuerterat vndiq. miles;*
*Ductor defixos Itala tellure tenebat*
*Intentus vultus, manantéſque ora rigabant*
*Per tacitum lacrymæ, & ſuſpiria crebra ciebat.*
*Haud ſecus ac patriam pulſus dulceíſq. penates*
*Linqueret, & triſtes exul traheretur in oras.*
*Vt verò affuſis puppes procedere ventis,*
*Et ſenſim cæpere procul ſubſidere montes,*
*Nulláq; iam Heſperia, & nuſquam iam Daunia tellus.*
*Hæc ſecum infrendens, mentíſne ego compos, & hoc nunc*
*Indignus reditu, qui memet finibus vnquam*
*Amorim Auſoniæ? flagraſſet ſubdita tedis*
*Cartago, & potius cecidiſſet nomen Eliſæ.*
*Quid tunc? ſat compos, qui non ardentia tela*
*A Cannis in templa tuli Tarpeia? Iouémque*
*Detraxi ſolio? ſparſiſſem incendia montes*
*Per ſeptem bello vacuos, gentíque ſuperbæ*
*Iliacum exitium, & proauorum fata dediſſem.*
*Cur porrò hæc angant, nunc nunc inuadere ferro*
*Quis prohibet? rurſúmque ad mœnia tendere greſſum?*
*Ibo, & caſtrorum relegens monumenta meorum*
*Qua via nota mihi eſt, remeabo Anienis ad vndas.*
*Flectite in Italiam proras, auertite claſſem,*
*Saxo vi vallata reuocetur Scipio Roma.*
*Talibus ardentem furiis Neptunus vt alto*
*Proſpexit, vetíque rates ad littora vidit*
*Quaſſans cæruleum genitor caput, æquora fundo*
*Eruit, & tumidum mouet vltra littora pontum.*
*Extemplo ventos, imbréſque, è rupe procellas*
*Concitat Aeolias, ac nubibus æthera condit.*
*Tum penitus telo molitus regna tridenti*

*Intima ab occaſu Tethyn impellit & ortu,*
*Ac totum Oceani turbat caput, æquora ſurgunt*
*Spumea & illiſu ſcopulus tremit omnis aquarum.*
*Primus ſe attollens Naſamonum ſedibus Auſter*
*Nudauit Syrtim correpta nubilus vnda.*
*Inſequitur ſublime ferens nigrantibus alis*
*Abruptum Boreas ponti latus, intonat ater*
*Diſcordi flatu, & partem rapit æquoris Eurus.*
*Hinc rupti reboare poli, atque hinc crebra micare*
*Fulmina, & in claſſem ruere impacabile cœlum.*
*Conſenſere ignes, nimbíque, & fluctus, & ira*
*Ventorum, noctémq; freto impoſuere tenebræ.*
*Ecce intorta Noto veniénſq. à rupe procella*
*Antennæ immugit, ſtridórque immite rudentum*
*Sibilat, ac ſimilem monti, nigrante profundo*
*Ductoris frangit ſuper ora trementia fluctum.*
*Exclamat voluens oculos cœlóq. fretóque:*
*Felix ô frater, diuíſque æquate cadendo*
*Haſdrubal, egregium fortis cui dextera in armis*
*Pugnanti peperit lethum, & cui fata dedere*
*Auſoniam extremo tellurem apprendere morſu.*
*At mihi Cannarum campis, vbi Paulus & illæ*
*Egregiæ occubuêre animæ, dimittere vitam*
*Non licitum, vel quum ferrem in Capitolia flammas*
*Tarpeii Iouis ad manes deſcendere telo.*
*Talia dum mœret diuerſis flatibus acta*
*In geminum ruit vnda latus, puppímque ſub atris*
*Aequoris aggeribus tenuit, ceu turbine merſam.*
*Mox nigris altæ pulſa exundantis arenæ*
*Vorticibus ratis, æthereas remeauit ad auras.*
*Et fluctus ſupra, vento librante, pependi.*
*At geminas Notus in ſcopulos, atque horrida ſaxa*
*Dura ſorte rapit (miſerandum & triſte) biremes.*
*Increpuere ictu proræ. tum murice acuto*
*Diſsiliens ſonuit rupta compage carina.*
*Hic varia ante oculos facies natat æquore toto*
*Arma inter, galeáſque virûm, criſtáſq. rubentes,*
*Florentis Capuæ & gaza, & ſepoſta triumpho*
*Laurens præda ducis, tripodes, menſæque Deorum,*

*Cultáq;*

*Cultáq; nequicquam miſeris ſimulacra Latinis.*

DVCTOR DEFIXOS ITALA TELLVRE TENEBAT INTENTVS VVLTVS.] Liuio non prætermiſſum lib. 30. *Reſpexiſſe ſæpe Italiæ litora, & Deos hominéſque accuſantem*, Annibalem.

HINC RVPTI REBOARE POLI.] Lucret. lib. 2.

*Nec citharis reboant laqueata, auratáq. templa.*

Adi Macrob. lib. 6. c. 4.

FELIX Ô FRATER, &c.] Imitamen primæ Aeneïdos:

*— ô terq. quaterq. beati*, &c.

CVLTAQ. NEQVIDQVAM MISERIS SIMVLACRA LATINIS.] Videndus D. Auguſt. lib. 1. de Ciuit. c. 3. Lactantius lib. 2. c. 3. Arnobius lib. 4.

*Quum Venus emoti facie conterrita ponti*
*Talibus alloquitur regem maris: hoc ſatis iræ*
*Interea genitor ſatis ad maiora minarum.*
*Cætera parce precor pelago, ne tollat acerba*
*Hoc Cartago decus, nullo ſuperabile bello*
*Progenuiſſe caput, noſtróſque in funera Pœni*
*Aeneadas, vndis totóque egiſſe profundo.*
*Sic Venus, & tumidi conſidunt gurgite fluctus,*
*Obuiáque aduerſis propellunt agmina caſtris.*
*Dux vetus armorum, ſcitúſque accendere corda*
*Laudibus, ignifero mentes furiabat in iram*
*Hortatu, decorisq. vrebat pectora flammis.*

INTEREA GENITOR.] Veneris Neptune: quòd illam mari ortam finxerunt Poëtæ. Aeneid. 5. Neptunus hæc:

*Fas omne eſt Cytherea meis te fidere regnis,*
*Vnde genus ducis.*

Venuſtè Ouidius de Venere:

*Illa dedit faciles auras, ventóſq. ſecundos:*
*In mare, nil mirum, ius habet orta mari.*

Hinc Ἀφροδίτη dicta. Ouid. 4. Faſtorum:

*Sed Veneris menſem Graio ſermone notatum*
*Auguror à ſpumis eſt Dea dicta maris.*
*Nec tibi ſit mirum Graco rem nomine dici:*
*Itala nam tellus Gracia maior erat.*

Hinc Ἀναδυομένη: *Emergens.* Epigr. lib. 2.

Τὴν Ἀναδυομένην ἀπὸ μητέρος ἄρτι θαλάσσης
Κύπριν. —
*Nunc ab aquis Cyprim genitricibus emergente.*

Plinio lib. 37. c. 10. *Anadyomene.* Hinc *Marinam* cognominat Horat. lib. 4. Oda 11. Oppianus lib. 2. ποντογένειαν: *Pontigenam.* Nonnus θαλασσογόνον:

*Mari natam.* Cui plura deſiderantur, legat Nonnum li. 1. & 4. Senecam Choro primo Hippolyti. Strabonem lib. 14. Ouid. 4. Metam. ibi:

*Spuma fui.* —

Plut. lib. 5. q. 10. *Οἶμαι δὲ καὶ τὴν Ἀφροδίτην ἁλιγενῆ τοὺς ποιητὰς προσαγορεύειν, καὶ μῦθον ἐπ' αὐτῇ πλαττόμενον ἐξενεγκεῖν, ὡς ἀπὸ θαλάττης ἐχούσης τὴν φύσιν εἰς τὸ τῶν ἁλῶν γόνιμον αἰνιττομένους. Ἀλλὰ καὶ ὅλως τοὺς πελαγικοὺς θεοὺς πολυτέκνους, καὶ πολυγόνους ἀποφαίνουσι: Venerem etiam à Poëtis pontigenam cognominari opinor, & fabulam de ipſa fictam interpretari, quòd è ſale orta ſit, inſinuantes vim quandam generandi ineſſe ſali. Certè vniuerſum marinis Diis multam prolem ac poſteritatem adſcribunt.*

CVI CONSVL IN ARMIS CRISPINVS CECIDIT.] Conſauciatum dumtaxat memorat Liuius lib. 27. ſed è vulneribus deceſſit. Plut. in Marcello: *Ἐτελεύτησε δὲ καὶ Κρισπῖνος ἐκ τῶν τραυμάτων, οὐ πολλὰς ἡμέρας ἐπιβιώσας: E vulneribus mortuus eſt Criſpinus, cùm dies non multos ſuperuixiſſet.*

*Tu mihi Flamminii portas rorantia cæſi*
*Ora ducis, noſco dextram, tu primus in ictus*
*Ingentis Pauli ruis, ac defigis in oſſa*
*Mucronem, tibi pugnacis geſtantur opimâ*
*Marcelli, Gracchúſq; cadens tibi proluit enſem.*
*Ecce manus, quæ te pulſantem belliger Appi*
*Mœnia ſublimis. Capuæ, de culmine muri*
*Excelſo fuſa moribundum propulit haſta.*
*Ecce aliud fulmen dextræ, quo nobile nomen*
*Fuluius, excepit non vnum pectore vulnus.*
*Huc prima te ſiſte acie, cui Conſul in armis*
*Criſpinus cecidit, me tu comitare per hoſtes*
*Qui nobis (memini) ad Cannas lætiſſimus ira*
*Seruili fers ora ducis ſuffixa veruto.*
*Cerno flagrantes oculos, vultúmq. timendum*
*Non ipſo minus enſe tuum, fortiſſime Pœnûm*
*O iuuenis, qualem vidi cum flumine ſæuo*
*Inſignis Trebiæ, complexum ingentibus vlnis*
*Merſiſti fundo luctantem vana Tribunum.*
*At tu qui gelidas Ticini primus ad vndas*
*Scipiadæ patris tinxiſti ſanguine ferrum,*
*Incepta exequere, & nati mihi redde cruorem.*
*Horreſcámne ipſos veniant ſi ad prælia diuos,*
*Quum ſteteris prope me? vidi certantia cælo*
*Quum iuga calcaſtis, ſummas volitare per Alpes.*
*Quum videam quorum ferro manibúſq. capaces*
*Arſere Argyripæ campi: num ſegnior ibis*

Nunc mihi, qui primus torques in mœnia telum
Dardana? nec noſtræ facilis concedere laudi?
Te vero te te extimulem, qui fulmina contra
Et nimbos, tonitrúſque, ac ſummi numinis iras
Cùm ſtarem, perferre ferox ac vana iubebas
Nubila, & ante ducem Capitolia celſa petebas?
Quid vos, queis claro deleta eſt Marte Saguntus
Exhorter, quos nobilitant primordia belli?
Vt méque, & vobis dignum, defendite quæſo
Præteritas dextra laudes, diuûm ipſe fauore,
Vincendóq; ſenex patriam poſt trina labantem
Luſtra, & non viſos tam longa ætate penates,
Ac natum, & fidæ iam pridem coniugis ora
Confiſus vobis repeto, non altera reſtat.
Iam Libye, nec Dardaniis pugna altera reſtat
Certatus nobis hodie dominum accipit orbis.
Annibal hæc: ſed non patiens remorantia verba
Auſonius miles quatiens dux cœperat ora
Soluere, ad effatus ſignum, pugnámq. petebat.
Hæc procul aëria ſpectantem nube ſororem
Vt vidit diuûm genitor, mœſtóſq; ſub acri
Obtutu vultus, ſic ore effatus amico eſt.
Qui te mentis edunt morſus? da noſcere coniux,
Nam Pœni caſus ducis, & Cartaginis angit
Cura tua, ſed enim reputa tecum ipſa furores
Sidonios, gentem contra & fatalia regna
Teucrorum, quis erit quæſo germana rebelli
Fractis fœderibus populo modus? ipſa malorum
Non plus Cartago tulit, exhauſitq; laboris,
Quàm pro Cadmæa tu exercita gente tuliſti.
Turbaſti maria, ac terras, iuuenémq. ferocem
Immiſti Latio, tremuerunt mœnia Romæ,
Pérque bis octonos primus fuit Annibal annos
Humani generis: tempus componere gentem,
Ad finem ventum, & claudenda eſt ianua belli.
Tum ſupplex Iuno, neque ego mutare laborans,
Queis eſt fixa dies, pendenti nube reſedi,
Nec reuocare acies, bellúmq. extendere quæro:
Quæ donare potes, quoniam mihi gratia languet,

*Et cecidit iam primus amor, nil fila ſororum*
*Aduerſus poſco. vertat terga Hannibal hoſti,*
*Vt placet, & cineres Latis Cartagine regnent.*
*Illud te gemini per mutua pignora amoris*
*Et ſoror & coniux oro tranare pericla*
*Magnanimum patiare ducem, vitaq. remittas.*
*Neue ſinas captum Auſonias perferre catenas.*
*Stent etiam contuſa malis mea mœnia, fracto*
*Nomine Sidonio, & noſtro ſeruentur honori,*
*Sic Iuno, & breuiter contra ſic Iuppiter orſus:*
*Do ſpatium muris (vt vis) Cartaginis altæ,*
*Stent lacrymis precibúſq. tuis, ſed percipe coniux;*
*Quatenus indulſiſſe vacet: non longa ſuperſunt*
*Fata vrbi, veniétq; pari ſub nomine ductor,*
*Qui nunc ſeruatas euertat funditus arces.*
*Aetherias quoq; (vti poſcis) trahat Annibal auras*
*Ereptus pugnæ, miſcere hic ſidera ponto,*
*Et terras implere volet redeuntibus armis.*
*Noui fœta viri belli præcordia: ſed lex*
*Muneris hæc eſto noſtri: Saturnia regna*
*Ne poſthac videat, repetat neue amplius vnquam*
*Auſoniam: nunc inſtanti raptum auehe letho,*
*Ne ſi miſcebit latis fera prælia campis,*
*Romulei nequeas iuuenis ſubducere dextræ.*
*Dum ſtatuit fata omnipotens vrbiq; duciq;,*
*Inuadunt acies pugnam, & clamore laceſſunt*
*Sidera. Non alio grauiores tempore vidit*

TV MIHI FLAMINII PORTAS RORANTIA CÆSI ORA DVCIS.] Non ſatis ſui memor videtur Silius, qui libro quinto exeunte ignoratum cecinit cadauer Flaminii, tantum abeſt, vt capite truncatum enotuerit:

*— pariter tunc vndiq; fuſis*
*Obruitur telis nimbóque ruente per auras*
*Contectus, nulli dextra iactare reliquit*
*Flaminium cecidiſſe ſua.*

Liuius lib. 23. à Ducario (ſic ibi reponendum è lib. 4. Silii) Inſubrium duce lancea confixum, cùm ſcripſiſſet, adiecit: *Spoliare cupientem triarii obiectis clypeis arruere.* Ni adiecisset, non abhorrent iſta à diritate Gallorum:

*— portas rorantia cæſi*
*Ora ducis.*

Obrutum præterea aceruo cæſorum Flaminium autor eſt Plut. in Mar-

cello, & Polybius lib.3.inſinuat, dum Celtarum plures in Flaminium impreſſionem feciſſe commeminit. Val. Max. li.1.c.6. *Conſulis obtruncati corpus ad funerandum ab Annibale quæſitum eſt*, verbum nec amplius addit, quod huic loco faciat. Nihilominus plurimi potuere, præſertim cùm ad inſaniam gloriarum amans ſit miles, Flaminium *iactare dextra cecidiſſe ſua*, etſi non abſque tergiuerſatione: Annibal autem eo dicto omnes iſtos iactanticulos milites animare potuit, itaque eius ex ore audiri voluit exactiſſimus verborum, ac ſententiarum Poëta.

FACILIS CONCEDERE LAVDI. ] Alius codex: *Docilis.*

VANA IVBEBAS NVBILA. ] Senſus quidem ex his extorqueri, aut exſculpi poteſt: malim tamen: *Docebas.* vt laudem ſibi debitam, datámque à Poëta Annibal vertat in militem. Silius de Annibale lib.12.

*Siſtebat ſocios, cæcúmque è nubibus ignem,*
*Murmuráque à ventis miſceri vana docebat.*

QVATIENS DVX COEPERAT ORA SOLVERE. ] Rudi manu cùm inaratum fuiſſet *Quotiens*: ſciolus fœdiùs deformauit locum τῷ *Quatiens*, cùm ſubſtituendum fuerit *Quoties.*

IAM LIBYE. ] Stephanus *Libyam à Liby*, Seruius, aliíque.

SIGNVM, PVGNAMQVE PETEBAT. ] Id vide lib. 4. ibi: *Signúmque furoris.*

NON ALTERA RESTAT. ] Quòd ab ea plaga *libs* flat. Varro quaſi λιβύουσα τῷ ὕειν. Certè inibi cœlo, terráque penuria aquarum teſte Salluſtii, omníque hiſtoria Iſocrates à matre Buſiridis: Ὃς πατρὸς μὲν ἦν Ποσειδῶνος, μητρὸς ἢ Λιβύης τ' Ἐπάφου τοῦ Διὸς, φασὶ πρώτην γυναῖκα βασιλεύσασαν ὁμώνυμον αὐτῇ τὴν χώραν καταστῆσαι.

CINERES LATII CARTAGINE REGNENT. ] *Cineres Troiæ* legit Marſus, Romanos explicans, qui ex incenſæ Troiæ reliquiis progeniti. *Latij* malo ego cogitans Scipionum duorum cineres, in quorum vltionem armis accinctus Africanus eam oram debellauit, & regnare potuit, ſi fata tuliſſent: certè eius virtute Africæ domina Roma facta eſt.

*Aut populos tellus, aut qui paria arma mouerent*
*Maiores certare duces, diſcriminis alta*
*In medio merces, quicquid tegit vndique cælum:*
*Ibat Agenoreus præfulgens ductor in oſtro,*
*Excelsúmque caput penna nutante leuabat*
*Criſta rubens, ſæuus magno de nomine terror*
*Præcedit, latióque micat bene cognitus enſis.*
*At contrà ardenti radiabat Scipio cocco*
*Terribilem oſtentans clypeum, quo patris & vnà*
*Cælarat patrui ſpirantes prælia dira*
*Effigies, flammam ingentem frons alta vomebat.*
*Sub tanta cunctis vi telorúmque virúmque*

*In ducibus ſtabat ſpes & victoria ſolis.*
*Quinetiam ſubigit fauor vt plerunque metúsve,*
*Scipio ſi Libycis eſſet generatus in oris*
*Sceptra ad Agenoreos eſſent ventura nepotes.*
*Annibal Auſonia genitus ſi ſede fuiſſet,*
*Haud dubitant terras Itala in ditione futuras,*
*Contremuere auræ, rapido vibrantibus haſtis*
*Turbine, & horrificam traxere per æthera nubem.*
*Inde enſis, propiórque acies, & comminus ora*
*Admota, ac dira flagrantia lumina flamma.*
*Sternitur in medium contemptrix turba pericli,*
*Quæ primum ſe præcipitem tulit obuia telis,*
*Gentilibúsque bibit tellus inuiſa cruorem.*
*Feruidus ingenij Maſaniſſa, & feruidus æui*
*In primas Macedûm turmas, immania membra*
*Infert, & iaculo circumuolat alite campum.*

DISCRIMINIS ALTA IN MEDIO MERCES, QVIDQVID TEGIT VNDIQVE COELVM. ] Gell. lib. 10. cap. 27. *In libris veteribus memoria exſtat, quòd par fuit quondam vigor, & acritudo, amplitudóque P. R. atque Pœni: neque immerito exiſtimatum. Nam cum alijs quidem populis de vniuſcuiuſque republica, cum Pœnis autem de omnium terrarum imperio decertatum eſt.*

GENTILEMQVE BIBIT TELLVS INVISA CRVOREM. ] Afri diu abfuerunt domo, diu ipſis patria *tellus inuiſa* fuerat, reducuntur, cæduntur, eorúmque bibit *tellus inuiſa cruorem*. Similiter Ouid. 4. Triſt. Eleg. 2. Germanis ipſa in Germania cæſis:

*Decolor ipſe ſuo ſanguine Rhenus erat.*

Quod hîc *ſuus ſanguis*, idem ibi *gentilis cruor*. Quorſum igitur inuito Silio moliuntur *Inuita* reſcribere? Tellúsne ſuæ ſpontis eſt, hoc vt recuſet.

FERVIDVS INGENII MASANISSA, ET FERVIDVS ÆVI. ] Ὡς ὀρθογραφητέον hoc regis nomen, conſule Turneb. lib. 30. c. 37. noríſque ſimul Poëtarum imperio plerumque ſeruire Orthographiam.

*Cærulus haud aliter cùm dimicat incola Thules,*
*Agmina falcifero circumuenit arcta couino*
*Grata phalanx patrio denſarat more cateruas,*
*Innixíſque aſtat nulli penetrabilis haſtis.*
*Immemor has pacti poſt fœdus in arma Philippus*
*Miſerat, & quaſſam refouebat Agenoris vrbem.*
*Rareſcit multo laxatus vulnere miles,*
*Atque aperit patulas proſtrato corpore late*

*Inter tela vias, irrumpit mole ruinæ*
*Auſonius globus, & periuria Graia reſignat.*
*Archemorum Rutulus, Teucrum Norbanus, & ambos*
*Mantua labenti genitrix dimiſerat auo.*
*Obtruncat Samium bellacis dextra Caleni.*
*At Clytium Selius, Pellæum & vana tumentem*
*Ad nomen patriæ Clytium, ſed gloria Pellæ*
*Haud valuit miſero defendere Daunia tela.*

INCOLA THVLES AGMINA FALCIFERO CIRCVMVENIT ARCTA COVINO. ] *Couinus* currus falcati genus. Vide Martialem li.12. Epiſt.24. Vocabulum eſt à *Couo* ductum. Varro lib.4. de L. L. *Sub iugo medio Couum, quod burra extrema addita appellatur Couum quaſi Cauum.* Feſtus: *Cohum coriũ, quo temo burris cum iugo colligatur, à cohibendo dictum. Incola Thules* Britannus eſt, qui à Gallis *Couinariis* didicit. Pomponius Mela li,3.c.6. de Britannis: *Dimicant non equitatu modò, aut pedite: verùm & bigis, & currib. Gallicè armati; Couinos vocant, quorum falcatis axib. vtuntur.* Huc reſpexiſſe videri poteſt Propertius lib.4.Eleg.3.

*— pictóque Britannia curru.*

Immo à Gallorum fortiſſimis Britanni didicere, hoc eſt, à Belgis. Lucan.lib.1.

*Et docilis rector monſtrati Belga couini.*

Hinc Strabonem explico lib. 4. vbi de Britannis: Πρὸς δὲ τοὺς πολέμους ἀπήναις χρῶνται τὸ πλέον, καθάπερ καὶ τῶν Κελτῶν ἔνιοι. *In bello vtuntur curribus, ſicut & Celtarum nonnulli.* Illi enim Celtę Belgæ ſunt, illi currus couini. Et ad Varronem ſocio Strab. l.8. qui *Caua* κώους Græcè dici nos docet: Ἔνιοι δὲ κώους μᾶλλον τὰ τοιαῦτα κοιλώματα λέγεσθαί φασιν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ φηρσὶν ὀρεσκώοις. *Coos nonnulli talia caua dici autumant vnde illud Homeri,*

Φηρσὶν ὀρεσκώοις.

*feris in cauis montium.*

GRAIA PHALANX PATRIO DENSARAT MORE CATERVAS. ] Curt. li.3. *Sed Macedonum acies torua ſanè, & inculta clypeis, haſtiſque immobiles (adſtat Sil.) cuneos, & conferta robora virorum tegit. Ipſi Phalangem vocant peditum ſtabile agmen, vir viro, armis arma conſerta ſunt.* Liuius lib.8. Vegetius lib.2.c.2. à quo diſſentit Curtius in vſu Phalangis, & in militum numero. Polyb.li. 5. Οὔσης τῆς μὲν φάλαγγος εἰς δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους, *Cùm ſit phalanx viginti quinque millium*, eodémque libro compingit in Phalangem ſupra viginti hominum millia: Vegetius octo duntaxat. Videndus vbertim de Phalange Polybius lib. 12. exeunte, & lib. 17 medio, ac militiæ Romanæ Scriptores.

INNIXISQVE ADSTAT NVLLI PENETRABILIS HASTIS. ] Malè tres codices. Scribendum: *Innexiſque.*

SED GLORIA PELLÆ. ] Quæ magnanimum Alexandrum progenuerat, & à quo nobilitata.

*Saenior his Latios vaſtabat Brutia ſigna*
*Laelius increpitans: Adeóne Oenotria tellus*
*Deteſtanda fuit, quam per maria aſpera, pérque*
*Inſanos Tyrio fugeretis remige fluctus?*
*Sed fugiſſe ſatis fuerit: Latióne cruore*
*Inſuper externas petitis perfundere terras?*
*Hæc dicens, Silarum meditantem in prælia, telo*
*Præuenit, haſta volans imo ſub gutture ſedit,*
*Et vitæ vocíſq; vias ſimul incita clauſit.*
*Vergilio Caudinus, acerbo Sarris Amano*
*Sternitur, accendunt iras, vultúſque virorum*
*Armorúmque habitus noti, & vox conſona linguæ.*
*Quos vbi nutantes conſpexit Amilcare cretus*
*Terga fugæ, ſtate ac noſtram ne prodite gentem,*
*Vociferans ſubit, & conuertit prælia dextra.*
*Qualis in æſtiferis Garamantum fœta veneno*
*Attollit campis feruenti paſtus arena*
*Colla Parethonius ſerpens, latéque per auras*
*Vndantem torquet perfundens nubila tabem*
*Continuo infeſta portantem cuſpide vulnus*
*Impedit anteuolans Herium, cui nobile nomen*
*Marrucina domus, clarúmque Theate ferebat.*
*Atque illi magnum nitenti, & laudibus hoſtis*
*Arrecto, capuli ad finem manus incita fodit,*
*Quærebátque miſer morienti lumine fratrem,*
*Cùm iuuenis ſubit, & letho ſtimulatus acerbo*
*Pleminius ſæuum mucronem ante ora coruſcat,*
*Ac fratrem magno minitans clamore repoſcit.*
*Huic proles Barcæ: germanum reddere vero*
*Si placet, haud renuo, maneant modò fœdera noſtra*
*Haſdrubalem reuocare vmbris: egóne aſpera ponam*
*Vnquam in Romanos odia? aut manſueſcere corda*
*Noſtra ſinam? parcámque viro, quem terra crearit*
*Itala? tum manes inimica ſede repellat*
*Aeterna, ſocióque abigat me frater Auerno.*
*Sic ait, & clypei propulſum pondere toto*
*Lubrica qua tellus lapſantis ſanguine fratris*
*Fallebat nixus, proſternit, & occupat enſe.*
*Extendit labens palmas, Heriúmque iacentem*

*Amplexus, iuncta leniuit morte dolorem.*
*Tum Libys inuadit mixtæ certamina turba,*
*Conuertitque ruens per longum hoſtilia terga:*

SÆVIOR HIS LATIOS VASTABAT BRVTTIA SIGNA LÆLIVS INCREPITANS. ] Prauo iudicio hæc alii detorquent in alium ſenſum, ſcribúntque *latè*. Ante ſtrati Tyrii:

*Gentilémque bibit tellus inuiſa cruorem.*

Macedones deiecti, eorum phalange rupta à Maſaniſſa, & proculcata. Quid nunc? Latini perfidi inuaduntur à Lælio, ideoque *Sæuior* dicitur, quia patriæ artus amputat. Lecta purè Lælii increpatione, quiuis à me erit.

MEDITANTEM PROELIA TELO. ] Hoc eſt, *Exercentem*. Plautus Sticho: *Simul ad curſuram meditabor me ad ludos Olympia*. Iuuenalis:

*Fuſcus marmorea meditatus prælia villa.*

ARMORVMQVE HABITVS NOTI, ET VOX CONSONA LINGVÆ. ] Bruttiorum, Candinorum, Sarraſtium, qui prædictis ſingulorum nominibus indicantur, Iis autem non ſonus vnus: ipſi etiam Bruttii bilingues. Sextus Pompeius: *Bilingues Brutates Ennius dixit, quòd Bruttij & Oſcè, & Græcè loqui ſoliti ſint: ſunt autem Italiæ populi vicini Lucanis*. Vide Polyb. lib. 14. qui allegat Homerum ex Iliade 5.

Οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος, οὐδ᾽ ἴα γῆρυς.
*Non vox cunctorum fuit vna, nec vnus, & idem*
*Sermo.*

QVOS VBI MVTANTES TERGA FVGÆ. ] Ita libri Notius: *Nudantes*, vel *Mandantes terga fugæ*. Nec alterum intereadum pello.

IMPEDIT ANTEVOLANS HERIVM. ] Alius codex *Heriam*. Plin. li. 9. c. 55. celebrat *Hirium*, qui murenarũ viuarium excogitauit. Si huc reſpexit Sil. ſcribẽdũ erit *Hiriũ*, non *Heriũ*, nõ *Heriã*: etſi Heriã alius etiã autor exibeat.

*Vt cum fulminibus permixta tonitrua mundum*
*Terrificant, ſummique labat domus alta parentis,*
*Omne hominum in terris trepidat genus, ipſáque oborta*
*Lux atrox micat, & præſens aſtare viritim*
*Creditur intento perculſis Iuppiter igne.*
*Parte alia, ceu ſola forent diſcrimina campo*
*Quà miſcebat agens truculentus Scipio Martem,*
*Aſpera pugna nouas varia ſub imagine lethi*
*Dat formas: hic enſe iacet proſtratus adacto,*
*Hic ſaxo perfracta gemit lacrymabilis oſſa,*
*Atque hos (turpe) pauor fuſos deiecit in ora,*
*Horum aduerſa dedit Gradiuo pectora virtus;*
*Ipſe ſuper ſtrages ductor Rheteius inſtat.*
*Qualis apud gelidum currus quatit altior Hebrum,*
*Et Geticas ſoluit feruenti ſanguine Manors*

*Latus cade niues, glaciémque Aquilonibus auctam*
*Perrumpit ſtrident ſub pondere belliger axis,*
*Iámque ardore truci luſtrans, fortiſſima quæque*
*Nomina obit ferro, claris ſpectata per orbem*
*Stragibus occumbit late inter tela iuuentus.*
*Qui muros rapuere tuos, miſeráſque nefandi*
*Principium belli, fecere Saguntbe ruinas.*
*Qui ſacros Thraſimene lacus, Phaëthontia quíque*
*Polluerant tabo ſtagna, ac fiducia tanta*
*Quos tulit, vt Superûm regi ſoliúmque domóſque*
*Irent direptum, mactantur comminus vno*
*Exitio, reddúntque animas, temerata ferebant*
*Qui ſecreta Deûm, & primo preſſere negatas*
*Greſſibus humanis alpes. formidinis huius*
*Plena acies, propere retro exanimata ruebat.*
*Haud ſecus, ac tectis vrbis Vulcania peſtis*
*Quum ſeſe infudit, rapidúſque incendia flatus*
*Ventilat, & volucres ſpargit per nubila flammas.*
*Attonitum erumpit ſubita formidine vulgus,*
*Latéque vt capta paſſim trepidatur in vrbe.*
*Verum vbi cunctari tædet diſperſa virorum*
*Prælia ſectantem, & leuiori Marte teneri,*
*Omnes, in cauſam belli autorémque malorum*
*Vertere iam vires tandem placet, Annibal vnus*
*Dum reſtet, non ſi muris Cartaginis ignis*
*Subdatur, cæſíque cadant exercitus omnes,*
*Profectum eſt Latio: contrà ſi concidat vnus*
*Nequicquam fore Agenoreis cuncta arma, viróſque.*
*Illum igitur luſtrans circunfert lumina campo,*
*Rimatúrque ducem, iuuat in certamina ſumma*
*Ferre gradum, cuperétque viro concurrere tota*
*Spectante Auſonia. celſus clamore feroci*
*Prouocat increpitans hoſtem, & noua prælia poſcit.*

VT CVM FVLMINIB. PERMISTA TONITRVA MVNDVM TERRIFICANT. ] Grauiſſimè. Q. Calaber:

Ὁππότε συννεφὲς ἦμαρ ἐπ' ἀνθρώποισι τανύσσῃ
Ζεὺς κλονέων μέγα χεῖμα, σελαγίζονται δὲ τε πάντῃ
Βρονταί θ' ὁμῶς στεροπῇσιν ἄδην νεφέων συνιόντων.
*Iupiter vt quando obtendit mortalib. atra*
*Nube diem, tempeſtatem molitus acerbam.*

*Fulminaque & tonitrus reboant ſub nubis aquoſa*
*Conuentu, fluctúque graui.*

OMNE HOMINVM IN TERRIS TREPIDAT GENVS. ] Horat.

*Iam ſatis terris niuis, atque diræ*
*Grandinis miſit Pater, & rubente*
*Dextera ſacras iaculatus arces,*
*Terruit vrbem.*

PRÆSENS ADSTARE VIRITIM CREDITVR INTENTO PERCVLSIS IVPITER IGNE. ] Salluſt.1.Hiſt. *Videmini intenta mala quaſi fulmen, optare ſe quiſque ne attingat: ſed prohibere ne conari quidem.*

PRESSERE NEGATAS. ] Libri quidam: *Reſeraſſe.* haut placet.

CÆSIQVE CADANT EXERCITVS OMNES. ] Labefecit hoc carmen vana formido, & inſcientia. Scribe, vti debuit:

— *cæſique cadant exercitûs omnis.*

Liuius libro 30. auſus eſt illud, nec temere: *Et ita pars maior autores ſunt.* Quid vates?

*Quas poſtquam audiuit voces conterrita Iuno,*
*Ne Libyci ducis impauidas ferrentur ad aures,*
*Effigiem informat Latiam, properéque coruſcis*
*Attollit criſtis, addit clypeúmque iubáſque*
*Romulei ducis, atque humeris imponit honorem*
*Fulgentis ſaguli, dat greſſus habitúſque cientis*
*Prælia, & audaces addit ſine corpore motus.*
*Tum par effigies fallacis, imagine vana*
*Cornipedis moderanda, cito per deuia paſſu*
*Belligeræ datur ad ſpeciem certaminis vmbræ.*
*Sic Pœni ducis ante oculos exultat, & vltro*
*Scipio Iunoni ſimulatus tela coruſcat.*
*Ac viſo lætus rectore ante ora Latino,*
*Et tandem propius ſperans ingentia Pœnus,*
*Quadrupedi citus imponit velocia membra,*
*Et iacit aduerſam properati turbinis haſtam.*
*Dat terga, & campo fugiens volat ales imago,*
*Tranſmittítque acies: tum verò vt victor, & alti*
*Iam compos voti, ferrata calce cruentat*
*Cornipedem, & largas Pœnus quatit aſper habenas.*
*Quò fugis oblitus noſtris te cedere regnis?*
*Nulla tibi Libyca latebra eſt ô Scipio terra.*
*Hæc ait, & ſtricto ſequitur mucrone volantem,*
*Donec longinquo fruſtratum duxit in arua*
*Diuerſa, ſpatio procul à certamine pugnæ.*

*Tum fallax ſubito ſimulachrum in nubila ceſsit.*
*Fulmineus ductor, quis nam ſe lumine cæco*
*Compoſuit nobis, inquit, Deus? aut latet idem*
*Cur monſtro? tantúmne obſtat mea gloria diuis?*
*Sed non auelles vnquam quicunque ſecundus*
*Cælicolum ſtas Auſoniæ, non artibus hoſtem*
*Eripies verum nobis frena inde citatis*
*Conuertit furibundus equis, campúmque petebat,*
*Quum ſubitò occulto peſtis collapſa tremore*
*Cornipedis moles ruit, atque afflauit anhelo*
*Pectore, Iunonis curis in nubila vitam.*
*Tum verò impatiens, veſtra eſt hæc altera, veſtra*
*Fraus, inquit, Superi, non fallitis, æquore merſum*
*Texiſſent ſcopuli, pelagúsque hauſiſſet, & vnda.*
*Anne huic ſeruabar letho? mea ſigna ſequuti*
*Queis pugnæ auſpicium dedimus, cæduntur, & abſens*
*Accipio gemitus, vocéſque & verba vocantum*
*Annibalem. quis noſtra ſatis delicta piabit*
*Tartareus torrens? ſimul hæc fundebat, & vnà*
*Spectabat dextram, ac lethi feruebat amore.*
*Tum Iuno miſerata virum, paſtoris in ora*
*Vertitur, ac ſyluis ſubito procedit opacis,*
*Atque his alloquitur verſantem ingloria fata,*
*Quænam te ſiluis accedere cauſa ſubegit*
*Armatum noſtris? num dura ad prælia tendis*
*Magnus vbi Auſoniæ reliquos domat Annibal armis?*
*Si velox gaudes ire, & compendia grata*
*Sunt tibi, vicino in medios te tramite ducam.*
*Annuit, atque onerat promiſsis pectora largis*
*Paſtoris, patréſque docet Carthaginis alta*
*Magna repenſuros, nec ſe leuiora daturum.*
*Præcipitem, & vaſto ſuperantem proxima ſaltu*
*Circumagit Iuno, & fallens regione viarum*
*Non gratam inuito ſeruat celata ſalutem.*
*Interea Cadmæa manus deſerta, pauénsque,*
*Non vllum Annibalem, nuſquam certamina cernit.*
*Sæui nota ducis, pars ferro occumbere credunt,*
*Pars damnaſſe aciem, & Superis ceſsiſſe ſiniſtris.*
*Ingruit Auſonius, verſóſque agit æquore toto.*

*Rector, iámq. ipſæ trepidant Cartaginis arces.*
*Impletur terrore vago cuncta Africa pulſis*
*Agminibus, volucríque fuga ſine Marte ruentes*
*Tendunt attonitos extrema ad littora curſus,*
*Ac Tarteſſiacas profugi ſparguntur in oras.*
*Pars Batti petiere domos, pars flumina Lagi.*

EFFIGIEM INFORMAT LATIAM.] Lecta Aeneis duodecima aperiet, quid interſit, quidue conueniat Silio cum Marone in conſimili reperto.

DAT GRESSVS, HABITVSQ. CIENTIS PROELIA.] Quis non videt ſcribendum *Greſſum?* fortè & *Habitum.* certè ſuauiùs. Cuncti tamen codices numerum plurium præferunt.

NON GRATAM INVITO SERVAT CELATA SALVTEM.] Compar illud Horatii in Arte: *Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti.*
Seneca fuſiùs, fortiúſque in Thebaïde:

*— qui cogit mori*
*Nolentem, in æquo eſt, quiq. properantem impedit.*
*Occidere eſt, vetare cupientem mori.*
*Nec tamen in æquo eſt, alterúmq. grauius reor.*
*Malo imperari, quàm eripi mortem mihi.*

QVÆNAM TE SYLVIS ACCEDERE CAVSA COEGIT.) Suetum Silio dicendi genus lib. 13.

*— ſummis adſcendunt mænibus, haſtæ.*

Fruſtra ſolicitatur hic locus ſuffecto *Succedere.* Quid quod Silius lib. 10. ſcripſerit:

*Quam reſtare viro labem, qui accedere portis*
*Audeat.*

De Varrone Romam reduce. Libróque 13.

*— dociliſque accedere menſis.*

Luc. lib. 8.

*Cogit inoffenſa currus accedere meta?*

INTEREA CADMEA MANVS DESERTA.] Omnes vitiati codices, qui diphthongo ſcribunt: *Cadmæa.* Paſſis κακοχαφία in illo Horatii: *Iule ceratis ope Dædalæa.* Catulli:

*Mæſtius lacrymis Simonideis.*

Ouid. 5. Faſt.

*Et tot Iulææ nobilitatis auos.*

Lucretii *Cygnæa mele*: paſſim in Caducæum, & Conopæum. Omnia námque talia Latinè ſcribentibus ſimplice vocali contenta ſunt. Nec impeditur quantitas: nam ει Græcorum aut I longo Latinorum penſatur, vt: *Baſilius, Orius, Darius, Epius, Heraclius*: aut E lõgo, vt: *Cytherea, Aeneas, Medea,* Epeus *chorea, platea.* Quæ ſi corripientur, licentiùs à Poëtis fit, cum æmuli Græcorum morem vocalem alteram expungunt, non totam diphthongum in vnam vocalem longam ęqua proportione vertunt: quo more Propertius, & Horatius in Epodis *Conopeum* vocali breuiore extulerunt. Vir.

*Cyclopea ſaxa*, Prud.lib.1.contra Sym.

> *Nec maris erubuit Nemea ſub pelle fouere*
> *Concubitus* Νέμειος.

Sed & alia productionis cauſa in quibuſdam talibus, quòd Aeoles, & Ionum veterrimi ſcriptitauerint ἰλθῶ, Κυθήνα, ἀηδὼν, pro his, ἰλθεῖν, Κυθήρεια, ἀειδών: ex quibus proximè Latini dixerunt Cytheréa, & Aédon extra biuocalem. Aeolum verò veſtigiis propiùs inhæſiſſe, quàm aliorum Græcorum priſcos Latinos autor eſt Dionyſius Halicarnaſſ. Quod ſi fluant è nominibus ſecundi flexus, Græcorum diphthongo ſcribentur, vt *Lycambæo* ſanguine, *Dictæa* arua, *Circæa* iuga, *Actæa* oris: transformata námque ſunt ex Grçca biuocali αι, non ex ει.

*Sic vbi vi cœca tandem deuictus ad aſtra*
*Euomuit paſtos per ſecula Veſbius ignes,*
*Et pelago & terris fuſa eſt Vulcania peſtis,*
*Videre Eoi monſtrum admirabile Seres,*
*Lanigeros cinere Auſonio caneſcere lucos.*
*At feſſum tumulo tandem regina propinquo*
*Siſtit Iuno ducem, facies vnde omnis, & atræ*
*Apparent admota oculis veſtigia pugnæ.*
*Qualem Gargani campum, Trebiæq. paludem*
*Et Tyrrhena vada, & Phaëthontis viderat amnem*
*Strage virûm vndantem, talis (miſerabile viſu)*
*Proſtratis facies aperitur dira maniplis.*
*Tum ſuperas Iuno ſedes turbata reuiſit.*
*Iámque propinquabant hoſtes, tumulóque ſubibant,*
*Cùm ſecum Pœnus: cælum licet omne ſoluta*
*In caput hoc compage ruat, terræque dehiſcant,*
*Non vllo Cannas abolebis Iuppiter æuo.*
*Decedéſque prius regnis, quàm nomina gentes*
*Aut facta Hannibalis ſileant, nec deinde relinquo*
*Securam te Roma mei, patriæq. ſuperſtes*
*Ad ſpes armorum viuam tibi nam modo pugna*
*Præcellis, reſident hoſtes: mihi ſátque ſupérque*
*Vt me Dardaniæ matres, atque Itala tellus*
*Dum viuam, exſpectent, nec pacem pectore norint.*
*Sic rapitur paucis fugientum mixtus, & altos*
*Inde petit retro montes, tutáſque latebras.*

VESBIVS IGNES.] Siue mons Veſuuius, de quo in lib.12.ibi:

> *Monſtrantur Veſeua iuga.*

VIDERE EOI MONSTRVM ADMIRABILE SERES.] Veſuuii montis ci-

neres ſuis lucis afflari. Reciproco curſu fertur prodigium, [illegible] tiſſima Libyæ ſolitudine arma, & ancilia Romam p[illegible] l.9. quem integrè vocamus in partes Commentario ad l.9. A[illegible] loqui Silium putemus, Cteſias in Indicis inſinuat abuſque Aetn[illegible] Indiam tranſuehi, apud Photium: Πιϛῶσαι τὰ περὶ τὸ Ηλιῳ ψυχόμενος, ὡς ἐν λέ. ἡμέραις ἐν Ινδίᾳ ψύχει, λέγει δὲ καὶ τὸ πῦρ ἐκ τῆς Αἴτνης ῥέειν τὸν μέσον χῶρον, ὅτε δικαίων ἀνδρῶν ὄντα οὐ φθείρει, φθεῖρον τὰ ἄλλα: *Volens hiſtorias de ſo'e firmare, quòd quinque ac viginti dies in India cœlum ſit altius, adſirmat quoq. Aetnaa incendia Indiam vſque peruehi, & ſpatia media, quæ iuſti viri incolunt, non lædere, catera corrumpere.*

*Hic finis bello. reſerantur protinus arces*
*Auſonio iam ſponte duci, iura improba ademta,*
*Armáque & inciſæ leges, opibúſque ſuperbis*
*Vis fracta, & poſuit geſtatas belua turres.*
*Excelſæ tum ſæua rates ſpectacula Pœnis*
*Flammiferam accepere facem, ſubitáq. procella*
*Arſerunt maria, atque expauit lumina Nereus.*
*Manſuri compos decoris per ſecula rector,*
*Deuictæ referens primus cognomina terræ,*
*Securus ſceptri repetit per cærula Romam,*
*Et patria inuehitur ſublimi tecta triumpho.*

IVRA IMPROBA ADEMTA.] Licentia quiduis agendi per nefas, quo veluti iure, ſed improbo, graſſati hactenus Cartaginienſes. Non autem vera *iura*, ſeu *αὐτονομία ademta*. Scribit enim Polybius lib. 15. illis permiſſum ἔθεσι καὶ νόμοις χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις ἀφρουρήτους ὄντας: *Moribus propriis, legibúſque viuere abſque præſidio.* Liuius etiam lib 30. primam ineundæ pacis legem ponit: *Vt liberi legibus ſuis viuerent.* Item *iura improba ademta* repetitione rerum ablatarum vel vltima abuſque Italia, Appianus Libycis.

ARMAQVE.] Ademta. Scio, quod priùs enotaui, quantum armorum Cartaginienſibus ablatum ſit tertio finito bello Punico, docuerat Strabo lib.17. Verùm quid armorum hoc peracto bello victi Romanis tradiderint, tacent Liuius lib. 30. Appian. Libyc. Polyb. lib. 14. cum cætera pacis capita publicant. Fôrs *Aruáq.* reponi queat ex illo Liuii: *Quas vrbes, quóſque agros, quibuſque finibus tenuiſſent, tenerent.* Quidquid ergo per id bellum ſoli culti, incultiue occupaſſent, cederent. Eam mutationem quantumuis plauſibilem amplectantur alii: nam cum Silio ὁμοφωνεῖ, καὶ ὁμονοεῖ Liuius lib.30. verbis Annibalis: *Tunc fleſſe decuit, cùm ademta vobis arma.*

ET INCISÆ LEGES.] Pacis. Leges fœderum, pacis conuentorum de more tabulis, aut columnis è ligno, lapide, ære incidebantur. Cicero Or. pro Cornel. Balbo: *Cum Latinis omnibus fœdum illum Sp. Caßio, Poſthumio Cominio Coſſ. quis ignorat? quandoquidem nuper in columna anea meminimus poſt roſtra inciſum, & perſcriptum fuiſſe?* Liuius eadem nonnulla variantia li. 2. De ære teſtatur & Demoſthenes tertia in Philippum, & Dionyſius li.

10.de legib. Decemuirorum. In ſaxum inciſa conuenta memorat Iſo-ſocrates in Panegyrico: Καὶ ταύτας (συνθήκας) ἠνάγκασαν ἡμᾶς ἐν στήλαις λιθίναις ἀναγράψαντας ἐν τοῖς κοινοῖς τῶν ἱερῶν ἀναθεῖναι, πολὺ κάλλιον τρόπαιον τῶν ἐν ταῖς μάχαις γενομένων: *Et hæc pacta coëgit nos columnis è ligno inſcripta in publicis templis ponere, ſpecioſius multò tropæum, quàm quòd bello paritur.* Ligno quoque primitus inaratas leges docet Dionyſ.lib.2. Antiq.Rom. Χάλκεαι γὰρ στῆλαι οὔπω τότε ἦσαν, ἀλλ' ἐν δρυΐναις ἐχαράττοντο σανίσιν οἵ τε νόμοι, καὶ αἱ περὶ τῶν ἱερῶν ἀναγραφαί: *Nondum tunc Romanis in vſu erant columnæ, verùm in querneis tabulis & leges inſcribebantur, & decreta de ſacris.* Tunc, Anci Marcii æuo. *Tunc*, inquam, nondum:

— *verba minantia ſaxo*
*Aere ligabantur.* — Metam. lib.1.

Ex hoc more Cartaginienſium cum Romanis conuenta Polybius ἐγγεγραμμένας ὁμολογίας appellat.

OPIBVSQ. SVPERBIS VIS FRACTA.] *Fracta* illa vectigali impoſito. Polyb. lib.14. Ἐξενεγκεῖν ἀργυρίου τάλαντα μύρια Καρχηδονίους ἐν ἔτεσι πεντήκοντα, φέροντας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν Εὐβοϊκὰ τάλαντα διακόσια: Hiſtorica Liuii interpretatio hæc eſt lib.30. *Decem millia talentûm argenti deſcripta penſionib. æquis in annos quinquaginta ſoluerent.* Nec ab his diſcrepat in Libycis Appianus. Plin. lib. 33.c. 3. malè mulcatus: *Argenti pondo* (quot?) *annua in quinquaginta annos.* Reſarcit locum Budæus Galliæ togatæ decus Commentario dediſſe.

POSVIT GESTATAS BELLVA TVRRES.] Quia fuit in pactis conuentis, vti traderent *elephantos, quos haberent domitos, neque domarent alios*, Liuius è Polybio, & Appianus.

SÆVA RATES SPECTACVLA POENIS.] Arſerunt. Liuius: *Quingentas fuiſſe omnis generis, quæ remis agerentur, quidam tradunt: quarum conſpectum repente incendium* [*ſpectacula ſæua*] *tam lugubre fuiſſe Pœnis, quàm ſi ipſa Cartago arderet.*

DEVICTÆ PRIMVS REFERENS COGNOMINA TERRÆ.] E Liuii lib.30. Sed quanto antè *Coriolani* nomen fuit? Quanto antiſtat interuallo, tanto diſcedit ab *Africani* dignitate, quod *Africani* nomen *Africæ terræ* deuictæ argumentum eſt, alterum opiduli. Tanti eſt momenta verborum penſiculatiùs examinare! Pauſanias tamen Arcadicis ſcribit ὀψὲ δὲ οὐκ ἄνευ κινδύνων μεγάλων Σκιπίωνά τινα Καρχηδονιακὸν ὀνομάζουσι, τέλος τε ἐπιθέντα τῷ πολέμῳ, καὶ τὴν Καρχηδόνα καταβαλόντα εἰς ἔδαφος: *Tandem non abſque ingentib. periculis Scipionem quendam Africanum nominant, qui finem bello impoſuiſſet, Cartaginémque ſolo æquaſſet.* Quod ad extremum bellum refert. At priſcis olim temporibus Liuii fide Sergius *Fidenas* cognominatus eſt: verùm non ille Imperator vti Scipio, *qui domita nomen ab Africa Lucratus rediit* Hor. lib. 4. Od. 8. Tulliana vnguenta iſtæ Silii redolent elegantiæ in Roſciana: *Africanus, qui ſuo nomine declarat tertiam partem orbis terrarum ſe ſubegiſſe.*

SECVRVS SCEPTRI.] Titulo regni repudiato, prodiximus. Non quòd ſceptro triumphans caruerit: id enim læua geſtabat, cuius in lib. 16. præmonſtrator fui.

ET PATRIA INVEHITVR SVBLIMI TECTA TRIVMPHO.] *Sublimi*: quia celſus in curru variè picto Scipio. Appianus Libycis: Ἐφ' ἅρματος κατακεχρυσωμένου

χαμαὶ δῶν ποικίλως: *In curru variè picto.* *Currus* autem triumphalis interdum *ex ebore.* Ouid.lib. 4.Tr.Eleg. 2.

*Inueniétque animus, quà currus ſpectet eburnos.*

Et lib.3.de Ponto Eleg.4.

*Illa ducis facies in curru ſtantis eburno.*

Tib.lib.1. Eleg. 7. Curru quadriiugo trahentibus equis candidis. Idem Ouid.lib.1.ſuæ Artis.

*Quatuor in niueis aureus ibis equis.*

Interdum *Aureus.* Horat. Epod.Od.8.

*— tu moraris*

*Aureos currus.*

*Aureus*, hoc eſt, *Inauratus.* Propert.lib.1.Eleg.16.

*Cuius inaurati celebrarunt limina currus.*

*Ante Syphax feretro reſidens, captiua premebat,*
*Lumina, & auratæ ſeruabant colla catenæ.*
*Hic Hanno, claríque genus Phœniſſa iuuenta,*
*Et Macedûm primi, atque incocti corpora Mauri,*
*Tum Nomades, notúſq. ſacro cùm luſtrat arenas*
*Hammoni Garamas, & ſemper Naufraga Syrtis.*

ANTE SYPHAX FERETRO RESIDENS] Polybium lib.16.ducem ſequitur Silius, nec abhorret Liuius. Palmarium facinus Romanis viſum reges trahi ante triumphantem. Ouid.ſuprà:

*Vincláque captiua reges ceruice gerentes.*

Idem Syphaci euenturum Poëta libro antegreſſo eminatus erat. Syphax autem mortuus eſt Tiburi in cuſtodia, & publico funere elatus, Val. Max. lib. 5. c. 1. vbi cùm adſcribit: *Vt vita dono honorem ſepulturæ adiiceret.* indicat non eum hoſtiæ more cecidiſſe, ſed à triumpho, vt viueret, conſecutum eſſe. Sic enim factum teſte Cornelio Seuero apud Senecam lib. 1. Suaſoriarum. Mariana lib. 2. Syphacem non triumphatum ſcribit. At Valer. Max. diſertim aliter lib. 6.c.2. *Syphacis, ac Perſes ante triumphales currus catenata ceruices.*

CAPTIVA PREMEBAT LVMINA.] Pudore ſuffuſus, quà potis oculos condebat. Sic *premendi* voce vſus in Epodis Horatius. Maximè in triumpho, qui cuique ſupererat animus à ſpectantibus ſignabatur. Lib.4. Triſt.Eleg.2.

*Hic, qui nunc in humo lumen miſerabile fixit,*
*Non iſto vultu, cùm tulit arma, fuit.*
*Ille ferox, & adhuc oculis hoſtilib. ardens,*
*Hortator pugnæ, conſiliúmque fuit.*

Eodem pertinent in triumpho *ſubmiſſa captiuorum regum colla* apud S.Ambr. lib.10.Com.in Luc.c.5.

AVRATÆ SERVABANT COLLA CATENÆ.] Non ergo poſuerant ornamenta, qui reges in triumpho agebantur? Nudat eos inſignib. Ouid.lib.3.

de Ponto Eleg. 4.

*Barbara iam capti pauent inſignia reges.*

Catenatum trahi dedecoroſum eſt, regem magis: catena verò aurea perſonæ magnitudinem, maieſtatémq. æſtimabant, atque ita ex auro catena triumphatis circumiecta plena fuit ignomiæ. Ideo ſollemniter id ſeruatum, & fideliter narratum de regibus dandis in vincula. Propert. lib. 2. Eleg. 1.

*Aut regum auratis circumdata colla catenis.*

Antonius Artauaſdem Armeniæ regem *catenis*, ſed ne quid honori deeſſet, *vinxit aureis*, Paterculus Vol. 2. Curtius lib. 5. *Ne tamen honos regi non haberetur, aureis compedibus Darium vinciũt noua ſubinde ludibria excogitante Fortuna.* Trebellius Pollio de Zenobia ab Aureliano triumpho traducta: *Pedes auro vincti, manus etiam catenis aureis, nec collo vinculum aureum deerat, quod ſcurra Perſicus præferebat.* Mithridates filium affectati regni ſuſpicione laborantem dedit in *pedicas aureas* Appian. Mithridatico. Artaxerxes Cyro fratri eadem ex cauſa *compedes aureas* indidit, Iuſtin. lib. 5. Cyria magnus Crœſo, Auſonius in Solone. Id etiam ex auri largiore apud eos reges prouentu fuit in more. Profectò Euſtathius in Dionyſium docet Aethiopes auri copia, æríſque inopia noxios in vinculis habere aureis: Σπανιώτατος δ' ἐν αὐτοῖς καὶ τιμιώτατος ὁ χαλκός· πολὺς δ' ὁ χρυσός· καὶ οἱ δεσμῶται παρ' αὐτοῖς χρυσαῖς πέδαις δέδενται: *Rariſsimum, ac pretioſum inter eos eſt æs, aurum abundat, captiuique apud eos in aureis habentur vinculis.* Solinus c. 43. de Æthiopibus Macrobiis: *Ornantur ære, auro vincula faciunt noxiorum.* Mella lib. 3. c. 10. Mantiſſæ vicem ſunto illa Pliniana lib. 33. c. 12. *Argentum ſuccedit ex re aliquando, & auro luxu fœminarum plebis compedes ſibi ex eo facientium, quas induere aureas mos triſtior vetat.* S. Cyprianus validè deteſtatur lib. de Diſcipl. & Habitu Virg. *Sint à compedib. aureis pedes liberi.*

SERVABANT COLLA CATENÆ.] Colla mox ferienda ſecuri, triumphatoris iuſſu. M. Tull. lib. 5. in Verrem: *At etiam qui triumphat, eóque diutiùs hoſtium duces reſeruat, vt his per triumphum ductis pulcerrimum ſpectaculum, fructúmque victoriæ populus Romanus percipere poſſit. Tamen cùm de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent: idémque dies & victoribus imperii, & victis vitæ finem facit.* Ouid. lib. 4. Triſt. Eleg. 2.

*Colláque Romanæ præbens ferienda ſecuri.*

de Germaniæ captiuæ habitu. Iugurtham tamen à triumpho Marii ſexto demum die vitæ finem in carcere fame feciſſe ſcribit in Mario Plutarchus. Sed ignotum quandóque hoſti clementiùs. Libro ſecundo de Ponto Elegia prima indicium facit Ouid.

*Maxima pars horum* [ducum captiuorum] *vitam, veniámque tulere,*
*In quibus & belli ſumma capútque fuit.*

Clementiam iſtam claudat in Pompeio Appianus Mithridaticis: Παρελθὼν δ' ἐς τὸ Καπιτώλιον οὐδένα τῶν αἰχμαλώτων [τῶν ἔκτεινε, ſimiliue complenda ſententia] ὡς ἕτεροι τῶν θριάμβους παραγαγόντων, ἀλλ' ἐς τὰς πατρίδας ἔπεμψε δημοσίοις δαπανήμασι χωρὶς τῶν βασιλικῶν, καὶ τούτων μόνος Ἀριστόβουλος εὐθὺς ἀνῃρέθη: *Capitolium ingreſſus captiuorum neminem interemit, more cæterorum, qui triumphos egerunt, ſed domum remiſit ſumptibus publicis, exceptis palatinis, ex quibus ſolus Ariſtobulus ſub-*

*latus eſt ogys.* Eadem fuit in Syphacem Romanorum humanitas, præuidimus. In Baſporem non fuit, deuictis Hieroſolymis. Dio fragmento 45. Μόνος γ' οὗτος ἐν τοῖς ἐπινικίοις ἐκολάσθη: *Solus hic, dum victoria celebratur, punitus eſt.* cæteris, nec paucis, ignotum eſt.

HIC ANNO.] Duces quoque belli ſecundarii reliqua captiuorum turba ſpectatiores erant in triumpho. Naſo primo περὶ τέχνης.

*Ibunt antè duces onerati colla catenis:*
*Ne poßint tuti, qua priùs, eſſe fuga.*

Item lib.2. de Pont. El. 1. Lib. 4. Triſt. El. 2.

CLARIQ. GENVS PHOENISSA IVVENTVS.] Appianus Libycis: καὶ Καρχηδονίων αὐτῶν, καὶ Νομάδων ὅσοι τῶν ἡγεμόνων ἐλήφθησαν: *Ipſorum Cartaginenſium, & Nomadum duces capti ſunt.* Sequitur in Silio:

ET NOMAS.] Numidas captiuos intellige ex regno Syphacis. Enimuero fuerant captiui Numidæ è regno Maſaniſſæ ſiue cùm ipſe bellaretur cum Romanis, ſiue ex iis, qui ad Syphacem deſciuerant: ſed Lælii interceſſione, ac Maſaniſſæ rogatu redditi ſunt, Liuio teſtificante lib. 30.

INCOCTI CORPORA MAVRI.] Si Stilico triumpharet, inquit lib. 3. Claudianus:

— *nigris hinc Mauri crinibus irent*
*Ipſe albis veheretur equis.*

*Incocti corpora*, à Sole, an à natura? Euſtathius à Sole tradit Indos fuſcari: Μελανότριχες δὲ καὶ τῶν Ἰνδῶν μάλιστα οἱ μεσημβρινοί, καὶ τὴν χροιὰν ὅμοιοι τοῖς Αἰθίοψι διὰ τὸ ἐπιλείπειν τὴν ἐπιπολῆς ἰκμάδα ἀπαξηραίνοντος τοῦ Ἡλίου, ὅθεν οὐδὲ οὐλοτριχοῦσιν: *Nigro capillo ſunt Indi, maximè qui ad meridiem vergunt, ſuntque Æthiopibus concolores, quod humor ſupernus caput deſtituat à Sole adurente conſumtus: idióque neque criſpi ſunt.* Seneca Oedipo:

*Premit hîc ortus, aperitque lucem*
*Phœbus, & flamma propiore nudos*
*Inficit Indos.*

Theodectes: Οἷς ἀγχιτέρμων Ἥλιος διφρηλατῶν
Σκοτεινὸν ἄνθος ἐξέχρωσε λιγνύος
Εἰς σώματ' ἀνδρῶν, καὶ συνέστρεψεν κόμας
Μορφῆς ἀναυξήτοισι συντήξας πυρός.
*Propior cui Sol currum agens fuliginis*
*Atro colore corpora fucauit virûm,*
*Comáſque flammæ flexit inſtar ignea*
*Cùm ſtat, nec illa ſurgit in longum auctior.*

Silius ipſe lib. 9.

— *pariter gens accola Nili*
*Corpora ab immodico ſeruans nigrantia Phœbo.*

Cteſias de rebus Indicis: Ὅτι Ἰνδοὶ οὐχ ὑπὸ τοῦ Ἡλίου εἰσὶ μέλανες, ἀλλὰ φύσει: *Indi non à Sole, ſed à natura nigri.* Etenim apud eos eſſe viros, ac mulieres candidiſſimos, etſi non adæquè, adſeritq. Iudas tales vidiſſe ſe duas, & viros quinque. Non dubium eſt à Sole hominem fuſceſcere: etſi natura in eo decolorando primas ferat. Quos autem vidiſſe ſe dicit, vellem addidiſſet indigenis parentibus ortos, tum matrem eorum nunquam alieni-

genas curioſiùs, ne per ſomnium contemplaram quidem. Denique vt viſi ſint, magis id probat Indos à natura minimè nigros: nam natura vbique ſui ſimilis. Verùm Cteſiæ Philoſophia longè erat, ac fortaſſe locus menda inſeſſus eſt.

SEMPER NAVFRAGA SYRTIS.] Syrtes venuſtiſſimè Lucanus colorauit lib. 9.

*— ſed iter mediis natura negabat*
*Syrtibus: has audax ſperat ſibi cedere virtus.*
*Syrtes, vel primam mundo natura figuram*
*Cùm daret, in medio pelagi, terræque reliquit.*
*Nam neque ſubſedit penitus, quo ſtagna profundi*
*Acciperet, nec ſe defendit ab æquore tellus:*
*Ambigua ſed lege loci iacet inuia ſedes.*

Propert. lib. 2. El. 9.

*Non ſic incerto mutantur flamine ſyrtes.*

*Mox victas tendens Cartago ad ſidera palmas*
*Ibat, & effigies ora iam lenis Ibera*
*Terrarum finis Gades ac laudibus olim*
*Terminus Herculeus Calpe, Bætiſque lauare*
*Solis equos dulci conſuetus fluminis vnda.*
*Frondoſúmque apicem ſubigens ad ſidera mater*
*Bellorum fera Pyrene, nec mitis Iberus*
*Quum ſimul illidit ponto, quos attulit amnes.*

MOX VICTAS TENDENS CARTAGO AD SIDERA PALMAS.] Ore, habitúque infelicis captiuæ. Siquidem ciuitatium deuictarum, aut prouinciarum ſimulacra deuehebantur in triumpho ſpectanda. Tibull. lib. 2. El. 5.

*— cùm præmia belli,*
*Ante ſuos currus oppida victa feret.*

Naſo lib. 4. Triſt. Eleg. 2.

*Crinibus en etiam fertur Germania paſſis:*
*Et ducis inuicti ſub pede mæſta ſedet.*

Primo de Arte:

*Hos fac Armenios, hæc eſt Danaeia Perſis,*
*Vrbs in Achamenijs vallibus iſta fuit.*

Eburnea quandoq. vrbium, quæ triumphabantur, fuere ſimulacra, quandoque lignea. Conſtat è Chryſippi ioco. Cæſar eborea tranſtulerat, Maximus paucis pòſt diebus lignea & ipſe in triumpho exhibui: tum Chryſippus hæc dixit illorum thecas, Quintilianus lib. 6. c. 4. I ad Plin. lib. 5. c. 5. de vrbibus, gentibúſq. portatis triumphum agente Cornel. Balbo, qui Plin. lib. 33. c. 9. triumphales ſtatuas ex argento cudit. Eas etiam fuco inſigniebant, S. Ambroſius lib. 10. in Luc.

MATER BELLORVM FERA PYRENE.] Πολεμιστικῶς. Bellaces audiunt Pyrenæorum montium accolæ apud Diodorum, Galatæ, Iberes, Celtibe-

res. Nota montium facies non inuſitata triumphorum decora. Silius:

*— montes, & in altas proſlua ſyluas.*

Plin. li. 37. c. 2. *Montem aureum quadratū cum ceruis, & leonib. & pomis omnis generis circumdata vite aurea* Pompeium in triumpho detuliſſe autor eſt. De Pyrenes nomenclatione Diodor. li. 4. Biblioth. *Πολλῶν δ' ὄντων ἐν αὐτῇ δρυμῶν, καὶ πυκνῶν τοῖς δένδρεσι φασὶν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις ὑπό τινων νομέων ἀφέντων πῦρ κατακαῆναι παντελῶς ἅπασαν τὴν ὀρεινὴν χώραν. Διὸ καὶ συχνὰς ἡμέρας συνεχῶς πυρὸς ἐπιφλέγοντος καῆναι τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς, καὶ τὰ μὲν ὄρη διὰ τὸ συμβεβηκὸς κληθῆναι Πυρηναῖα.* *Cùm multa eſſent in Pyrene dumeta, eáque ſpiſſa arboribus, relicto olim à paſtorib. igne ferunt montanam omnem illam regionem aduſtam, Quapropter dies multos igni perpetim deflagraſſe terræ faciem, & montes ex euentu Pyrenæos dictos.* Eò primam ſyllabam vt protollat Dionyſius, ſcribit *Πυῤῥηναῖον ὄρος.* *Pyrenæus mons*, quam Prudentius contrahit Hymno de S. Fructuoſo, déque ſociis Martyribus:

*Terrarum populi Pyrenæarum.*

Mariana lib. 1. c. 14. Pyrenæos montes ab cœleſti igne denominat, conſuli poteſt.

NEC MITIS IBERVS. ] Lati in ſpectaculo triumphantium fluuii. Ouid. in primo:

*Hic eſt Euphrates præcinctus arundine frontem:*
*Cui coma dependet cærula, Tigris erit.*

Item li. 2. de Ponto Eleg. 1. Prop. li. 2. Eleg. 1.

*Aut canerem Ægyptum, & Nilum, cùm tractus in vrbem*
*Septem captiuus debilis ibat aquis.*

Simile in triumpho Scipionis decoramen fuit Iberus, quem diuerſos fluuios receptos mari reddere canit Poëta,

*Cùm ſimul illidit ponto, quos attulit, amnes.*

Amnes iſti Serabis, Duria, Sucro, Mela l. 2. c. 6. Mariā. V. l. 3. c. 18. Quo verſu *αἰνιγματίζει*, Silius feruentes ipſius Iberi æſtus. Strabo li. 12. *Τὸν δ' Ἴβηρα ποταμὸν παράδοξον, καὶ ἴδιον φασὶν ἔχειν· πλημμυρεῖ γὰρ ἐκάστοτε χωρὶς ὄμβρων, καὶ χιόνων, ἐπειδὰν τὰ Βόρεια πνεύματα πλεονάσῃ. Αἰτίαν δ' εἶναι τὴν λίμνην, δι' ἧς ῥεῖ· συνεκβάλλεσθαι γὰρ τὸ λιμναῖον ὑπὸ τῶν ἀνέμων: Nouum autem, & peculiare quippiam ille de Ibero fluuio refert: cum aliquando exundare nullis imbribus, aut niuibus, cùm Boreæ frequentes flant. In cauſa eſſe paludem per quam fluit: nam à ventis aquam paluſtrem ſimul eiectari.* Strabonem recipit Euſtathius. I ad Pompônium Melam lib. 2. c. 6. Hanc igitur paludem *amnis* appellatione comprehēdit Poëta, ſicut & flumen Sanga Iberi caput quod in mare trahit. Plin. li. 4. c. 20. *Flumen Sanga portus victoriæ Iuliobrigenſium. Ab eo loco fontes Iberi XL. M. paſſuum.* Ventis tandem iratior Iberus, & paluſtris aquæ commiſtione vberiùs exundans pictus erat ſeſe ponto illidens non abſque impetu, vtut repræſentari potuit; ideo *Nec mitis.* Vt verò reges, ducéſque captiui maieſtatis ponebant inſigniæ: ſic notabile eſt amnes ipſos ad triſtitiæ, & captiuitatis effigiem fuiſſe compoſitos, puta fractis cornibus. Claudian. li. 3. de Laud. Stiliconis:

*— captiuáque flumina ferrent:*
*Huic Libyci fractis lugerent cornib. amnes.*

Ouid. li. 4. Triſt. Eleg. 2.

*Cornib. hic fractis viridi malè tectus ab vlua*

*Decolor ipſe ſuo ſanguine Rhenus erat.*

Martial.lib.7.Ep.6.

*Fractúſque cornu iam ter improbo Rhenus.*

Aliter pinxit Iberum Silius ſtudio nouitatis,&rei ratioris. Pinxit,inquam, velut indignabundum, & captiuitati obluctanté. Præterea victus, & à Scipione triumphatus Iberus delet Annibalis probrum alibi iactum in patruum,patrémque Africani:

*— errat Vterque*

*Nomina noſtra tremens,& ripas ſeruat Iberi.*

Quemadmodum verò non omnem ornatum captiui ponebant,ſed in veſte erant pretii alicuius:ſic & fluuiis quandoque addita gratia. Florus li.4. cap.2. teſtatur Cæſarem Rhenum, Rhodanúmque & captiuum ex auro Oceanum in ferculis tranſtuliſſe.

*Sed non vlla magis mentéſque oculóſque tenebat,*
*Quàm viſa Annibalis campis fugientis imago.*
*Ipſe aſtans curru,atque auro decoratus & oſtro*
*Martia præbebat ſpectanda Quiritibus ora.*

SED NON VLLA MAGIS MENTESQVE, OCVLOSQVE TENEBAT, QVAM VISA ANNIBALIS CAMPIS FVGIENTIS IMAGO. ] *Annibalis* perpetuo tenore Silius. Veteres quandoque verſo modo. Ennius Scipione: *Qui propter Annibalis copias conſiderant.* Idque modulatius puto: nam contractum eſt ex *Baal*, vnde & verſa vocali s e ſemper producitur *Belus*, vſus tamen nos diuertit. Adi Gell.l.4.c.8 Solitabant Romani deuictorum regum qui vel deuixerant, vel diffugio ſalutem quæſiuerant, imagines ex atgẽto laboratas in triumphis oſtentare. Plin.lib.33.ca.12. *Iam enim triumpho Mag. Pompeij reperimus translatam Pharnacis, qui primus regnauit in Ponto, argenteam ſtatuam. Item Mithridatis Eupatoris.* Neutrum vicerat; ſed quorum nepotes domuerat, viſum eſt magnificum auorum imagines triumphare. Nota Plinium *Eupatoris ſtatuam argenteam* facere: contrà Mithridaticis Appianum *auream*: ſed à pectore diſertim: ſubiectiorem ergo partem ex argento fecero cum Plinio. Bulengerus tamen vir doctiſſimus Commentatio de Triumpho legit: Ἀπὸ στερνῶν, non ἀπὸ στέρνου. Verba Appiani ſunt; Εἰκόνα ὀκτάπηχυν ἀπὸ στέρνου χρυσοῦν παρῆγε: *Duxit* (in triumphum) *imaginem octo cubitûm à pectore ex auro.* Pars ea, vt ſpectabilior, fuit è metallo meliore. In eodem Pompeii triumpho comportatæ fuêre quoque *fugientium* imagines: Τῶν δ' οὐκ ἀφικομένων εἰκόνες παρεφέροντο Τιγράνους καὶ Μιθριδάτου μαχομένων τε, καὶ νικωμένων, καὶ φευγόντων. *Eorum, qui non aduenerant effigies comportabantur, Tigranis ac Mithridatis pugnantium, victorum fugientium.*

IPSE ADSTANS CVRRV. ] Quo celſior, ſublimiórque foret.

*— ſtantes in currib. Æmilianos.*

Prud.lib.2.contra Symmachum:

*— ſtantéſque duces in currib. altis.*

Tzetzes Chiliad.13.c.461.Ὅπως τὸν θριαμβεύοντα ἐφ' ἅρματος ἱστῶσι: *Vt triumphantem in curru ſtatuant.* Triumphans enim pene ſibi ſubuectum habebat, quidquid in pompa trahebatur. Naſo 4. Triſt. Eleg. 2. de Germania triumphata:

*Et ducis inuicti ſub pede mœſta ſedet.* Deinde:
*Hos ſuper in curru Cæſar victore veheris*
*Purpureus populi rite per ora tui.*

*Hos ſuper*, reges captiuos, duces, lacus, montes, amnes effictos. Item:
*Illa ducis facies in curru ſtantis.*

Sedenti tamen triumphanti *ſella curulis* ſeruiit, quam inter ornamenta triumphalia ponit Liuius lib. 30. Dionyſius lib. 3. Prudent. contra Symmachum:

*Poſt trabeas, & eburnam aquilam, ſellámque curulem.*

Tam ſublimis autem erat imperator, vt ſtanti, quàm ſedenti propior videretur: ex qua ſpecie multi ſcriptorum *ſtantem* dixere. *Currus* ipſe auro exſplendeſcebat. Philoſtratus: Ἐς τὴν χρυσῆν ἅμαξαν, ἐφ' ἧς οἱ βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολέμων πομπὰς πομπεύουσιν. *In aureo curru, in quo reges bellicas pompas pompaticè ductant.*

ATQVE AVRO DECORATVS, ET OSTRO. ] Aurum enim vel in veſte, vel in corona. In veſte ſparſim contextum fuit. Tota quandoque veſtis ex auro. Plinius libr. 33. cap. 3. *Tunica aurea triumphaſſe Tarquinium Priſcum Verrius tradit.* Scipio ſparſa auro veſte triumphauit, cuiuſmodi χιτῶνα πορφυροῦν χρυσόσημον *Togam purpuream aureo clauo.* allatum Tarquinio libr. 3. Antiq. Rom. autor eſt Dionyſius. De Scipione Appiano credimus in Ibericis, quem morem patriæ ſollemnem vocat: Ἐστάλτο δ' ἐς τὸν πάτριον πορφύρᾳ ἀστέρων χρυσῶν ἐνυφασμένων. *Patrio more ornatus erat purpura intextis aureis ſideribus. Ornatus eſt more patrio purpura ſtellis aureis intexta.* Naſonem illo:

*Quatuor in niueis aureus ibis equis.*

huc facere puto. Item Plin. lib. 9. c. 36. *Omnémque veſtem illuminat* (purpura) *in triumphali miſcetur auro.* Verùm amabo auróne corona triumphalis fuit inſignis, an lauro? Cuderet auro Dionyſius Halicarnaſſ. li. 3. cui inter ornamenta à Tyrrhenis Tarquinio delata *aurea corona* cenſetur, ſubdítque eum ornatum habitum fuiſſe cæteris regibus, conſulibúſque præter coronam togámque pictam πλὴν ὅταν ἐκ πολέμου νίκην καταγόντες θριάμβου παρὰ τῆς βουλῆς ἀξιωθῶσι: *Niſi cùm ob belli victoriam Senatus arbitratu triumphant*: tunc ſcilicet aurea corona ſplendent. Liuius etiam indicat auream fuiſſe triumphalem coronam libr. 30. *Ibi eum* (Maſaniſſam) *primum regem appellatum, eximiiſque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, ſella curuli, & ſcipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat* (Scipio) *Addit verbis honorem, neque magnificentius quidquam triumpho apud Romanos, neque triumphantibus ampliorem eo ornatu eſſe.* Gell. lib. 5. cap. 6. *Triumphales coronæ ſunt aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Id vulgo dicitur aurum coronarium. Hæ antiquitus è lauro erant: poſt fieri ex auro cœptæ.* Appianus in deſcribendo huius Scipionis triumpho: Ἐστεπτο μὲν ἀπὸ χρυσοῦ, καὶ λίθων πολυτιμήτων. *Coronatus eſt auro, & lapidibus pretioſis.* Zonaras

tom.2. *Τὸν στέφανον τῶν λίθων τῶν χρυσοδέτων*; *Coronam è lapidibus auro illigatis.* Profectò, ſi rectè putabimus, lapilli non quadrant in lauream. Adiuuat Marc. Tull. li.15. ad Att. epiſt. 17. *Videtur Brutus noſter iam vel coronam auream per forum ferre poſſe*, Non vt rex, cuius cùm nomen odioſum Romæ, tum inſigne fuiſſet intolerandum: ſed *coronam auream per forum ferre poſſe* videbatur, vt triumphator cæſo I. Cæſare, cæſo perpetuo Dictatore, ac prope tyranno. Adiuuat & ratio: nam ſi primo muros hoſticos ſcandenti præmio eſt *aurea* Polyb. in 6. *Τῆς δὲ πόλεως καταλαμβανομένης τοῖς πρώτοις ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβᾶσι χρυσοῦν δίδωσι στέφανον*; *Capta iam ciuitate primis, qui in murum, euaſerant, coronā auream dat*: ſi iis, qui ſingularem in dimicando operam contulere, datur *aurea*, quod ex Liuio loco non vno liquet, & Plin. lib.33. c.2. cur *aurea corona* triumphanti inuidetur? Nihilominus ſeriò dicimus triumphantem capiti impoſitam habuiſſe coronam è *lauro* ex vetere inſtituto fide Gellii, & Tib. lib.2. Eleg.5.

*Ipſe gerens laurus lauro deuinctus.*

Nec prorſus deſitum morem veterem Impp. temporib. luculentè docet Naſo li.4. Triſt. Eleg.2.

*Tempora Phœbea lauro cingentur,*

Io *Q. Miles, Io, magna voce,* TRIOMPHE *canet.* Lib.3. de Ponto Eleg.4.

*Quid ceſſas currum, pompámque parare triumphis*
*Liuia?* tum:
*Prome quod iniicias humeris victorib. oſtrum*
*Ipſa poteſt ſolitum noſſe corona caput.*

Age verò vbinam ſcriptum ſolitaſſe Tiberium ſibi capere in caput coronam *ex auro*? Dicam vbi ex *lauro*. Tranquilli cap.69. *Tonitrua tamen præter modum expaueſcebat: & turbatiore cœlo nunquam non coronam lauream ceruice geſtauit, quòd fulmine afflari negetur id genus frondis.* Idem tradidit Plin. li.15. ca. vlt. Dio li.37. de Pompeii priuilegiis: *Δαφνηφορεῖν τε αὐτὸν διὰ πάσας τὰς πανηγύρεις, καὶ τὴν στολὴν τὴν μὲν ἀρχικὴν ἐν πάσαις μὲν αὐταῖς τὴν δὲ ἐπινίκιον ἐν τῆς τῶν ἵππων ἀγῶσιν ἐνδύειν*, *Laurum geſtare ipſum in omnib. ludis publicis & ſtolam principalem, triumphalem autem in Circenſibus indui.* Hoc ex loco in Velleio ita reponit *ἀξιοχρέωτατα* I. Lipſius (& hodie vbi poſitus ipſe? vixit, deuixitque Deo, quo nunc etiam viuens gaudet anima Iuſti æternúmque triumphabit) *Vt ludis Circenſib. corona laurea, & omni cultu triumphantium vteretur.* Ioſephus li.7. Antiq. Iud. c.14. Zonaras tom.2. Plut. Romulo, Tertull. lib. de Corona militis ca. 12. Plin. li.15. c.30. Cypria lauru omiſſa, & Muſtace, *Delphicam*, inquit, *æquali colore viridiorem maximis baccis, atque è viridi rubentibus. Hac victores Delphis coronati, & triumphantes Romæ.* Ibidem: *Ex ea* (lauru cœleſti iam ſata) *triumphans poſtea Cæſar laurum in manu tenuit, coronámque in capite geſſit, ac deinde imperatores Cæſares cuncti.*

*Et dubitamus adhuc lauro redimire triumphum.*

Enimuero diſtinctu duûm coronarum verum indipiſci erit. Coronam vnam è *lauro* impoſitam capiti habuit triumphans: alteram ex *auro* miniſter publicus illi in curru ſuperſtans geſtabat. Integrè allegatus Zonaras clarè docebit, vnáque modum, ac finem: *Οἰκέτης μέν τις δημόσιος ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἅρματος τὸν στέφανον τῶν λίθων τῶν χρυσοδέτων ὑπερεῖχεν αὐτοῦ, καὶ ἔλεγε πρὸς αὐτόν, Ὀπίσω βλέπε, τὸ κατόπιν δηλαδή, καὶ τὸ ἐφεξῆς κατασκόπει τοῦ βίου, μηδ' ὑπὸ τῶν παρόντων ἐπαρθῇς,*

*ἐπαρχὼν καὶ ... : Vnus item publicus minister in ipso curru vehebatur, coronam auream gemmis interpolatam suprà caput eius tenens, & retro videre iubens, quo monebat vt reliquæ vitæ cursum prouideret, nec eo honore elatus superbiret.* Pluribus hoc docebamus in folijs ſocordiâ perfidiaque * * diſcerptis ac diſſipatis.

*Qualis odoratis deſcendens Liber ab Indis*
*Egit pampineos frænatâ tygride currus.*
*Aut cum phlegræis confecta mole Gigantum*
*Inceſſit campis tangens Tirynthius aſtra.*
*Salue inuicte parens non conceſſure Quirino*
*Laudibus, ac meritis non conceſſure Camillo.*
*Nec vero, quum te memorat de ſtirpe Deorum,*
*Prolem Tarpey mentitur Roma tonantis*

QVALIS ODORATIS DESCENDENS LIBER AB INDIS] Ad Erythræum mare potiſſimum *odorata* eſt *India*, & diuerſis amicta aromatis, eóque tendentes Caucaſi cacumen cinnamomi prouentu famoſum eſt Photio c. 241. & Philoſtrato in Apollonij vita. Atqui vt ab *Indis odoratis Liber* Silio triumphauit: ita eius *triumphos* appellitat *Erythræos* Martial. l. 8. Epiſt. 26.

Indos autem detriumphauit primus mortalium triumphator Liber, Macrob. lib. 1. Sat. 18. *Hunc Liber Pater bellorum potens perhibetur, quod eum primum ediderunt auctorem triumphi.* Ideoque *Liberum* ipſum Θρίαμβον indigitarunt. Etymologicon Auctor: Λέγεται δὲ καὶ Θρίαμβος ὁ Διονύσος, Plut. in Marcello, & Suidas.

EGIT PAMPINEOS FRÆNATA TIGRIDE CVRRVS] Tigrim vt currui ſubiuges, domitanda prius, ac cicuranda: hoccine factum credibile? Curtius lib. 9. *Leonéſque raræ magnitudinis, & Tigres: vtrumque animal ad manſuetudinem domitum.* Manil. lib. 4. *Exorare Tigres*, Οὐκ ἀνεχεφροδίτως. Idem in Apoteleſmatis.

*Ille tigrim rabie ſoluet*

Martial. lib. 1. Epigr. 105.

*---- Improbæque tigres*
*Indulgent patientiam flagello.*

Idem Epigr. 18.

*Lambere ſecuri dextram conſueta magiſtri*
*Tigris ab Hyrcano gloria rara iugo.*

Virgil. in Ciri:

*Et validas docuit vires manſueſcere tigris.*

Auræ à Baccho compreſſæ geminos ὑπὸ ... poſitos aluit tigris. Nonni. lib. 48. Manſuerunt ergo tigres plus vice ſimplici. Quid poſtea? Liber ne currui abiunxit tigres? Iugales liberi leones facit Suidas: Λέγεται δὲ καὶ Διόνυσος Θρίαμβος, διότι ἐπὶ θηρῶν, τουτέστιν ἐπὶ λεόντων βέβηκεν, ὅτεν θριαμ-

βος. Namque θῆρα λέγουσιν ἐξαιρέτως τὸν λέοντα, καὶ ἄλλα δὲ ἅπαντα κατ' ἐξοχὴν ὀνομάζουσι, ait Galenus lib. οὐ, τὰ τῆς ψυχῆς ἤδη τοῖς τοῦ σώματος κεχρῆσθαι ἐπιτυχ. Idem verbatim tradit Etymologus addito: τῷ γὰρ ἅρματι αὐτοῦ λέοντα ὑπεζευγμένον φασιν. Serio tamen *tigres* Baccho iugales ex inſtituto Daphnidis dat Maro Ecloga 5.

*— Armenias curru ſubiungere tigres*
*Inſtituit Daphnis, thiaſos inducere Baccho,*
*Et folijs lentas intexere mollib. haſtas.*

Item Aen. 6.

*Liber agens celſo Nyſſæ de vertice tigres.*

Quo loco cum Hercule, & libero Poëta Aug. Cæſarem contendit, vti hoc Scipionem Silius, & Pompeium Plinius lib. 7. c. 26. Sidonius Apollinaris carm. 22.

*Forte ſagittiferas Euan populatus Erythras*
*Vite capiſtratas cogebat ad eſſeda tigres.*

Martialis lib. 8. Epigram. 26.

*Nam cum captiuos ageret ſub currib. Indos*
*Contentus gemina tigride Bacchus erat.*

Ouid. lib. 1. Amor. Eleg. 2.

*Talis erat domita victor Gangetide terra.*
*Tu grauis alitibus, tigrib. ille fuit.*

Silius iterum ſui non diſſimilis lib. 15.

*Captiuo Liber cum ſigna referret ab Euro,*
*Caucaſea currum duxere per oppida tigres.*

At ſui non ſimilis Ouid. lib. 15. Metam. *Lyncas tigrib.* ſupponit:

*Victa racemifero Lyncas dedit India baccho.*

Item Maro:

*Quid lynces Bacchi varia? —*

Turbant qui *Lyncas* à *Tigrib.* non diſſeparant: ſunt enim lynces: genere luporum indicinam faciente Marone, & Ouid. l. 3. Metam.

*Quem circa tigres, ſimulacráque inania lyncum*
*Pictarúmque iacent fera corpora pantherarum*

Quid quod Plin. l. 8. c. 2. *elephantos* triumphanti *Libero* ſubiugat?

AVT CVM PHLEGRAEIS.... CAMPIS] Par hoc triumphantum diſticho quoque verſu clauſit lib. 8. Epigr. 78. Martialis:

*Quos cuperet Phlegraea ſuos victoria ludos,*
*Indica quos cuperet pompa Lyæi tuos.*

De *Phlegraeis campis* prodictum,

SALVE INVICTE PARENS NON CONCESSVRE QVIRINO.

LAVDIBVS, AC MERITIS NON CONCESSVRE CAMILLO] Scipionis *laudes ac merita* tibi digerit Val. Maximus lib. 4. cap. 4. *Maxima eius merita parib. ornamentis decorare conati ſunt. Voluerunt illi ſtatuas in comitio, in roſtris, in curia, in ipſa denique Iouis Opt. Max. cella ponere: voluerunt imaginem eius triumphali ornatu indutam Capitolinis puluinaribus applicare: voluerunt illi continuum per omnes vitæ annos conſulatum, perpe-*

*tuámque dictaturam tribuere. Quorum ſibi nullum neque plebiſcito, neque ſenatuſconſulto decerni patiendo, pene tantum in recuſandis honoribus ſe geſſit, quantum geſſerat in emerendis.* De Quirini, Camilliquc *laudibus ac meritis* ſonat omnis pene memoria: nil delibamus: nam cum Silius Italicus in expingendo Scipionis triumpho verborum fuerit parciſſimus, ego quoque manum de tabula.

φιλαληθῶς τὰ πάντα, φιλαίτιος δ' οὔ.

# SYLLABVS RERVM

## QVÆ IN COMMENTARIO.

### CONTINENTVR.


ABdere ſe caſtris, non Addere, 248. 672
Abella, 371. 372
Abitare, pro agitare 328
Abiunctos, pro adiunctos 381
Abrentius 668
Abyla, & alyba colomnæ 230
Acarnanes 657
Acarnam cur fronte minor 105
Aeca Solymi mater, Satrici vxor 389
Accedere ſyluis, 345
Acerbare 407
Acerratum exitium 502
Aceſta 584. 601
Aceſtes 598
Achates gemma vbi 602
Achillis parens, & clypeus 293
felix Homero præcone 278
Acis 601
Aclides 331
Ac liuum, pro alituum 535
Acragas 598
Aeris, non atris 216
Aeriſionæa tecta 55
Actæon 500
Actus us au latij vox 421
Ad, pro & 49
Aditare, pro agitare 5337
Aditus, pro aditúque
Ad pieit, pro accipit 572
Aduerſa mens, non auerſa 96
Aduertere, non aduenere 31
Aduocat, non auocat 419
Æ damnata in his Cadmeus, dedalæus, &c. 346
Aea 118
Agypti vber 25
Aegiæus ages 660
Aeneæ equi 334
Aeoliæ, Vulcaniæ, Hephæſtiades 588
Aeolus cur ventis rex 588
Aequicola rura 346
Aequus conſul quis 540
Aër priore correpta 688
Aeſis 359
Aeſtas, pro aetas 134. 143
Aetoli reges 474
Aetas tirocinij 25
Affixus cœlo animus, non homo 307
Africanus an primus à victoria cognominatus 347
Agenor
Agi ſecundis per quam Latinè 468
Agna lupum vt capiat 265
Agri modus quis Romanis 302
Ἄγκαυρες. 205
Agylle 361. 204
Aiacis gradus 575
Aiax Oileus 625
Alabis 602
Alba 367
Albexia ſcuta 364
Albi tauri 358
Albula, Tibris, Anio 27. 148. 51. 330. 358.
Albus color in veſte 646
Alexandri M. ætas 565
Ammonis filius 568. ideo irriſus. 569
Alexandria Aegypti 568
Alis, pro Armis 396
Allife 512
Almone lauatur Cybele 344
Alpes 108. 143
Aceto maceratæ 154
Alpheus 586
Alſium 362
Alté, pro antè 348
Alternis imperium, quorum 3
Alueo non aluo 510
Alui non alni 308
Amaſtra non eſt Amaſtris 608

Ambracia 659
Ambrones 426
Amentatæ, & anſatæ haſtæ 535
Amentare 621
Ammonis gemma quæ 681
Ammonis habitus, ſacerdotes, numerus 101.102
Ammonis templa 155.156.157.158
Ammonis glebæ cur dites 158
Ammon proprium viri 524
Amnes in antris 335
Amyclæ in Italia 369
ἀμφιλύκη 205
Anactorium 658
ἀναδυομένη Venus 342
Anagnia 349
Anapus 631
Ancon, anon, aulon 356
Angues ex hominibus 93
Anguiria 365
Anhelatus 619
Animantes cur primæ peſte tangantur 633
Animis, non armis 503
*Annibal.*
veneno ſublatus 578
vbi ſepultus 577
procella depulſus Roma 519
quantus natu iurarit in Romanos 13.14
vbi 13
dux ab exercitu, & ſenatu 23
vnquam ne vulneratus 46
Dianeo pepercit 51
ſeruus 578
de coelitum proſapia 198
Paulum tumulat 439
dolis pugnat 306
haſtam m[illegible]r intra Romana mœnia 516
eius parens 13
ſacrum caput, 318. virtutes militares, 28.29
Accilæ copiæ 342
crudelitas 460.503
Annibali an miſſum ſupplementum 341
Antelucanæ cœnæ 448.449
Antæi σκελετὸς quantus 119
Anthus terræ filius 104
Antenor 491
Antro piari 335
Antrum vaticinum 495
Anubis tutela 628
Annuli an equitum dumtaxat 477
qua menſura cartaginē deportati 477.478
Antiphates 369.582
Anxur, Anxurus Iupiter 349
Apiculæ conficiant mel, an conferant. 69.70.71
Apum nubes prodigioſa res 380
Apium vna 78
Apollo Troianus 498
Aponus fons 508
Appenninus 78
Apri mortui dentib. vtuntur crines 40
Apulia, daunia 187
Aqua piantur ſomnia 335
Aqua primitus libata 297
Aquæ oculis vtiles 484
Aquæ medicatæ 513
Aquila fœtus exploratrix 419
Aquila perdita aquilifero moriendū 248
Aquila Rom. in texto 248.249
Aquilæ veneratio. 248
Aquileia 377
Aquis immori cur auerſabile 196
Aquis ſepelire 554
Arantur vineta 511
Arar 141
Aras tangunt iurantes 5.6
Aratores Romani 52
Arretium 213
Arbor Deus 237
Arcus, pro artus 605
Archimedis reperta 616.618
Ardeates curatores templi veneris 54
Ardearum colonia ſagunthus 55
Arenarum montes volatiles 155
Arethuſa 586
Arganthonij ætas 136
Argyripa 189
Argus 122
Aries 257
Ariſtæus 243
Arma admordere, non Arua 402
Arma figere 310
Artabri an bellaces 130.131
Arteſiæ ſpecus 487
Aruiſia vina 299
Aſculi nobilitas 357
Aſpera ad hæc, non aſpara. 199
Aſtus Pœnorum 423
Aſpis eadem, quæ clupea 116
Aſtriferi feruores, non æſtiferi 633
Aſturum equi 127
Aſylo infames Romani 454
Atella 444
Ater, non Aeer 549
Athenæ dedere leges Lacedæmonijs, & Romæ 565
Athenienſium ſepeliendi ratio 555
naufragum 612
Atheorum ratiunculæ 520.521
Atina 349
Atque .i. illico 342
Atra vulnera quæ 351

Α῎της τ᾽ες 355
Attenti, pro & cantu 669
Attonitis, non attonitus 441
Atys 602
Aude, pro Auide 523
Auella 369
Auernus 486.487
Aues ὀδιαγαί 614
Aufidus 273.10
Augmentare 621
Augusta quæ 452
Aula .i. ſpecus, ſtabulum 259
Aulocrene 366
Aurea arma 323
Aureæ catenæ captiuorum 348
Aureis vnguis exuuiæ 314
Aurifodinæ exitiabiles 27.28
Auritæ naues 620
Α᾽ὐτολέξεί recantata Poëtis 542
Auſpitijs ſiniſtris pugna non abſtinuere Romani 358
Α῎φλαςον ad puppim 613
Αφροδίτη 342

B

BAcchus primus triumphauit 353
currũ eius quæ trahant animantes 353
Bætis oliuifer 138
Bætis Tarreſſus dictus 236
Baianiſinus præſtantia 484
Baiæ tepentes cur 484
Baijs vnde nomen 484
Balari, & Balarus 133
Baleares Rhodiorum caloni 131
Balearium armatus 220
Balliſta cur Phocaïs 35
Barba humum verrere 542
Barce arida 64
Barces conditio 181
Battus Cyrenes conditor, elinguis, &c. 117
Battulum 373
Bauli 489
Belge. britani, Galli conuinarij
Belgicus canis 418
in Bella, non in colla ſecutim 235
Bellantis ſomnum, non Bellantem 306
Bellantur 65
Bel ua cetus
Berenice 116
Bononia 376
Boæ 258
Boues præmia fortium 655
Boues ſpargunt incendia 306.307
Britannicus canis 418.419
Brunduſium 374
Bruti patria 344
Brutij 443
ab Annibale deficiunt 444
Brutus Coſ. 564
Buccina, an tuba diuiſæ vigiliæ 676
Buxentum 433
Buxentus, Pyxus, non Pyxis 375
Byſſus è folijs, ramis, florib. 247
Byzantia, pro Buxentia 592.593

C

CAdauera Romæ antiquitus cremata 551.552
Cadauera canib. obiecta 553
Cadmei, Cartaginienſes 6
Caduceum & haſtam, an teſſeram Cartag. miſerunt Rom. 82
Cære 361
Cæſi, non teli 218
Callaicum aurum 83
Calpe 210
Calydon 660
Camatiua 596
Camilli laus 52.564
Campana vrbs, Capua 458
Cannenſis clades quanta 439
Cantabri fortes 157
Cantant in cruce 27
Cantandi ſerpentes ratio ſecretior 365
Cantare ante pugnam 425
Cantare telum, morbum, vulnus 228
Canyſij perfugium 438
Capita cæſorum oſtentare, condite 172
Capitolium, arx 461
quando incenſum, & reparatum 152
Captiui, haut redemti 442
Cappadocum equi trimi 134
Capreæ, Teleboæ 311.312
Capua à capite, vel campo 447
Capuani diu fidi Romanis 447
Capyos genus 456
Capys capuæ conditor 456
Carcheſium poculum 462
Carentes feruore, non calentes 289
Carmenta 574
Carmentalis porta 289
Carmine, non Cardine 15
Carnifices pedes 22
Carpeſſus 137
Carpo quid 86
Cartaginienſib. ἀυτονομία relicta 346
arma ademta, vectigal impoſitum 347
Cartaginis ciuis 303
Cartago quandiu ſteterit 80
Cartago Noua 652.653. capta 653
Carteia, an Tarteſſus 136.137
*Caſaubonus* laudatus 374.133.28
Caſilint obſidium 503
Caſilinum nebuloſum 374

Caſſandræ vitium oblatum 617
Caſpetula 352
Caſſus, pro feſſus 584
Caſtor, & Pollux 573
Caſtrum inui, caſtrum nouum 343
καλαίτυξ. 214
Catana, non catina 525
Cateia 121
Cauentes, non Pauentes 650
καυλιόδυς 41
Caulon, & caulonia 609
Celtæ 328. ſæpe Romanis inimici 446
Celtiberi vnde, 69. perfidia, 580
Centurionis inſigne 250
Centuripe 598
Cephaloedias 605
Ceraunia 230
Cercinna 125
Cerui è ligno 414
Ceſſatus 238
Ceſpiticius tumulus 329
Cele 606
Cethegorum habitus 376
Chriſtum an Brutii flagellauerint 443.444
Ciceronis eloquentia, 350.351. genus, 350
Ciconum flumen 375
Ciluius an Cilinus 289
Cimmerion ſpelunca 427
Cinctus, non cunctis 547
Cingulani 416
Cirtha 101
Citos curſus, non Vagos 326
Clamare aliquem, & clamatus 498
Clamare ſocios 431
Clauis 319
Claudii ex Regillis, 351. cur Amyclæi 623
Claudiorum laus 223
Claudius cœcus 565
Clitomnus 358
Clypea, quæ Aſpis 116
Cocalides 584
Cœlum fatigare quid 243
*Columna* doctiſſimis 267
Cohortans, pro cohortes 583
Cometæ portentum 42.381
Concha vicem tubæ 619
Condere cadauera 553
Conſiſtere cum quatro caſu 629
Coroneus 661
Coſſ. noui domo in Capitolium duceban-tur 272
Coſ. vt alterius imperitauerint 323
Contemtione, non contentione 203
Conuiuium honeſtiuſne ſympoſio, 448. 449
Corfinium 368
Corinthus 586
Coritus 213
Corona triumphalis ex auro, an ex lauro 351.352.
Coronant, pro decorant 523
Cortona 361
Cor piloſum 234
Coryti 687
Coſſita 628
Couinus
Crania pro poculis 554
Crates clypei 238
Crepitantes cetræ
Crepuſculi deſcriptiones 205
Creni 366
Crimina, non cornua 685
Crinib. templa verrere 279
Crinis quib. diis votus 171
Crinis Sueuus qualis 215
Criſpini Coſſ. mors
Criſta galleæ triplex, quadruplex, nulla. 214.
Criſta equina 355
Croton lata, an alta 445
Cruci ſuffixa cadauera 515
Cruor è ſolo prodigialis 268
Cum ablatiuo modi datum 330
Cum, pro cui 466. profluam 666
Cumæ 370
Cumarum origo 482. 483.
Cunctari 301
Cuniculorum inuentum 361
Cupra quid 356
Curij temperantia 564
Currus triumphantium 347
Curſu, non curru, 319. non curſum, 566
Curſores Romanorum è qua gente 443
Curuatis vndis adſertum 42.43
Curulium materies 363
Cyanea ſaxa 627
Cyclades vnde dictæ 42.43
Cygnorum canor 420
Cyllius, & Cyllenus Mercurius 113
Cyrene quorum colonia 117
Cyzicus 502
κῶοι Caua 343

D

DAæ, daï, daſæ, daſi, dahæ, dahi, dacæ, daci, an iidem? 566.567.
Dabunt pro dabis 286
Damnum, rectum eſt
Danaë conditrix Ardeæ 55
Dauni 566
Decius à vinculis liber 468
Decolor 468

Decumanus ductus 591
Degrumari 513
Deiectæ valles 181
Delphinus Arionis
Denſere, pro denſare 628
Deos excedere, inominale eſt 79
ἀεραγχὴς 560
Dererſit pro detorſit 226
Dextrà, pro dextram 212
Dexteræ vſus in precaudo 81
Dexteram oſculari 341
Diana faſcelis 607
Diana Capienſis, & eius catecheſium 461
Diana Peraſia 218
Diana Thoantea 199
Diana dictymia 687
Dianæ fons 602
Dianæ Zacynthæ templum 51
Dianæ templum Romæ 522. 523
Dictator pedes in agmine 286
δίκα 626
Didita, non dedita 24
Dido an cognorit Aeneam 84
Didonis æſtus 314
Dies nefaſti 58
Carpebátque Dies vrbem, non Quies 86
Dieſpiter 329
Dij ſeparatis ædibus, ac cellis 50
Diomedes 529
Diomedis campus 385
equi 551
Diomedea neceſſitas 529
Dipſades 125
Diſcingere 294
Diſcordare 328
Diſcus 616
Diſiicit non diſcidit 580
Diuerſa, non demerſa 66
Diui Siculorum qui 613
Docebas, non iubebas 343
Domitiani laudes 150. 151. 152
Domitianus radiatus 152. 153
Domitianus ſeruatus à flammis 150
plures liberos non habuit 153
Dono, non Nodo 64
Dorydrepanum 616
Δουρεκνὶς 166
Drepane, 608. V. Zancle.
Druentia 141
Duilij ſtatua, & quotidianus triumphus 284

E

E Pro & 369
Ebuſus. Pitiuſa 130
Edonis vel Edonis 221
Egeria cur immitis 183

Electri genera 27
Elephanto ignis terror eſt 411. 412
Ἐλευθεριαῖος Iupiter 356
Emblemata 617
Emeritum plectrum
Ἐμμανέως, ἐνιχτὶς 167
Emporiæ, emporium 131. 132
Enna 605
Ennius Meſſapius, animoſus 502
Ἐνταφιασαί κυνὶς 558
Entella 598
Ἐπαιδευμένος, pro ἐφαπτομένος 122
Ἐ... 245
Ἐπεργασμένος. 528
Ephyre 586
Eques primum in pugnam, tum pedes 178
Equi leuiſſimi 134
Equis cariſſimi Domini 437
Equino lacte, caſeo, ſanguine qui vſi 130
Equorum ex aura ætas 134
Equus orij ſymbolum 83
Equorum aures ſubrectæ 456
Ericuſa 602
Eridanus, idem qui Padus 193
Erycina 621
Eryx 597
Eſt. pro veſta, 398. iterum reſtitutum 502
Et ducti arcus. non educti 66
Et fuſi, pro Effuſi 206
Et huic pro iuit 508
Etercrerum, non Ereretum 583
Euaſſet, non Enaſſet 664
Euentum, pro huc ventum 514
Euganeis oris 491
Euiſcerat 575
Euripus 194
Europas 264
Eurymachus Penelopes procus 67
Ex, pro & 474
Exanguis P. R. cur 454
Exercitus integri aduerſis vulneribus concidere 245
Excubiæ tripartitæ, an quadripartitæ 294. 295
Excuſſi amentes rectè 93
Exſilati 376
Exin pro exul 319
Exin conſulto, pro ex inconſulto. 337
Expecti enſes 501
Expertor vox nihili 508
Extergebat, pro extergebant 214
Exuberans, expunctum 12

F

Fabius ab Hercule, 58 inuidus 281
an equos ſpectarit, 129. liberalitas

Juno culta lanuuij 344
cur infeſta vartoni 419
Iuno Soſpita 547
Iunonis templa 435
Iupiter ſator æui, 399. ἀειμάτιος 282
Tonans fulminator, vltor 517
Αἴθριος 517
Intant patres filium, filij patrem 436
Iuſſo pro inſſero 491
Iuſti cibi 633
τ῎βλα, non τ῎λα 586
τ᾽περισθμῆσαι, & ὑπέρκωλκεῖν 505

L

LAbici 240
Laboriæ 371
Lacrymæ magnorum ducum 638
Ladon angnis 256
Lælij laudes 653
Læſtrigonum rupes 304. diritas 582
Læua cur annuli geſtati 477
Lamua 369
Lancea olim cuiuſmodi 543
Lanuuium, non Lauinium 344
Lapis omniparens 339
Lapit, quod ſclaro inijcis, & alibi 375
Latiaris Iupiter 281
Lati clauiæ repertum 103
Latini parentes 214
Latij cineres, vel Troiæ 343
Latijs modis, pro latis 502
Latios, non late 344
Larinum vnde 672
Lauinia zelotypa 337
Laurum in grenio Iouis 646
Legatis vbi datus à Romanis ſenatus 273
Legib. pro ſedib. 151
Λεοντῖνοι 536
Leontini campi 523
Leonum pugna, 90. ſtimulus in cauda 217
Leptis 118
Lethe in Hiſpania 28
Lethum perdere quid 267
Leucate, Ithace, &c. 663
Libamina olim aqua, lacte, &c. 296
Libonum nobilitas 232
Libyſſa in Bithynia 577
Lictores an purpurati 406
Lictores Brutij Lucani Picentes 443. 444
Lignea bos inita 360
Lilybæum 589
Ligures in Sicilia 583
Lineus armatus 120
Linum laudabile 133
Linternum 283. 570
Lipare 588
*Lipſius* 100. 120. 216. 151. 187
Liguentib. non linguentib. 198
Liqueſcens fama 329
Liquentis prima breuiore 608
Liris 350. 358
Lixus 118
Locricum Italis cognati 445
Loquentia ſaxa 660
~~Locustæ~~ tibiæ, & vaginæ 367
Lotio putri lauerunt Hiſpani dentes 127
Lotus dulcis, edulis, potabilis 123. 124
Lucetius 399
Lucrini laus 486
Lumine primo, non limine 336
Luna fluxus, refluxuſq. cauſa 106
Lunæ portus 362
Lupi prodigiales 534
Luxi ferrei 616
Lupi ſectantur odorem 417. 418
Lycia à lupo 444. 445
Lydus, & Tyrrhenus fratres 203. 204
Lyricem domitianus 151
Λύκη inde lux 205

M

MAcras, pro Mucras 373
Mæandri, Marſyæq. miracula 367
Mæcenatis genus 416
Magna anima, non Magnanima 248
Magnetis vis quib. ſiſtatur 119
Malta Ennij 78
Mamertini, qui Meſſenij, & Zanclæi, 55. 595
Mane venandum 417
Mandonius 133
Manes, pro nitores 381
Manus deciſæ quib. pugnatorib. 626
*Marcellus* gladius imperij 591
quoties in hoſtem pugnarit 613
eius miticas, 638. conſulatus 591
opima 19
qua occaſione æſus 663
rogus, reliquiæ, ſepulcrum 663. 664
Marcilius claudatus 130 79
Mane ſuperum, & inferum 674
Mari factum 340
Mariana 100. 108. 180. 334. 349
Marmandæ 122
Marmoreus, candidus 492
Marmor lunenſe 362
Marrubium 367
Marci 365
Marſyas 366
Martius Imp. 568
Maſſagetę, Cermichiones, curci 130
Maſſilia à Phocenſib. 162
Maſſilienſium politia 649

Maſſyli, & Maſæſyli 330
Matres partum exolæ 18
Maxima Herculis ara 289
Mauri à ſole, an à natura fuſci. 348
Meduſæ antra 59
Μηδὲν ἄραβ ἀλλόμινοι 569
Megaræ duæ 609
Melacte 605
Mella, non Verba 669
Melitenſis laua, puluinus, veſtis 605
Memnon caſtigatus 368
Meninx 126
Menſæ exoticæ 545
Menſis cur vmbræ adhibitæ 553
Merſa naræ, non Terſa 417
Meſſana 586.595
Ad Metalla damnati 28
Μιλαχίμιον 166
Metanturus 358 679
Metellus meticuloſus 435
Methymnæa vina 299
Migdilibyes, Pœni 115
Minari, vana 54
Mineruæ cella cùm Ioue, & Iunone 435
Miſenus 489
Miſeris, pro Miſeri 532
Nobilis agger 395
Mœnia ſulco ſignare 593
Nobilib. non Nobilis 395
Moles 635
Monitor i. στρατηγός 387
Mnoecus 50
Montes incenſi 412
Monoſyllaba, & Per, bis &c. producta 254
Morgentia 507
Morges 507
Mugire taurum auſpicatum eſt 208
Mulieres vbi arent 128
ibidem ſarriunt, fodiunt à partu bellantur. 129.
Munda cur funeſta 187
Mundus cœlum 495
Muralis corona 546
Muricis bellici 434
Murmure, pro Munere 158
Murus pro forti 329
Mute, an Motye legendum 609
Muti 348
Mylæ 597
Mygdonia Lydia, an Phrygia 366

N

NArnia 360
Naſamones 126
Natalis Vrbium dies 668
Nauis per aridum 617
Nauium nomina inſignia 951.652
Νάξος, non Ἄξος 586
Nebrodes mons 604
Nece, vel Necee, pro Necem 419
Nefaſtis dies 219. 278
Nequinates 360
Neritia gens Sagunthini 75
Nerones 352
Neronis laus 327
Netum 608
Nidi Halcyonum lapidem, ferrumq. reſpuunt. 610
de Nigranti, pro Demigrantem 509
Nili an ſeptem oſtia 29
Nilus cur ſacer 568
Nitens, pro Nectens 655
Niues reapſe purpureæ 314
Niuibus, & flammis vbi pax 588
Nodus ſub vertice 171
Nodus haſtæ 538
Nola 371. 239
Nomine compellate humanitatis eſt 41
Nubæ 119
Nuceriæ exitium 502
Nudantes, vel Mandantes, non Mutantes 344.
Nudipedes ſacerdotes 103
Numana 350
Numeroſa, an Nemoroſa 162
Numidarum mapalia cuiuſmodi 341
Nurſia 352
Nutribat, non Nutriebat 215
Nympharum domicilia 312
Nymphæ Tiberiades quot 513
Nyſæus vnde Bacchus 298

O

OBinm, pro Ouium 687
Occidit, qui volentem mori, ſeruat 345.
Occurrere, non Accurrere 424
Odoratarum vis 417
Odryſæ 264
Ocrea Sabinorum, Macarum, Aetholorum, Hernicorum, Platæenſium 353
Ocager 234
Oebalij 506
Οἰδαίνειν 417
in Oeta vſtus Hercules 271
Oenidas, pro Oetolidas 528
Oliua prima Libyæ, an Athenis data 127
Oliua ſupplicum 529
Omina, non Omnia 383
Ominis, pro Omnis 56

Ophigiones 123
Οπιβαμβω 48
OPTIMVS VIR. 338
ὀπισθο σφενδόνη 229
Optat, non Potat 560
Orieus 658
Oſſaque cum Pelio an rectum 143
Oſei 369
Ouanſque, pro Ouantes 319
Ομογέρων 242

P

PActo, vt cederet rectiſſimum 590
Pacuuio, non Pactolo 465
Padus, qui Eridanus 193
παχεῖαν χεῖρα contra Strabonem 407
Palocci 600
Palatium non à Pallante 522
Palladi donum 291
Palladium vrbium tutela, ignis, an ſignum 529.
Pallere itas 15
Palmas tendere ſupplicij genus 261
Palpebræ Reguli ſectæ, an conſutæ 276. 277.
Pauorinus 607
Pantagia extra adſpirationem 602
Panis flagellum corona, cornua. 543
Pan vt turbas ſerenet 543. 544
Parea menſa laſſis conuenit 252
qui Parentes ſe calcandos filiis obieceiũt. 466.
Parolla 465
Parmæ Carthaginienſium 115
Parricida innocens 387
Parui dilaudati 115
Paruus, parcus, an petnix legendum. 56
Paſiphaës bos 360
Patagium, & Patagiarij 103
Pater & Patroni à prœlio 326
Pari fortium eſt 268
Patiens, non Putris 154
Paulus Coſ. 414. 384
Pauidæ Cyclades 42
Pauore, non fauore 158
pectus latum an altum in milite 177
Pecudem alloqui 402
περιχεόμενον, & περιπλεκόμενον 269
Pedum oſculum 464
Pedianus 490
Pelaſgi Etruriam tenuerunt 203. 204
eorum dominatus 357
Pellæa ſceptra 468
Perfoſſi, an Perfuſi clypei 59
Perdere terga, non Prendere 536
Periuris vbi pectus vratur 600. 601
Petilia 505
Petrenſes, & Petrini 605
Phæaces 658
Phalanthus 445
Phalanx 345
Phalarica 36
Phalaris, & Phalarium 599
Philenorum aræ 684
Phlegræi campi 87. 371.
Phœnicum coloniæ 14
Picentes 221
Pictura primi belli Carraginienſis 285
Pictura pugnæ Agathocli 636
Pila ardentia fauſta, & infauſta 378
Pilæ cadauer adſimile 177
Pilum 95. 421
Pinna, & Pinnenſes 368
Piorum campus 585
Pices cicures 486
Placentia 376
Plectrum, pro Gubernaculo 629
Poëtę Syracuſani 582
Polemon correctus 600
Pollentia 376
Polydamas, non Pulydamas 491
Pondera curarum contra Modium 107
Pontinæ Paludes 642
Poplicola oriundus Sparta 59
Porſena 362
Poſtferre 99
Poſtfuturi 245
Præcepta dantur equis 312
Præcurrere fata, taliaq Latinè 156
Præneſte 345
Prætexta 363. 441
Prandia Romanorum 448
Priuatis in ædib. ſpolia 272
Profuerunt, non Profuerint 223
Profurit, aut Profluit, non Profuit 588
Promonſtra 382
Propinquare effectus, mortem, augurium 92. 95.
Propontis 594
Proteus 311
Prouiſa, non profuſa compendia 498
Pſylli 75
Pubis animis 38
Pugnæ ſignum 162
Pueri bellatores 75
Pueri habitu, non Pulcer habitu 360
Punicorum ſcriptores 34
Purpureus, pulcer 314
Puteoli, Dicearchia 372
Puteoli quando dicti 484
Putres, pro Patriis 552
Pyrene 140. 451. 45. 669

Pyrrhi ſpolia 52.53
πυρσῦχος 632

Q

QVando, pro Quanto 569.428
Quantiuis, non quantiue 428
Quantus 366
Quantus quantus, pro Æquando tantus 282
Quémue, non Quæ te 242
die Quinti 434
Quiris haſta 352
Quoties, non Quatiens 343

R

RAbidum, pro Rapidum 451
Radij Deorum inſigne 152.153
Ramos, non frænos 340
Raptim, non Raptum 276
Rapto qui viuant 334
Rates, pro Trabes 244
Reelius non reelinis 335
Recreatæ, non Reereata 424
Reddentia, non Redolentia 96
Redjuiua, & Recidiua 17
Rhegium vnde 580
Reguli conſtantia 269 machina 277
felicitas, & infelicitas 273.274.275
Remigare ad numerum 266
Remi pennarum 483
Remores aues 208
Reſpicere quid 113
Reſpondet, non reſplendet 98
Rhoda Hiſpaniæ 131
Robus, & Robuſteus codex 276
Rodani caput, ora, celeritudo 143
Roma, pro Romanis contra Nouatores 393
Romanorum periculum claſſis 9.10
conſanguinitas cum Saguntinis 54
æternum imperium 315. breues enſes 347
exercitamenta 373
Romani defenſores Campanorum 55
quo numero in pugna Cannenſi 343
Romam deſerere meditati 424
Romanis vſitata prandia meridiana 448
Romanis ſponte pugnare nefas 535
Rubico 659
Rubri maris vocabulum defenſum 492
Ructatus 318
Rufæ 373
Rufuli tanti immolati 358
Rupto, non Rapto 49

S

SAbas, & Sabatia 364
Sabelli 173
Sabini 355
Sabus, Sabazia, Sabazius, Sebadius 354. 355
Sabrata, non Sabura 668
Sabraca 118
Sacer .i. magnus 334
Sacerdotes limigeri 103
Sacra turbata 667
Sacra vel priuata reip. geſtioni prælata 330
Sacri reges 334
Sæunm attidere 36
Sæuis, non Senis 626
Sagittæ non præferratæ 401
Sal reapſe purpureus 314
ad Salaminem pugna 611
Salentini Cretum coloni 374
Samnitum bella in Romanos 443
Samus 373
Sancus, Sanctus, Sangus 533
Sancire quid 33
Sanguinei rores 663
Sanguine ſeges vberior naſcitur 593
Sapis, an Iſapis 358
Sardinia triſti cœlo 429
Sardina, Sandaliotis, Ichnuſa 498 499
Sarni mitis, non ditis 371
Sarra Tyrus 118
Sarranus Pœnus 372.373
Sarraſes 371.373
Saſſon 316
Satias, non Saties 166
Sat ſtabat res vlla loco, non Adſtabat 507
Satura palus 352
Scelerata porta 289
Sceptrum in ſiniſtra 331
SCIPIO quando patri ſalus 187. eius ætas. 566. virtutes bellicæ 373
quando perfectus ad excidium Cartaginis, 340
vbi exul, & ſepultus 557
caſtitas 658
Scipionum cædes 641
Scropha Troianorum inſigne 530
Secespita 424
Seclis, pro Sedis 50
Sede eſt, pro Sedes 387
Sedentani defenſum contra Hermolaum 132.
Sedere inertiæ eſt 111
Segeſtani cognati Romanis 102
Selinus 596
Semen reddere, non fœnus 581
Semiambuſtum eſſe in turpi eſt 98
Semiermis potius, quàm Semermis 506
Senectam qui morte præuertant 127
Senogallia 359

Sepeliendi varij ritus 554.555
Serere bellum 14
Seres 247
Serpens numen 31
Serpentes quantum ſorbeant 158. ijs ignitæ chriſtæ 122. magnitudo 157
Serpente prolem explorare 40
Serpentes cantare 122
Serranus 251
Seruæ dantur præmio 336
Seruilius 381
Seruitia armantur 442
Seruorum greges 545
Setabis, & Setabitæ 133
Setina vina 347
Se viſere, non Reuiteſcere 647
Sibæ 119.120
Sic, pro Hic. 162
Sicani origine Hiſpani 581
Sicilæ vbertas 25
Sidicina bella 455
Sidonida, non Sidonia 337
Signis diſcedere nefas 289
Signinum vinum 347
Silarus 373
Silij 122
Simbruuium 346
Simul cum caſu tertio 332
Simulacra deorum vbi nulla 213
Sinueſſa 369
Sirenides inſulæ 481
Sirius 615
Siti, non Satu 328
σίζειν 517
Syphax equo deiectus 341
Triumphatus 347
Soeijs, pro Loci 656
Solicitæ an Solatæ 204
Solis fons meridie frigens, μεσονύκτιος calens 158
κέλης 616
Somnia vt pientur 335
Somnus Ioue potentior 428. 429
Somnus vt mulceat 304. prope mors. 514 leuis eſto 305
Sors, non Mors 416
Spatioſus 423
Spolia priuatis in tectis 681
Sponte cum gignendi caſu 595
Squamæ in Galea 215
Stabiæ 620
Stabula, equi homines 334
Statuere, non Strauere 509
Stella Cæſaris 576
Stellates campi 461
Steſichorus 461
Stilus, non Silus 434
Strage, pro Stare 475
Strongylos, & Strongyle 606
Sub ictu, ſub euſpide 492
Subtexta, ſubtecta, ſubiecta, ſuppacta 177
Subulcos vt Aegyptij deteſtentur 103
Sueto 133
Sudatus 106
Sudor prodigialis 519
Sues arcentur templo Herculis Cadit 103
Suggeſtus forma 524
Sulphurea Sicilia 387
Sulmo 386
Superfuit 377.406
Suppernari 423
Suffexit 516
Sybaris 526
Syllæ nomen, dictatura 576
Symethi vada 602
Symbola noctuæ, aquilæ, pauonis 455
Sympoſij vox à Tullij maledicto defenſa 213
Syncopæ notabiles 664
Syphax equo deiectus, [illegible]. triumphatus, 347. regia 340
Syphacis regni quæ ciuitas caput 330
Syracuſæ, & eius arces, 611. portus 635
Syracuſanorum de Africa victoriæ, ſpolia, tropæa 656
Syrtes Maior, Minor 332.349
Syrtis cur infida 59

T

TAbrata 118
Tædam iugalem quis prætulerit 340
Tarron 361
Tarenti conditus 445
Tarpeię turpe ſepulcrum 46
Tarteſſus an Carteia 137
Tarteſſus Europam, Libyámq. diſterminat 231
Taulantius incola 656
Tauromenium 606
Ταυρῶ Diana 199
Taurus cur Cilix 577
Tauri fuga ab aras inauſpicata 208
Θαῦμα cultus, adoratio 569
Teanum Sidicinum 455
Tectis creſcentia tecta in turri bellica 613
Tela intorquentes correpta è vulnere 76
Teleboæ, non Teleboi 311
Telegonus conditor Præneſte 345
Telon 372
Templa an Romani ſpoliauerint 543.544
Tenebat, non Tegebat 233
Tenuem clamorem, reiectum 157

Tepidum ſerenium 479
Teras, non fleras 218
Terga cur increpet, non fodiat 245
Terra pila pendula 472
Terram moueri quib. viſum 617
Terræ tremor permirus 243
Teſſera quid 306
Teſſeram vter dabat Conſul, ſi fortè duo inſimul caſtrametabantur 676.677
Teſtudo 36
Terrieæ rupes 352
Textum clypeorum 238
Thapſus 119.286
Theranone 264
Thermæ vrbs 603
Theron 65
Theſpiadæ 445
Theſproti 658
Thiſſenſes, non Thiſſimenſes 608
Thoas Aetolus 389
Thuria 516
Thraſymenus reapſe arſit 208
Tibernia 344
Tibiarum quæ læta, quæ triſtis 367
Tibur pomiferum Herculeum 173
Tiburtinum ebur 491.492
Timauum cur ſacrum 491
Timuchi Maſſilienſium 649
Tinia 359
Tifata τῖφες 508
Titi laudes 549
Tmolus 299
Togati Romani pugnabant 269
Tonitrus 517
Torpor, non Tortor 277
Toto chelydro, non Tortor 228
Toto Senatu, non Tauro 459
Trecentocuplum hordeum 393
Trepidantes ceriæ 328
Trepidantia robora 613
Trepidantib. alis, non Strepidantib. 396
Trepidantia caſtra Annibalis 61
Τριάρμενον, pro πριαμένον 617
Tribuli 434
Trinacria 580
Triocala 608
Triumphatis ignorum quandoq. 348
de Triumpho p. 347.348. ac deinceps
Tropæorum inſcriptiones 672
Truentinæ 356
Tabula Tyrrhena, quæuis 59
Tunicati Cartaginienſes 269
Turbam, pro Turmam 225
Turris 532
Tuſculum à quo conditum 325
Tutela in puppe 621. in prora 628
τυμπανολῆρων 539
Tyrrheni colonia 205

V

Vagedruſa 602
Vageni 377
Vagitus iracundiæ prænuncij 108
Vallata moenia rectè 86
Vallari dentib. ſerpentib. radijs 190
Vallum è cadauerib. 538
Vana, non Gnaua 47.232
Vanus fugæ 341
Varronis ignobilitas, 339. fuga, 412
Vaſcones inſueti Galeæ 527
Ve, pro Ne 232
Vſens 348
Veiiupiter 357
Velitræ 348
M. Velſerus 503
Venafrum 350
Venandi hora 417
Venenata tela 681
Venena, & ſerpentes vbi non 500
Venenum Vinum 465
Veneris iugales olores, an columbæ 312. 313
Veneris templum 621
Venus vbi barbata 314
Ventorum è cœlo rabiem, repoſitum 510
Ventorum incredibilis impotentia 387.
Vepicus 557
Veſpaſiani laus 549
Veſta 146.210
Veſtalib. creditum Palladium 530
Veſtæ ignis quo die renouatus 251
Veſtam cur dedeceat in pugnam deuocare. 398
Veſtes fœmineæ 544
Veſtes Ægypriorum pictæ 636
Veſtibulum, paruum ſtabulum 357
Veſtis rubra in prælijs 115.118
Veſtis muliebris in viro 78
Veſuuij incendia quis ſtiterit 465
Veſuuij cineres adusq. Setas 346
Vetulonia 362
Vexillorum diſcrimina 655
Vibidio, non Vaſidio 668
Vibratus 667
Vidi, vixi, habui, quid valeant 136
Victoria 635
Vidua q. idua 72
Villoſi 232.233
Virginea, & Virginius 374
Virga rectus equus 25
Virides, & violacei amnes 164
Vires, non Voces 335
Virtutis, Voluptatis idea 642

Viriathi nobilitas 119
Viſu tractare vulnera 456
Viſus, non Niſus 15
Vitem poſcere 250
Vites ſerendi ratio 511
*Vina.* Alliſanum 581
Mamertinon Potulans, Tauromitana 582
Falernum 296. Aruſiana 299
Methymnæa 299
Setinum, & Signinum 347
Vittæ albæ 331
Viuere rapto 155
Viuentes, non Vuentes 444
Vmbilici clypeorum 67
Vmbra innutriti parum fortes 594
Vmbræ ad menſas 553
Vmbræ mortis prænunciæ 98
Vmbræ fulgentes, non fugientes 165
Vmbras, pro Vndas 196
Vndans puluis 426
Vndæ Boiorum 169
Vnguenta in turpibus 646
Volantia, non Volentia 471
Vomanum 357
Vox perfecta triuncato capito 170
Vrbi, pro Auri 337
Vrere quid 342
Vrge, pro Arce 552
Vſtio ſoli vt frugifera 308
Vt, pro Vr 222
Vticæ antiquitas 116
à Vulture edi nefas 128
à Vulture edi beatum 553

*Veteres lectiones* adſertæ.
Adſtitit, non Adſilijt 684
Aduentante, non Augmentante, non Amentante 632
Aequus Conſul, non Æquos falces 481
Altè, non Latè 139
Captum, non Caſtum 477
Cauentes, non Patentes 606
Certamine, non Certamina 520
Ceſſit, non flexit 605
Clamant, non damnant 71
Competet ætas, non Conferet 22
Corpore, non Robore 620
Curtu, non Curſu 141
Erducti arcus, non Educti 65
Effundit, non Infundit 512
Euulſa, non Effuſa 145
Feſſa cornua, non flexa 169
Hac, non At 311
Horrentes comæ, non Coni 52
Iacto, non Letho 193
Inſuper, non His ſuper 13
Intra, non Vittas 530
Inuiſa, non Inuicta 345
Ima, non Vna 335
Iubebant, non Sinebant 21
Iuuenem, non Numen 197
Lateræ, non Latere 620
Latebat, non illatu eſt 243
Lateri, non Laetum 21
Litus, non intus 208
Melius, non Victus 236
Micant, non Nutant 42
Nixu, an Nexu 304
Placidam, non Placitam 7
Protinus, non Poenicus 50
Ripæque relatus, non Relatos 259
Rupta, non Terra 308
Suadet, non Gaudet 44
Suas, non Duas 165
Subit, non Iuit 420
Temere, nō timere regna 482
Verſus duo retenti 80
Vitant ſocios non vitant ſodos 681
Vltima feſſis non paſſis. 286

X

Xanthippi, & Reguli pugna 264
Xanthippi fortuna 283

Z

Zama 119
Zancle 584. 586
Zancles portus 546
Ζάγκλον falx 686

FINIS.